Digitized by Google

Digitized by Google

3.3.153

Digitized by Google

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
FLOSCULIS POËTICIS
ET
INTERPRETATIONIBUS
ADORNATA VARIIS.

Digitized by Google

PICTURAE MENS.

Tradit EPICTETUS *morum praecepta* CATONI,
Teque ſuum pater hac inbuit arte CATO.
Ut pietate DEUM *verearis, ducit ad aram:*
Quo pacto ABSTINEAS, SUSTINEASQUE*, *docet.*
Quaeque forent fugienda ſimul tibi, quaeque petenda,
Ypſilon oſtendit, Littera Pythagorae.
Fac, laevam fugias, qua te diſcincta voluptas,
Ut, modo correptum, ſtrangulet, alliciet.
Qua praeceps furor, & graſſantur cetera monſtra,
Nil, niſi te cupiunt quae dare praecipitem.
Ingrediare viam dextram, qua praevia Virtus
Et Ratio *greſſus roborat Herculeos.*
Arcta licet, tamen illa tibi ad commercia Coeli,
Ad manſura tibi gaudia, pandit iter.
Taedia ne moveant, miſcentur ſeria ludo:
Excitat ipſe animi Delius *igniculos;*
Conſpergitque tibi, non uſque auſtera, Minerva
Floribus, *excerptis* ex Helicone, *viam.*
Ito, PUER, *ſapito, his viridi fruitorque juventa,*
Quae poſſint canos ſuſtinuiſſe ſenes.

* SUSTINE ET ABSTINE, Epicteteae Philoſophiae Summa.

Digitized by Google

4 3.3.1

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM,

Praeter

Sedulam VARIANTIS LECTIONIS per omnia Conlationem,

Lectiſſimis etiam adornata

FLOSCULIS POËTICIS.

Una cum

Singulis adpoſita *Diſtichis*, binorum quoque Verſuum, Idiomatum vero diverſorum,

INTERPRETATIONE QUINCUPLICE.

Adjecta ſunt

LEMMATA CATONIANA,

Suis quaeque reſtituta Diſtichis.

AMSTELAEDAMI,
Apud FRANCISCUM HOUTTUYN.
CIϽIϽCCLIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

3
1239

Digitized by Google



AMSTELODAMI apud F. HOUTTUYN 1759.

Digitized by Google

V. C.

ADRIANO

VAN

ROYEN,

ALMAE

LEIDAE DECORI.

Herbarum vires HIC, HIC tibi carmine dicet.

Ad imitat. Prologi in CATONIS Diſtichor. Libr. II.

DE-

Digitized by Google

DEDICATIONIS DISTICHON.

NON. VULTU. AST. MERITIS. TIBI. NOTO. INCOGNITUS. IPSE.

SUMME. VIR. EXIGUUM. CONSECRAT. AUCTOR. OPUS.

PRAE-

PRAEFATIO.

QUEM TIBI nunc in manus tradimus, ERUDITE LECTOR, Auctorem denuo recognitum, is nimium heu! diu inter puerorum delituit crepundia, neglectus propterea fere a pluribus, quod ſitu ac ſqualore infectus ſcholaſtico, adſpectu pene horridus atque ingratus, iis ſorderet, ac parum jucunditatis ſe ſive perlegentibus, ſeu modo intuentibus, de ſemet ipſe polliceretur. Et agnovere tamen plurimi interea, iique Summi praeſtantique eruditione Viri, plus in eo utilitatis ſimul & elegantiae latere atque eſſe reconditum, quam quod ejus prima fronte adpareat. Iidemque & ſuperiore, & noſtro hoc, quo vivimus, ſaeculo, omne certatim ſtudium in illum exornandum priſtinoque ejus reſtituendum nitori, data veluti opera, contulerunt: Quo & effectum eſt, ut paucis admodum in locis de ſententia Diſtichorum

ullum amplius ſuperet dubium; in verbis dumtaxat eorumque ſerie ac nexu & hodie quandoque laboremus. Reliqua maximam vero partem plana nunc ſunt omnia. Res proinde poſtulare demum ipſa videbatur, ut poſtquam tantum laboris, tot vigiliarum atque curarum in enodandis dictionum flexibus, litterarumque apicibus diſcutiendis, inſumtum jam eſt, ſententiarum quoque aliquando curatius exquirerentur & juſto quodam ſcrutinio ponderarentur momenta. Cujus quidem rei ſi quid, poſt inſignem Viri magni, HENR. CANNEGIETERI, neque ſpernendam omnino operam Celeb. Viri J. H. WITHOFII, aliorumque clariſſimorum Virorum, & in noſtra praeſtitum eſt *Hiſtoria* CATONIANA *critica*, quam DIONYSII CATONIS huic Editioni, tum *Floſculis* adornatae *Poëticis*, tum *quincuplice* locupletatae *Verſione*, adjungendam meditabamur, judicium de ea, pariterque, ſi quis eſſe videbitur, ex eadem uſum, lecturis haec noſtra permittere liberum, quam invidioſo verborum lenocinio praevertere, malumus.

ISTUD vero TE ignorare prorſus nolebant-

ba-

bamus uterque, & qui in hoc Opuſculum, qua ipſe cernis ratione, excudendum exornandumque ſumtus profecto non modicos inpendit, Bibliopola, & qui in eodem, quale nunc eſt, perficiendo, operam collocavimus noſtram: id omne, quidquid eſt, operis ante jam ſuſceptum, quin & incoatum, a nobis fuiſſe, quam de nova illa veteris Poëtae hujus Editione, eaque ſatis ſplendida, quae poſterioribus curis Viri Clariſſ. OTTONIS ARNTZENII aliquot abhinc annis prodiit, quidpiam nobis innoteſceret. Quae etiam poſtquam diem vidit, propoſitum quidem aliquamdiu remorari noſtrum, neque tamen ab eo nos dimovere omnino potuit: Quippe qui his laboribus aliud plane, atque ille egit, Vir ceteroquin laudandus, agimus. Illi enim praecipuum circa verba & dictiones, lectionis item diverſitatem variasque, prouti fert uſus, Variorum expoſitiones Interpretum, fixum erat ſtudium: Neque nos ea prorſus intacta reliquimus, ſed cum optimorum quorumque atque utiliſſimorum delectu ita quaſi obiter tractavimus, ut cura nobis primaria palmariumque

que ſtudium in ipſo dictorum ſenſu animoque veluti expromendo, eoque cum aliorum quoque ſenſis, tum veterum, tum recentiorum, Philoſophorum aeque ac Poëtarum, ſedulo comparando, quo dilucidior inde emergeret, uſuique foret praeſtantiori, fuerit poſitum.

ITAQUE hoc quidem in opuſculo, quod & ſeorſum nunc emittimus, ut mere poëtico, DIONYSIUM audiendum damus POETAM, Poëtarum cuique praeſtantiſſimo uno quaſi ore concinentem: Vel, id ſi mavis, LECTOR, ſiſtimus tibi optimum quemque divinorum cujuſcumque aetatis Vatum*, amabili quodam concentu, intermixtaque ſimul variarum gratiſſima linguarum idiomatumque diverſorum harmonia**, ipſi potius per omnia conſonantes DI-

* In *Poëticis* foliorum ſingulorum FLOSCULIS, unicuique Diſticho ex adverſo adpoſitis, collectisque e CXX. circiter inſignium Poëtarum Hortulis ac Sylvis.

** In *Verſione* cujuſcumque DISTICHI *quintuplice: Graeca* ſcil. SCALIGERANA, *Germanica* OPITII, *Anglica* quoque, itemq. *Belgica* & *Gallica* nova. Juncturi his eramus & *Italicam*, fidemquae jam dederat Romanae Curiae Abbas, ſed neſcio an Punicam. Contentos ergo eſſe oportet hoc CATONE HEXAPLO, quum HEPTAGLOTTO frui nondum liceat.

DIONYSIO. Eaque, utpote poëtica, poëtice & jucundum tum nobis, tum, quod ſperamus, etiam aliis, harum non ignaris deliciarum, ludentes ludum, ita pertractavimus, ut conſtanti illi diarum utilitati ſententiarum ſuam miſceremus & amoenitatem, easque nova quadam perfunderemus dulcedine.

SED deinde res, uti dictum ſupra eſt, ac tempus ordoque a nobis id poſtulare videbatur, ut ad ſeria magis, ea tamen & ſua non magis carentia jucunditate, nosmet accingeremus *; CATONEM quoque hunc noſtrum frequentes accederemus, avidis inbiberemus auribus docentem, monitisque ejus ſanctiſſimis morem gerentes, ac probos uti decet diſcipulos, ſectaremur PHILOSOPHUM. Neque hujus, ſane, nos ſtudii ſedulaeque docilitatis & obſequii poenituerit umquam. In his enim ſic tradendae nobis verae

* Quod videlicet factum HISTORIA CRITICA, ut altero & alius generis opere *Catoniano*, cujus propterea in Praefatiuncula ad hanc noſtram Lectores Praefationem remittimus, utrique communem.

verae ſolidaeque Sapientiae ſubſelliis, quoad iis inmorabimur, non aut quibusdam peccare docentibus capiemur *hiſtoriis*, aut paſcemur inanibus nugis, nec futilibus detineri nos patiemur rerum nulli nobis uſui futurarum quisquiliis: Non animum, ſolidioris avidum cibi, pro pabulo, vanarum fruſtra replebimus quaeſtiuncularum eſca, aut nobiſcum nato illo novitatis ſtudio decepti, pro gratiſſima, quid enim ea gratius eſſe poteſt, quid jucundius? Lucis uſura, curioſarum, at nequidquam tractandarum rerum, magicis quibusdam faſcinabimur umbris: Sed vero veritatis lumine &, quam verbis, rebus adhuc magis, iisque animo aeternum permanſuro nutrimentum, certe, aliquod praebituris, hac in ſchola, utcumque voluerimus ipſi, delectabimur.

NEC PHILOSOPHUM huncce ſectantibus nobis ante oculos verſabitur tetrica fronte CATO, qui contracto, qui adducto in altum ſupercilio, in feros hominum mores graſſetur ferociter; inque ambitioſorum ſuperbiam, ipſe ambitioſior, omnium ipſe invehatur ſuperbiſſimus; aut luxurioſorum pe-

petulantiam inpotenti prorſus animo ac luxuriante calamo perſtringat. Sed prudentem vitae morumque audiemus magiſtrum, qui ſerenam frontis ſeveritatem amabili riſu jocisque ſubinde temperet, cuique dum adhaerebimus, nullius in verba diſcemus magiſtri jurare; verum uni unice addicti cum aequitate morumque honeſtate conjunctae veritati, eam undecumque demum conquiſitam &, vel a ſervulo quodam, ingenuo cum pudore, exhibendam nobis, lubentes amplectemur, laetique exoſculabimur.

HEIC SOCRATICAE quaedam Scholae oracula; plurima ac tantum non omnia EPICTETI, Philoſophi, morum integritate & ſanctimonia ad SOCRATEM proxime accedentis; quaedam rurſus, nec ea adſpernanda, *utriuſque* placita ACADEMIAE; quaedam itidem dogmata, in LYCEI quondam ventilata ambulacro, aut pro certis veritati jure quodam adſerta; nec pauca alia, quibus ZENONIS reſonuerat celebrata *Porticus*: illaque citra ullam invidiam omnia floribus permixta aut adſperſa iis, quos ex EPICURI *hortulis* eſſe decerptos lectosque arbi-

arbitreris, facile inveniet, vel nobis tacentibus, diligentior quisque ante alios praeclariſſimarum harum rerum ac doctrinarum indagator.

QUID? QUOD & ipſe, a tremendis Chriſtianorum ſacris cultuque longe puriore, Noſter hic propius auctor abſit, quam non ſolum reliquorum plerique, qui ſtudiorum cupidae in manus juventuti traduntur, Auctorum, (*claſſicos* vulgo vocant;) ſed, forſitan, quam permulti eorum ipſi, qui ſe Chriſtianos, vano tantum nomine, eſſe gloriantur. Et quamvis, poſt alios, eosque graviſſimos Viros, & in noſtra illa, ad quam & hîc viam pandimus, *critica* ſingulorum *de moribus* DISTICHORUM *hiſtoria*, nos id evictum, luceque vel meridiana clarius, demus probatum: CATONEM hunc noſtris neque nomen ſacris dediſſe, neque, qualem BOXHORNIUS ſomniet, fuiſſe *ſemichriſtianum*; Attamen id ipſum laudi ducendum erit, inter chriſtianos homines, Noſtro, aliqua ſaltem ſub ſpecie dubitari de viro potuiſſe, utrum re vera Chriſtianus ipſe fuerit, nec ne.

ISTUD

Istud vero e duobus alterum adeo perſuaſum ſibi quondam habuit magnum in orbe litterato nomen, M. Zuerius Boxhornius, ut & perſuadere omnibus magno molimine, admirandaque cum fiducia, (audacia pene dixerim,) adlaboraverit. Cujus *Diſſertationem*, Auctori noſtro valde injuriam, dum pro virium modulo refellere meditamur, opportune admodum incidimus in eidem Boxhornio *Reſcripta* ab ampliſſimo Viro, Henrico Cannegietero, eaque praecipuum quendam *Arntzenianae* Catonis *Diſtichorum editioni* nuperae ſplendorem conciliantia atque ornatum: quibus id jam effectum abunde datum, omnique in contrariam partem obviam itum conatui atque ex aſſe ſatisfactum, non ſine admiratione adplauſuque cernimus.

Illud tam insigne tamen Opus & quod vel cum inluſtrioribus comparari meretur doctae antiquitatis monumentis, quum ſub erudito domini ſui ſtilo calamoque valde excreverit; nos ſumma tantum ejus capita, juxta Diſtichorum ordinem ſe-

ſeriemque, pace Auctoris celeberrimi, modoque hiſtorico, quem in *critico* illo *opere* profitemur, ſuaque ſemper ipſi nominatim vindicantes, ita adtingemus ac recenſebimus, ut eorum recognitio doctioris cujuscumque lectoris magis ſit accenſura deſiderium atque in eo adpetentiam, ad ipſum recurrendi fontem, excitatura: tantum abeſt, ut de promerita politiſſimi *Reſcriptoris* gloria famaque detrahere quidquam ſuſtineamus, aut arrogare tantumdem nobis cogitemus, ut potius & noſtra ei, qualiſcumque demum illa, & noſtratium acceſſura vox ſit. Salva tamen, in aliquibus, quae oppidò pauca erunt, & ea nobis diſſentiendi, ſive contrariam tuendi ſententiam, libertate, quae in litteratorum ſemper obtinuit republica, ſemperque, quoad vigebunt litterae, obtinebit.

TU VERO, LECTOR, ne diutius te, ipſo in limine, remoremur, tenuibus hiſce aequus fave conatibus, iisque, ubi tuo non indignos favore forte judicaveris, hilaris fruere atque incolumis. Vale.

Corrige, ſodes, pag. 227. lin. 18. in ipſo prelo, meque inſcio, mutatum temere *Pſy* in *Phy*.

D IO-

18

DIONYSII CATONIS

DISTICHA

DE

MORIBUS AD FILIUM,

POËTICIS ADORNATA

FLOSCULIS.

LIBER I.

19

PICTURAE POËSIS INTERPRES.

Virtutum ingrediens templum, Puer, incipe ab ARA:
Auſpicio felix curſus ut omnis eat.

Praecipueque DEO *laetos operare per annos:*
Huic animos, animus *quos fovet* ipſe (a), *vovens,*

I, bone, quo Virtus vigilem (b) *vocat, i, pede fauſto:*
Æterni cultus uſque MEMENTO *Dei.*

Quis vocat? Harpocrates. *Quid ait?* Compeſce labella.
At tacet? Hoc, digito dum premit iſta, docet.

Quique ſilet, clamat: MENTEM COHIBEBIS *&* IRAM*,
Qui COHIBES LINGUAM, Proximus *ipſe* Deo (c).

Cumque cupidinibus, fallacia monſtra, chimaeras,
Tu, tibi qui conſtas (d), *ſub pede victor habes.*

Alliciant pretio (e), *precibus; vel laude* (f), *minisve:*
Ne moveant animum, pelliciantque tuum!

Pollicitis, blandisve dolis, TU CREDERE NOLI (g).
Sic COHIBERE *animos, eſt* PROHIBERE *nefas.*

(a) Diſt. I. (b) Diſt. II. (c) Diſt. III. *& XII. (d) IV. VII. (e) VI. (f) XIII. XIV. (g) ibid. item XXV. XXVI. XXVII. &c. * Diſt. XXXVIII.

PRAEFATIO
QUATUOR
DISTICHORUM
LIBRIS
VULGO PRAEMITTI SOLITA.

QUum animadverterem, quam plurimos homines errare graviter in via morum, ſuccurrendum & conſulendum opinioni eorum fore exiſtimavi, maxime ut glorioſe viverent, & honorem contingerent. Nunc te, fili chariſſime, docebo, quo pacto morem animi tui componas. Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas: Legere enim & non intelligere, (*nec legere*) negligere eſt.

[Quae deinde ſequuntur BREVES SENTENTIAE, eas ut LEMMATA, ſuis ſingula Diſtichis vindicata, ſub finem quatuor librorum, ordine percenſebimus.]

(I.)

SI DEUS EST ANIMUS, NOBIS UT CARMINA DICUNT,

HIC TIBI PRAECIPUE SIT PURA MENTE COLENDUS.

Εἰ ΘΕΟC ἐϛι νοῦς, ὡς θέσφατα φησὶ παλαιῶν,
Καὶ σὺ μάλ' ἐνδυκέως καθαρῷ νοῒ τόν δε σέβιζε.

Iſ GOD, as Poets ſay, a Spirit be,
Let him with upright Mind be ſerv'd by thee.

Iſt GOTT ein reiner Geiſt / wie die Poeten lehren /
So ſolt du gleichfalls Jhn mit reinem Herzen ehren.

Is GODT een Geeſt, als ons de wyze Spreuken leeren,
Zoo moet gy hem vooral met zuiv're zinnen eeren.

Si DIEU doit être Eſprit, (tout oracle l'aſſûre;)
Adorons-Le ſur tout d'une ame juſte & pure *.

LECTIONIS VARIETAS hic nulla, praeterquam in diſtinguendo, de quo nos in HISTORIA CRITICA CATONIANA.

* Praeter hanc ultimam inveniet Lectoi *Hiſtoriae* noſtrae *criticae* inſertam, ſub

FLOSCULI POETICI.

In primis venerare Deos, atque annua magnae
Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis.

VIRGILIUS, *Lib. I. Georg. v.* 338.

Caſta placent *Superis*. *Pura* cum veſte venite,
Et manibus *puris* ſumite fontis aquam.

TIBULLUS, *Lib. II. Eleg. I. v.* 13.

Caſta DEUS mens eſt: Caſta vult *mente* vocari.
Non bene coeleſtes impia dextra *colit*.

OVIDIUS, *Heroid. Ep. VII. v.* 128.

Compoſitum jus fasque *animo*, ſanctosque receſſus
Mentis & incoctum generoſo *pectus* honeſto:
Haec, cedo, admoveant templis; & farre litabo.

PERSIUS, *Sat. II. v.* 73.

Vita *animae DEUS eſt*, haec corporis; hac fugiente,
Solvitur hoc: perit haec deſtituente DEO.

POETA JO. SA[illegible]SBURIENSI
aetate aequalis.

Mente DEUM pura purum cole. Frivola mundi
Cauſſa ſecunda tuae ſarcina mentis erit.

MEYERUS.

Nam *prima* eſt virtus, *prima* eſt ſapientia, Regem
Coelicolûm Patremque hominum cognoſcere, amare,
Sinceroque *animo* laudare, timere, precari.
Hoc ſine virtutes alias nihil eſſe putato. ——
Hac pietate, poteſt tibi *nil* contingere *majus*. ——
Ergo humilis *venerare* DEUM. Favor omnis ab alto
Defluit in terras: *Nihil* eſt mortalibus aegris
Utilius, quam coeleſtem ſancteque pieque
Orando ſibi quaerere opem, & cognoſcere Divos.

MARCELL. PALINGENIUS, *Zodiac. Vit. Sagittar. v.* 32. 739. 745.

Felices *animi*, coeli quos cura remordet
Et facit erectum tollere ad aſtra caput!
Addiſcent illic vitae fomenta beatae,
Addiſcent, *unum* noſcere, amare, *DEUM*.

TORRENTIUS. *Tom. IV. Delic. Poët. Belg.*

ſub finem ſingulorum in ſingula Diſticha commentariorum, elegantiorem multo metaphraſin Gallicam, REGIS Filiabus dicatam ab Abbate Gallo S***, ſed eam Tetraſtichis comprehenſam.

(II.)

PLUS VIGILA SEMPER, NEC SOMNO
DEDITUS ESTO:

NAM DIUTURNA QUIES VITIIS ALIMENTA
MINISTRAT.

Τὸ πλέον ἀγρύπνει, μὴ ἀμέτρως δ᾽ ἴσθι φιλυπνος·
Ἡ μακρὴ γ᾽ ἀνάπαυλα τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ.

Watch always more, and be not giv'n to Sloth;
For daily Reſt affords to Vices Growth.

Sey wache mehrentheils / und nicht dem Schlaff ergeben:
Dann gar zu lange Ruh macht lang' in Laſtern leben.

Waak liever ſteeds, en blyf in vadzen ſlaap niet ſteken:
Want al te lange ruſt geeſt voedſel aan gebreken.

Craignez de trop dormir. Le Vice ſe reveille,
Dans l'Ame de celui qui jour & nuit ſommeille.

VARIANS LECTIO: *ne ſomno.* Vulgatae ita fere Edit. pleraeque; ſed melius Scriveriana, Arntzeniana & Pariſinae, vet. & nova, nec non Anglica.

FLOSCULI POETICI.

Ecce Deus ramum, *Lethaeo rore* madentem,
Vique ſoporatum ſtygia, ſuper utraque quaſſat
Tempora, cunctantique natantia lumina ſolvit!

VIRGILIUS, *Aeneid. Lib. V. v.* 854.

Infelix, tota quicumque *quieſcere* nocte
Suſtinet, & *ſomnos* praemia magna vocat.

OVIDIUS, *Lib. II. Amor. Eleg. IX. v.* 39.

Stulte, quid eſt *ſomnus*, gelidae niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

IDEM, *ibid. v.* 41.

Quaeritur AEgiſthus, *quare* ſit factus *adulter*?
In promptu cauſa eſt: *Deſidioſus erat.*

OVID. *de Remed. Amor. Lib. I. v.* 161.

Qui *dormiunt libenter*, ſine lucro & *cum malo quieſcunt.*

PLAUTUS, *Rudent. Act. IV, Sc. II. v.* 18.

In cute curanda plus aequo operata juventus,
Cui pulcrum fuit, *in medios dormire dies*, &
Ad ſtrepitum citharae ceſſatum ducere curam.
Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones:
Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris? Atqui
Si noles, ſanus, curres hydropicus, & ni
Poſces ante diem librum cum lumine; ſi non
Intendes animum ſtudiis & rebus honeſtis;
Invidia, vel amore *vigil torquebere.* Nam cur,
Quae laedunt oculos, feſtinas demere; ſi quid
Eſt animum, differs curandi tempus in annum?

HORATIUS *Lib. I. Ep. II. v.* 29.

Si *ſomnus* nihil eſt, niſi mors; nil mors, niſi *ſomnus*,
Quo *plus* in vita *dormio*, *vivo minus.*

OWENUS, *Lib. III. Epigr.* 140.

Obtundit cerebrum *ſomni violenta poteſtas.*

AGRICIUS.

MATERIAM VITIIS DAT DIUTURNA QUIES.

NICOLAUS REUSNERUS.

(III.)

VIRTUTEM PRIMAM ESSE PUTA, COMPESCERE LINGUAM:

PROXIMUS ILLE DEO EST, QUI SCIT RATIONE TACERE.

Τῶν ἀρετῶν πρώτην ἡγοῦ τὴν γλῶσσαν ἐπισχεῖν·
Ἄγχι θεοῦ γὰρ ἐκεῖνος, ὃς οἶδεν καίρια σιγᾷν.

Think it a Virtue chief to ſpeak in Seaſon;
He 's next to God, that can hold's Tongue with Reaſon.

Die erſte Tugend iſt die Zunge beugen können:
Er iſt ein halber Gott / wer ſchweigt mit klugen Sinnen.

Beſchouwt het als iets groots uw tong te kunnen toomen;
Die dit met reden doet, is Gode 't naaſt gekomen.

Mettre à ſa langue un frein, eſt la Vertu premiere:
C'eſt tenir du divin, que ſagement ſe taire.

VARIANS LECTIO: *eſſe puto.* Quidam. *Proximus ille Deo, qui ſc. r. t.*

Recen-

FLOSCULI POETICI.

Eximia eſt Virtus, praeſtare ſilentia rebus;
Et contra gravis eſt culpa, *tacenda loqui.*

OVIDIUS, *Lib. II. de Arte v.* 593.

——— ——— *Dis proximus ille* eſt,
Quem *ratio*, non ira, movet.

CLAUDIANUS, *Paneg. in Conſulat. Mallii, v.* 226.

Eſt & fideli tuta *Silentio*
Merces: Vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgârit arcanae, ſub iisdem
Sit trabibus fragilemque mecum
Solvat phaſelum.

HORATIUS, *L. III. Od. II. v.* 25.

Inſipiens *linguam* laxat, *ſapiens*que *refraenat*;
Quis minor aut maior, quam *tacuiſſe*, labor?

OWENUS, *L. III. ad Carol. Eborac. Epigr.* 109.

Garrula dentato *fraenanda eſt* aggere *lingua.*

ANDRELIUS.

Inprimis ſtudeas *moderamina* ponere *linguae*,
Et cave quid dicas, ſemperque libentius audi.

PALINGEN. *in Cancro. v.* 770.

Praeſentem abſentemque aliquem ne laede loquendo:
Hoc ſit *praecipuum monitum*, ſit *regula prima.*

IDEM, *ibid. v.* 776.

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam,
Commiſſumque *teges*, & vino tortus & ira.

HORAT. *L. I. Epiſt. XVIII. v.* 37.

Loqui ignorabit, qui *tacere* neſciet.

AUSONIUS in *VII. Sapp. Pittaco.*

Recentiſſima Edit. Pariſina cum Paraphraſi poëtica vernac. Regiisque Filiabus dicata 1752. it. Angl. 1749.

(IV.)

SPERNE REPUGNANDO TIBI TU
CONTRARIUS ESSE:

CONVENIET NULLI, QUI SECUM
DISSIDET IPSE.

Ῥήμασιν ἀντιλόγοις μὴ ἐναντίος ἴσθι σεαυτῷ·
Οὐδενὶ συμφωνήσει, ὃς οὐ συμφωνεῖ ἑαυτῷ.

Scorn to thyſelf by thwarting croſs to be;
Who falls out with himſelf, with none can' gree.

Du muſt mit Reden dir nicht widerſinnig ſeyn:
Wer mit ihm ſelbſt nicht ſtimt / der ſtimt mit keinem ein.

Veracht het met u zelf te ſtryden in uw Rêen:
Want zulk een komt toch nooit met iemand overeen.

Ne te contredis point: A qui pourrois-tu plaire,
Si toûjours on te trouve à toi-même contraire?

VARIANS LECTIO: *qui ſecum diſſidet ipſe.* Fruſtra legit Barthius.

FLOSCULI POETICI.

Si curtatus inaequali tonſore capillos
Occurri, rides: ſi forte ſubucula pexae
Trita ſubeſt tunicae, vel ſi toga diſſidet impar;
Rides. Quid, mea quum *pugnat ſententia ſecum?*
Quod petiit, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit?
Aeſtuat, & vitae *diſconvenit* ordine toto?
Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?

HORATIUS, *Lib. I. Ep. I. ad Maecenat. v.* 94.

Nil aequale homini fuit illi. Nil fuit unquam
Sic *impar ſibi.* ——— ———

IDEM, *Serm. Lib. I. Sat. III. v.* 9. & 18.

Juſtum & *tenacem propoſiti virum*
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni,
Mente quatit ſolida.

IDEM, *Lib. IV. Od. IV. v.* 1.

——— ——— Varium & *mutabile ſemper*
Femina. ——— ——— ———

VIRGILIUS, *Aeneid. L. IV. v.* 569.

Formoſis *Levitas* ſemper amica fuit.

PROPERTIUS, *Lib. II. Eleg. XIV. v.* 16.

Dum in dubio eſt *animus*, paullo momento *huc*, *illuc*, *impellitur.*

TERENTIUS, *Andriae Act. I. Scen. V. v.* 31.

Et ſociis conſtans & moribus utere certis;
Ne mihi nunc *albus* ſis, alibique *niger.*

POSTHIUS.

NULLI CONVENIET, SIBI QUI CONTRARIUS IPSI
Extat, ut unde *calor* prodiit, inde *gelet.*

HENRICUS SAMARIENSIS, ab extrema paupertate, qua ſuos laciniae inſcribere pelliceae verſiculos coactus erat, vulgo dictus: *Pauper*, atque a DAUMIO iam ad h. l. citatus.

V.

(V.)

SI VITAM INSPICIAS, HOMINUM SI DENIQUE MORES:

CUM CULPANT ALIOS, NEMO SINE CRIMINE VIVIT.

Ἢν ποτ' ἐς ἀνθρώπων ἐπίδῃς βίον, ἤθεα τ' αὐτῶν·
Κἢν αὐτοὶ μωμῶντ' ἄλλους, τῶν δ' οὔτις ἄμωμος.

If thou into the Guiſe of Men doſt dive;
Whilſt they blame others, none without Fault live.

Beſchaue was der Menſch im Leben denkt und thut;
Wir tadeln fremde Schuld / und iſt doch keiner gut.

Indien gy 's menſchen aart en leven regt beſchouwt,
Vind gy bedillers wel, maar niemand zonder fout.

Blâmant dans tes pareils une conduite infame,
Regarde ſur toi-même. Eſt-il homme ſans blâme?

VARIANS LECTIO: *inſpicias hominum, ſi d. m. Quum culpent alios.* Al. *Quum culpes.* Scriver. *Ne culpes alios.* Al. *Quid culpas?* it. al. *culpant omnes.*

FLOSCULI POETICI.

—— —— Egomet mî ignoſco, Maenius inquit.
Stultus & improbus hic amor eſt, dignusque notari.
Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur *in amicorum vitiis* tam *cernis acutum*,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? At tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rurſus & illi.

HORATIUS, *Lib. I. Serm. Sat. III. v.* 23.

Nimirum idem omnes fallimur, neque eſt quisquam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſſis. SUUS QUOIQUE ADTRIBUTUS EST ERROR:
Sed non videmus, manticae quid in tergo eſt.

CATULLUS, *Carm. XXII. v.* 18.

Ut *nemo* in ſeſe tentat deſcendere, *nemo!*
Sed praecedenti ſpectatur mantica tergo.

PERSIUS, *Sat. IV. v.* 23.

Peras impoſuit Jupiter nobis duas;
Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit,
Alienis ante pectus ſuſpendit gravem.
Hac re videre noſtra mala non poſſumus:
Alii ſimul delinquunt, cenſores ſumus.

PHAEDRUS, *Lib. IV. Fab. IX.*

Caedimus, inque vicem praebemus crura ſagittis:
Vivitur hoc pacto: ſic novimus. —— ——

PERSIUS, *Sat. cit. v.* 42.

Da facile veniam: *Prona* gens *labi* ſumus.

GROTIUS, *in Sophompanea, Act. I. v.* 124.

Alios monere facile. Si propriam tibi
Inſpicere vitam cura, non deerit nefas.

IDEM, *ejusd. Act. II. v.* 61.

Crimina qui *cernunt aliorum*, nec ſua cernunt;
Hi ſapiunt aliis, deſipiuntque ſibi.

OWENUS, *L. III. Epigr.* 79.

VI.

(VI.)

QUAE NOCITURA TENES, QUAMVIS SINT CARA, RELINQUE:
UTILITAS OPIBUS PRAEPONI TEMPORE DEBET.

Κτησάμενός βλαβερόν τι, καὶ εἰ φίλον ἐςὶ, παραιτοῦ·
Ἔσθ' ὅτε δεῖ πλούτοιο τὰ σύμφορα πρόσθεν ἑλέσθαι.

What thou hold'ſt hurtful leave, tho' dear to thee;
Safety ſometimes to Wealth preferr'd muſt be.

Verlaß/ iſt dir's gleich lieb/ das was dich kan verletzen:
Nutz' iſt/ zu rechter Zeit/ dem Reichthum vorzu ſetzen.

Verlaat het lief genot van 't geen u nadeel baart:
Het ware nut is meer dan grote ſchatten waard.

Quelque attraïant qu'il ſoit, évite-ce qui bleſſe:
La vraïe utilité compenſe la Richeſſe.

FLOSCULI POETICI.

Immodicis brevis eſt aetas & rara ſenectus:
Quicquid *ames*, cupias *non* placuiſſe *nimis*.

MARTIALIS, *L. VI. Epigr. XXIX. v. 7.*

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer: ſudavit & alſit.
Abſtinuit Venere & vino. —— —— ——

HORATIUS, *Artis poët. v. 413.*

—— —— Sitis, ardor, arenae,
Dulcia virtuti: Gaudet patientia duris.
Laetius eſt, quoties *magno* ſibi *conſtat*, honeſtum.

LUCANUS, *Lib. IX. v. 402.*

—— —— Ignoſce timori.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui ſemel *eſt laeſus* fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus unca cibis aera ſubeſſe putat.

OVIDIUS, *Lib. II. de Ponto Eleg. VII. v. 7.*

Quae nocuere ſequar, fugiam *quae profore* credam?
Romae Tibur amem ventoſus, Tibure Romam?

HORAT. *Lib. I. Ep. VIII. v. 11.*

Vel nos in Capitolium,
Quo clamor vocat & turba faventium,
Vel nos in mare proximum
Gemmas & Lapides, *aurum* & *inutile*,
Summi *materiam mali*,
Mittamus, ſcelerum ſi bene poenitet;
Eradenda Cupidinis
Pravi ſunt elementa, & tenerae nimis
Mentes aſperioribus
Formandae ſtudiis. —— ——

IDEM, *Carm. Lib. III. Od. XXIV. v. 45.*

VII.

(VII.)

CONSTANS ET LENIS, SIC UT RES POSTULAT, ESTO:

TEMPORIBUS MORES SAPIENS, SINE CRIMINE, MUTAT.

Ὡς λόγος αἱρῆται, σεμνὸς γενοῦ, ἠδὲ προσηνής·
Ἐν καιρῷ σοφὸς ἦθος ἀνεγκλήτως μεταβάλλει.

As things require, be either ſtern or kind:
For wiſe Men without blame oft change their Mind.

Sey ſtandhaft und gib nach / wie Fug und Zeit begehren:
Ein Weiſer kan zur Noth die Sitten wohl verkehren.

Vier bot, of houd uw ſtreng, naar eiſch van zaken; want
Die naar den tyd zich richt toont wysheid en verſtand.

Ferme & facile, au gré de chaque Circonſtance,
En Sage, prêtez-vous aux tems, ſans Inconſtance.

LECTION. VAR. *ſicut res poſtulat*. Novae Edition. Pariſ. & Anglica, cum paraphraſi metrica nuper emiſſae. Al. *ceu res expoſtulat*. Wachius. *Ut res exp.* vulgatae. Pro *Lenis* habet *Levis* &: *Ut res cunque expoſtulat*, Eraſm. Illud etiam Scriver.

FLOSCULI POETICI.

Pectoribus *mores tot* ſunt, quot in orbe figurae:
  Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.
Utque levis Proteus modo ſe tenuabat in undas,
  Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper;
Hi jaculo piſces, illi capiuntur ab hamis,
  Hos cava contento retia fune trahunt;
Nec tibi conveniet cunctos modus unus ad annos.

* OVIDIUS, *de Arte. L. I. v. 761.*

Nam:

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis. ——
Non eadem eſt aetas non mens. Vejanius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro.

HORATIUS, *L. I. Ep. I. v. 4.*

Iſtuc eſt *ſapere*, qui, ubicunque opus ſit, *animum poſſis flectere.*

TERENTIUS, *Hecyrae Act. IV. Scen. III. v. 2.*

Nec fallebatur tam carus & ipſe probatis:
  Aeternas grates mutua cura canit.
Conſtantemque ſibi pariter *mitemque* fuiſſe
  Inſinuant natis, qui meminere, ſenes;
Ipſum me gradibus non degeneraſſe parentis
  Gaudent, & duplici ſedulitate fovent.

De parente ſuo ſeque RUTILIUS *Itinerar. L. I. v. 567.*

Diſſimula, ſimula, quoties occaſio poſcit:
  Moribus ut *morem temporibus*que *geras.*
Temporibus, *qui* rite *ſapis*, ſervire memento
  Omnibus, ut tempus ſerviat omne tibi.

OWEN, *L. I. Epigr. XCII.*

Quisquis in ambigua *ſe* non *accommodat* aula
  Omnibus ingeniis, non habet ingenium.

IDEM, *L. II. Epigr. VII.*

Nimirum hoc illud factum *Sapientis*, in horas,
Si toties RES ipſa *ferat*, *nova* ſumere ſemper
Conſilia, & nunquam certis addicere mentem.

MICH. HOSPITALIUS, *L. I. Epiſt. ad P. Caſtellanum. p. 55. Ed. Amſt.*

LECTION. VAR. *Et levis & conſtans, ut res expoſtulat, eſto.* Vid. *Hiſtoriam* huius Diſſ. *criticam*: Ubi & rationem reddidimus, noſtri hoc diſtinguendi modi.

(VIII.)

NIL TEMERE UXORI DE SERVIS CREDE QUERENTI;

SAEPE ETENIM MULIER, QUEM CONIUX DILIGIT, ODIT.

Μεμφομένῃ δούλους μὴ ἄγαν πίστευε δάμαρτι.
Πολλάκις ἡ σύλλεκτρος, ὃν ἀνὴρ φίλατο, μισεῖ.

Believe not raſhly when thy Wife complains
Of Servants: Whom thou lov'ſt, ſhe oft disdains.

Nicht glaube/ wann dein Weib bey dir die Knecht' angiebet:
Oft haſſet eine Frau den/ ſo ihr Ehmann liebet.

Geloof niet los uw Vrouw, die wegens Knegten klaagt:
De Vrouw haat dikwils meeſt, die haaren Man behaagt.

Ne livrez point vos gens à l'humeur d'une Femme.
Tel ſait plaire à Monſieur, qui déplaît à Madame.

FLOSCULI POETICI.

LITES ALTERNAQUE JURGIA.

Imperat illa Viro:

Pone crucem *ſervo.*

Maritus contra:

Meruit quo crimine *ſervus*
Supplicium? Quis teſtis adeſt? Quis detulit? Audi:
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Uxor iam indignabunda & furoris percita oeſtro:

O demens! Ita *ſervus* homo eſt? Nil fecerit: eſto.
Hoc volo, ſic iubeo: Sit pro ratione voluntas.

JUVENALIS *Sat. VI. v. 218. jam a Barthio citatus & poſt eum a Cl. Arntzenio ad h. l.*

Nempe *huic*, (Uxori Dominae,) praecordia nullis
Interdum, aut levibus videas flagrantia cauſſis.
Quantulacunque adeo eſt occaſio, ſufficit irae.

IDEM, *Sat. XIII. v. 181.*

Paullatim vitia atque errores exuit omnes
Prima docens rectum Sapientia Quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi exiguique voluptas,
Ultio. Continuo ſic collige: Quod *vindicta*
Nemo magis gaudet, quam femina. —— ——

IDEM, *ibid. v. 188.*

D. Verum meam *uxorem*, Libane, neſcis qualis ſit?
L. Tu primus ſentis, nos tamen praenoſcimus.
D. Fateor, eam eſſe *importunam atque incommodam.*
L. Poſterius iſtuc dicis, quam credo tibi.
D. Argentum accepi, *dote imperium vendidi.*

PLAUTUS, *Aſinariae Act. I. Sc. I. v. 45 & 74.*

DI facerent, nuptis prudentia major adeſſet!
Sentirent faciles in ſua vota viros.

L. DE MEYER, *L. III. de Ira.*

(IX.)

QUUM MONEAS ALIQUEM, NEC SE VELIT ILLE MONERI:

SI TIBI SIT CARUS, NOLI DESISTERE COEPTIS.

Ἤν τινα νουθετέῃς, ὁ δ' ἐφετμέων οὐκ ἐπακούῃ,
Εἴ μάλα μιν κραδίῃ φιλέεις, μὴ λῆγε μὲν αἰνῆς.

When you adviſe one, though he do not heed;
Yet, if you love him, in your Way proceed.

Verleyhſt du Warnung dem / der nicht gewarnt will ſeyn /
So du ihn herzlich liebſt; ſo red' ihm dannoch ein.

Moet g' een' Weerbarſtigen, zyns ondanks, ſcherp vermaanen,
Wilt jegens uwen Vriend, U van die pligt niet ſpaanen.

Quand celui qui t'eſt cher, rejette tes Avis,
Ne te rebute point, s'ils ne ſont pas ſuivis.

VARIANS LECTIO. *Quando mones.* Al. *Si moneas. Quumque mones.* Scal. vid.

20

1239



Fac tibi ſuccurrat, juvenis * compeſcere linguam. 2

FLOSCULI POETICI.

Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου,

HOMERUS, *Iliad* Λ. v 56. ant. fin. libri.

Qui *monet*, quaſi *adjuvat.*

PLAUTUS, *Curculion. Act III. v.* 89.

Corripis, ut debes, ſtulti peccata *ſodalis.*

OVIDIUS, *L. II. de Ponto Eleg. VI. v.* 5.

Vera facis, ſed ſera, meae convicia culpae:
  Aſpera confeſſo verba remitte reo.
Cum poteram recto tranſire Ceraunia velo,
  Ut fera vitarem ſaxa, *monendus* eram.
Nunc mihi, naufragio quid prodeſt dicere facto,
  Qua mea debuerit currere cymba via?

IDEM, *ibid. v* 7.

Clam *coarguas amicum*, ſed palam laudaveris.

AUSONIUS, *de Solone, in VII. Sapp.*

Indicium praebet, quicunque *hortatur*, *amoris.*

SAMBUCUS, *Epigr. Tit.* Admonitio, p. 341.

Te nuper *monui*, *monebo rurſus.*

SCHOONHOVII, *Embl XL.*

Cereus in vitium flecti, *monitoribus aſper.*

HORATIUS, *A. P. v.* 163.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte;
  Reſpuit, atque odio *verba monentis* habet.
Adgrediar melius tum, cum ſua vulnera tangi
  Jam ſinet, & veris vocibus aptus erit.

OVIDIUS, *L. I. de Remed. Amor. v.* 121.

Temporibus medicina valet: data tempore proſunt,
  Et data, non apto tempore, vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando,
  Temporibus ſi non *adgrediare ſuis.*
Ergo, ubi viſus eris noſtra medicabilis arte;
  Fac *monitis*, fugias otia prima, meis.

IDEM, *ibid. v.* 129.

---

vid. noſtram Hiſtor. Crit. It. *ipſe moneri.* Noviſſima Editio Pariſina, ann. 1752.
ut & Janſſon. 1646. & Angl. 1745.

(X.)

CONTRA VERBOSOS NOLI CONTENDERE VERBIS.

SERMO DATUR CUNCTIS, ANIMI SAPIENTIA, PAUCIS.

Μὴ συνέριζε λόγῳ τοῖς ἀνδράσιν ἀκριτομύθοις·
Πᾶσι λόγος δέδοται, σοφίη δὲ φρενῶν, ὀλίγοισι.

To ſtrive in Words with Men of Words deſpiſe;
All Men can ſpeak, but few are truly wiſe.

Du ſolt mit dem / der ſchwäzt / zu ſchwäzen nicht beginnen;
Die Red' hat jedermann / nicht viele Wiz und Sinnen.

Vermydt den Woordenſtryd met Snappers: In dit leven,
Is Wysheid weinigen, aan elk de Spraak, gegeeven.

Evite le début d'un babillard frivole:
Peu poſſèdent l'Eſprit; Tous, le Don de Parole.

VARIANS LECTIO. *Contra verboſum.* Et *Animis Sapientia.*

FLOSCULI POETICI.

Non tu ſcis: *Bacchae bacchanti ſi velis adverſarier*,
Ex inſana *inſaniorem facies*; feriet ſaepius:
Si obſequare, una reſolvas plaga?

PLAUTUS, *Amphitr. Act. II. Scen. II. v. 70.*

—— —— —— —— Soli
Oderunt pacem *ſtulti*, & *certamina quaerunt.*

PALINGENIUS, *Cancro. v. 483.*

Num decet iraſci Regem, ſi morio *verbis*
Indignis illum petat? An contemnere praeſtat?
Numquid cum puero decus eſt *pugnare* Giganti?

IDEM, *Scorpio, v. 790.*

—— Ea ne dicas, quae nil referre videntur:
Nec verba incaſſum & nulla ratione profundas:
Nam te ridebunt homines, fatuumque vocabunt.
Verum, ſive rogas aliquem, ſeu forte roganti
Reſponſurus eris, prius ipſam *conſule mentem*,
Quam vox exiliat: quae poſtquam eſt edita, retro
Haud remeare poteſt; verbum ſemel ore ſoluto
Emiſſum longe nequit ad ſua clauſtra reverti.

IDEM, *Cancri v. 778.*

Cedito moroſis, nam quo mage *concutis ignem*;
Hoc magis *attollit* mota favilla *jubar.*

SCHOONHOVIUS, *Emblemate XL.*

Si *duro* fueris *moleſtus* idem,
Nihil proficies: reſuſcitatur,
Sed *non reprimitur premendo*, *ſerpens.*
Palpanti nihil aſperum, ferumve eſt.

IDEM, *ibid. in Phalaecis.*

(XI.)

DILIGE SIC ALIOS, UT SIS TIBI CARUS AMICUS;

SIC BONUS ESTO BONIS, NE TE MALA DAMNA SEQUANTUR.

Ὡς ἄλλους φιλέειν, ὡς καὶ φίλος εἶναι ἑαυτῷ.
Ὡς χρηςοῖς ἔσο χρηςὸς, ὅπως βλάβος οὐδὲν ἐπίσπῃς.

Love others well, but love your ſelf ſtill moſt:
Be good to good Men, but not to thy Coſt.

Biſt andern alſo hold/ daß du ja freund ſeyſt dir:
Sey guten Leuten gut; Schau aber ſelbſt dich für.

Bemin wel and'ren, maar u zelven boven al,
Zyt aan den Goeden goed; doch myd uw ongeval.

Aimez votre Prochain: Ce Précepte eſt ſuprême:
Mais le porter trop loin, c'eſt ſe perdre ſoi-même.

VARIANS LECTIO. *Carus*, *agicus*. Quod probat Cl. Cannegieterus.

Et;

FLOSCULI POETICI.

Ne noceas tibi, ſic aliis prodeſſe memento.

MARTIALIS, *medii aevi ſcriptor, Libro* undique ſuſcepto.

Plus alios, quam ſe, quis, niſi *ſtultus, amat?*

RICHARD. JUDEX, *Venuſinus*, uterque iam a DAUMIO citatus.

Φιλεῖ δ᾽ ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

MENANDER, *Citatus a* Cl. ARNTZENIO:

Quem nos Senarium ita latine, quantum ad ſenſum, reddimus:

Quis ſemet ipſo plus amabit quempiam?

Vel planius, magisque κατὰ πόδα.

Nemo ſibi ullum amore amicum praeferet.

Diligitur nemo, niſi cui *fortuna ſecunda* eſt:
Quae ſimul *intonuit, proxima quaeque fugat.*

OVIDIUS, *de Pont. L. II. El. III. v. 23.*

Inter utrumque manet virtus: extrema relinque,
Et cui fas, *quantum*que *licet, largire:* nec ultra
Impenſam facias, quam ſit permiſſa facultas.

PALINGENIUS, *Tauro, v.* 528.

Quae tua conditio poſcit moderare libenter:
Dumque *juvas alios*, ſit tibi *cura tui.*

J. SAMBUCUS, *Emblematum Editionis quartae Plantinianae p. 98. tit. πολυπραγμοσύνη. v. 11.*

Qui *ſua* diſtribuunt, *aliis*que cavere videntur,
Cur ſapere hos dicas? Re ſine nomen habent.

IDEM, *p. 97. Emblem. tit.* Sapientia inſipiens. *v.* 7.

Et: *male damna.* Infelix correctio, cui obviam itur noſtra diſtinctionis nota.

(XII.)

RUMOREM FUGE, NE INCIPIAS NOVUS AUCTOR HABERI:

NAM NULLI TACUISSE NOCET: NOCET ESSE LOCUTUM.

Φεῦγε νέους θρύλλους, μὴ καινοτόμος τις ἀκούσῃς·
Οὐδένα γ' ἡ σιγὴ, τὸ λαλῆσαι δ' ἤκαχε πολλούς,

Shun Rumours, leſt thou be'ſt as th' Author nam'd;
Silence hurts none, but ſome for Words are blam'd.

Fleuch Zeitung/ daß man nicht die Schuld auf dich mag laden:
Dann Schweigen ſtraft man nie; doch Reden bringt zu Schaden.

Myd los Gerugt, dat men u niet den Vinder teeken:
Het zwygen ſchaadt geen' Menſch; maar wel t'ontydig ſpreeken.

Evitez le Renom d'être l'Auteur d'un bruit:
Silence ne fait tort; Babil eſt-ce qui nuit.

VARIANS LECTIO. *Rumores fuge.* Cui conſentiunt Graeci Interpp. Planud. & Scalig. noviſſima Pariſienſis, & pleraeque aliae Editt. cum Codd. MSS.

Al.

FLOSCULI POETICI.

——— ——— ——— It *Fama*, per urbes.
Fama, malum, quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, *vires*que *adquirit eundo*.
Parva metu primo, mox ſeſe adtollit in auras,
Ingrediturque ſolo & caput inter nubila condit.

VIRGILIUS, *AEneid. L. IV. v.* 173.

Tam *ficti* pravique *tenax*, quam *nuncia* veri.

IDEM, *ibid. v.* 188.

Tota fremit: vocesque *refert: iteratque quod audit*.
Nulla quies intus, *nulla*que *ſilentia parte*.
Nec tamen eſt clamor, ſed parvae *murmura* vocis.

OVIDIUS, *Metam. L. XII. v.* 47.

Miſtaque cum veris paſſim *commenta* vagantur
Millia rumorum: confuſaque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures;
Hi narrata ferunt alio: *Menſuraque ficti*
Creſcit, & auditis aliquid NOVUS *adjicit* AUCTOR.

IDEM, *ibid v.* 54.

Propterea certe nova paſcua quaeris, & amnes
Fingis inauditos, *& vis* NOVUS AUCTOR HABERI.

J. B. MANTUANUS, *Ecl. X. v.* 255.
citante ita DAUMIO.

Quisquis is eſt, memori *rumorem* voce *referre*
Et *fieri famae pars*que gradusque *poteſt*.

OVIDIUS, *L. III. Triſt. El. XII. v.* 43.
& cit. ARNTZEN, *El. XIII. v.* 43.

Rumor rumores, errores *parturit* error:
Ut nivis exiguus *creſcit eundo* globus.

OWENUS, *L. Sing. Epigr. CCXLIII.*

Non nova ſunt *fingenda*, niſi haec vera eſſe probentur:
Nullam verba fidem, amota ratione, merentur.

PALINGEN. *Aquario. v.* 406.

Al. *novus actor.* Clariſſ. Reitz. *Non unquam tacuiſſe nocet.*
It. *nocet eſſe locuto.* Mera conjectura aliqui ita mutaturi erant; ſed perperam, veluti in Hiſtoria Critica nos oſtendimus.

(XIII.)

SPEM TIBI PROMISSI CERTAM PROMITTERE NOLI.

RARA FIDES IDEO EST, QUIA MULTI MULTA LOQUUNTUR.

Ἐλπίδ' ἀπαγγελίης μὴ ἑτοίμην αὐτίκα ἡγοῦ·
Ἡ πίστις σπανίη γ', ὅτι πολλοὶ πολλὰ λαλοῦσι.

Do not thou promiſe what is promis'd thee;
Faith is but rare, becauſe Words are ſo free.

Trau auf Verheiſſung nicht / als könne ſie nicht fehlen:
Treu' iſt ein theures Ding: Weil viel' auch viel erzehlen.

Hoop op 't beloofde ga Beloftens nooit te boven:
Trouw is een zeldſaam ding, wyl veelen veel beloven.

Ne vous fondez pas trop ſur Promeſſes pompeuſes:
Le Credit eſt tombé par ces Langues trompeuſes.

VARIANS LECTIO. *Rem tibi promiſſam certo pr. n.* Vulgata olim Lectio, quam & Planudes ſequitur. Al. *Rem* al. *Spem t. promiſſam*, *certam*, it. al. *certum*.

Rara

FLOSCULI POETICI.

Promittas facito: (quid enim promittere laedit?)
Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt.
Spes tenet in tempus, ſemel eſt ſi credita, longum:
Illa quidem *fallax*; ſed tamen apta *dea* eſt.

OVIDIUS, *L. I. de Art. am. v.* 445.

Si donare vocas *promittere, nec dare*, Cai;
Vincam te donis muneribusque meis.
Accipe Callaicis quidquid fodit Aſtur in arvis,
Aurea quidquid habet divitis unda Tagi;
Quidquid Erythraea niger invenit Indus in alga,
Quidquid & in nidis unica ſervat avis;
Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno:
Quidquid habent omnes; accipe, quomodo das.

MARTIALIS, *L. X. Epigr. XVI. tot.*

Das nunquam; ſemper promittis, Galla, roganti:
Si ſemper fallis; iam rogo, Galla, nega.

IDEM, *L. II. Epigr. XXV. tot.*

Si qua mei tamen eſt in te pia cura relicta;
Incipe *pollicitis addere facta* tuis.

OVIDIUS, *L. II. Amor. El. XVI. v.* 47.

Omnia *promittis, nec* tantum forte *daturus.*

H. GROTIUS, *L. III. Sylvar.*

Plus tibi pollicitis praeſtandum; non minus. Unde?
Una data eſt homini lingua, manusque duae.
At tu *nil praeſtas; promittis plurima:* tamquam,
Marce, duae linguae ſint tibi, nulla manus.

OWENUS, *Libro ſingul. Epigr. XXIII. tot.*

Vulgare amici nomen; ſed RARA eſt FIDES.

PHAEDRUS, *L. III. Fab. XLVIII.*
Citante & hoc, poſt Opitium, cum pluribus aliis exemplis, Cl. Arntzenio.

Rara fid. ideo, quia m. m. l. Editio noviſſima Pariſina, cum metaphraſi Gallica, Tetraſtichis contenta.

XIV.

(XIV.)

QUUM TE ALIQUIS LAUDAT, JUDEX TUUS ESSE MEMENTO:

PLUS ALIIS DE TE, QUAM TU TIBI, CREDERE NOLI.

Ἤν τις σ᾽ αἰνέσσειε, σὺ γίγνου σεῖο δικαστής·
Μὴ πίστευ᾽ ἄλλοις περὶ σοῦ πλέον, ἢὲ σεαυτῷ.

When any thee commend, paſs Judgment juſt
Touching thy ſelf, and do not others truſt.

Lobt einer etwa dich / nim dich zum Richter für:
Und glaube keinem mehr / als du dir ſelbſt / von dir.

Beoordeel ſteeds u zelf, als and're uw lof verbreyen;
En vleid U zelven min, dan deez' u mogten vleyen.

Vous priſe-t-on; jugez de vos propres Merites:
Qu'avec de grands Défauts vos Forces ſont petites!

VARIANS LECTIO. *Quum quis te l.* Al. *Cum te quis l.* Sed prior illa, potior.

FLOSCULI POETICI.

Reſpue, quod non es: Tollat ſua munera cerdo.
Tecum habita, & *noris*, quam ſit tibi curta ſupellex.

PERSIUS, *Sat. IV. v.* 51. Cerdo, qui te, cum ſis ſordidus, blanditiarum ſuarum ſordibus candidum politumque efficere, fruſtra quidem, adlaborat.

—— —— Nec *te* quaeſiveris *extra.*

IDEM. *Sat. I. v.* 7.

Tu recte vivis, ſi curas *eſſe*, *quod audis.*
Jactamus iam pridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, NE CUI DE TE PLUS, QUAM TIBI, CREDAS,
Neve putes, alium Sapiente Bonoque, beatum.
Neu, ſi te populus ſanum, recteque valentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

HORATIUS, *L. I. Epiſt. XVI. v.* 17.

Haec ipſa magna eſt culpa, *blandiri ſibi.*

H. GROTIUS, *Sylv. ſacris.*

Maxima pars fumo gaudet, fumoque repletur.
Stulti, quid fumo eſt levius? quid inanius? Aut quid
Ridiculum magis eſſe poteſt, quam *quaerere honorem*
Immeritum, & cauſſas veri contemnere honoris?

PALINGENIUS, *Zodiac. Vit. in Sagitt. v.* 924.

Qui tribui *veram* ſibi *laudem quaerit*, ineptos
Contemnat plauſus, *judicio*que regat.

SAMBUCUS, *Embl. tit.* Ambitio, *p.* 81. *v.* 5.

Virtus, repulſae neſcia ſordidae,
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit, aut ponit, *ſecures*
Arbitrio popularis aurae.

HORATIUS, *L. III. Od. II. v.* 17.

XV.

(XV.)

OFFICIUM ALTERIUS MULTIS NARRARE MEMENTO:

ATQUE ALIIS QUUM TU BENEFECERIS IPSE, SILETO.

Τὴν εὐεργεσίην ἄλλων ἐνὶ πλείοσι θρύλλει·
Ἢν δέ τι τοὺς ἄλλους εὖ ἔρδῃς, κεῦθε σιωπῇ.

Others good Turns to thee be ſure to tell;
But nothing ſay, when thou thyſelf do'ſt well.

Hat einer dir gedient; ſo zeig' es vielen an:
Schweig' aber / haſt du gleich bey andern was gethan.

Laat veele alom den lof des Gunſtbewyzers hooren;
Doch 't eigen goed bedryf, in 't nedrig harte ſmooren.

Aimons à célébrer tous les bienfaits d'un autre;
Que la nuit du Silence envéloppe le nôtre.

VARIANS LECTIO. *A. aliis quam tu bene.* Al. *quantum benefeceris, ipſe ſileto* *.

It. al. *Si tu forte aliis bene feceris ipſe ſileto.*

* Textui quodſi latino & meam mihi calculum inſuper adjicere licitum fuerit,

FLOSCULI POETICI.

Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου.

Jambicum Trimetron, cum ſequente AUSONII *verſione jam a* SCALIG. *allegatum.*

—— —— —— —— Amico

Tu bene ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt.
Quae *bene facta accipias*, perpetuo MEMENTO.

AUSONIUS *in VII. Sapientum Sententiis, & ſeptenis verſibus* CHILONI *Lacedaemonio tributis.*

Beneficii numquam, cito *dati obliviſcere.*

SENEC. *ac* SYRI *ſingular. Sentent. ed.* HAVERCAMP. *v.* 70.

Si te muneribus *quiſquam donaverit, effer:*
At quae tu dederis, coram *jactare caveto,*
Ne jactatoris valeas incurrere nomen.

PETR. ALEX.

Quae mihi praeſtiteris *memini*, ſemperque tenebo.
Cur igitur *taceo*, Poſtume? *Tu loqueris.*
Incipio quoties alicui tua *dona referre*,
Protinus exclamat: Dixerat *ipſe* mihi.
Non belle quaedam faciunt duo: Sufficit unus
Huic operi: Si vis, ut *loquar; ipſe tace.*
Crede mihi, quamvis ingentia, Poſtume, *dona*
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

MARTIALIS *Lib. V. Epigr. LII. totum: Nam totum huc pertinebat. Ex parte vero, jam ante nos, in notis ad hoc Diſ. noviſſimi Editoris.*

Omnia *ſponte fluant*, abſit violentia rebus.

JO. AM. COMENIUS, cui nos adjungimus:

Et, quam ſponte refers, gratia, grata magis.

fuerit, poſterioris verſus dictiones: *Atque* &: *quum tu*, vel aliorum: *quantum*, ortum traxiſſe ex ſequente numerorum ſerie, facile mihi perſuaſerim: *At quae tute aliis benefeceris ipſe.* Ut in Parodia Petri Alitis, ſupra allata. Vel tali ex ordine: *At quam tute aliis bene*, &c.

(XVI.)

MULTORUM QUUM FACTA SENEX ET
DICTA RECENSES,
FAC TIBI SUCCURRANT, JUVENIS QUAE
FECERIS IPSE.

Πολλὰ γέρων πολλῶν μεμνημένος ἔργα λόγους τε,
Ἐνδυκέως μέμνησο, τάπερ νέος ὢν πολ' ἔοργας.

Whilſt, now grown old, Mens Words and Deeds *you ſcan,*
Think what you did yourſelf, being a young Man.

Zeigſt du im Alter an / was der und die gemacht;
So denck' ihm gleichfals nach / was du / noch jung / vollbracht.

Spreekt g', in uw Grysheid: Dit heeft deez' en die
bedreeven;
Denk dan om 't geen Gy deed in de Uchtend van uw
Leven.

Vous, Controlleurs de tout, dans la morne Vieilleſſe,
N'épargnez pas, non plus vos Exploits de Jeuneſſe.

VARIANS LECTIO. *Fac tibi ſuccurrat, juvenis quid f. i.* Scriver.

FLOSCULI POETICI.

Antiquos jam mente dies annosque revolvens
Expiſcare, vetus repetitaque ſaecla per aevum,
Maturosque patres, *memores* & *temporis acti*
Percontare *ſenes:* Hi te memoranda docebunt.

Moses *in Cantico Deuteron.* XXXII. 7.
Jo. Matthaeo Toscano *interprete.*

—— —— —— Denique *te ipſum*
Concute, num qua *tibi* vitiorum inſeverit *olim*
Natura, aut etiam *conſuetudo mala.* ——

Horat. *Serm. Libr. I. Sat. III. v.* 34.

Multa *ſenem* circumveniunt incommoda. Vel *quod*
Quaerit & inventis miſer abſtinet & *timet* uti:
Vel quod res omnes timide gelideque miniſtrat.
Dilator, ſpe longus, iners, avidusque futuri:
Difficilis, querulus, *laudator temporis acti*
Se puero, *Cenſor caſtigatorque minorum.*
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum;
Multa recedentes adimunt. —— ——

Idem, *Arte poët. v.* 170. *quo etiam jam digitum intendit proximus ante nos Editor, Cl.* Arntzenius.

Laudat praeteritos, praeſentes deſpicit annos:
Hoc tantum rectum, quod ſapit ipſe, putat (*ſenex.*)
Se ſolum doctum, ſe judicat eſſe peritum,
Et, quod ſit ſapiens, deſipit inde magis.
Multa licet nobis *referens*, *eademque revolvens*
Horret, & alloquium conſpuit ipſe ſuum.

Cornel. Gallus, *Eleg. I. v.* 197.

Fortunate ſenex, *actae quem gloria vitae*
Sic *juvat*, ut lethi non ſit acerba dies.

Bochius.

Ut laudanda ſenis probitas, ita foeda *ſenectus*
Culpanda eſt, turpi *quae maculata probro.*

Owenus, *L. Ethicor. II. Epigr.* XX.

Quae caruit vitiis, dulcis ſolet eſſe *ſenectus*:
Contra *moroſa* eſt, *quae vitioſa* fuit.

Idem, *L. eorumd. I. Ep.* LXI.

Grata *ſenectus* homini, quae *parilis juventae:*
Illa juventa eſt gravior, quae ſimilis ſenectae.

Ausonius, *Dictis VII. Sap. in* Chilone.

(XVII.)

NE CURES, SI QUIS TACITO SERMONE LOQUATUR.

CONSCIUS IPSE SIBI DE SE PUTAT OMNIA DICI.

Τοῦ κρυφίως μή σοι μελέτω τινὶ κοινολογοῦντος·
Πᾶν ὑφορᾷ καθ' ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ φαῦλα σύνοιδε.

If one do whiſper ſoftly, do not care;
They think all ſaid of them that guilty are.

Sagt einer heimlich was; ſo laß es überhin.
Wer ihm nicht wohl bewuſt / meynt alles geh' auf ihn.

't Belge U niet als men zagt of heimlyk ſpreken mogt:
Want dus vertoont zich 't merk van ſchuldige agterdogt.

Ne vous apliquez point un mot, dit en Silence:
Ce Soupçon marque aſſez, quelle eſt la Conſcience.

VARIANS LECTIO. *Nec cures.* Suſpecta tamen.

FLOSCULI POETICI.

Conſcia mens, ut cuique ſua eſt, ita *concipit* intra
Pectora, pro facto ſpemque *metum*que ſuo.

OVIDIUS, *Libr. I. Faſtor. v.* 485.

Conſcia mens recti famae mendacia ridet:
Sed nos *in vitium credula turba* ſumus.

IDEM, *eorumd. Libr. IV. v.* 309.

Conſcia mens recti nullo commota pavore eſt:
Ut *mala mens ſemper* ſollicitata *pavet*.

OWEN. *Ethic. & politicor. Libr. I. Ep.* XL.

Suſpicione ſi quis errabit ſua,
Et rapiet ad ſe, quod erit commune omnium,
Stulte nudabit animi conſcientiam.

PHAEDRUS, *Libr. III. Prolog. v.* 45.

Nihil eſt *miſerius*, *quam animus* hominis *conſcius*.

PLAUTUS, *Moſtellar. Act. III. Scen. I. v.* 13.

Heu *quantum* miſero *poenae mens conſcia* donat!

LUCANUS, *Libr. VII. v.* 784.

Qui *pavet vanos metus*, Veros fatetur.

SENECA, *Oedip.* (*Act. III.*) *v.* 700.

Quid *poena* praeſens *conſciae mentis pavor*,
Animusque *culpa plenus* & ſemet *timens*?

IDEM, *in Hippolyto. v.* 161.

——— ——— ——— Cur tamen hos tu
Evaſiſſe putes, quos diri *conſcia* facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere caedit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Poena autem *vehemens*, ac multo ſaevior illis,
Quas & Caeditius gravis invenit & Rhadamanthus:
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

JUVENALIS, *Sat. XIII. v.* 192.

Non dabitis *murum ſceleri*. ——— ———

CLAUDIANUS.

——— ——— ——— *Hic murus* aheneus eſto:
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

HORAT. *Libr. I. Ep. I. v.* 60.

(XVIII.)

QUUM FUERIS FELIX, QUAE SUNT ADVERSA CAVETO:
NON EODEM CURSU RESPONDENT ULTIMA PRIMIS.

Ἐν ταῖς εὐτυχίαις τὰ τύχης ἑτερόῤῥοπ' ἄλευε·
Οὐχὶ τὰ λοίσθι' ἀεὶ τοῖς πρώτοις ἐςὶ συνῳδά.

When thou doſt thrive think things may fall amiſs;
The End not always like Beginning is.

Im Glücke ſchaue zu / damit es ſich nicht wende:
Sie ſind nicht gleich' allzeit / der Anfang und das Ende.

In 't ruim van voorſpoed wil aan tegenſpoed gedenken,
Het Rad van Avontuur kan wel in 't eind' eens zwenken.

Favoriſés du Sort, prévoïons ſes Retours:
Jamais ne nous ramène au Port le premier Cours.

VARIANS LECTIO. *Non ſimili curſu*, Malſcius, ſed dubia fide.

FLOSCULI POETICI.

Tu quoque *fac timeas*, & quae tibi *laeta* videntur,
Dum loqueris, *fieri triſtia poſſe*, *puta*.

OVIDIUS, *Libr. IV. de Ponto*, *El. III. Diſt. ult.*

Saepius ventis agitatur ingens
Pinus : & celſae *graviore caſu*
Decidunt turres: feriuntque ſummos
Fulmina montes.

HORATIUS, *Carm. Libr. II. Od. X. v.* 9.

Res etiam *in ſummo* quando fortuna locavit,
Sunt in praecipiti, non ſtabilique *gradu*.
Ergo *ne* nimium *rebus confide ſecundis:*
Quae ſecura putas, ventus inanis aget.

SAMBUCUS, *Emblem. pag. m.* 279.

Nemo cavenda timet, qui *metuenda cavet*.

OWEN. *Libr. III. Epig.* CLXXII. *ſ. fin.*

—— —— —— *Dicique beatus*
Ante obitum *nemo* ſupremaque funera *debet*.

OVIDIUS, *Metam. Libr.* III. *v.* 136.

Omne ſub regno graviore regnum eſt.
Quem *dies vidit* veniens *ſuperbum*,
Hunc *dies vidit* fugiens *jacentem*,
Nulla ſors longa eſt. Dolor ac Voluptas
Invicem cedunt. *Brevior Voluptas.*
Ima permutat brevis hora *ſummis.*

SENECA *in Thyeſte. Act. III. Choro*, *v.* 594. & 610.

Miſcet haec illis, prohibetque Clotho
Stare fortunam. *Rotat omne fatum.*

IDEM, *ibid. v.* 615.

Res Deus *noſtras* celeri citatas
Turbine verſat.

IDEM, *ibid. v.* 619. *Plura horum vid. ad Libri IV. Diſt. XXVI.*

Non eadem ſemper *fortuna*, vel omnibus una eſt.

MICH. HOSPITALIUS, *libr. III Epiſt. ad* LANCELOTUM CARLUM *Epiſc. p.* 186. *Ed. Amſt.*

(XIX.)

QUUM DUBIA ET FRAGILIS SIT NOBIS VITA
TRIBUTA;

IN MORTEM ALTERIUS SPEM TU TIBI
PONERE NOLI.

Εἴγε μινυνθάδιος βίος ἐςὶ καὶ ἄςατος ἡμῶν,
Ἐν μόρῳ ἀλλοτρίῳ τὴν ἐλπίδα σοῦ μὴ ἀναρτᾷν.

Sith God a frail uncertain Life doth give thee,
Hope not for dead Mens Shoes, that may out-live thee.

Weil dieſes Leben nur iſt Furcht und Todes-Noth;
So hoffe du doch nicht auf eines andern Tod.

Herdenk der ſterflingen onzek'ren levensloop,
En maak' op and'rer dood geen vaſten ſtaat, noch hoop.

Sur la mort de quelqu'un l'eſpérance eſt fragile:
Nôtre être également eſt douteux & débile.

VARIANS LECTIO. *Nobis ſit vita.* Edit. Pariſ. cit. Arntz. Sed Nov. Pariſ.

FLOSCULI POETICI.

Vitae ſumma *brevis ſpem* nos *vetat* inchoare *longam.*
Jam te premet nox fabulaeque manes.

HORATIUS, *Lib. I. Od. IV. v.* 15.

—— —— —— *Spacio brevi*
Spem longam reſeces: Dum loquimur, fugerit invida
Aetas. Carpe diem, quam minimum credula poſtero.

IDEM, *ibid. Od. XI. v.* 6.

Turpiter his emitur *Spes mortis*, & orba Senectus.

OVIDIUS, *d. A. Libr. II. v.* 271.

Nemo tam divos habuit faventes,
Craſtinum ut *poſſit ſibi polliceri.*

SENECA, *Thyeſt. Act. III. Chor. v.* 617.

—— —— Scilicet *ultima ſemper*
Expectanda dies homini eſt. —— ——

OVIDIUS, *Libr. III. Met. v.* 135.

Pulvis & umbra ſumus.
Quis ſcit, an adjiciant hodiernae craſtina ſummae
Tempora Dî ſuperi?
Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
Quae dederis animo.

HORATIUS, *Libr. IV. Od. VII. v.* 16.

Hic male dotata *pauper* cum conjuge *vivit:*
Uxorem fato credat obeſſe ſuo.

OVIDIUS, *de Remed. Am. Libr. II. v.* 169.

Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita novercae.
Filius *ante diem* patrios inquirit in annos.

IDEM, *Metamorph. Libr. I. v.* 147.

Nonne *hominum vitam* tenui *pendere capillo*,
Nonne *perire brevi mortalia* cuncta *videtis*,
Ac, veluti fumus, tenues vaneſcere in auras.

PALINGENIUS, *Capricorno, v.* 432.

Sors quos vult tabulis *heredes* grata ſupremis
Scribit, avetque ſuo mortuus eſſe loco:
Mî ſatis eſt aliquid duro peperiſſe labore:
Praedia, *quae veniunt ſorte*, *pericla vehunt.*

SAMBUCUS, *Emblemat. p. m.* 148.

Pariſ. ſit nobis. In morte alterius. Vulgatae omnes, ita & noviſſima Pariſina.

(XX.)

EXIGUUM MUNUS QUUM DAT TIBI PAUPER AMICUS,

ACCIPITO PLACIDE, PLENE ET LAUDARE MEMENTO.

Εἴ τι σοι ἀκλέανος φίλος εὐτελὲς ὤπασε δῶρον,
Δέχνυσαι εὐμενέως καὶ ἐπαίνεσον εὔφρονι θυμῷ.

When a ſmall Gift is giv'n by a poor Friend,
Accept it well, and highly it commend.

Gibt dir ein armer Freund / als viel er geben kan;
So lob' es völliglich / und nim es freundlich an.

Geeft u een arme Vrient, zoo veel hy geven kan,
Zo neem het aan in dank, en ſpreek 'er loflyk van.

Quelque Don, qu'un Ami pauvre & zêlé te faſſe;
Fais cas de ſon préſent & reçois-le avec grace.

VARIANS LECTIO. *Quum det.* Al. *plene laudare mem.* It. al. *& plene. Accipias placide & plane l. m.* Nupera illa Pariſ. Ed. ſed hic minus probanda.

(*) Gallice vocantur ejusmodi cultores ſequioris ſexus & clientes perpetui, *des*

FLOSCULI POETICI.

Accipe parva mei *laetus munuſcula* cenſus:
Nec quae ſint, ſed *qua*, *ſuſpice*, *mente data*.
OWENUS, *Eth. Libr. I.*

Non quantum dederis, ſed *quanta mente* dediſti,
Penſandum eſt: Placat *victima parva* Deum.
IDEM, *ibid. Epigr.* VIII. & LXXXIX.

Munera, crede mihi, capiunt hominesque Deosque:
Placatur *donis* Juppiter ipſe datis.
OVIDIUS. *Libr. III de Arte am. v.* 743.

Munera det dives: jus qui profitebitur, adſit;
Facundus cauſſam ſaepe clientis agat.
Carmina qui facimus, mittamus *carmina tantum.*
IDEM, *ibid. v.* 631.

Muneribus parvis gratia maior ineſt.
Vid. *Hiſtor. noſt. Crit. ad h. D. n. II.*

Utque ea non ſperno, ſic acceptiſſima ſemper
Munera ſunt, *auctor* quae *pretioſa facit.*
OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. XVII. v.* 71.

Nec . . . jubeo pretioſo munere dones:
Parva, ſed *e parvis* callidus *apta* dato.
Cum bene dives ager, cum rami pondere nutant;
Afferat in calatho *ruſtica dona* puer. —— ——
Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat:
At nunc caſtaneas, nunc amat illa nuces. ——
Omnibus his inerunt *gratae* veſtigia *curae*. (*)
Sit ſuus in blanda ſedulitate *modus*.
IDEM, *Libr. II. Art v.* 261. 267. 331. & 334.

Abs quivis homine, quum eſt opus, *beneficium accipere gaudeas*.
TERENTIUS, *Adelph. Act. II, Scen. III. init.*

des Rendeurs de petits ſervices, de quibus ſaepius in ſcriptis ſuis jocatur Gallicus ille in Anglia Epicurus Philoſophus, *St. Evremont:* Nam Gallicus & in Gallia Epicurus mihi Gaſſendus eſt.

XXI.

(XXI.)

INFANTEM NUDUM QUUM TE NATURA CREARIT,

PAUPERTATIS ONUS PATIENTER FERRE MEMENTO.

Εἴ σε τεκοῦσα φύσις γυμνὸν βρέφος ἦγε φόωσδε,
Τῆς ἀχρημοσύνης ἄχθος φέρε καρτεροθύμως.

Sith Infant bare by Nature born thou art,
The Weight of Poverty take in good part.

Weil du diß Leben bloß und nackend haſt gekrieget;
So leide / wann die Laſt der Armuth auf dir lieget.

Natuur heeft naakt en bloot op aarde u voorgebragt.
Draag daarom 't laſtig pak der armoë zonder klagt.

Enfant, tu ſortis nud des mains de la Nature:
Apprends à ſupporter tous tes maux ſans murmure.

VARIANS LECTIO. *Creavit.* Pauciores; ſed Pariſ. noſtra: *crearis.*

FLOSCULI POETICI.

Tum porro PUER, ut ſaevis projectus ab undis
Navita, NUDUS humi *jacet* INFANS, *indigus omni*
Vitaï auxilio, cum primum in luminis oras
Nixibus ex alvo matris NATURA profudit:
Vagituque locum lugubri complet, ut aequum 'ſt,
Quoi tantum in vita reſtet tranſire malorum.

LUCRETIUS, *de Natur. rerum Lib. V. v.* 223.

— — Fuit illa dies, qua ſemina tantum,
Spesque hominum primae, matrisque habitavimus alvo.
Artifices NATURA manus admovit: & angi
Corpora viſceribus diſtentae condita matris
Noluit, eque domo vacuas emiſit in auras.
Editus in lucem jacuit ſine viribus INFANS:
Mox quadrupes rituque tulit ſua membra ferarum.

OVIDIUS, *Metamorph. Libr. XV. v.* 216.

TIRES. *Pauper* eris. ULYSS. *Fortem* hoc *animum tolerare* jubebo.

HORATIUS, *Libr. II. Sat. V. v.* 20.

Quanto quisque ſibi plura negaverit,
A Dîs plura feret. *Nil cupientium*
Nudus caſtra peto: & *transfuga divitum*
Partes linquere geſtio,
Contemtae dominus ſplendidior rei.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XV. v.* 11.

—— —— Rectius occupat
Nomen *beati*, *qui* deorum
Muneribus ſapienter uti
Duramque callet pauperiem pati.

IDEM, *L. IV. Od. IX. v.* 46.

Pauperiem, modico contentus, ſemper *amavi:*
Et rerum dominus, nil cupiendo, fui.

CORNEL. GALL. *El. I. v.* 53.

NUDUS in hunc mundum *veni puer*, exeo *nudus.*
Iſta Deus nobis dederat, Deus abſtulit idem.

MICH. HOSPITALIUS, *Libr. II. Epiſt. I. p.* 72.

NUDUM HOMINEM primum MATER NATURA profudit.

SERENUS SAMONICUS, *de Medicina, pag.* 34.

Nil habet *infelix paupertas* durius in ſe,
Quam quod ridiculos homines facit. — —

JUVENALIS, *Sat. III. v.* 152.

Leve eſt *miſerias* ferre; *perferre* eſt *grave.*

SENECA, *Thyeſt.* (*Act.* II) *v.* 306.

XXII.

(XXII.)

NE TIMEAS ILLAM, QUAE VITAE EST ULTIMA FINIS:

QUI MORTEM METUIT, QUOD VIVIT, PERDIT ID IPSUM.

Μὴ τρέσσῃς τὴν κῆρα, βίου πέρας ἔσχατον οὖσαν·
Ὅστις κῆρα δέδοικε, καὶ ὃ ζῇ, τοῦτ' ἀποβάλλει.

Fear not that End of Life which Nature gives;
He that fears Death, loſeth even that he lives.

Lauf für dem Ende nicht / das allen iſt gegeben:
Wer fürchtet ſeinen Tod / vergißt der Zeit zu leben.

Schuuw niet dat doelwit, 't geen' een einde aan 't leven geeft.
Die vreeſt den dood, verlieſt zelf 't leven dat hy heeft.

Ne craignez point la mort; c'eſt un terme préſcrit:
Chaque jour eſt perdu que cette crainte aigrit.

VARIANS LECTIO. *Quae Vita eſt ult.* Leidenſ. cod. 2. *dum vivit.* Al. *perdidit ipſum.* Perperam.

FLOSCULI POETICI.

——— Moriar. MORS ULTIMA LINEA rerum eſt.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVI. v.* 79.

——— ——— ——— MORS ULTIMA poena *eſt*,
Nec metuenda viris. ——— ——— ———

LUCANUS, *Pharſal. Libr. VIII, v.* 395.

Stat ſua cuique dies, breve & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitae ——— ——— ———

VIRGILIUS, *AEneid. Libr. X. v.* 467.

Flere obitum, eſt addi vulnera vulneribus.

LAMPSON. *Typo vitae humanae. Vid. Tom. III. Delic. Poet. Belg.*

Mors & *fugacem perſequitur* virum:
Nec parcit imbellis juventae
Poplitibus, *timido*que tergo.

HORATIUS, *Libr. III. Od. II. v.* 14.

——— ——— ——— *Metu*
Mon mortis laqueis expedies caput.

IDEM, *Ibid. Od. XXIV. v.* 7.

Fortem poſce *animum*, *mortis terrore carentem:*
Qui SPATIUM VITAE EXTREMUM inter munera ponat
Naturae. ——— ——— ———

JUVENALIS, *Sat. X. v.* 357.

Felicem vitam vis vivere? *Spernito vitam:*
Vivit enim *miſere*, *cui* ſua vita *placet.*

OWENUS, *Libr. ad R. Aud. Epigr. XIII.*

Differt, *non aufert mortem longiſſima vita:*
Quid differt igitur: cras hodieve mori?

IDEM, *Libr. ad G. Sidley, Epigr.* XXIX.

Nos tamen occaſum noſtrum obſervare deceret,
Et *finem vitae* quemque videre ſuae.

PROSPER AQUITANUS, *Sent. CIX. v.* 18.
Citante Doct. ARNTZ.

Plura alibi: Nam ſaepius hoc argumenti tractat Auctor.

XXIII.

(XXIII.)

SI TIBI PRO MERITIS NEMO RESPONDET AMICUS;

INCUSARE DEUM NOLI: SED TE IPSE COËRCE.

Εἴ τι παθὼν ἀπὸ σεῦ ἀγαθόν τις μὴ χάριν οἶδε,
Μὴ τούτου μέμφοιο θεὸν, σὲ δὲ τῖσον ἑαυτόν.

If ne'er a Friend doth anſwer to thy Merit,
Do not blame God therefore, but calm thy Spirit.

Wird dir durch keinen Freund für Gutes Recht gethan;
So ſtraffe dich nur ſelbſt und klage Gott nicht an.

Word u van geenen Vriend uw weldaat wel vergolden,
Bedwing uw zelven vry, maar God blyve ongeſcholden.

Que nul de vos Amis ne vous rende Juſtice;
Accuſerez-vous Dieu; Vous-voilà leur Complice!

VARIANS LECTIO. *Nemo reſpondit. Incuſare illum.* Scriver. Al. *tu ipſe c.*

FLOSCULI POETICI.

Qui mihi debebant fidum ſolamen AMICI
Probra ingerebant clanculum & convitia:
Omnibus officiis culti, mihi damna rependunt,
Remunerantur odio amorem ſimplicem:
Aſt ego, ſecretae *tibi*, QUI *penetralia mentis*
Cernis, dolente corde, *fundebam preces.*

DAVID, *Rex Iſraëlis*, *Pſ.* CIX. 3. 4. interprete G. BUCHANANO.

Nil homine terra *pejus ingrato* creat.

Ex MENANDRO, AUSON. *Epigr.* CXXXII. *v.* 1.

Pone domum, & ſervos & quidquid frangitur illis,
Aut perit: *ingratos*, ante omnia, *pone ſodales.*

JUVENALIS, *Sat. XI. v.* 189.

Turpe erit, in miſeris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.
Turpe, referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci:
Turpe, laborantem deſeruiſſe ratem.
Turpe, ſequi caſum & fortunae cedere: *amicum*
Et, niſi ſit felix, eſſe *negare ſuum.*

OVIDIUS, *Libr. II. de Ponto, El. VI. v.* 19.

Nec mage in orbe frequens, *ingrati crimine*, morbus:
Pro meritis odium, praemia mundus habet.

LAUTERBACHIUS.

Deſine de quoquam quidquam *bene* velle *mereri*,
Aut aliquem fieri poſſe putare pium.
Omnia ſunt ingrata: Nihil feciſſe benigne eſt:
Imo etiam taedet, taedet obeſtque magis.
Ut mihi, quem nemo gravius, nec acerbius urget,
Quam modo, qui me unum, atque unicum amicum, habuit.

CATULLUS, *Carm. LXXXIV. tot.*

Heu *me miſerum*, qui tuum animum ex animo ſpectavi meo!

TERENTIUS, *Andr. Act. IV. Scen.* I. in qua & plura huc faciunt, *v.* 22.

(XXIV.)

NE TIBI QUID DESIT, QUAESITIS UTERE PARCE:
UTQUE, QUOD EST, SERVES, SEMPER TIBI DEESSE PUTATO.

Ὄφρα μὴ ἐλλείπῃ τί σε, χρήμασι φειδομένως χρῶ,
Χ' ὡς τηρῇς τὰ ἐνόντα, λιπεῖν ἀεί τι νόμιζε.

That want thou may'ſt not, ſave what thou haſt got;
And that thou may'ſt ſave, think thou haſt it not.

Daß dir nichts fehlen mag / ſo ſpahre für und für;
Damit du ſpahren magſt / ſo denck' es fehle dir.

Neem ſpaarzaam uw gebruik van 't geen gy hebt gegaart.
Denk ſteeds of gy 't niet had, op dat ge uw goed bewaart.

De peur de perdre tout, ménagez votre Bien:
Pour ſauver tout, craignez qu'il ne vous reſte rien.

lipp. III. 1. perſcriptis illuſtratur: Τὸ λοιπὸν, Ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ, τα αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν (ſcil. εἶναι), ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. H. e. *Ceterum, mei fratres, gaudete* (ea de re) *in Domino: Eadem vobis ſcribere neque me quod pigeat; & vobis, certe, id tutum eſt* &, ut alii legunt, *neceſſarium.*

Ceterum admonitionem amicam remotis fieri debere arbitris, ſecundum Pythagoram Plutarchus docet. Δεῖ γὰρ ὡς νοσήματος οὐκ εὐπρεποῦς, τῆς ἁμαρτίας τὴν νουθέτησιν καὶ ἀποκάλυψιν ἀπόῤῥητον εἶναι. I. e. *Ut morbi parum honeſti, ſic & peccati reprehenſionem ac retectionem ſecretam eſſe convenit.* Lib. de diſcrimine adulatoris atque amici.

Quum moneas aliquem, nec ſe velit ille moneri,
Ut duri monitis difficileſque ſumus:
Si tibi ſit carus, noli deſiſtere coeptis.
Forte prope eſt, qua ſe corrigat ille, dies.

Tu crois devoir donner quelque avis ſalutaire,
Qu'un indocile ami ne veut pas recevoir.
Ne te rebute point; &, d'un amour ſincere,
Montre-lui toujours ſon devoir.

X.

Contra verboſos noli contendere verbis:
Sermo datur cunctis, animi Sapientia paucis.

Si cum Cordatis agas, non eſt opus multis verbis. Si cum Stulto, fruſtra contendis; propterea quod ſtultitia verboſiſſima ſit.

Erasmus.

Quidam, hinc rejecto Erasmo, ſuo Marte haec ita exponit: *Hoc itaque Auctor dicit:* Animi ſapientia, i. e. rerum intelligentia *eſt* paucis *data, tametſi omnibus & cunctis* ſermo *contigit.* Quid, quaeſo, ipſe dicturus, ſi ſic expoſuiſſet Malſchius?

Jam statim, ut eſt providus filio eidemque diſcipulo, duplici jure parens, ad commendandam ei, prae reliquis, redit Silentii legem, ſive illam dixeris Pythagoricam, quam ſupra in tertio vidimus Diſticho, ſive malueris eſſe Stoicam: Nam & hi doctores ſuum pari modo ſaepius iterarunt: ΣΙΩΠΑ ΤΟ ΠΟΛΥ. i. e. Maxima ex parte taceto. Sic is, quem Noſtri nos praecipuum, pluribus ex rationibus, ſuſpicamur fuiſſe magiſtrum, incomparabilis Epictetus, binis proxime ſe ſequentibus Enchiridii Capp. XLI. nempe & XLII. in illo quidem priori, quae reddimus hic, tradit: Καὶ ΣΙΩΠΗ ΤΟ ΠΟΛΥ ΕΣΤΩ, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι᾽ ὀλίγων. Σπανίως δέ ποτε καιροῦ παρακολουθοῦντος ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων. Μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων ἢ πομάτων, τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων. Μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων λέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. In altero vero, nam arctiſſimus eorum nexus amborum eſt, talia inde infert; Ἂν μὲν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολειφθεὶς τύχοις, ΣΙΩΠΑ. H. e. Silentium sit plurimum. *Loquere neceſſaria & paucis, & raro: aut quandoque,* CUM TEMPUS AUT RES POSTULAT, *aliquid ut dicatur, dic quidem, ſed non de quavis re: non de gladiatorum pugna, non de curſu equorum, non de athletis, non de eſculentis aut potulentis, & huiusmodi rebus paſſim obviis. Maxime vero omnium non de hominibus, vituperans, aut laudans, aut*

CUM

IO.

ΜΗ ἀνθίςασο μηδ' ἐρίδαινε λάλοις ἀδολέσχαις·
Ὅτι ΛΟΓΟϹ ΔΕΔΟΤΑΙ ΠΑΣΙ, ξύνεσις Δ' ὀλιγίςοις.

NIHIL quidem ad haec verbis Scaliger, quomodo tamen ea melius Graece dicenda forent, quod & praeſtat, oſtendit exemplis.

MULTUM' *verborum; Sapientiae parum*: Ea, in omnium fere populorum diverſis Idiomatis proverbii vim habentia, in ſacris quoque confirmata litteris, & hic ſibi opponuntur.

Oratione homo praeſtantior eſt mutis animantibus.
Animal praeſtantius eſt te, niſi bonum dixeris. GENTIUS, Roſar. Perſico.

CUM ALIIS DISPUTANS, DEQUE ALIIS JUDICANS. *Si igitur poſſis, demuta eorum ſermones, qui tecum ſint, in id flectens, quod deceat. Quod ſi inter extraneos te deprehenſum videas*, TACE.

QUORUM utique duorum doctrinae Epicteti capitum idem argumentum, eademque fere tranſitionis ratio eſt, quae & in binis hiſce proximis animadvertenda Diſtichis IX. ſcil. & X. Vult, commodo moneri tempore, dataque occaſione, amicos ac familiares, tacendum vero eſſe apud reliquos, vel non niſi neceſſaria proloquendum. Quis non heic mecum obſervat ejuſdem ſcholae eamdem prorſus inſtitutionem? Unde & eorumdem frequentiſſimus ſaepe concentus & harmonia quaſi verborum. Veluti in utrique, & Epicteto & Catoni, familiariſſimo illo: ΜΕΜΝΗΣΟ, MEMENTO, deinde porro videbimus, inque formulis aliis, quas inter & illa notatu digna: QUUM TEMPUS POSTULAT AUT RES, quod eſt Epicteto noſtro, ut ſupra vidimus: ΚΑΙΡΟΥ ΠΟΤΕ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΟΥΝΤΟϹ. *Opportunitate temporis te concomitante*, ſive, ut legere malunt alii: ΠΑΡΑΚΑΛΟΥΝΤΟϹ, *vocante ad id, ſive adhortante*.

JUNCTURUS eram & tertium aliquod binis ſuperioribus Epicteteae diſciplinae capitibus, id nimirum, quod eſt ordine LXIX. ubi, data quaſi opera, *cum imperitis de quacumque altercari doctrinae parte*, juſſo iterum ſilentio, *vetat*. Sed, quid opus ad unum hoc Diſt. referre ſingula, cum uterque Philoſophus eadem, toties repetitis vicibus, paullu-

lum tantum hinc inde immutata, inculcare ament, ſicque ſaepius in uno coincidant argumento?

Huc porro pertinent, vel ratione verborum, vel ſententiae, Libri II. Diſticha IV. & XI. Libri III. Diſt. XX. L. IV. itidem XX. & XXXIV. Diſtichorum, aliaque praeterea, quae ſingula ſuis locis ſeorſum conſideranda recurrent.

XI.

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus:
Sic bonus eſto bonis, ne te mala, damna ſequantur.

Sic amicis utere; ut ipſe tibi ſis proximus. Sic aliis benefac: ne tibi ipſi noceas. In priori verſu eſt venuſta redditio ſimilium in *Dilige* & *Amicus*: in ſecundo, contrariorum, *Bonis* & *Mala*.

Erasmus.

Martialis, libro *undique ſuſcepto* (Scriptor media barbarie ſuppoſititius.)

Ne noceas tibi, ſic aliis prodeſſe memento. Seneca tamen Epiſt. XLVIII. *Non poteſt quisquam beate degere, qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad utilitates ſuas convertit: alteri vivas oportet, ſi vis tibi vivere.* Daumius.

Ordinatam eam vere recteque eſſe caritatem, quae incipiat a ſe ipſa, hoc eſt ab eo, cui ineſt, iſtud omnes omnis aevi & cujuscumque ſectae aut diſciplinae Sapientes unanimi fatentur conſenſu; ipſa etiam ſacroſancta unius verique idem comprobant, jubent, urgent, eamdemque nobis caritatem imperant, Dei oracula: ut amemus quisque noſtri ſimiles ceteros, aeque ac nosmet ipſos. Modulum igitur ea noſtrae erga alios benignitatis & benevolentiae, noſtram erga nos dilectionem praefigunt, atque amorem noſtri, cum naſceremur, a natura quaſi infuſum nobis. Hoc illud

Eſt, quodam prodire tenus, quo non datur ultra.

Et hic ille revera

Contra verboſos noli contendere verbis:
Nil tua pollentem dicere dicta movent.
Sermo datur cunctis; animi ſapientia paucis:
Multa animo ſapiens volvit, at ore parum.

Avec un grand Parleur n'entre point en matière:
Pour l'emporter ſur lui tu perdrois ton repos.
Tous ont pour la parole un talent ordinaire;
Mais peu pour parler à propos.

II.

ὩC ἑτέρους ΦΙΛΕΙ, ὩC ΚΑΙ σεαυτῷ ΦΙΛτατΟC ΕΙΝΑΙ.
ὩC καλοῖς καλὸς ἴσθ', ὡς μὴ βλαβερόν τί σοι ἥξειν.

TACENTE hic iterum Scaligero, ejus occupabit locum aliud itidem egregie dictum eique, quod Daumius citavit, valde per omnia congruum; *Non nobis ſolum nati ſumus, ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes vindicant, partem amici.* Cic. de Offic. Lib I. ex Platone.

QUODSI utraque vox *bonus* & *bonis* eodem plane ſenſu pro benignus, largus, liberalis, accipienda foret, non liberaretur Auctor a turpi & foeda avaritiae labe, quam ei Boxhornius alio in loco volebat inurere. Sed prior tantum id ſignificat; altera Viros *bonos* & *honeſtos*.

Eſt modus in rebus: ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere RECTUM.

Pari enim modo ut, nos nimium ſupraque alios vitioſe amantes, omnes illos injuria afficeremus, qui partem caritatis ejus ſuo nos jure poſtulare poterant; & iniquitatis injuſtitiaeque ipſi teneremur erga nos, ubi, ſi modo id fieri poſſit, nec vana id prae ſe ferentes glorientur, alios adeo nobis amore praeferremus, noſtrimet ut ipſorum obliviſceremur ipſi. Nec, niſi ejus injuſtitiae, adverſum alios, ipſe reus, hujusmodi erga ſe ipſos injuriam ab illis poterit efflagitare: eo minus igitur, qui tam immodico ab aliis condecoretur munere, quos & iſtam efflagitando, jam injuria afficit, dignus ſane aeſtimandus. Ita quidem affe-

D 4 ctes

ctos merito reprehendit Oratorum maximus, neque idem minimus Philoſophorum, M. Cicero, III. Tuſculanarum Quaeſtionum libr. cap. XXIX. *Ii tamen fatentur*, inquit, *graviores aegritudines ſuſcipi, quam natura cogat. Quae igitur amentia, ut nos quoque idem ab aliis requiramus? Sed haec inter ſe quam repugnent, plerique non vident; laudant enim eos, qui aequo animo moriantur: qui alterius mortem aequo animo ferant, eos putant vituperandos.* QUASI FIERI ULLO MODO POSSIT, *quod in amatorio ſermone dici ſolet*, UT QUISQUAM PLUS ALTERUM DILIGAT, QUAM SE. *Praeclarum illud eſt, &, ſi quaeris, rectum quoque & verum, ut eos, qui nobis cariſſimi eſſe debeant*, AEQUE AC NOSMET IPSOS AMEMUS: UT VERO PLUS, FIERI NULLO PACTO POTEST, *ne optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plus quam ſe amet; ego illum plus, quam me. Perturbatio vitae, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur.* Et recte profe-

XII.

Rumorem fuge, ne incipias novus auctor haberi.
Nam nulli tacuiſſe nocet: Nocet eſſe locutum.

NE QUID in vulgus ſparſeris: propterea quod rumor ſaepenumero in ejus caput recidit, a quo profectus eſt. Si rumor nihil habet periculi, tamen nihil nocet ſiluiſſe. Si quid habet, nocet loquutum eſſe.

ERASMUS.

RUMORES *fuge.*] Vide Langlaeum Lib. VIII. Otii Semeſtr. Cap. XI. & ex eo Taubmann. ad Plaut. p. 1109. IIdae Edit. Freherum, Lib. III. de Infamia, Cap. II. n. 4. p. 256. Id. Lib. II. de Exiſtimatione, Cap. IX. n. 16. pag. 223. *Eſt profecto* (ait) *tectus ſed peſtilens detrahendi modus* (referre audita) *per hoc enim muſſandi genus* fama, *ut ille ait*, vires acquirit eundo. Pamphilus, Cap. XIII. v. 9.

Ex minimo creſcit, ſed non cito fama quieſcit:
Quamvis mentitur, creſcit eundo tamen, &c.

DAUMIUS.

PROMISIMUS ſupra, in breviore illa variantium hujus Diſtichi recenſione lectionum, noſtram in hac Hiſtoria ſen-

cto: nam qui ſibi ipſe injurius atque iniquus eſt, ab eo quomodo erga nos Justitiam ſperemus alii? Haec de modulo ſive menſura caritatis erga amicos, de modo alias. Conf. huc huius Libri Diſt. XXXIV. XXXV. XXXVI. & XL. L. II. D. I. XI. & XXII. L. III. D. IV. & X. & L. IV. D. VIII. XIII. XV. XXVIII. XXXVI. & XLI.

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus,
 Te nec amicitia ſit tibi proximior.
Sic bonus eſto bonis, ne te mala, damna ſequantur:
 Nam nulli bonus eſt, qui malus ipſe ſibi.

Aime-toi le premier, ton amitié féconde
Peut ſe prêter enſuite en faveur d'un égal:
Mais pour faire du bien, fais tel choix de ton monde,
Qu'il ne t'en arrive aucun mal.

12.

ΘΡΥΛΛΟΥC ΦΕΥΓΕ, ΝΕΟς ΜΗ μυθοπλάστης δόξῃς·
ΟΥΔΕΝΑ μὲν ΣΙΓΗ ΤΟ Δ' ἐναντίον ΗΚΑΧΕ ΠΟΛΛΟΥC.

Nihil inconcinnius Graecis Planudis excogitari poteſt.

Nam nulli tacuiſſe nocet.] Simonidis Apophthegma: Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμεληθῆναι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. Planudes obſcure, τὸ ἐναντίον poſuit, quum ſine ullo negotio potuiſſet: τὸ λαλῆσαι δ', ut nos; niſi mavis: Οὐδεὶς σιγήσας, ὁ λαλήσας δὲ σφόδ' ἀάσθη. Scaliger.

Durius quidem ſonantibus graecis hiſce verſiculis paullo durius tamen Scaligeri in eos judicium. Omnes enim videmus, iis ſingulis vix binas ſupereſſe voces, interque has particulam: μὲν, hic certe non inconcinne poſitam, quas ipſe non uſurpaverit vir magnus, Scaliger. Primum facili quis negotio emendaverit: Θρύλλους φεῦγε νέος, μηδ' ἀσκέπτως ἐκφερομυθεῖν. Alterum *ſine ullo negotio* ipſe ordini reſtituit; quae autem tam facile e medio tollenda inconcinnitas, non ſupremum iſtum meretur reprehenſionis gradum.

Quis feret hanc Criticis Legem: Moderatius Urge?

ſententiam uberius exponendam, de conjectura quadam, viro de Catone noſtro, in adornata ejus nova ſatiſque ni-

tida Editione, optime cetera merito, quae infeliciter excidit.

Ita autem vir Erudit. pagina ſuae Edit. 78. col. a. „ Si per libros liceret, inquit, hic emendandum eſſet: „ *nocet eſſe locuto.* In primis cum modo dixerat: *Nam nulli* „ *tacuiſſe nocet.* Sed, tacentibus libris, nil quidquam te„ mere tentandum." Haec ille. Equidem contra, ſi, uti tacent, ita vel maxime omnes eam lectionem libri addicerent, delendam tamen & in eam, quae jam recepta eſt, iterum mutandam ſtatuerem. Quod ut facilius omnium pateat oculis, ejusdem, quae hic occurrit, conſtructionis exemplis, iisque per omnes caſus deductis, id me liquido demonſtraturum ſpero. Liceat nobis jam tantisper eſſe Grammaticis. Sint exempla ſequentia, & quidem Caſus

I. *Nemo latronis amet nomen, amet acta neſanda.*
II. *Nullius certa eſt, eſt finis laeta, tyranni.*
III. *Nulli hominum licet eſſe malo, licet eſſe feroci.*
IV. *Neminem adire decet ſagam, decet augurem adire.* Vel:
Neminem adeſſe decet vanum, decet improbum adeſſe.
(V. *O numquam reverende ſatis, ſatis o Venerande!*)
VI. *Nullo patre id ages, id ages praeſente magiſtro.*

Jam ſuam juxta, quam paene ſuppoſiturus erat Catoni, lectionis expoſitionem, omnia iſta ſic forent interpretanda exempla, ut prius ſemper eorum membrum negaret id ipſum, quod affirmaret deinde adſtrueretque alterum. Diceret itaque: *Nemo amet* quidem *latronis nomen*; ſed *amet acta* qui volet. Diceret, eodem plane modo, quo in Catoniano verſu: *Nulli tacuiſſe nocet*; ſed contra *nocet eſſe locuto*: ita & in tertii caſus exemplo: *Nulli hominum licet eſſe malo*; ſed contra: *licet* utique *eſſe feroci.* Nam eadem prorſus utrimque ratio eſt, eadem conſtructionis forma. Quis vero non videt, hanc violentam fore illorum exemplorum interpretationem; naturalem contra eam eſſe, ubi, in poſteriori cujuſlibet membro verſus, e priori negatio repetatur, adplicanda etiam poſteriori, ut:

I. *Nemo amet nomen latronis*; ſed & nemo *acta* ejus *neſanda amet.*
II. *Nullius* quidem *finis certa eſt*; at neque *tyranni*, *laeta eſt.*

III.

III. *Nulli hominum* aut *malo eſſe*, aut *feroci eſſe licet*.
IV. *Neminem adeſſe* aut *vanum decet*, aut *improbum*.
[V. O vir *numquam ſatis reverende*, neque *ſatis* (ſecundum merita) *Venerande!*]
VI. *Nullo*, neque *Patre praeſente id ages*, neque *Magiſtro*.

Omnes igitur purae Latinitatis vindices fatebuntur, iſta eadem manente utrimque in Catonianis verbis conſtructione, hinc: *Nulli tacuiſſe*, illinc: *eſſe locuto*, verſum utique eamdem non admittere tantum, ſed & exigere expoſitionem:

Nulli ſeu *tacuiſſe nocet*, ſive *eſſe locuto*.

Cui cum contraria plane fuerit mens ac ſententia Auctoris, ad iſtam nimirum ambiguitatem tollendam, neceſſario alia, in poſteriori membro, requirebatur verborum Conſtructio; ut hoc loco: *eſſe locutum*, in alio, quarto nempe Caſu; quae nova ſtructura eam negationis repetitionem non admitteret amplius.

Haec ideo pluribus ſum executus, quoniam negationis, omniumque ei inſervientium particularum, alio atque alio poſitarum loco, permagna & incredibilis fere vis eſt, ad variandum atque innumeris modis permutandum ſaepe ſenſum, quam interdum non ſatis adtendunt, qui ſoli operam navant Grammatices ſtudio: neque enim ad hanc iſta magis, quam ad Dialecticam pertinent doctrinam. Quid? quod & in ſacris omnino litteris eadem negationis, e priori cujuſlibet verſus membro, in poſteriore ejus parte neceſſaria, nec expreſſa tamen repetitio, in poëticis praecipue libris, quam ſaepiſſime occurrat, neque pro rei gravitate, ſemper adtendatur ſatis. In omnium tamen oculos incurrunt illa: Pſalm. I. 5.

על כן לא יקמו רשעים במשפט וחטאים בעדת צדיקים:

Idcirco non exſurgent improbi in Judicio, & peccatores (ſc. non) *in coetu juſtorum.* Ita & Pſ. XIII. 5.

פן יאמר איבי יכלתיו צרי יגילו כי אמוט:

Ut non dicat inimicus meus: Praevalui ei. (Supple: Ut non) *hoſtes mei exultent, quum dimotus fuero.* Porro Pſ. XXXVII. 25.

נער

נער הייתי גם זקנתי ולא ראיתי צדיק נעזב וזרעו מבקש לחם׃

Puer fui, etiam conſenui: ſed non vidi juſtum derelictum: Et (ſcilicet: non) *Semen ejus quaerere panem.*

Denique manifeſtiſſimum id, Pſ. XXXVIII. 2.

יהוה אל בקצפך תוכיחני ובחמתך תיסרני׃

DOMINE, *ne in fervente ira tua arguas me:* (Nec) *in excandeſcentia tua caſtiges me.*

Eadem enim ipſa verba, Pſ. etiam VI. 2. occurrentia, expreſſam ibi utrimque negationem ſecum habent, hoc modo:

יהוה אל באפך תוכיחני ואל בחמתך תיסרני׃

DOMINE, *ne in ira tua reprebendas me: Neque in excandeſcentia tua caſtiges me.*

Atque hujusmodi alia, eamdem conſtructionem arguentia, ſine numero exempla.

TANTUM igitur abeſt, ut propterea *inprimis* illa, de qua egimus lectio, aut lectionis conjectura, admittenda ſit, cum antea dixerit Auctor: *Nam nulli tacuiſſe nocet:* ut vel propterea iſtud: *nocet eſſe locuto*, neceſſario ſit rejiciendum. Si enim quaeras: Cui *nocet eſſe locuto?* Tum reſpondendum utique foret, ea, quae praeceſſerit, voce: NULLI. Quod vero plane non vult Auctor.

QUOD etiam, ne de Diſtichi ſententia plane nihil dicamus, non ſic intellexerat Phryx ille Aeſopus, cujus ſub corpore, veluti palliolo ſordido, latuit aliquando Sapientia. Ei enim, ut Planudes noſter ſcribit, in vita ejus, quum Xanthus herus, invitatis ad prandium diſcipulis, diceret: I, eme optimum quodque & praeſtantiſſimum; ille inter eundum ſecum dicebat: Ego docebo herum non ſtulta mandare. Quum linguas igitur ſolum ſuillas emiſſet, & apparaſſet diſcumbentibus, linguam aſſatam ſingulis cum ſalſamento appoſuit: diſcipulis laudantibus, ut philoſophicum, primum ferculum, propter linguae ad loquutionem miniſterium, rurſus elixas Aeſopus linguas apponere, atque etiam ferculo alio atque alio petito, nihil aliud, quam linguas proponere. Diſcipulis autem, eodem ſubinde cibo repetito, indignatis &: Quouſque linguas? inquientibus, quippe

quippe nos per diem linguas edendo, noſtras doluimus: Xanthus tum dicere iratus: Nihil aliud tibi eſt, Aeſope? Et is: Non certe. Herus contra: Nonne mandavi tibi, ſordidiſſime homule, optimum quodque & praeſtantiſſimum obſonari? Et Aeſopus: Πολλὰς ὁμολογῶ σοι τὰς χάριτας μεμψομένῳ με φιλοσόφων ἀνδρῶν παρόντων. Τί ἂν οὖν γένοιτο γλώττης χρηστότερόν τε καὶ βέλτιον ἐν τῷ βίῳ; πᾶσα γὰρ παιδεία καὶ φιλοσοφία δι᾽ αὐτῆς παιδεύεται καὶ διδάσκεται, δι᾽ αὐτῆς δόσεις, λήψεις, ἀγοραὶ, ἀσπασμοὶ, εὐφημίαι, μοῦσα πᾶσα· δι᾽ αὐτῆς γὰρ συγκροτοῦνται γάμοι, πόλεις ἀνορθοῦνται, ἄνθρωποι διασώζονται καὶ, συνελόντι φάναι, δι᾽ αὐτῆς ἅπας ὁ βίος ἡμῶν συνέστηκεν. ΟΥΔΕΝ ΑΡΑ ΤΗϹ ΓΛΩΤΤΗϹ ΑΜΕΙΝΟΝ. H. e. *Multas habeo tibi gratias increpanti me, philoſophis viris praeſentibus: Quid igitur fuerit lingua melius & praeſtantius in vita? Omnis enim doctrina & Philoſophia per ipſam monſtratur ac traditur: per ipſam data & accepta feruntur, fora, ſalutationes, omnis vitae civilis ratio, bona fama, denique quidquid Muſae eſt, per ipſam conſtat. Per ipſam adplaudentium concentibus celebrantur nuptiae, civitates bene conſtituuntur, in vita ſervantur homines: breviter, per ipſam tota regitur vita noſtra.* Nihil ergo lingua melius. Poſtridie vero iterum vocatum eum, viliſſimum quodque & peſſimum obſonari jubet herus, quod diſcipuli ſecum forent coenaturi. Ille autem nihil mutatus rurſus linguas emit & apparatas diſcumbentibus appoſuit. Et paullo poſt iterum, & valde iterum atque iterum. Xantho tum vero maxime iniquo ea animo ferente, &, quid hoc, Aeſope, dicente: num rurſus mandavi tibi optimum quodque & praeſtantiſſimum obſonari; an non vero viliſſimum quodque ac peſſimum? Ille autem: Καὶ ΤΙ ΠΟΤΕ ΧΕΙΡΟΝ ΤΗϹ ΓΛΩΤΤΗϹ, ὦ δέσποτα; οὐ πόλεις δι᾽ αὐτῆς καταπίπτουσιν; οὐκ ἄνθρωποι δι᾽ αὐτῆς ἀναιροῦνται; οὐ ψεύδη πάντα, καὶ βλασφημίαι, καὶ ἐπιορκίαι διὰ ταύτης περαίνονται; οὐ γάμοι καὶ ἀρχαὶ καὶ βασιλεῖαι δι᾽ αὐτῆς ἀνατρέπονται; οὐχ᾽, ὡς κεφάλαιον εἰπεῖν, ὁ βίος δι᾽ αὐτῆς ἅπας μυρίων πλημμελημάτων γέμει; H. e. *Et* Quid umquam peius lingua, *o here? Nonne urbes per ipſam corruunt? non homines per ipſam interficiuntur? non mendacia omnia & maledicta & perjuria per ipſam perficiuntur? Non conjugia & principatus & regna per ipſam evertuntur? Non, ut ſummatim dicam, vita omnis per ipſam infinitis ſcatet circumagiturque erroribus?* Quam ſive hiſtoriam, ſive & ipſam,

pſam, ut reliqua, fabulam, cui certe veritas ſua ſubeſt, ne quis otioſi cujusdam Rhetoris in utramque partem ventilatam, more Carneadis, oſtentandi cauſſa ingenioli, exiſtimet eſſe declamatiunculam, divus vetat Jacobus Apoſtolus, eamdem veritatem ſimul & ſimplicius & ſublimiore tamen cothurno, prouti eſt, ita repraeſentans nobis, Cap. III. 5. & ſeqq. Ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐςὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ. Ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπλει. Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· οὕτως ἡ γλῶσσα καθίςαται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης· Πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμαςαι τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· Τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν· μεςὴ ἰοῦ θανατηφόρου. Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα. καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ςόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. H. e. *Lingua, quae parvum membrum eſt, magnas tamen vires habet. En quantulus ignis quantam materiam incendit? Et lingua ignis eſt, ſcelerum mundus. Sic ſe habet in noſtris membris lingua, ut quae totum corpus contaminet, & aevi curſum inflammans, & ipſa a Gebenna inflammata. Omnis enim & ferarum natura & volucrum, ſerpentumque & marinorum, humano ingenio domatur, domitaque eſt: At linguam nemo poteſt hominum domare, effraenatum malum, mortifero refertam veneno. Ea Deum & patrem collaudamus, eadem homines execramur, ad Dei ſimilitudinem factos, prodeunte ex eodem ore laudatione & execratione. Non decet, mei fratres, haec ita fieri.* Quibus, ſane, verbis nihil excellentius hanc in rem excogitari aut dici poteſt.

Neminem igitur mirari oportet, Noſtrum, ut ſapientem prudentemque morum Praeceptorem, tam ſaepius in eadem verſari, filio, quem duplici nomine amat, injungenda *virtute*, quam *primam* ſupra dixerat, Diſt. III. *compeſcendi linguam*, ut, tam paucis interjectis monitorum aliis, tertium jam ad eamdem recurrat celebrandam, eique *contrarium*, ut Planudes loquitur, vitium, novo quodam ſub monſtroſae ejus formae adſpectu, infeſtandum. Hydra enim ea vera Lernaea eſt, monſtrumque Garrulitas, capitum revera innumerabilium, inque iisdem ſine numero linguarum, quarum quaelibet *mortifero referta veneno*, &

quam

FLOSCULI POETICI.

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur:
Cum *judex*, *alios quod monet*, *ipſe facit.*

OVIDIUS, *Faſtor. Lib. VI. v.* 643.

In commune *jubes ſi quid*, *cenſesve* tenendum,
Primus juſſa ſubi; tunc obſervantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit *ipſum*
Auctorem parere ſibi. —— —— ——

CLAUDIANUS, *IV. Conſul. Honor. v.* 296. *& quae ſequuntur ad v. uſque* 302.

Cum fueris *cenſor*, *primum te crimine purga*,
Nec tua te damnent facta nefanda reum.

OWENUS, *Ethic. II. Epigr.* XXXI.

Adſpiciat lucem, qui vult damnare tenebras:
Qui carpit mores, *ſit ſine labe prius.*

IDEM, *eorund. I. Epigr.* XXV.

Hi mihi DOCTORES ſemper placuere, *docenda*
Qui faciunt, plus quam, qui facienda docent.

IDEM, *Epigrammatum Lib. II.* XXIV.

Ut decuit *docuit*, *qui re ſua verba probavit*:
Plus *male facta nocent*, quam *bene dicta docent.*

IDEM, *Libr. ad G. Sidl. Epigr.* LXXIX.

Diſcite vos prius, *inde aliis oſtendite* rectam
Vivendi formam, & ſanctos inducite mores.

PALINGEN. *Sagittar. v.* 725.

QUAE vitare jubes alios, NE FECERIS IPSE:
TURPE EST, DOCTOREM CUM ſua CULPA *notat.*

CHRISTOPH. AULAEUS, *Cent. I. Diſt.* LXXXVI. *citante* DAUMIO.

TURPE EST *Cenſori*, ſi *ſe non judicet* IPSE:
Aut ſe, non alios, labe carere putet.

NICOL. RUDINGERUS, *Piſoverna L. II. Eleg. Evang. ab eod. citatus. Uterque eſt in Deliciis Poetar. German.*

Quaelibet *ex fructu* proprio cognoſcitur *arbor.*
DOCTOR erit magnus, *factis qui*, *quod docet*, *implet.*

S. COLUMBANUS ABBAS, *Monoſtich.* 82. & 83.

(XXXI.)

QUOD JUSTUM EST, PETITO, VEL QUOD VIDEATUR HONESTUM:

NAM STULTUM EST PETERE ID, QUOD POSSIT JURE NEGARI.

Αἴτησαι τὸ δίκαιον ἐὸν, τό τε καλῷ ἐοικός·
Αἰτίζειν δ' ἀμαθὲς, τὸ, τ' ἀνήνασθαι θέμις ἐςίν.

Aſk what is juſt, or what ſeems good to th' Eye:
It 's fond to aſk what 'tis juſt to deny.

Was recht und ehrlich iſt / das magſt du recht begehren:
Mit Thorheit fordert man / was niemand kan gewähren.

Eiſch 't geen regtvaardig is, of eerlyk ſchynt en goed:
't Is dwaas te willen dat geweigerd worden moet.

N'exigez rien, à quoi l'Equité ſoit contraire:
C'eſt chercher un refus, qu'une injuſte Prière.

VARIANS LECTIO. *Petere, quod p. j. n.* Scriv. & ex MSS. noviſſime Arntz. *Id* vero retinuit & nobiscum Pariſin. Anglica: *Nam ſtult. petere eſt.*

FLOSCULI POETICI.

Ah *nimium eſt*, *quod*, amice, *petis:* moderatius opta
Et *voti*, quaeſo, *contrahe vela* tui.

OVIDIUS, *Lib. I. d. Ponto Eleg. IX. v. 71.*

At tu, funeſti ne ſim tibi muneris autor,
Nate, cave; dum resque ſinit, tua *corrige vota.*

IDEM, *Metam. Lib. II. v. 88.*

Poſce (bonorum) aliquid : *nullam patiere repulſam.*
Deprecor hoc unum, quod, vero nomine, poena,
Non honor eſt: *poenam*, Phaëthon, *pro munere poſcis.*

IDEM, *ibid. v. 97.*

Diſſuadere licet: non eſt tua tuta voluntas.
Magna *petis*, Phaëthon. & *quae non viribus iſtis*
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non eſt mortale, quod optas.
Plus etiam, *quam*, quod ſuperis *contingere fas eſt*,
Neſcius affectas. —— —— ——

Ibid. v. 53.

Eſt *quodam* prodire *tenus*, ſi *non datur ultra.*

HORATIUS, *Lib. I. Epiſt. I. v. 32.*

Inſani ſapiens *nomen ferat*, aequus iniqui,
Ultra, *quam ſatis eſt*, virtutem *ſi petat* ipſam.

IDEM, *ejusd. Epiſt. VI. v. 15.*

Utere Pompejo Groſpho, &, *ſi quid petet*, ultro
Defer: nil Groſphus, *niſi verum orabit* & *aequum.*

IDEM, *ibid. Epiſt. XII. v. 22. qui locus admodum adpoſite ad hoc Diſſ. jam citatus eſt à* CL. ARNTZENIO.

Juſtam rem & facilem *eſſe oratum* a vobis *volo*,
Nam juſte ab Juſtis *juſtus ſum orator* datus.
Nam *injuſta ab Juſtis impetrare non decet :*
Juſta autem ab Injuſtis petere, inſipientia eſt.

PLAUTUS, *Amphitr. Prolog. v. 35.*

Negat ſibi ipſe, *qui*, quod difficile eſt, *petit.*

PUBL. SYR. MIMIS, *cum prox. ſuperiore jam a* DAUMIO *laudatus.*

(XXXII.)

IGNOTUM TIBI TU NOLI PRAEPONERE NOTIS:

COGNITA JUDICIO CONSTANT, INCOGNITA CASU.

Μὴ γνωστοῦ ἀγνῶτα προτιμήσασθαι ἑταίρου.
Τὰ γνῶστ' ἐστὶ λογισμῷ, ἀτὰρ τ' ἄγνωστα τυχηρῶς.

Do not things unknown, before known, advance;
Known things in Judgement rest, unknown to Chance.

Bekante ſolt du nicht nach Unbekanten ſetzen:
Es treugt nicht / was man kennt; das Fremde kan verletzen.

Denk dat voor 't geen bekent, wat vreemd is, zwichten zal:
By oordeel ſtaat het een, het ander by geval.

Que l'Inconnu chez vous ſans mûre Intelligence,
N'ait, ſur ce qu'on connoît, la folle préférence.

VARIANS LECTIO. *Ignotum tibi nolite* Angl. Al. *Ignotumque tibi noli.*

FLOSCULI POETICI.

Quod *latet*, *ignotum* eſt: *Ignoti nulla cupido.*
Fructus abeſt, facies cum bona teſte caret.
Tu licet & Thamyram ſuperes, atque Orphea cantu;
Non erit ignotae gratia magna lyrae.
Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles;
Merſa ſub aequoreis illa lateret aquis.

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. v.* 397.

Quae miſeros hominum cepit *dementia* ſenſus,
Incerta ut certis ſint redimenda bonis?
Spem, pretio, nunquam tibi pollicearis egenam:
Solvitur in fumum quidquid ineptus agit.

SAMBUCUS, *Emblematum IV. Edit. Plantin. p.* 142. *tit.* Alchyimiae vanitas.

In levibus, quaeſo, *firmam ne ponito* laudem.

IDEM, pag. 58.

In tutis igitur *ſpemque* decusque *loca.*

IDEM, p. 65. *tit.* Ridic. Ambitio *&:* Spes certa.

Optio ſi fallat, *plumbum* ut *pro* divite *coecus*
Arripias auro: Quis tibi cauſſa mali eſt?

IDEM, *p.* 22. *tit.* Fortuna duce.

Incerta pro ſpe non munera *certa relinque;*
Ne rurſus quaeras, forte nec invenias.

AVIANUS, *ſub finem Fabulae XX.*

——— ——— Decepta aviditas
Et quem *tenebat* ore *dimiſit* cibum,
Nec, quem petebat adeo *potuit adtingere.*

PHAEDRUS. *Libr. I. Fab. IV. v.* 5.

Hoc admonere ſimplices etiam poteſt,
Opinione alterius ne quid ponderent.
Ambitio namque diſſidens mortalium
Aut gratiae ſubſcribit, aut odio ſuo.
Erit ille notus, quem per te cognoveris.

IDEM, *Libr. III. Fab. X. v.* 54.

It. al, *Ignotum tibimet noli*, Pariſinus item nobiſcum facit.

(XXXIII.)

QUUM DUBIA IN CERTIS VERSETUR VITA PERICLIS,

PRO LUCRO TIBI PONE DIEM, QUOCUMQUE LABORAS.

Εἰ βίοτος ϛρωφᾶται ἀτεκμάρτοισιν ἀέθλοις,
Ἦμαρ ἐν ᾧ πονέεις πᾶν κέρδεος ἀντιλογίζου.

Sith all our Life in Danger doth remain,
Do thou that labour'ſt count each Day for Gain.

Diß Leben fleugt durch Noth/ Gefahr und Furcht dahin;
Drum halt dir jeden Tag / ſo folget / für Gewinn.

Hoe broos is 't leven! och, wat zyn 'er zorgen in!
Schat daarom elken dag des levens voor gewin.

Ta courſe étant peu ſûre & de peines remplie;
Regarde comme un gain chaque heure de ta Vie.

VARIANS LECTIO. *Dubia incertis.* Erasmus aliique plures. *quicunque laboras.*

FLOSCULI POETICI.

Optima quaeque DIES miſeris mortalibus *aevi*
Prima fugit: Subeunt morbi, triſtisque ſenectus,
Et *labor & durae rapit inclementia mortis.*

VIRGILIUS, *Libr. Georg. III. v.* 66.

Inter ſpem curamque, timores inter & iras,
Omnem crede DIEM *tibi diluxiſſe ſupremum.*

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. IV. v.* 12.

Quid ſit futurum cras fuge quaerere: &
Quem fors DIERUM *cunque* dabit, LUCRO APPONE.

IDEM, *Carm. Libr. I. Od. IX. v.* 13.

—— —— —— Ille potens ſui
Laetusque deget, cui licet IN DIEM
Dixiſſe: VIXI. Cras *vel* atra
Nube polum Pater occupato;
Vel ſole puro: non tamen irritum
Quodcunque retro eſt, efficiet, neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.

IDEM, *Libr. III. Od. XXIX. v* 41.

Vive velut *rapto*, fugitivaque gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reverſa DIEM.

MARTIAL. *Libr. VII. Epigr. XLVII. ſub fin.*

Dum licet amplectar: numquam fortaſſe licebit
Amplius. IN LUCRO *eſt*, quae datur HORA *mihi.*

OVIDIUS, *Triſt. Libr. I. Eleg. III. v.* 67.

Dum varios flexus, dum multiplices Labyrinthi
Conſpicis errores, innumerasque vias:
Te VITAE humanae *curſum*, *ſeriemque laborum*;
Et triſtes curas cernere, cuncta, puta.
Sic cum laetitiaque, metu, ſpe, cumque dolore
Optima quaeque DIES, & mala quaeque, fugit.
Flexibus ex illis quaeris, qui evadere poſſit?
Silva Academiae quem fovet, ille poteſt.

STABIUS, *Auſtriacus.*

Mors CERTA eſt, INCERTA DIES, hora agnita nulli:
Extremam quare *quamlibet eſſe puta.*

ANONYM.

laboras. Vulgatis fere lectio; Utraque & in Edit. Pariſ. *quicunque ſequetur.* Arridebat aliquando Scaligero, quod etiam arripuit Opitius noſter.

(XXXIV.)

VINCERE QUUM POSSIS, INTERDUM CEDE SODALI:

OBSEQUIO QUONIAM DULCES RETINENTUR AMICI.

Κῆν ἐπίδοξος ἔῃς νικᾷν, ὑπόειϰε φίλῳ σοῦ·
Τῆς γὰρ ὑπηρεσίης ἡδεῖς ἡτlῶνται ἑταῖροι.

Yield to thy Friend, when thou canſt him outvie;
For Friends are won by fair Complacency.

Gib unterweilen nach / kanſt du gleich überwinden.
Durch Folge kan man ſich die Freunde ſehr verbinden.

Wyk ſomtyds voor uw' Vriend, al kunt gy hem verwinnen:
Gedienſtigheid houd beſt aan een der Vrienden zinnen.

Ne pourſuivez jamais vos droits à-toute-outrance:
L'on gagne des Amis par la Condeſcendance.

VARIANS LECTIO. *Vincere quum poſſis interdum; vince ſodalem Obſequio: Quo-*

FLOSCULI POETICI.

Turpe quidem contendere erat; ſed *cedere viſum.*

Ovidius, *Metam. Libr. V. v.* 315.
ſenſu mutato.

Sit procul omne nefas: *ut ameris amabilis eſto.*

Idem, *Libr. II. de Arte am. v.* 107.

Perfer & obdura: Poſtmodo mitis erit.
Flectitur obſequio curvatus ab arbore ramus:
Franges; ſi vires experiere tuas.
Obſequio tranſnantur aquae: *nec vincere poſſis*
Flumina; ſi contra, quam rapit unda, nates.
Obſequium tigresque domat tumidosque leones.
Ruſtica paullatim taurus aratra ſubit.

Ejusdem, v. 178.

Cede repugnanti: *cedendo victor* abibis.

Ibid. v. 197.

Obsequium amicos, veritas odium, *parit.*

Terentius, *Andriae. Act. I. Scen. I. v.* 41.

Sic vita erat, facile *omnes perferre ac pati,*
Cum quibus erat cumque *una*, iis ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis; advorſus nemini:
Nunquam praeponens ſe illis: *Ita facillume*
Sine invidia laudem invenias, & *amicos pares.*

Ibid. paullo ante v. 35.

Utile Conſilium, teloque potentius omni:
Obſequio mentes flectere velle *feras.*

L. de Meyer, *Libr. III. de Ira.*

Non furor aut *rabies virtute potentior* ulla eſt.

Alciatus. *Emblem.* CXXXVII. *v.* 3.

Quod truculenta nequit, frons haec praeſtabit amica:
Obſequium, non vis, *pectora dura trahit.*

Catsius, *Ritu nuptiali.*

Quoniam hoc dulces vincuntur amici. Al. *vinciuntur amici.* Et dictu & facto paullo durius.

(XXXV.)

NE DUBITES, CUM MAGNA PETAS, INPENDERE PARVA;

HIS ETENIM REBUS CONJUNGIT GRATIA CAROS.

Εἰ μεγάλ᾽ αἰτίζεις, μὴ φείδεο βαιὰ χορηγεῖν.
Ὧδε Χάρις τοῖςδεσσι φίλους δεσμοῖσι συνάπτει.

Fear not ſmall Things to give for further Ends:
For Favour by this Means uniteth Friends.

Begehrſt du gröſſere; ſo wage kleine Sachen:
Durch diß kan ſich ein Freund dem andern lieber machen.

Begeert ge iet groots, gy moet beſteden kleine zaken.
By Vrienden poogt een Vriend zich aangenaam te maken.

Pour un plus grand bienfait n'épargnons pas un moindre;
Les Bienfaits mutuëls ſervent à nous mieux joindre.

VARIANS LECTIO. *Non dubites.* Pariſ. nov. Salmonis Abb. Al. *Ne dubita.* Ite *quum magna petis.* Al. *petes.*

FLOSCULI POETICI.

At ſi condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te affixit, habes qui
Adſideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
Suſcitet ac reddat natis cariſque propinquis.
Non uxor ſalvum te vult, non filius: Omnes
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellae.
Miraris, *quum tu argento poſt omnia ponas*,
Si *nemo praeſtet*, quem non merearis, *amorem*.
At *ſi cognatos*, *nullo* natura *labore*
Quos tibi dat, *retinere velis*, *ſervareque amicos*,
Infelix *operam perdas*: ut, ſi quis aſellum
In campo doceat parentem currere frenis.
Denique ſit finis quaerendi: *quo*que *habeas plus*,
Pauperiem metuas minus, & finire laborem
Incipias, *parto*, *quod avebas*. —— ——

HORATIUS, *Libr. I. Sat. I. v. 80.*

Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis.
Quas dederis, ſolas ſemper *habebis*, *opes*.

MARTIAL. *Livr. V. Epigr.* XLII. *ſ. fin.*

Jucundum & CARUM ſterilis facit uxor AMICUM.

JUVENALIS, *Sat. V. v. 137.*

Turpe quidem dictu; ſed ſi modo vera fatemur:
Vulgus amicitias utilitate probat.

OVIDIUS, *Libr. II. de Ponto*, *El. III. v. 7.*

Haud ſecus eſt *quoddam genus ad lucroſa paratum*;
Quod petit, ac repetit; gratia nulla tamen.

SAMBUCUS, *p.* 176. *tit.* Amicit. ſordida.

Ex opibus tantis cur nolim *parte ſodalem*,
Et notum cana jure *levare* fide?
Heu ſtultos, qui ſe inviſos fecere negando!
Magnus enim, qui dat, ſi capit inde nihil.

IDEM, *p. m.* 49. *tit.* Divitiae inutiles.

(XXXVI.)

LITEM INFERRE CAVE, CUM QUO TIBI GRATIA JUNCTA EST:

IRA ODIUM GENERAT. CONCORDIA NUTRIT AMOREM.

Νείκεα τῷ δ' ἐπάγειν, ὅς σοι φίλος ἐςὶ, φυλάσσου·
Ἔχθος ἔτικτ' ὀργὴ, φιλίης δ' ὁμόνοια τιθήνη.

Forbear a Quarrel with a Friend to move:
Anger breeds Hatred; Concord maintains Love.

Mit dem du Freundſchaft haſt / errege keinen Streit.
Der Zorn gebiehret Haß: Gunſt komt aus Einigkeit.

Met hertens-Vrienden myd van twiſten zelfs 't begin:
Want gramſchap teelt maar haat; en Eendragt voed de min.

Le fruit d'une querelle eſt la Haine implacable:
La Paix, du tendre Amour eſt la Nourrice aimable.

VARIANS LECTIO. *Litem inferre cave; cum ſit tibi gratia juncta.* Sic edidit Pariſiis Abb. Salmon.

FLOSCULI POETICI.

Dextera praecipue *capit indulgentia mentes:*
Aſperitas ODIUM ſaevaque bella movet.
Odimus accipitrem, quia vivit *ſemper in armis*,
Et pavidum ſolitos in pecus ire *lupos*.
At caret inſidiis hominum, quia *mitis hirundo eſt*:
Quasque colat, *turres Chaonis ales habet.*
Eſte procul LITES, *&* amarae *proelia linguae.*
Dulcibus eſt verbis mollis ALENDUS AMOR.

OVIDIUS, *Libr. II. de Arte am. v.* 145.

Illic *depoſitis habitat* CONCORDIA *telis*:
Illo crede mihi GRATIA nata loco eſt.
Quae modo pugnarunt, *jungunt ſua roſtra Columbae*,
Quarum blanditias verbaque murmur habet.

Ibid. v. 463.

Et coelo & terra *manibus cor utrinque tenetur:*
Externa *nunquam quae dirimantur* ope.
Eſt *in* AMICITIA *ſuavis* CONCORDIA rerum:
Nec potis eſt ficτos, aut *violenta pati.*

SAMBUCUS, *Emblem. pag. m.* 13. *tit.* Vera Amicitia.

Loripidem ſublatum humeris *fert lumine captus:*
Et *ſocii* haec *oculis munera retribuit.*
Quo caret alteruter CONCORS ſic *praeſtat* UTERQUE:
Mutuat *hic oculos*; mutuat *ille pedes.*

ANDREAS ALCIATUS, *Emblem.* CLX.

Tres *Charites Veneri adſiſtunt*, dominamque ſequuntur.

IDEM, ALCIATUS, *Emblem.* CLXII. *v.* 1.

GRATIA AMICITIAS *glutinat*; IRA *fugat.*

LAUTERBACHIUS, *Part. III. Biblioth. poet. Loticbis.*

XXXVII.

(XXXVII.)

SERVORUM CULPIS QUUM TE DOLOR URGET IN IRAM,

IPSE TIBI MODERARE, TUIS UT PARCERE POSSIS.

Ἣν σέ ποτ' ἀμπλακίαι θεράπων προάγωσι πρὸς ὀργὴν·
Τῆς ὁρμῆς κρατέειν, τῶν οἰκείων ἵνα φείσῃ.

When Servants faults provoke you to be wroth,
So temper, as to ſtrike them you ſeem loth.

Wann dich der Knechte Schuld mit Zorne heiſſet lohnen;
So ſchone dich / damit du kanſt der deinen ſchonen.

Als uwe gramſchap ryſt door uwer knegten ſchult;
Bedwing u zelf, tot dat gy hen ook ſparen zult.

Devez-vous, par raiſon, quelque-fois châtier;
Gardez méſure en tout, ſachez vous modérer.

VARIANS LECTIO. Servorum *culpa.* *Servorum ob culpam,* Pariſin. nov. & Scriver.

FLOSCULI POETICI.

Sceptra tenens, mollitque animos & *temperat iras.*

VIRGILIUS, *Aeneid. I. v.* 61.

—— —— —— —— —— *Adſit*
Regula, peccatis quae poenas irroget aequas:
Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

HORATIUS, *Libr. I. Sat. III. v.* 117.

—— —— —— *Qui non moderabitur iras,*
Infectum volet eſſe, *dolor quod ſuaſerit* & mens:
Dum poenas odio per vim *feſtinat* inulto.
IRA *furor brevis eſt:* ANIMUM REGE, qui niſi paret,
Imperat: *hunc* frenis, *hunc tu compeſce* catena.

IDEM, *Libr. I. Ep. II. v.* 59. *citante etiam ad h. l. D. Arntz.*

Quo quisque eſt *major*, magis *eſt placabilis irae*,
Et faciles motus mens generoſa capit.

OVIDIUS, *Libr. III. Triſt. El. V. v.* 31.

Vince animos, iramque tuam, qui *cetera vincis.*

IDEM, *Heroid. Ep. III. v.* 85.

Eſt *ſapiens, irae* qui *moderatur*, homo.

LAUTERBACHIUS.

Fortior eſt, *qui ſe*, quam qui fortiſſima *vincit*
Moenia, nec virtus altius ire poteſt.

J. B. MANTUANUS.

Eſto *reis facilis:* prodeſt favor ille duobus:
IPSE TUI *Victor*, Victor & hoſtis *eris.*

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira.*

Aequior ad poenam, *judex*que paratior *ibis*,
Pectora cum coeco tota *furore vacant.*
Grande morae pretium: juſta pendentia lance
Crimina ſupplicium, quod meruere, ferent.

IDEM, *& ibid.*

—— —— —— —— Re ipſa repperi
Facilitate nihil eſſe *homini melius, neque clementia.*

TERENTIUS, *Adelph. Act. V. Scen. IV. v.* 6.

Sctiver. Item Al. *ob culpas.* Al. *urguat.* & *urguet* Arntzen. *in iras.* Janſſon. it. al. *q. t. d. urget, in ira, Ipſe tibi m. t. n. p. p.*

(XXXVIII.)

QUEM SUPERARE POTES, INTERDUM VINCE FERENDO:
MAXIMA ENIM MORUM SEMPER PATIENTIA VIRTUS.

Ὃν νικᾷν δύνασαι, τῇ καρτερίῃ περιγίγνου·
Αἰεὶ καρτερίη δ' ἀρετάων ἐςὶ μεγίςη

Sometimes by Suff'rance quell, when thou canſt beat:
Patience a Virtue is exceeding great.

Schlag deinen Feind vielmehr mit Langmuth als mit Streiten.
Die höchſte Tugend iſt Gedult / zu allen zeiten.

Schoonge iemant overmogt, verwin hem lieſſt door lyden.
Wat 's Deugd ? Verdraagzaamheid der Zeden t'allen tyden.

Certain de votre Droit, uſez de Tolérance.
Sur toutes les Vertus regne la Patience.

VARIANS LECTIO. *Infeſtum vince.* Mallet Cl. Cannegieterus, Rectore Arntzenio teſte: Sed *interdum* & *ſemper* ſibi h. etiam l. pulcre opponuntur, ut

FLOSCULI POETICI.

Cedimus? An ſubitum luctando accendimus ignem?
Cedamus: Leve fit, quod *bene fertur, onus.*
OVIDIUS, *Am. Libr. I. El. II. v. 9.*

Dum furor in curſu eſt; *currenti cede furori.*
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus, ab obliquo qui cum diſcedere poſſit,
Pugnat in adverſas ire natator *aquas.*
IDEM, *de Remed. Libr. I. v. 119.*

Fit victor patiens animus cedendo furori.
Inſiſte, VICTOR, hanc viam & re, & nomine.
HADRIAN. JUNIUS, *Emblem.* XLIX.
ad Victorem *Giſelinum.*

Num decet iraſci Regem, ſi morio verbis
Indignis illum petat? An *contemnere praeſtat?*
Numquid *cum puero decus* eſt *pugnare Giganti?*
PALINGENIUS, *Scorpii v. 790.*

Quocirca eſt ſolus liber, ſolusque profecto
Poſſidet arbitrium, Ratio quem ſola *gubernat*,
Qui affectus omnes ſuperat, fingitque premendo.
Ejusdem, v. 505.

Quam ſuper adſiſtens PATIENTIA: VICIMUS, inquit,
Militiam: *Eſt, rabidas* TOLERANDO *extinguere vires.*
PRUDENTIUS, *Pſychomach. Patientiae & Irae congreſſu v.* 47. & 51.

Omnibus una comes virtutibus adſociatur,
Auxiliumque ſuum fortis PATIENTIA miſcet.
Nulla anceps certamen init VIRTUTE ſine iſta
VIRTUS: Nam *vidua eſt, quam non* PATIENTIA *firmat.*
Ibid. ſub fin. quorum ultimus jam a Barthio ad h. l. verſus citatus.

---

ut deinde ultimo I. hujus L. Diſticho. *nonnunquam vince ferendo.* Opitius.
M. e. motum eſt ſemper p. v. Scriver. cum pluribus aliis. Sed Pariſinus, uti nos.

XXXIX.

(XXXIX.)

CONSERVA POTIUS, QUAE SUNT JAM PARTA LABORE:

QUUM LABOR IN DAMNO EST, CRESCIT MORTALIS EGESTAS.

Ἐνδυκέως ταμίευε, τάπερ καμάτῳ πεπόρισαι·
Τὴν πενίην κάματός γ', ὅταν ᾖ δαπανηρὸς, ὀφέλλει.

Keep what thou haſt already got by Pains;
Want will increaſe, when Labour makes no Gains.

Erhalt' und ſamle dir/ was du mit Müh' erworben:
Dan Arbeit Schaden bringt/ wird arm und iſt verdorben.

Bewaar het goedt, dat gy door arbeit hebt verworven:
Als arbeit ſchade baert, dan zyt gy voort bedorven.

Conſervez, s'il ſe peut, augmentez votre Bien.
La peine eſt ruïneuſe, où l'on n'avance rien.

VARIANS LECTIO. *Conſerva potius quae jam ſunt parta: Labore, Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.* Barthius ita, cui lectioni, prius re-

FLOSCULI POETICI.

Non minor *eſt virtus*, quam quaerere, *parta tueri*:
Caſus ineſt illic: *hic erit artis opus.*

OVIDIUS, *d. Art. am. Libr. II. v. 13.*

—— —— *Plus* eſt *ſervaſſe repertum*,
Quam quaeſiſſe novum —— ——

CLAUDIANUS, *d. laud. Stilic. Libr. II. v. 326.*

Fortunam citius reperias, quam *retineas*.

P. SYRUS.

Qui *homo* mature quaeſivit pecuniam,
Niſi eam *mature parſit*, *mature eſurit.*

PLAUTUS, *Curcul. Act. III. v. 10.*

Tum denique homines noſtra *intelligimus bona*;
Cum, quae in poteſtate habuimus, ea *amiſimus.*

IDEM, *Captiv. Act. I. Scen. II. v. 39.*

Inſtructa inopia eſt, in divitiis *cupiditas.*

P. SYRUS.

Ploratur lacrumis *amiſſa pecunia* veris.

JUVENALIS, *Sat. XIII. v. 134.*

Multis *res anguſta domi:* ſed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec ſe metitur ad illum,
Quem dedit haec poſuitque modum: Tamen utile quid ſit,
Proſpiciunt aliquando viri, frigusque famemque,
Formica tandem quidam expavere magiſtra.
Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum,
Ac velut, exhauſta redivivus pullulet arca
Nummus, & e pleno tollatur ſemper acervo,
Non unquam reputat, *quanti ſibi gaudia conſtent.*

IDEM, *Sat. VI. v. 356.*

rejectae, poſterioribus deinde cogitationibus adſtipulatur & noviſſimus Editor. *Mortalis creſcit egeſtas.* Rarior. Sed per omnia conſentientem habemus it. Parilinum, Salmon.

(XL.)

DAPSILIS INTERDUM NOTIS, ET CARUS AMICIS,

QUUM FUERIS FELIX, SEMPER TIBI PROXIMUS ESTO.

Τοῖσι φίλοις καὶ ἔταισιν ἐπὰν φιλότιμος ἀκούσῃς,
Ὄλβιος εὐτυχέων, Σὺ δὲ φίλτερος ἴσθι σεαυτῷ.

When thou doſt thrive, and mak'ſt thy Friend good chear,
Be ſtill a Friend unto thyſelf moſt near.

Wann du den Freunden was / mit milder Hand / verleiheſt;
So denke / daß du ſtets dein nächſter Nachbar ſeyeſt.

Als ge uwe Vrienden en Bekenden ooit verblyd,
In Voorſpoed, denk dat ge u altyd de naaſte zyt.

Régalez vos Amis, ſans vôtre Préjudice:
Vous ruïner pour eux, eſt-il de la Juſtice?

VARIANS LECTIO. *Notis, charis & amicis.* Al. *& largus amicis.* It. al. *& carus amicus. Quum fueris dando.* Scal.

FLOSCULI POETICI.

Ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. H. E.
Ut quiſque *ſemet plus amico* diligit!

EURIPIDES, *in Medea*.

Heus! PROXIMUS SUM EGOMET MIHI.

TERENTIUS, *Andr. Act. IV. Scen. I. v.* 12

Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet:
OMNES SIBI MALLE MELIUS ESSE, quam alteri.

Ejusd. Act. II. Sc. V. v. 15.

PROXIMUS ESTO TIBI, *vicinum deinde juvato;*
Sic potes alterna commoditate frui.

SAMBUCUS, *Embl. p. m.* 97.

Ipſe tuis rebus bene conſule, deinde alienis:
Utilis eſt nulli, qui ſibi adeſſe nequit.

BADIUS ASCENSIUS.

Eſto memor CARO ſemper *prodeſſe* SODALI,
Ut *tibi non noceat* praeſtita *amicitia.*
Sic *utare*, tuis *egeas ne* rebus, *amicis;*
Sarcina namque humeris ſola ferenda tuis.

OWENUS, *Lusc. II. Epigr.* XXXII.

Nempe Deo eſt ſimilis *vir* DAPSILIS atque *benignus.*

PALINGENIUS, *Cancr. v.* 651.

Divitias hic finis habet: *prodeſſe* tenemur
Omnibus, at noſtris potius. Natura creavit
Nos, non ut ſolum *nobis*, *noſtrisque propinquis*,
Aſt aliis etiam, *quum poſſumus*, emolumento
Simus. Quid, quaeſo, praeclarius, atque deorum
Dignius eſt ſolio, auxilium quam ferre ruenti,
Tradere pauperibus victum miſeriſque mederi?
Sic nos turba colit, ſic famam acquirimus: atque
Ad ſuperos multi, per talia facta, volarunt.

ID. PALINGEN. *Tauro v.* 531. Vid. ſtatim & Libr. II. Diſt. I.

FLOSC. POET. REL.

Hoc tibi ſit argumentum ſemper in promptu ſitum:
Ne quid *expectes amicos*, facere quod per te queas.

ENNIUS, *ap. Gellium.*

D. Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici *nos bonos ſtudemus*, & *benignos.*
ITA FUGIAS, NE PRAETER CASAM, quod ajunt. Nonne id ſat erat,
Accipere ab illo injuriam? *Etiam argentum* eſt *ultro objectum*:
Ut ſit, qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
G. Planiſſime. D. *Iis* nunc *praemium* eſt, *qui recta prava faciunt.*
G. Veriſſime. D. *Ut ſtultiſſime* quidem illi *rem geſſerimus.*

TERENTIUS, *Phorm. Act.* V. *Scen.* II. *init.*

Paule, omnes deamas, redamat te, *Paule*, nec ullus.
Miraris, fieri id qua ratione queat?
Nempe *ideo*, *cunctos quod ames*, *diſcrimine nullo*,
Haec ratio eſt, *cur te nullus amicus amet.*
Odero vis igitur cunctos? Male colligis iſtuc.
Nec te odiſſe velim: ſed nec amare veto.
Quidnam igitur ſuades, ut amer? Sic ſuadeo: *Nullum*
Oderis; aſt *unum*, *Paule*, *ut ameris*, *ama.*

G. BUCHANANUS, *Epigr. Libr. I. p.* 346.
Edit. poſtrem. Elſev. 1676.

Dives eras, & amator eras: *nunc pauper*, amore
Es liber, praeſens o medicina, fames!
Qui te delicias, *fidumque* vocabat *Oreſtem*,
Demophile, nomen nunc rogat ille tuum:
Qui genus? Unde dŏmo? Jam te docet uſus, opinor,
Quod, *cui res deerit*, *nullus amicus erit.*

IDEM, *p.* 347. e *Graeco Philodemi*, paullo inmutatum, uti & ſuperius.

FINIS LIBRI PRIMI.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM,
POËTICIS ADORNATA
FLOSCULIS.

LIBER II.

EXPLANATIO PICTURAE POËTICA.

Nunc juvenis, *nunc* fortis (*) *ades*, *nunc vincere regna* (a)
Dignus, *&* *indomita monſtra necare manu*!
Ira (b), *cupido* (c), *metus* (d), *peccata latentia* (e), *luxus* (f),
Rixa (g), *ſuperſtitio* (h); *ſunt ea monſtra*: *Feri*!
Fortiter (*) *illa feri*; *nec parce voracibus iſtis*
Harpyis: *Carnes rodere & oſſa ſolent.*
Bellerophonta *refer*, *vel* Jaſona, *fortibus auſis*;
Viribus Alciden; *moribus* Hippolytum.
Sed fuge Maeandros, *vitae effuge tu* Labyrinthos;
Neve negata tibi (i), *neu nimis alta*, *pete* (l).
Teque Ariadnaeum, *Vitae prudentia*, filum (aa)
Mille per anfractus incolumem expediet.
Utere (m), *ſed modicis*, *ne ſis tibi cauſa doloris* (n);
Sperne voluptates (o); *Sit tua cura*, *Salus* (p).
Spem retine (q); *oblatam cape rem* (r); *nil ferto moleſte* (s):
Haec committe bonis (t); *iſta relinque* DEO (u).
Sic tuba de coelo reboat: VITARE MEMENTO (x)!
Hoc age (y); *Noli illud* (z); *Proſpice* (aa); *Cede* (bb);
CAVE (cc).

(a) Diſt. I. (b) IV. (c) XXVIII. (d) III. (e) VIII. (f) XIX. (g) XI. & XV. (h) XII. & XXXI. (*) XIV. & XXV. (i) VI. (l) II. (m) XVII. (n) & (p) XXX. (o) XXI. (p) XXII. (q) XXV. (r) XXVI. (s) XXIII. (t) XXII. (u) XII. (x) XIII & XIX. (y) V & XXVI. &c. (z) IV. XVI. XX. &c. (aa) XXIV. it. VII. & XVIII. (bb) X. (cc) XXVII. & XXIX.

1230
Digitized by Google



Utilius regno * quod primum eſt, cura ſalutis. 3

PRAEFATIO.

TELLURIS SI FORTE VELIS COGNOSCERE CULTUS,
VIRGILIUM *LEGITO. QUOD SI MAGE NOSSE LABORAS*
HERBARUM VIRES. MACER *HAS TIBI CARMINE DICET*
(CORPORIS UT CUNCTOS POSSIS DEPELLERE MORBOS).
SI ROMANA CUPIS ET CIVICA NOSCERE BELLA,
LUCANUM *QUAERAS, QUI MARTIS PRAELIA DIXIT.*
SI QUID AMARE LIBET, VEL DISCERE AMARE, LEGENDO,
NASONEM *PETITO. SIN AUTEM CURA TIBI HAEC EST,*
UT SAPIENS VIVAS, AUDI QUAE DISCERE POSSIS;
PER QUAE SEMOTUM VITIIS DEDUCITUR AEVUM.
ERGO ADES: ET, QUAE SIT SAPIENTIA, DISCE LEGENDO.

VARIANS LECTIO. v. 2. *Vergilium l.* Ibid. *labores.* Scriver. v. 3. *Macer tibi c. dicit.* v. 4. totus ſuſpectus eſt. v. 5. *& Punica noſcere bella.* v. 6. *qui Mar-*

Ἔργα γεωπονίης εἴ σ' εἰδέναι ἵμερος αἱρεῖ,
Ιι γίλιον δίζευ. Βοτανῶν δὲ δαήμεναι ἀκμὰς
Εἰ ποθέεις, ταύτας Μάκρου κλείουσιν ἀοιδαὶ,
Ὥσκε δύναιο νόσον μελέων ἀπὸ πᾶσαν ἀμῦναι.
Εἰ δ' ἐθέλεις Ρώμης, ἐμφύλους τ' ἴδμεν ἀγῶνας,
Λουκανὸν ζήτησον, ὃς Ἄρεος εἶπεν ἀέθλους.
Εἰ δὴ ἐρᾷν καὶ ἔρωτι μαθητεύειν προβέβουλας,
Νάσωνος πάρα ταῦτα μάθοις. Εἰ δ' αὐτὸ μεριμνᾷς.
Πῶς σοφὸς ὢν διάγοις, κλῦθι μοῦ, ἵνα ταῦτα διδαχθῇς
Πάντα, δι' ὧν ζωὴν κακίης δίχα πᾶσαν ἀνύσσῃς
Δεῦρ' ἄρα, καὶ τί πέλει σοφίη μάθε νῦν, τάδ' ἀναγνούς.

If thou per chance would'ſt learn the Ground to till,
Read Virgil ; *but if you deſire good Skill*
In Herbals, Macer *them in Verſe will ſhow:*
If Roman *Wars or* Punic *you would know,*
Lucan *peruſe, who tells you all thoſe Fights.*
If you delight in Love, and wanton Sights,
Run Ovid o'er. *But, if your Mind be ſet:*
Above all worldly Things Wiſdom to get,
Hear, and attend, that you may better note,
How one may lead a Life from Vice remote.
Then come, and (leſt you go too far amiſs)
Learn here by reading what true Wiſdom is.

Haſt du den Ackerbau zu wiſſen Lieb' und Luſt;
So lieſe den Virgil. Sol dir dann ſeyn bewuſt
Der Kräuter Saft und Kraft / das wird dir Macer ſagen.
Wann dir der Römer Streit und Bürger-Krieg behagen ;
So ſuche den Lukan / der ſchreibt von Schlachten viel.
Wer Lieben und die Lieb' aus Büchern lernen will /
Dem giebet Naſo Rath. Wer aber Klugheit achtet /
Und auſſer Laſtern hier zu leben emſig trachtet /
Der nehme meine Lehr' und gute Warnung ein.
So komm / und lerne nun aus Leſen weiſe ſeyn!

Martia pr. d. Barth. v. 7. *Si quid amare velis.* it. *voles* Scriv. Al. *vel diſcere amara legendo.* v. 8. *Sin autem haec eſt tibi cura.'* v. 9. *Audi quo d. p.* v. 10. *traducitur aevum.* Scriv. & pleraeque Editt.

Wilt

Wilt gy by avontuur den aart des Landbous weten,
Zo lees Virgilius, den Koning der Poëten.
Maar lokt de kennis u van bloem en kruidery,
Die 't lichaam ſtrekken zal tot heilzame Artſeny,
En rekken verder uit den draat van 't brooze leven,
Daar van zal Macer u volkome kennis geven.
Maar wilt gy weten, hoe oud Rome heeft gewoedt,
En ſtroomen heeft geplengt van 't Burgerlyke bloet,
Zo luiſter naar Lukaan en zyne Krygsgezangen.
Maar heeft de Brant der liefde uw teder hart bevangen,
En wilt gy weten wat de kunſt is van de min,
Dat zal Ovidius u zeggen naar uw' zin.
Doch wilt gy liever u gelegen laten leggen
Aan 't ſtuk der Wysheit, hoor wat ik u hier zal zeggen.
Zoo kleeft geen ondeugt op uw hart zoo lang gy leeft.
Kom herwaart dan, en zie wat u de Wysheid geeft.

Pour ſçavoir les travaux de la race ſervile,
Toute l'Agriculture; allez lire VIRGILE.
Ignorez-vous l'effèt, que chaque herbe produit?
Amplement dans ſes vers MACER vous le déduit.
Du ſang de ſes Enfans Rome teinte & fumante?
Conſultez de LUCAIN la Muſe foudroyante.
Si quelquun veut glâner au champ de Cupidon;
Qu'il prenne pour Auteur l'ingénieux NASON.
Mais qui de la Sageſſe aime les traits intimes,
Qui veut & s'afranchir des Remords & des Crimes;
Qu'il vienne en prâtiquant s'imprimer CES MAXIMES.

VARIANS LECTIO. Vs. 1 & 2. Gall. lege, ſi mavis, hoc modo:

Si vous voulez connoître à fond l'Agriculture,
Voyez-en dans Virgile une exacte peinture.

Vs. 8. *Qu'il prenne*] Non ſuadet, ſed dicit quaſi: ſi quis deſipere vult, deſipiat. Ut Terentianus ille pater: Habeat, valeat, vivat cum illa.

Vs. 11. *En prâtiquant s'imprimer*] Aut potius: *exprimer*, factis exprimat & vita ſua. Niſi cui forte magis arriſerit: *Souſcrire à ces Maximes.*

(I.)

SI POTES, IGNOTIS ETIAM PRODESSE MEMENTO.
UTILIUS REGNO EST, MERITIS ADQUIRERE AMICOS.

Εἰ δύνασαι, σπεῦσον καὶ τοὺς ἀγνῶτας ὀφέλλειν·
Κέρδιόν ἐστι φίλους περιποιεῖσθ', ἢ βασιλεύειν.

Help Strangers what thou canſt; for Friends to gain,
By due Deſerts, is better than to reign.

Auch Fremden, wo du kanſt / thu Beyſtand und Genügen:
Es nuzt mehr / als ein Reich / durch Gutthat Freunde kriegen.

Verplicht ook Vremden door gedienſtigheid met oordeel.
Meer dan een wingeweſt, brengt Vrienden winnen, voordeel.

Cherchez à procurer de pluſieurs l'Avantage:
Nul Royaume n'apporte un plus ſûr apanage. Ou:

Comprens dans tes bienfaits juſqu'à l'étranger même:
Augmenter ſes Amis, vaut mieux qu'un Diadême.

VARIANS LECTIO. *Utilius regno, meritis a. a.* Quidam recentiores, quos inter & Pariſinus, ſ. Abb. Salmon.

FLOSCULI POETICI.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: Sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denſos currentia munera nimbos
Cernere ſemper erat: populis undare Penates;
Aſſiduos intrare inopes; remeare beatos.
Praeceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos,
Aurea dona vomens. —— —— ——

CLAUDIANUS *in Conſul. Probini*, *v.* 42.

Non, mihi centenis reſonent ſi vocibus ora,
Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam; quot in ordine gentes
Rexerit. —— —— —— ——

IDEM, *ibid. v.* 55.

—— —— —— At (Salluſtius) hic ſi
Qua res, qua ratio ſuaderet, quaque modeſte
Munificum eſſe licet, vellet bonus atque benignus
Eſſe: *Daret quantum ſatis eſſet, nec ſibi damno*
Dedecorique *foret.* —— —— ——

HORATIUS, *Serm.* Libr. *I. Sat. II. v.* 49.

Nullus argento color eſt, avaris
Abditae terris inimice lamnae,
Criſpe Sallulti, *niſi temperato* *Splendeat uſu.*

IDEM, *Lib. II. Od. II. v.* 1.

Aurea quid proſunt, ſi non pandantur in uſum,
  Atque *ferant* miſeris *ſubſidiumque* malis?
Non ego delicias reputo, nec munera rara,
  Condita ſint, imis ſi lateantque locis.

J. SAMBUCUS, *Emblematum p. m.* 49.
Conf. & tit. Dum vivo, proſum. *pag.* 145.

In bono hoſpite atque *amico quaeſtus eſt* quod (in-) ſumitur.

PLAUTUS, *Mil. glor. Act. III. Scen. I. v.* 80.

—— *Frugi convenit eſſe* hominem, pectus cui ſapit.

IDEM, *Bacchid. Act. IV. Scen. IV. v.* 12.

Naturae humanae *nil aptius*, & *nihil* ipſo
Dignius eſt *homine*, ut perhibet ſchola docta Sophorum,
Quam prodeſſe homini, & ſocio ſuccurrere lapſo.
At nunc, o mores! o triſtia tempora! prorſus
Extincta eſt pietas. —— ——

PALINGEN. *Tauro*, *v.* 540. poſt citata ad ſuperius Diſt.

II.

(II.)

MITTE ARCANA DEI, COELUMQUE INQUIRERE QUID SIT:

QUUM SIS MORTALIS, QUAE SUNT MORTALIA, CURA.

Λεῖπε Θεοῦ τ' ἄῤῥητα, τί τ' οὐρανός ἐϛιν, ἐρευνᾷν·
Θνητὸς ἐὼν, θνητοῖσι μεμηλότα ἔργα μερίμνα.

God's Secrets, and what Heav'n is, to enquire
Forbear; being mortal, mortal Things deſire.

Laß ſeyn was Himmel ſey / was Gott daſelbſt beginnt:
Schau an / was ſterblich iſt; dieweil wir ſterblich ſind.

Tree niet in 't Hemelſch, niet in Godts geheimenis.
Dewyl gy ſterflyk zyt, zorg voor dat ſterflyk is.

N'ouvrons point ſur le Ciel un oeil trop téméraire.
Dévoués à la mort, la terre eſt notre Sphère.

VARIANS LECTIO. *M. a. D. c. i. q. ſ. An dii ſint, coelumque regant, ne quaere doceri.* Referente ex Conlationibus Codd. Doctiſſ. Arntzenio.

FLOSCULI POETICI.

Εἰ θνητὸς εἶ, βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.

MENANDER, quem nos ita Latinum eſſe jubemus, conſentientem Noſtro:

MORTALIS ES: MORTALIUM CURAS gere.

——— *Quid* aeternis minorem
Conſiliis *animum fatigas?*

HORATIUS, *Libr. II. Od. XI. v. 11.*

CURENT MORTALES, QUAE SUNT MORTALIA: MITTANT,
Quae Superûm: Ne, ſi contendant altius aequo
Scandere, praecipitent potius moveantque cachinnum.
Ut, ſi forte velit ſumma de rupe volare
Bos gravis, aut aſinus citharam pulſare canoram.

PALINGEN. *Virgin.* v. 587.

Hîc ſitus eſt *Phaëthon*, currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit; *magnis* tamen *excidit auſis.*

OVIDIUS, *Metam. Libr. II. v.* 327.

Dum *petit* infirmis *nimium ſublimia* pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

IDEM, *Triſt. Libr. I. Eleg. I. v.* 89.

Nam *ſecreta Deì quis novit?* Quis fuit unquam
In coelo, rediitque iterum, potuitque referre?
Non tanti eſt *mortale genus:* mens noſtra labaſcit
In rebus ſummis, nec ſpectat noctua ſolem.

Qui ſupra, MARCELLUS PALING. *Librae* v. 514. *Concordans cum Paullino, Rom. XI. 34. Cui nos alterum ſubjungimus Choriambico incluſum, dictum pariter Paullinum:*

NOLI ALTUM SAPERE, HEÜ! SED POTIUS TIME.

Rom. XI. 20. Lemma quondam *Rob. Stephani.*

Nam ſperare *Deum penitus cognoſcere, nullì*
Fas hominum, *coelis* obita *niſi* morte *recepto.*

MICH. HOSPITALIUS, *Libr. I. Epiſt. ad Claud. Eſpenſ. p.* 33. *Edit. Amſtelod.* a. 1732.

III.

(III.)

LINQUE METUM LETI: NAM STULTUM EST, TEMPORE IN OMNI
DUM MORTEM METUAS, AMITTERE GAUDIA VITAE.

Ῥῖπτε φόβον θανάτου· τὸ γὰρ ἀφραδές ἐστιν, ἀλήκλως
Μοῖραν ὑποπτεύοντα, βίου θέλγητρα προέσθαι.

Leave fearing Death; for it is found in thee,
Through fearing Death, not one good Day to ſee.

Thu Todes-Furcht hinweg: Begehr' ihn nicht zu wiſſen,
Man kan / bey Todes-angſt / des Lebens nicht genieſſen.

Vrees voor den Doot niet: gy maakt u de vreugde quyt
Des levens, als gy voor den doot vreeſt t'allen tyd.

Ne craignez point la Mort: C'eſt excès de folie:
En la craignant toûjours, d'empoiſonner ſa Vie.

VARIANS LECTIO, *Dum mortem metuis, amittis g. v. Al. amittas.*

Forte

FLOSCULI POETICI.

Diſtrictus enſis cui *ſuper* impia
Cervice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem;
Non avium citharaeque cantus
Somnum reducent. —— ——

HORATIUS, *Libr. II. Od. I. v. 17.*

Is demum vere *vivit*, *qui* mente ſerena
Et nitido *laetos exigit* ore *dies.*
At *qui* perpetuis *torquet ſe angoribus*, hunc *non*
Vivere; ſed *lenta morte perire*, *puto.*

M. A. MURETI *Epigramma.*

Dum mortem vitare ſtudet, vitamque tueri,
Se toto vitae tempore torquet, *homo:*
Bruta bonis fruitur praeſentis beſtia vitae;
Dum vivit, vivit; cum moritur, moritur.

OWENUS, *Libr. II. ad G. Sidley Epigr.* XLIV.

Si non *laetaris vivens*, laetabere numquam.

PALINO. *Gemin. v. 170.*

—— Dum fata ſinunt,
Vivite laeti: Properat curſu
Vita citato, volucrique die
Rota praecipitis vertitur anni.
Durae peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retro fila revolvunt.
At *genus hominum fertur rapidis*
Obvia fatis, incerta ſui:
Stygias ultro quaerimus undas.

SENECA *Hercul. fur. Act. I. v. 176.*

Quid tantos juvat excitare motus,
Et propria fatum ſollicitare manu?
Si mortem petitis, *propinquat ipſa*
Sponte ſua, volucres nec remoratur equos.

BOETHIUS, *Conſol. Phil. Libr. IV. Metr. IV. v. 1.*

Forte erat: *mortem metuens amittis.* Pariſino & Cl. Arntzenio ſe probarit: *Dum mortem metuis*, *amittere.* Quod nos minus probamus.

IV.

(IV.)

IRATUS, DE RE INCERTA CONTENDERE NOLI:

INPEDIT IRA ANIMUM, NE POSSIT CERNERE VERUM.

Ἀμφίβολον διὰ πρᾶγμα χολωσάμενος μὴ ἔριζε·
Θυμὸς ἐπιπροσθεῖ τῷ νῷ τοῦτ' ἀτρεκὲς ἀθρεῖν·

Strive not, being angry, where a Doubt may be;
Wrath keeps the Mind, that Truth it cannot ſee.

Im Zorne ſtreite nicht / was recht und unrecht ſey:
Dem Zorne wohnt kein Maaß und Glanz der Wahrheit bey.

Twiſt om 't onzek're niet, door gramſchap opgewekt:
De gramſchap maakt dat u de Waarheid blyft bedekt.

Ne vous emportez point à diſputer en vain:
Dès que l'Eſprit ſe trouble, il dévient incertain. Ou bien:

Sur un Sujet douteux évite la colere:
Par elle, en ton Eſprit, le Vrai perd ſa lumiere.

VARIANS LECTIO. *Incerta iratus de re c. n.* Ita verborum ordinem inmutavit Wachius, recte propter ea ab Arntzen. notatus. *Impedit ira animum*,

ne

FLOSCULI POETICI.

Me miſerum, *vix* ſum *compos animi*, ita *ardeo iracundia*:
TERENTIUS, *Adelph. Act. III. Scen. II. v. 12.*

IRA, FUROR brevis eſt: ANIMUM rege. Qui, niſi paret,
Imperat: Hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
HORATIUS, *Libr. I. Ep. II. v. 62.*

Ille monet: Ne frena *animo* permitte *calenti*.
Da Spatium, tenuemque moram: male cuncta miniſtrat
Impetus. Hoc, oro, munus concede parenti.
STATIUS, *Thebaid. Libr. X. v. 703.*

Nunc face ſuppoſita *ferveſcit ſanguis*, & *ira*
Scintillant oculi: Dicisque, *facisque*, *quod* ipſe
Non ſani eſſe *hominis*, non ſanus juret Oreſtes.
PERSIUS, *Sat. III. v. 116.*

Ira adeo *mentem confundit*, *ut*, ebria bile
Ferventi, *nequeat dignoſcere*, *quid* ſit *agendum*,
Judiciique expers ſcelerumque per avia tendat.
Mox dolor atque pudor facta inconſulta ſequuntur:
PALINGENIUS, *Sagittar. v. 956.*

Conſilium praeceps ſequitur plerumque ruina:
IRA quoque eſt valde NOXIA CONSILIO.
OWENUS, *Ethic. II. Epigr.* XXXIV.
E veter. Sap.

Qui temere & *praeceps* rabidas *exarſit in iras*,
Excedet ſemper limina juſtitiae.
Ibid. Epigr. IV.

Neſcit obeſſe ſuis *furor* hoſtibus: *Errat ab iſtu*
Conſiliique inpos in ſua damna *ruit*.
ANDREAS ALCIATUS, *Emblem.* CLXXV. *tit.*
Inſani gladius.

IRA ANIMAE MORS EST. IRAM FUGE. MITTE FUROREM,
NE MALE, COMMOTUS, TU QUOQUE FORSAN AGAS.
EOBANUS HESSUS.

ne poſſis cernere verum. Pauciores habent, quos ſecutus tamen videtur eſſe Scriverius.

(V.)

FAC SUMTUM PROPERE, QUUM RES DESIDERAT IPSA:

DANDUM ETENIM EST ALIQUID, QUUM TEMPUS POSTULAT AUT RES.

Αὐτίκα δὴ δαπάνησον, ὅταν τὰ πράγμαϑ᾽ ἀπαιτῇ·
Δεῖ καϑὰ τὸ χρεῶς, καὶ τὸν καιρόν τι χορηγεῖν.

Slack not to ſpend, when a juſt Cauſe deſires:
We muſt be ſomewhat free, when Time requires.

Du ſolt dich / wo es Noth / zu geben bald befleiſſen:
Wer geben will / der giebt / wann Sach' und Zeit es heiſſen.

Doe vaardig koſten, als de Nood en Billykheid
En zelfs de zaak het eiſcht, naar tyds gelegenheid.

Lorsque le tems l'exige, ou bien la circonſtance,
N'héſitez point, à faire une bonnéte Dépenſe.

VARIANS LECTIO. *Fac ſumptum prompte.* Vult Eraſmus *Fac ſumtum properes.* Mallet, quam iſtud, Arntzenius. *Fac ſumtum, propere cum res deſiderat,*

FLOSCULI POETICI.

Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum
Aves aſſueſcunt. *Neceſſe eſt* FACERE SUMTUM, *qui*
quaerit lucrum:
Saepe edunt: ſemel ſi ſunt captae, rem ſolvunt aucupi.
PLAUTUS, *Aſinar. Act. I. Sc. III. v.* 64.

Non ego omnino lucrum omne eſſe utile homini exiſtimo.
Scio ego, multos jam lucrum luculentos homines reddidit.
Eſt etiam, *ubi* profecto *damnum praeſtet facere, quam lucrum*,
Odi ego aurum: multa multis ſaepe ſuaſit perperam.
IDEM, *Captiv. Act. II. Scen. II. v.* 75.

Pecuniam IN LOCO *negligere*, maximum interdum *eſt lucrum.*
TERENTIUS, *Adelph. Act. II. Scen. II. v.* 8.

Prodigus & ſtultus *donat*, quae ſpernit & odit:
Haec ſeges ingratos tulit & feret omnibus annis,
Vir bonus & ſapiens *dignis* ait eſſe paratum,
Nec tamen ignorat, quid diſtent aera lupinis.
HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. VII. v.* 20.

Crede mihi, *Res* eſt *ingenioſa, dare.*
OVIDIUS, *Libr. I. Am. El. VIII, v.* 62.

Heu ſtultos, qui ſe invitos fecere negando!
Magnus enim, qui dat, ſi capit inde nihil.
SAMBUCUS, *Embl. tit.* Divitiae inutiles, *p.* 49. *v.* 9.

Munera *qui mittit*, *ſperat* majora *remitti:*
Nemo ſuas gratis *perdere vellet opes.*
OWENUS, *Ethic. I. Epigr.* LXXXVIII.

ſiderat, ipſi. Ita legunt cum Barthio, Almelovenius, citante Arntz. *Tardandum eſt, aliud cum t. p. a. r.* Ingenioſe magis, quam vere, Amtzenius, quod ipſe noviſſime Veritati dedit, Al. *Dum tempus poſtulat aut res.*

(VI.)

QUOD NIMIUM EST FUGITO : PARVO GAUDERE MEMENTO;

TUTA MAGE EST PUPPIS, MODICO QUAE FLUMINE FERTUR.

Τοῦ μὲν ἄγαν ἀπέχου· Τῶν δ' αὖ μετρίων ἐπιθύμει·
Ἐν βαιῷ ποταμῷ γὰρ ἀκινδυνώτερος ὁ πλοῦς.

Rejoice in little, ſhun what is extream:
The Ship rides ſafeſt in a little Stream.

Was gar zu viel iſt / fleuch : laß wenig dir gefallen:
Viel ſich'rer kan ein Schiff auf kleinem Waſſer wallen.

Te veel is quaadt; genoeg zy dat wat gy geniet.
Een Schip vaert veiligſt door een' niet te ſterken vliet.

En tout, fuyez l'Excès, que le peu vous contente:
La nacelle aux ruiſſeaux, ne craint point la Tourmente.

VARIANS LECTIO. *Q. n. e. f., pauco gaudere m.* Editio nuperrima Pariſienſis, Regiis dicata Virginibus, ab Abbat. Salmon. *Tuta magis puppis, modico*

FLOSCULI POETICI.

Rectius *vives*, Licini, *neque altum*
Semper *urgendo*: *neque*, dum procellas
Cautus horreſcis, *nimium premendo Littus* iniquum.
Auream *quisquis mediocritatem*
Diligit, *tutus*. —— ——

HORATIUS, *Libr. II. Od. X. v. 1.*

Adprime id in vita utile, ut NE QUID NIMIS.

TERENTIUS, *Andr. Act. I. Sc. I. v. 34.*

Scilicet *extremis* longe *mediocria praeſtant*.
Infima calcantur, ſumma repente ruunt.

THOM. MORUS.

Eſt ſummos ſatias; habet, eſurientibus imis,
Quos ſaturet, medium: MEDIUM TENUERE BEATI.

Parodia TAUBMANNIANA.

—— —— Quidquid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.
Modicis rebus *longius aevum* eſt.
Felix mediae quisquis turbae Sorte beatus,
Aura ſtringit *littora tuta*;
Timidusque, mari credere CYMBAM,
REMO TERRAS PROPIORE LEGIT.

SENECA, *Agamemn. v. 100.*

Quo quisque eſt *major*, *majora pericula* vitae
Suſtinet: *In parva* eſt *vita beata domo*.

POSTHIUS.

Felix, qui didicit CONTENTUS VIVERE PARVO.

PALINGEN. *Tauri v. 474.*

„ Optio ſi detur ſortis mihi, Femina princeps
Dicebat, *media vivere ſorte velim*.
„ Si nequeam media; tum dura vivere malim,
„ *Quam nimia* rerum *proſperitate frui*.
Egregium ſane dictum; ratioque perinde
Egregia, & clara Principe digna fuit:
„ *Non deſunt miſeris ſolatia*, dixit, *at* ILLUM,
„ QUI NIMIS EST FELIX, MENS BONA *ſaepe* FUGIT.

ANTHOLOGIA SACRA.

dico q. ſ. ſ. Rariores. Reliqua ad h. D. notata, vitia potius deſcribentium, quam digna notatu lectionis ſunt varietas.

(VII.)

QUOD PUDEAT, SOCIOS PRUDENS CELARE MEMENTO:

NE PLURES CULPENT ID, QUOD TIBI DISPLICET UNI.

῟Ων αἰδῶς σ᾽ αἱρεῖ, τάδε μὴ κοίνωσον Ἑταίροις·
Μὴ πλέονες μέμφωνται ὅπερ μόνῳ οὔ σοι ἀρέσκει.

With what thou art aſham'd diſcloſe to none,
Leſt many blame what thou diſlik'ſt alone.

Was Scham und Schande bringt / verbirg mit klugen Sinnen;
Um nicht / zu eigner Schand / auch Vorwurf zu gewinnen.

Waar over gy u ſchaamt, zeg dat aan Vrienden niet:
Want waar toe diende u nog verwyt, tot uw verdriet?

Ce qui vous eſt honteux, derobez-le à vos Proches:
A vôtre Déplaiſir ſe joindroient leurs Reproches.

VARIANS LECTIO. *Quod pudeat ſocios, prudens celare mem. Nec plures culpent, id quod t. d. u.* Sed *quae ita diſtinguant*, teſte probatiſſimo, Arntzenio, *ſunt*,

FLOSCULI POETICI.

Quis *furor eſt*, *quae* nocte *latent*, in luce fateri;
  Et quae clam facias, facta *referre palam*?

OVIDIUS, *Am. Libr. III. El. XIV. v. 7.*

Tu tua *proſtitues famae peccata ſiniſtrae*,
  Commiſſi perages indiciumque tui.
Sit tibi mens melior, ——— ———

Ibid. v. 11.

Alium ſilere quod voles, *primus ſile.*

SENECA, *Hippolyt. v. 873.*

Eſto multorum, *ſoli tibi notus*, amicus;
  Et quod vis alios *ipſe* ſilere, *ſile.*

JO. AUDOENUS, *ſive* OWENUS, *Appendic. Epigr. III.* *tit.* Regula vitae.

Quod *ſi arcana* ſuo *quisquam commiſit* amico,
Hunc metuat, ne quando fides frangatur, *oportet*:
Ne quando infenſus, mutata mente, revelet,
Quod prius in cordis penetralibus occultabat.
Ergo, ſi liber vis eſſe, & vivere tutus,
NON ULLI CREDAS, QUOD TU CLAM FECERIS: & ſic
Semper amicum habeas, dum durat foedus, ut ipſum
Poſſe putes hoſtem fieri, quod ſaepe videtur.
Nam, qui ſemper ament, noſtro ſunt tempore rari.

PALINGENIUS, *Cancr. v. 400.*

Si tibi quid caris *pudor* eſt *exponere amicis*;
  Rem finge alterius, quando refertur, agi.
Sic ſimul, illorum quae ſit ſententia, diſces,
  Nec reteges animum fronte rubente tuum.

MEYERUS.

ſunt, inquit ille, *pauciſſimae.* Vide tamen, de priore verſu ita diſtinguendo, Hiſtor. noſtr. Criticam.

(VIII.)

NOLO PUTES, PRAVOS HOMINES PECCATA LUCRARI;

TEMPORIBUS PECCATA LATENT, SED TEMPORE PARENT,

Τοὺς ἀλιτροὺς μὴ οἴου ἀλιτροσυνῶν τι ὄνασθαι.
Πταίσματα τῷ τε χρόνῳ ἐλάθοντο, χρόνῳ τ' ἐφάνησαν.

Conceit not that bad Men their Sins do gain:
For Sins are ſometimes hid, and ſometimes plain.

Nicht denk' es ſey geſchenkt/ wann einer was verbricht:
Zeit decket Laſter zu/ und bringt ſie an das Licht.

Denk niet dat menſchen olt van misdryf voordeel trekken:
Een dag brengt zonde aan 't licht, die Jaren vaſt bedekken.

Un crime enſeveli dans une obſcure nuit,
Ne l'eſt que pour un tems; un autre le trahit.

VARIANS LECTIO. *Temp. p. l. & tempore parent.* Quod ultimum in

Patent

FLOSCULI POETICI.

Ah *miſer!* & *ſi quis* primo *perjuria celat*,
Sera tamen *tacitis poena venit pedibus*.
TIBULL. *Lib. I. El. X. v.* 3.

Nec tibi celandi ſpes ſit, peccare paranti;
Eſt Deus, occultos qui vetat eſſe dolos.
Ibid. v. 23.

At videt hoc, *videt* ille l eûm *regnator*, & auſis
Sera quidem, *manet ira* tamen. —— ——
STATIUS, *Thebaidos Lib. V. v.* 688.

—— —— Saepe Dieſpiter,
Neglectus, inceſto addidit integrum.
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit *pede poena claudo.*
HORATIUS, *Libr III Od. II. v.* 29.

Culpam poena premit comes.
IDEM, *Libr. IV. Od. V. v.* 24.

Et *peccare* nefas, aut pretium *eſt mori.*
IDEM, *Libr. III. Od. XXIV. v.* 24.

Diſce, *nec in mediis* eſt *tuta rapina tenebris*:
Haec, quae nocte patras crimina, *luce lues.*
ERH. WEIGEL. *Eth. nat.*

Felix criminibus nullus erit diu.
AUSONIUS, *in* CLEOBULO.

Turpe quid *auſurus*, te, ſine teſte, *time.*
IDEM AUSON. *in* THAL. *Mileſio.*

—— —— —— Non repraeſentat ſua
Supplicia ſemper. *lentus iraſci, Deus:*
Sed vetera cernens vitia cumulari novis,
Gravitate poenae temporis *penſat moram.*
GROTIUS, *Sophompan. Act. II. Sc. I. v.* 38.

Tarda (quidem) *Nemeſis* poenam differre videtur;
Attamen *a tergo* dura *flagella quatit.*
SCHOONHOV. *Embl. LI. v.* 3.

Quod ſcelus eſt umquam commiſſum, quae loca *tempus*
Id reticens; tandem *quin pateſiat* opus?
SAMBUC. *Emblem. tit.* οὐκ ἐςι μιάσματος γῆρας.
pag. 195. *v.* 7.

Patent quidam male ſeduli tranſmutarunt, legum metri ſupina, ut videtur, ignorantia, aut incuria.

(IX.)

CORPORIS EXIGUI VIRES CONTEMNERE NOLI:

CONSILIO POLLET, CUI VIM NATURA NEGAVIT.

Ἠπεδανοῖο φυὴν μὴ σωματίοιο κάκιζε·
φραδμοσύνη προβέβηκεν, ὅτῳ φύσις οὐκ ἔπορ' ἀλκήν.

The Strength of little Men do not deſpiſe:
Whom Nature hath made weak, ſhe makes more wiſe.

Nicht ſcherze kleinen Leib / der ſchwache Kräffte hat:
Wem die Natur Gewalt verſagt / dem giebt ſie Rath.

Laat een kleen Lichaam, om zyn zwakheit, onveracht:
Natuur geeft Wysheit voor lichamelyke kracht.

Gardez de mépriſer d'un Nain la petiteſſe:
L'Eſprit ſouvent du corps compenſe la foibleſſe.

VARIANS LECTIO. *C. e. noli contemnere vires.* Alii; Quorum poſito aequali circiter numero, non tantum, ex Arntzenii mente, aurium hic adhibendum eſt judicium, ſive, ut ipſe loquitur: *aures conſuluimus poëticas*; ſed, vel Catone noſtro ad partes vocato, ut in ſuis judice, eadem tamen manet rationis aequalitas. Quum enim ille fere nimium amaverit in praeceptis, quae vocant, *affirmantibus*: MEMENTO; in monitis vero certi quidquam prohibentibus hoc: NOLI; utrumque iſtum verſus locum, & Caeſurae proximum & ultimum, pene abſque diſcrimine, huic eidem fecit proprium. Sic

L.

FLOSCULI POETICI.

Parva necat morſu ſpatioſum *vipera taurum;*
  A cane non magno ſaepe *tenetur aper.*

OVIDIUS, *Lib. II. Rem. Am. v.* 25.

Maior in *exiguo* regnabat *corpore* virtus.

STATIUS.

  Ictibus it parvi quercus ad ima viri.
Interdum exiguo rex maximus occidit ictu:
  Saepius *in parvo corpore magna* latent.

ANONYMUS.

Si mihi difficilis formam natura negavit;
  Ingenio formae damna rependo meae.
Sum *brevis*; at nomen quod terras impleat omnes
  Eſt mihi: Menſuram nominis ipſa fero.

OVIDIUS, *Heroid. Ep. XV.* SAPPHUS. v. 31.

——— ——— ——— Corpore debilitato
Vis animi creſcit: Quare imbecilla ſenectus
CONSILIO SUPERAT juvenes, MENTISQUE VIGORE.
INGENIO plerumque caret, qui ROBORE praeſtat.
Raro utrumque Deus cuiquam largitur, ut idem
Sit *ſapiens*, & ſit *robuſto corpore* pollens.

PALINGEN. *Librae v.* 924.

Sed te non animis, nec ſolis viribus aequum
Credere. Saepe *acri potior Prudentia dextra.*

VALERIUS FLACCUS, *Argonaut. Lib. IV. v.* 631.

Virtute ſemper *praevalet Sapientia.*

PHAEDR. *Libr. I. Fab. XIII. v.* 14.

Corporis at *moles quid* erit, *ſi pectora deſint?*

SAMBUCUS, *pag. m.* 242. *tit.* Non in mole ſed pectore Virtus.

Diſce tamen *brevibus*, quae ſit *fiducia monſtris*,
  Et faciat, quidquid *parvula turba* cupit.

AVIAN. *Fab. XXXI. v.* 11.

L. i. Diſt. ix. NOLI *deſiſtere coeptis.*	*Certo promittere* NOLI. L. i. Diſt. xiii.
Diſt. x . . *contendere verbis.*	*Quam tu tibi credere* N. . . . xiv.
xxiii. . . *ſed te ipſe coerce.*	*Spem tu tibi ponere* N. . . . Diſt. xix.
xxxii. . . *praeponere notis.*	*Incerta contendere* N. . . L. ii. Diſt. iv.
L. ii. Diſt. xi. . . *contendere verbis.*	*Vires contemnere* N. . . . . ix.
xii. . . *perquirere ſorte.*	*Ignoſcere tu tibi* N. . . . xxi.
xv. . . *maledicta referre.*	*Animum ſubmittere* N. . . . xxv.
L. iii. Diſt. xx. . . *tu verba timere.*	*Aptam dimittere* N. . . . xxvi.
L. iv. Diſt. x. . . *quae ventris amica.*	*Factum nolito ſilere.* L. iii. Diſt. xv.
xviii. . . *irridere ſenectam.*	*Prave contendere* NOLI. L. iv. Diſt. xxxiv.
xxxv. . . *moerere dolendo.*	
xxxvii. . . *promittere vitae.*	
xlvi. . . *gaudere malorum.*	

X.

(X.)

CUI SCIERIS NON ESSE PAREM TE, TEMPORE CEDE:

VICTOREM A VICTO SUPERARI SAEPE VIDEMUS.

Ὃν σευ ἀκιδνότερον νοέεις, τῷ δ᾽ εἶκ᾽ ἐνὶ καιρῷ.
Πολλάχ᾽ ὁ νικηθεὶς τὸν νικήσαντα κράτησε.

When thou haſt not thy Match, in time retreat;
We ſee the conquer'd oft the Victor beat.

Gib einem weißlich nach / dem du dich nicht kanſt gleichen;
Zuweilen muß wer ſiegt / dem Obgeſiegten weichen.

Zwicht voor den geen', by wien gy u niet kunt gelyken.
De winnaar moet veeltyts voor een' verwonnen wyken.

A l'Ennemi trop fort cedez ſa vaine gloire:
C'eſt ainſi qu'aux Vainqueurs on ravit la Victoire.

VARIANS LECTIO. *Quem ſcieris non eſſe parem tibi*, 1. e. Quam falſam lectionem ac depravatam, malis avibus Planudes in Graecis ſuis ſecutus, infelicius adhuc expreſſit, ſi modo ita ſcripſit, ut hodie legitur. Planudem



Diligito caros * ſalvo tamen ante pudore.

FLOSCULI POETICI.

— CEDENDO VICTOR ABIBIS. —

Ille fatigatae *vincendo* monſtra novercae
Qui meruit coelum: *Paruit imperio.* —
— I nunc, & dubita ferre, quod ipſe tulit.

OVIDIUS, *Art. II. v.* 197. & 217. &c.

Diſſimula atque tace, ne deteriora ſubinde
Damna feras. *Stultum eſt* hoſtem *irritare potentem*,
Atque malum majus tumidis ſibi quaerere verbis.
Expectat tempus *ſapiens*, iramque coërcet.
Saepe etiam *utiliter cedit*, placidisque furentem
Demulcet dictis & *dulcibus allicit hoſtem*
Blanditiis. — — —

PALINGENIUS, *Cancri v.* 811.

Nimirum magna *eſt prudentia, vincere blande*,
Atque animi ad tempus preſſum celare dolorem.

v. 823.

Qui patitur vincit. *Patientia* ſola *triumphat*
Magnifice. Si *vis vincere, diſce pati.*

REUSNERUS.

CEDERE qui neſcit, VINCERE neſcit homo,

IDEM.

Perfer & obdura: Dolor hic tibi proderit olim.

OVIDIUS, *Am. Libr. III. El. XI. v.* 7.

Perfer & obdura: Patientia plurima mollit,
Quae nequit humanum corrigere ingenium.

SCHOONHOV. *Embl. LXII. v.* 3.

Monumento ſint porro quaedam Amſtelodamenſium aedes privatae, patientiae quondam fructus, verbis inſcriptae modo Latinis: PERFER ET OBDURA. Modo Belgicis:

Wie verdraagt en zwygt,
Overwint en verkrygt.

nudem vulgarem rurſus ſecutus Pariſinus Editor uterque & ipſe Metaphraſtes novus. Id quod hic laudare non poſſumus. Scilicet hoc eſt, quod breves inter Noſtri Sententias *Lemmate XI.* duobus dicitur verbis: MAJORI CEDE.

(XI.)

ADVERSUS NOTUM NOLI CONTENDERE VERBIS.

LIS MINIMIS VERBIS INTERDUM MAXIMA CRESCIT.

Ἀψιμάχοις ἐπέεσσι μὴ ἀντιλόγησον ἑταίρῳ·
Ἐξ ὀλίγων μύθων μεγάλη ποτὲ δῆρις ὀρώρει.

Babble not with him, whom thou doſt well know;
The greateſt Strife doth oft from leaſt Words grow.

Mit einem / den du kennſt / begib dich nicht in Streiten:
Aus ſchlechten Worten wächſt ſehr groſſer Zanck / zu Zeiten.

Wil nimmer twiſten met Bekenden : Eer men 't wiſt,
Rees uit het minſte Woord ſomwylen grote twiſt.

Avec vos Familiers fuyez toute querelle.
Le plus grand feu s'allume à la moindre étincelle.

VARIANS LECTIO: *Adverſum notum noli* [illegible] *v. Lis verbis minimis* i. m. c. Al. *His verbis*, ſed plane abſque ſenſu.

FLOSCULI POETICI.

Majus peccatum eſt: *paullum deliquit amicus*,
Quod niſi *concedas*, habeare inſuavis, acerbus
Odiſti & fugis, ut Druſonem debitor æris.

HORATIUS, *Lib. I. Sat. III. v.* 84.

——— ——— ——— Et mihi *dulces*
Ignoſcent, ſi quid peccâro ſtultus, *amici*;
Inque vicem illorum patiar delicta libenter.

Ibid. v. 139.

Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.
Ne propter parvum *infeſtus ſis* crimen *amico*.

AUR. PYTHAG. CARM. *v.* 7. *ad quem vide ſis* HIEROCLEM, *p.* 66.

Ludus enim *genuit* trepidum *certamen & iram*;
Ira truces *inimicitias &* funebre *Bellum*.

HORAT. *Lib. I. Epiſt. XIX v.* 48.

Poſtremo compeſce iram: *parit ira furorem*,
Turpia verba furor: verbis ex turpibus *exit*
Rixa: ex hac oritur *vulnus*: de vulnere *letum*.

PALINGEN. *Sagittar. v.* 954.

Vir bonus & ſapiens *quaerit* ſuper omnia *pacem*,
Vultque *minora pati*, *metuens graviora*, cavetque
Ne *parvo ex igni* ſcelerata *incendia ſurgant*.
Qui nil ferre poteſt, hominum commercia vitet,
Et ſolus degat ſilvis aut montibus altis

IDEM, *ibid. v.* 967.

Pectora cum primo fuerint agitata furore,
    Si ſapis, haud, celerem ferre moreris opem.
Excutis intacta nocituram veſte favillam:
    An minor eſt animi cura futura tibi?
Ah! miſer, ignoras *in quanta incendia creſcat*,
    Obruta ni primis motibus *ira* cadit.

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira.*

RIXA metu primo tenuis, mox SURGIT in auras:
    PARVA CREMAT TOTUM mota FAVILLA NEMUS.

LAUTERBACHIUS.

Quod genus interdum ſegetes ſtipulamque videmus
Accipere, *ex una ſcintilla*, *incendia* paſſim.

LUCRETIUS, *Libr. V. v.* 607.

Neglectis *urenda filix* innaſcitur agris.

HORATIUS, *Libr. I. Sat III. v.* 37.

Et neglecta ſolent INCENDIA SUMERE VIRES.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVIII. v.* 8…

XII.

(XII.)

QUID DEUS INTENDAT, NOLI PERQUIRERE SORTE:

QUID STATUAT DE TE, SINE TE DELIBERAT IPSE.

Κλήρῳ ἐρευνᾶσθαι τί Θεὸς τεκμαίρετ' ἀλεύου·
Ὅ, τι γὰρ ὃς περὶ σοῦ τελέσει, σέο χωρὶς ὁρίζει.

Seek not by Lot what God's Intentions be:
He knows without thee what to do with thee.

Nicht ſuche nach / durch Looß / was Gott hat für ein Ziel:
Er ſchaffet / ohne dich / doch mit dir / was Er will.

Vraag geen Voorzeggers naar de hemelſche beſluiten.
Laat Godt in zynen raedt begaan : Blyf gy 'er buiten.

Ne vas pas ſur ton ſort conſulter les Devins:
Dieu ſçait regler, ſans toi, ta vie & tes deſtins.

VARIANS LECTIO *Quod Deus intendat*, n. p. ſ. *Quod ſtatuit d. t.* Alii, quos & Scriverius ſequitur, habent : *ſine te deliberet.* Al. *ſinito*, it. *ſine te deliberet, ipſe.* It. al, *ille* vel : *Iſte.*

FLOSCULI POETICI.

Quis mihi ſidereos lapſus mentemque ſiniſtri
Fulguris, aut caeſis ſaliat quod numen in extis,
Quando iter, unde morae, quae ſaevis utilis armis,
Quae pacem magis hora velit; quis jam omne *futurum*
Proferet, aut cum quo volucres mea fata loquentur?

STATIUS, *Thebaid. Lib. VIII. v.* 177.

Prudens *futuri temporis exitum*
Caliginoſa *nocte premit Deus :*
Ridetque, ſi mortalis ultra
Fas trepidat : Quod adeſt, memento
Componere aequus : Cetera fluminis
Ritu feruntur. —— —— ——

HORAT. *Libr. III. Od. XXIX. v.* 29.

Tu *ne quaeſieris* ſcire, nefas, quem mihi, quem tibi
Finem Dî dederint, Leuconoë, *nec Babylonios*
Tentâris numeros. —— —— ——

IDEM, *Libr. I. Od. XI. v.* 1.

Nequidquam *ſapiens occuluit* DEUS
Venturi ancipitem temporis aleam ;
Si *ſecreta* tamen *clauſtra recludimus Dementi ſapientia.*

DOMINIC. BAUDIUS, *Lib. II. Od. VII. v.* 37.

—— —— —— Si *conſilium* vis,
Permittes ipſis expendere *Numinibus*, quid
Conveniat nobis, rebusque ſit utile noſtris.
Nam pro jucundis aptiſſima quaeque dabunt Dî:
Carior eſt illis homo, quam ſibi. —— ——

JUVENALIS, *Sat. X. v.* 346.

Scire nefas homini, quid *craſtina* volveret aetas.

CENTO STATIANUS.

Ignotumque animis cupidis ardemus, & uſque
Flagrantes acri *fruſtra tabeſcimus* igni,
Quove magis ſenſu *comprendere tendimus, aegrosque*
Altius in coelum viſus adtollimus, hoc Tu
Effugis, adſpectuque magis tua ſubtrahis ora
Nube tegens, piceaeque involvis nubis amictu:
Exiguamque tuae miramur imaginis umbram.

M. HIERON. VIDA *Cremon. Alb. Episc. Hymno de* DEO. *v.* 471.

Quippe humana parum prodeſt prudentia, quando
Decernunt aliter ſuperi : Fruſtraque laborat,
Rem quicumque parat, Dîs adverſantibus, ullam.

PALING. *Cancri v.* 430.

(XIII.)

INVIDIAM NIMIO CULTU VITARE MEMENTO,

QUAE SI NON LAEDIT; TAMEN HANC SUFFERRE MOLESTUM EST.

Μὴ φθόνον ἐκ κομιδῆς περιέργου σοὶ περιάψῃς·
Ὥς κ' melius: Ὅς κ' ἢν μὴ βλάψῃ τὶ, φέρειν γὲ μέν ἐςιν
ἐπαχθής.

Envy for gaudy State be ſure to fear,
Which, if it do not hurt, is hard to bear.

Gedencke Neid / den Pracht und Kleidung bringt / zu meiden:
Beleidigt ſie gleich nicht / ſo iſt ſie ſchwer zu leiden.

Terg de afgonſt nimmer door de pracht van uw gewaat;
Al hindert zy u niet, wat hebt gy aan den haat?

Evitez de briller dans le Cours de la Vie;
A-quoi vous ſert le Faſte? Il excite l'Envie.

VARIANS LECTIO. *Tamen hunc ſufferre moleſtum eſt.* Supple: cultum nimium aliis moleſtum in tumentibus ſuperbia tolerare. Huc pertinet Phaedri de Graculo ſuperbiente Fab. III, Libri I.

FLOSCULI POETICI.

Odimus immodicos, experto credite, *faſtus.*

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. am. v. 611.*

Nam grave *quid prodeſt* pondus mihi divitis auri?
    Arvaque ſi findant pinguia mille boves?
Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
    Taenare ſive tuis, ſive Caryſte tuis?
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos?
    Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum?
Quidve in Erythraeo legitur quae littore concha,
    Tinctaque Sidonio murice lana juvat?
Et quae praeterea populus miratur: *in illis*
    Invidia eſt. Falſo plurima vulgus amat.

TIBULLUS, *Lib. III. El. III. v. 11.*

——— ——— E ſummo quaſi fulmen *dejicit ictos*
Invidia interdum contemtim *in tartara* tetra ———
Anguſtum per iter luctantes ambitionis:
Invidia quoniam, *ceu fulmine*, *ſumma vaporant*
Plerumque, *& quae* ſunt *aliis magis edita cumque.*

LUCRETIUS, *Libr. V. v. 1126. 1131. &c.*

Invidus alterius macreſcit rebus opimis.
Invidia Siculi *non* invenere tyranni
Majus tormentum. ——— ——— ———

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. II. v. 57.*

Invidia vexantur opes: Namque optima *livor*
Quaeque malus laedens *odit felicia* ſemper.

PALINGO, *Tauri v. 181.*

Utque deam vidit, formaque armisque decoram,
Ingemuit, vultumque deae ad ſuſpiria duxit.

OVID. *Metam. Libr. II. v. 775.*

INVIDIA eſt & jam multum METUENDA, ſecundis
Quae ſemper rebus dirum miſcere venenum
Nititur: INVIDIAM, moneo, *timeatis.* ———

PALINGO, *Cancri v. 409.*

Et fugias, quos livor edax felicibus hoſtes
    Sic facit, ut virtus flectere nulla queat.
Muneribus fortaſſe tuis placabis avarum;
    Laedere quo ceſſet invidus, eſto miſer.
Alterius *miſera gaudet mens invida ſorte:*
    Cunctaque *vicina commoda, damna putat.*

JOH. SARISBERIENS, *ſub fin. Carminis Policraticum auſpicantis.*

(XIV.)

ESTO ANIMO FORTI, QUUM SIS DAMNATUS INIQUE:

NEMO DIU GAUDET; QUI JUDICE VINCIT INIQUO.

Καρτεροθύμως τλῆσον, ἐὰν ἀδίκως καλακριθῇς·
Οὐ δὴν γαυριόωσι κριτῇ νικῶντες ἀθέσμῳ.

Be of good Comfort, tho' condemned wrong:
Who gets by unjuſt Doom, ne'er enjoys it long.

Verurtheilt män dich falſch / ſo leid es unverdroſſen.
Was krummes Urtheil ſchenkt / wird lange nicht genoſſen.

Wort gy t'onrecht gedoemt, laat dat u niet verdrieten:
Die t'onrecht wint, zal noit een lange vreugt genieten.

Condamné ſans Raiſon, ne perdez point Courage:
Le gain d'une Injuſtice eſt un foible avantage.

VARIANS LECTIO. *Forti animo eſto.* Al. *Eſto forti animo.* Eſt &: *Forti animo maneas, cum ſis d. i.* Alius: N. *d. g. qui inique judice vincit.* Sed perperam omnes.

FLOSCULI POETICI.

Diſcitur innocuas ut agat *facundia* cauſſas:
Protegit haec *ſontes*, *immeritos*que *premit*.

OVIDIUS, *Triſt. Libr. II. v.* 273.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori. Prima eſt haec ultio, quod ſe
Judice, *nemo nocens abſolvitur*, improba *quamvis*
Gratia fallacis *Praetoris vicerit* urnam.
Quid ſentire putas omnes, Calvine, recenti
De ſcelere, & fidei violatae crimine? Sed nec
Tam tenuis cenſus tibi contigit, ut mediocris
Jacturae te mergat onus: flagrantior aequo
Nec debet dolor eſſe viri, nec vulnere major.

JUVENAL. *Sat. XIII. v.* 1.

Qui recte vivit, contemnit jura ſuperba:
Conſcia mens recti nil timuiſſe poteſt.

OWENUS, *Ethicor. II. Epigr.* XI.

Accuſent te *mille* licet; *mens conſcia recti*
Stat tamen, & *nunquam Judicis ora timet.*

Ibid. Epigr. XVIII.

Deneget auxilium rogitanti; praegravet omnes
Infra ſe poſitos, inopem viduamque gementem
Obterat; *inſontem Judex pervertat iniquus*
Venali trutina, *& Dominae ſuffragia donet*;
Interea, quae Summa mali eſt, ſimulator honeſti.
Haec, *ſi aberit Deus ultor*, in omnia proruet audax
Crimina, quem fallax trahit in ſua caſtra Voluptas.

MELCHIOR *Cardinalis* POLINIACUS,
Anti-Lucretii Tom. & Libr. I. pag. 13.

Solent mendaces luere poenas malefici.
Ovis damnata falſo teſtimonio,
Quod non debebat, *ſolvit*. Poſt paucos dies,
Ovis jacentem in fovea conſpexit Lupum.
Haec, inquit, *merces fraudis a Superis datur.*

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XVII. v.* 1. *&* 6.

Omnes *humanos vincit patientia caſus:*
Hanc adhibe, haec cunctis eſt medicina malis.

POSTHIUS.

(XV.)

LITIS PRAETERITAE NOLI MALEDICTA REFERRE:

POST INIMICITIAS IRAM MEMINISSE, MALORUM EST.

Μὴ τὴν λοιδορίην ἔριδος προένεγκε παλαιᾶς.
Μεμνῆσθαι δὲ κότοιο, κακόφρονός ἐςι, μετ᾽ ἔχθραν.

Of Words in brawling make no Repetition:
Who rakes up Diſcord, ſhews a bad Condition.

Den Frieden / nach dem Streit / gedenke nicht zu brechen;
Kein guter Mann pflegt je vergang'nen Zorn zu rächen.

Verhaal niet na 't Verdrag ſcheltwoorden van voor dezen.
Men moet, na vyantſchap, niet meer verbolgen wezen.

Perdez le ſouvenir d'une affaire aſſoûpie:
Conſerver ſa rancune, eſt d'un méchant genie.

VARIANS LECTIO. *Mala Dicta*, aliquis conjecerat. Referente nobis Arnt-

FLOSCULI POETICI.

Quoslibet *extinctos injuria ſuſcitat ignes.*

OVIDIUS, *Libr. III. d. a. a. v.* 697.

Sed numquam dederis ſpatioſum tempus in iram:
Saepe *ſimultates ira morata facit.*

IDEM. *Am. Libr. I. Eleg. VIII. v.* 81.

S. Irae ſunt inter Glycerium, & gnatum. CH. Audio.
S. Ita magnae, ut ſperem, poſſe avelli. CH. Fabulae!
S. Profecto, ſic eſt. CH. Sic hercle, ut dicam tibi:
Amantium irae amoris integratio eſt.

TERENTIUS, *Andr. Act. III. Scen. III. v.* 20.

Ira cadat cum ſole; at *non* cum ſole *reſurgat*:
Semper cum Phoebo currat ad Antipodas.

OWENUS, *Libr. III. ad Car. Eboras. Epigr.* LXVII.

Quem criminoſis cumque voles, modum
Pones Iambis. — Me quoque pectoris
Tentavit in dulci juventa
Fervor, & in celeres Iambos
Miſit furentem: Nunc ego mitibus
Mutare quaero triſtia: dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

HORATIUS, *Carmine. Libr. I., XVI. v.* 2. & 22.

Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis. —— —— ——

IDEM, *ejusd. Libr. Od. XXVI. v.* 2.

—— —— Pronus *in iram*
Stultorum eſt *animus*, *facile excandeſcit*, & *audet*
Omne ſcelus, *quoties* concepta bile *tumeſcit.*
Tunc ferri ſceleratus amor, *rixae*que cruentae
Surgunt, & gelidae dant plurima corpora morti.
Ergo *ferum genus hoc hominum eſt*, valdeque cavendum.

PALINO. *Sagittar. v.* 616.

Ammenio. *Iras meminiſſe.* Ditmarus, eam ita adlegantem citante Daumio.

(XVI.)

NEC TE COLLAUDES, NEC TE CULPAVERIS IPSE.
HOC FACIUNT STULTI, QUOS GLORIA VEXAT INANIS.

Μή τε σ' ἐπαίνεσσον, μήτ' ἄυθις ψέξον ἑαυτόν
Τοῦτο πρὸς ἀφραδέων, οὓς οἶστρεῖ δόξα κενόφρων

Neither commend thyſelf, nor thyſelf blame;
Fools, whom vain Glory vexeth, do the ſame.

Du ſolt dich ſelber nicht noch loben / noch verachten:
Diß iſt der Narren Thun / die bloß nach Ruhme trachten.

Gy moet u zelven nooit veel pryzen noch veel laken.
Zo doen de Zotten, die naar ydle Glorie haken.

Se louer, ſe blâmer, tient d'un mauvais uſage:
C'eſt un ſot point d'honneur que tenir ce Langage.

VARIANS LECTIO. *Hoc faciant.* Barth. *Hoc faciunt ſtulti; id, quos gloria vexat inanis.* Edit. Lipſienſ. a. CIↃ. IↃ. CXVII. citante Daumio. *Hoc fac. ſtulti, hos gl. v. inan* Expoſitus ab ipſo ſuo parente foetus, nec a quopiam, ut arbitror, ſuſcipiendus.

FLOSCULI POETICI.

NEC TUA LAUDABIS ſtudia, AUT aliena REPRENDES.

HORATIUS, *Libr. I. Ep XVIII. v. 39.*

Ut placeas, debes *immemor eſſe tui.*

OVIDIUS, *Libr. Am. I. El. XIV. v. 38.*

Homine imperito numquam quidquam injuſtius,
Qui, niſi *quod ipſe facit*, nihil *rectum putat.*

TERENTIUS, *Adelph. Act. I. Scen. II. v. 18.*

Nam ſtrenuiori deterior ſi praedicat
Suas pugnas, *de illius ore fiunt ſordidae.*

PLAUTUS, *Epidici Act. III. Scen. IV. v. 10.*

Facta tua extollant alii, *laus propria ſordet:*
Ore ſed alterius quae venit, illa placet.

AULARUS.

Quisque *ſuas dotes teneat, nec praeferat ulli,*
Quod Deus occulta donat habere vice.

SAMBUCUS, *Epigramm. II. v. 9.*

Narrent de te alii, *proprio ſordeſcit in ore*
Gloria; ſi taceas, plus tibi laudis erit.

MICHAEL VERINUS, *ex quo apud* OWENUM, *Ethic. I. Epigr.* LXXXIII.

Omnibus *inviſa eſt ſtolidae jactantia mentis*:
Dum *de te* loqueris, *gloria nulla tua* eſt.

IDEM*, *& ibid. II. Ep.* XXV.

Omnes *videmur nobis eſſe belluli.*

NONIUS MARCELLUS, *apud* JUNIUM.

Raro placent aliis, *qui placuere ſibi.*

OWEN. *L. ad Reger. Audoin. Ep.* LXXXIX.

Omnis homo, proprium *de ſe qui jactat honorem,*
Ille ſuo ſervit decori, ſibi nomina quaerit:
At qui mittentis laudes canit, ille probatur,
Ille viam ſequitur veram, nil audet inique.

ULRIC. BOLLINGERUS, *in Paraphraſi* NONNI *Latina.*

* Vide hoc utrumque Diſtich. a *Cognato* in Adagiis *Verino* vero Auctori adſertum.

(XVII.)

UTERE QUAESITIS MODICE, QUUM SUMTUS ABUNDAT:

LABITUR EXIGUO, QUOD PARTUM EST TEMPORE LONGO.

φείδεο τῶν κτεάνων, δαπανῶν ὅτε πλῆθος ἐπιῤῥεῖ.
Ἐν μακρῷ τὸ ποριςθὲν, ὀλίζονι ἐν χρόνῳ ἔῤῥει.

Spare what you get; when one exceſſly ſpends,
What hath been long a getting quickly ends.

Halt an dich/ biſt du reich/ und haſt dir was erworben:
Was lange Zeit erſpart/ iſt eh' als bald verdorben.

Zyt matig in 't gebruik, hebt gy wat goedts verworven.
Dat langzaam is vergaart, wort ſchielyk licht verdorven.

Au tems de l'abondance épargnez votre Bien:
La Prodigalité dans peu nous mène à Rien.

VARIANS LECTIO. *Utere quaeſitis parce: Quum ſumtus abundat, Labitur e. q. p. e. t. l.* Haec frequentiores habent; Rarius illud: — *Cum ſumtus ab uſu La-*

FLOSCULI POETICI.

Attigerit; *labentur opes:* Ut vulnere noſtro
Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.

TIBULLUS, *Libr. I. El. VII. v. 39.*

Divitias ſubito ſors inimica *rapit.*

OWENUS, *ad Lectorem.*

Parcere divitiis, qui tempore novit, & uti,
Ille, *modum ſervans inter utrumque*, ſapit.

THOMAS MORUS.

Quisnam igitur? Qui ſe cauta ſic temperat arte,
Ut, *medium ſervans, vitet utrumque latus.*
Providus, at facilis: *Parcus* ſibi, *largus* amicis;
Atque etiam largus, cum petit hora, ſibi.
Qui *nec opes terra* furtim *componere*, ſed *nec*
Perdere, diſcincti more nepotis, *amat.*

M. A. MURETUS, *in Epigrammatis.* Vide, quem hic imitatur, HORATIUM, ad *Diſ. huj. Libr. XIX.*

—— —— —— *Modo* ſit mihi *menſa* tripes &
Concha ſalis puri & *toga*, quae defendere frigus,
Quamvis *craſſa*, queat. —— —— ——

HORAT. *Libr. I. Sat. III. v. 13.*

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leves ſomnos timor, aut Cupido
Sordidus aufert.

IDEM, *Carm. Libr. II. Od. XVI. v. 13.*

Eſſe cupis *frugi*? Facile eſt: Nam panis & undae
Praedives dapibus quilibet eſſe poteſt.

OWENUS, *in Ethicis veterum Sapientum Diſ. XXXIV. partis prioris.*

Labitur exiguo, q. p. e. t. l. Quam conjecturam Phil. Parei Arntzenius recenſuit, ac, merito quidem, reprobavit. Alius: *Dum fomitem abundat.* Tolerabilius tamen quam, *Conſumtus abundat*, quod rurſus dedit alius.

(XVIII.)

INSIPIENS ESTO, QUUM TEMPUS POSTULAT, AUT RES.
STULTITIAM SIMULARE LOCO; PRUDENTIA SUMMA EST.

Ἄφρων γίνου, ὅταν τό, τε πρᾶγμ᾽ ὅ, τε καιρὸς ἀπαιτῇ·
Ἀφροσύνης ἐπίκαιρος ὑπόκρισις ἐςὶ φρόνησις.

Play thou the Fool, when Time needs ſuch a Guiſe;
Folly to counterfeit becomes the Wiſe.

Nim / nach Gelegenheit / an dich der Thorheit Schein:
Die höchſte Weißheit iſt / nicht allzeit weiſe ſeyn.

Wanneer de tydt of zaak dat wil, zyt dwaas in ſchyn:
De grootſte wysheit is, als 't pas geeft, dwaas te zyn.

Déridez à propos votre front pour l'uſage:
Bien ſçavoir être fou, c'eſt ſçavoir être ſage.

VARIANS LECTIO. *Incipiens* & ejusmodi menda alia.

FLOSCULI POETICI.

Miſce *ſtultitiam* conſiliis *brevem*:
Dulce eſt DESIPERE IN LOCO.

HORATIUS, *Carmin. Libr. IV. Od. XII. v.* 27.

——— ——— Non ego ſanius
Bacchabor Edonis, recepto
Dulce mihi *furere eſt* amico.

IDEM, *Libr. II. Od. VII. v.* 26.

Dona praeſentis rape *laetus* horae, ac
Linque ſevera.

IDEM, *Libr. III. Od. VIII. v.* 27.

——— ——— De *Sapientibus* alter
Ridebat, quoties a limine moverat unum
Protuleratque pedem. ——— ——— ———
——— ——— *Pulmonem agitare ſolebat*
Democritus riſu. ——— ——— ———

JUVENALIS, *Sat. X. v.* 28—33.

Brutus erat *ſtulti ſapiens imitator*, ut eſſet
Tutus ab inſidiis, dire Superbe, tuis.
Ille jacens pronus matri dedit oſcula Terrae;
Creditus offenſo procubuiſſe pede.

OVIDIUS, *Faſt. Libr. II. in regis fuga, ad d. VI. menſis ultimi.*

Ne nimium ſapias, Fili: *Mediocria mundum*
Ingenia, atque *animis hebetes*, plerumque *gubernant.*

CAROL. HARTLIEBIUS*, *Rector quondam AEgydiani Norici.*

Pro *ratione loci* qui ſapit, ille *ſapit.*

STIGELIUS, *in Epigrammat. citatus ad h. l. a* DAUMIO, *quem vide pluribus haec probant.*

Diſſimulat prudens; fortis tacet: Aſt *ubi venit*
Opportuna dies, facienda viriliter audet.

PALINGEN. *Cancri v.* 806.

* Dicere qui nobis Vir vener. ſaepe ſolebat: *Mediocria ingenia regunt orbem.*

XIX.

(XIX.)

LUXURIAM FUGITO, SIMUL ET VITARE MEMENTO
CRIMEN AVARITIAE: NAM SUNT CONTRARIA FAMAE.

Ἀμφότερον, καὶ σμικρολόγος, καὶ ἄσωτος ἀκούειν
Φεῦγε· τάδ' ἄμφω ὁμῶς εὐδοξίῃ ἀντιπέπονθε.

Exceſs and Avarice be ſure to fly,
For to thy Credit they are contrary.

Du ſolt mit Ueppigkeit / wie auch dich nicht beladen
Mit Geitze : Dann ſie thun dem guten Namen Schaden.

Vliet overdaat, maar vlie de gierigheit met een:
Een goede naam wort door die twee gelyk beſtreên.

Fuyez & l'Avarice & la Luxure infame:
Elles s'acorderoient à vous couvrir de blâme.

VARIANS LECTIO, *Luxur. fug. ſimul evitare memento*, &c.

FLOSCULI POETICI.

Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit, *haud* paravero,
Quod, aut *avarus ut Chremes*, terra premam;
Diſcinctus aut perdam ut *nepos*.

Horatius, *Epod. I. v.* 31.

—— —— Sed quid *diſſuaſor honeſti*,
Luxus, & humanas oblimat copia mentes?
Provocet ut ſegnes animos, rerumque remotas
Ingenioſa vias paullatim exploret egeſtas.

Claudianus, *de Raptu Proſerp. Lib. III. v.* 28.

Ut veniant gemmae totus tranſibitur orbis:
Nec lapidum pretio pelagus cepiſſe pigebit.
Annua ſolliciti conſummant vota coloni,
Et quantae mercedis erunt fallacia rura?
Quaeremus lucrum navi, mortemque (*Martemque* Al.) ſequemur
In praedas? *Pudeat* tanto bona velle caduca!
Luxuriae quoque militia eſt, vigilatque ruinis
Venter, &, ut pereant, ſuſpirant ſaepe nepotes.
Quid Coelo dabimus? Quantum eſt, quo veneat, omne?
Impendendus homo eſt, Deus eſſe ut poſſit in ipſo.
Hac tibi naſcentum *mores ſunt lege notandi.*

Manilius, *Libr. IV. v.* 398.

Nil lethale magis, quam *luxu* perdere mores.

Owenus, *Ethic. II. Ep.* IX.

Fervet *avaritia* miſeroque *cupidine* pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis & magnam *morbi* deponere partem.

Horatius, *Libr. I. Ep. I. v.* 33.

Qua ratione queas traducere leniter aevum:
Ne te ſemper *inops agitet vexetque cupido* ——
Sit mihi, quod nunc eſt, *etiam minus*; ut mihi vivam,
Quod ſupereſt aevi, ſi quid ſupereſſe volunt dî.
Sit bona librorum & proviſae frugis in annum
Copia; ne fluitem dubiae ſpe pendulus horae.

Idem, *Ejusd. Ep. XVIII. v.* 97. 107. &c.

XXI

(XX.)

NOLI TU QUAEDAM REFERENTI CREDERE SEMPER.

EXIGUA HIS TRIBUENDA FIDES; QUI MULTA LOQUUNTUR.

Μὴ πίστευσον ἀεὶ τῷ ἀπαγγέλλοντί σοι ἄττα·
Δεῖ γὰρ πιστεύειν ὀλίγον τοῖς πολλὰ λαλοῦσι.

Credit not always them that things relate:
Small heed is giv'n to them that often prate.

Nicht allzeit glaube dem / der allzeit reden will:
Die vieler Worte ſind / die lügen oft und viel.

Gy moet een' Snapper, die veel praats heeft, niet geloven.
Wat zulk een uitſlaat, gaat veeltyds 't geloof te boven.

Ne prêtez point l'Oreille aux Raconteurs frivoles,
Qui, pauvres en Credit, ſont riches en paroles. Ou bien:

C'eſt beaucoup hazarder, que croire un grand Parleur:
Toûjours un babillard ſuppoſe un grand Menteur.

VARIANS LECTIO. *Nolito tu eadem ref. cred. ſemper.* Barthii conjectura. *Exigua iis trib. fid. qui multa loquuntur.* Plures optimae notae Codd. Al. *Exigua eſt trib. fid. qui multa loquuntur.* Quod etiam ſenſu non caret, ſupplendo: *iis.* Sed non ferendum: *Exigua eſt tribuenda fides, quia multi multa loquuntur.* Ubi non tantum, quod vir inclytus vidit, Arntzenius: τὸ *multi;* ſed

FLOSCULI POETICI.

Periculoſum eſt, *credere* & non credere.
Ergo *exploranda* eſt *veritas* multum *prius*,
Quam ſtulta prave judicet ſententia.
Nil ſpernat *auris*, *nec* tamen *credat ſtatim.*

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. X. v.* 1. 5. & 51.

Qui facilis *credit*, *facilis* quoque *fallitur* idem.

PALINGENIUS, *Gemini.* v. 149.

Quare *non tutum* eſt, facile *omnia credere cuivis.*

IDEM, *Aquar.* v. 518.

Non quot, ſed *quales* aliquid *discere*, *notandum* eſt.

IDEM, *Capric.* v. 584.

Qui cuivis *quidvis credit*, *male creditur illi:*
Quo credis mihi *plus*, *hoc* tibi *credo minus.*

OWENUS, *Libr. ſing. Epigr.* LXV.

Non omnibus te *habere* convenit *fidem*,
Quae in circulis, *narrantur* a quoquam, aut foro.
Nam *captus aliquis* forſitan *mendacio*,
Idem tibi illud non mala referet fide,
Aut forte *mentietur*, ut *fallat ſciens.*

BEAUMONT, *citatus ab aliis.*

Alterius linguae dic, *quis moderatur habenas?*
Vix eſt, qui propriae poſſit habere modum.
Lubrica ſaepe *cadit*, quoniam verſatur in udo:
Saepe *cadens*, *labem contrahit* atque notam.

JOH. SARESBERIENS. *ſub introitum Policratici.*
v. 217. *Vid. ſqq. pone Libr. III. Diſt. III.*

ſed etiam, quod ipſi retinere placuit, τὸ *quia*, ex *Libri I. Diſticho XIII.* petitum atque ineptiſſime huc tranſlatum eſſe videtur. „ Ex tanta, inquit „ ille, varietate hanc cudimus lectionem :

„ *Exigua eſt tribuenda fides, quia multa loquuntur.*

„ Nempe *homines* loquuntur. Arntzen.

ſed : male tornatos *incudi reddere* verſus, docet Horatius.

(XXI.)

QUAE POTUS PECCAS, IGNOSCERE TU TIBI NOLI:
NAM CRIMEN NULLUM VINI EST, SED CULPA BIBENTIS.

"Ην τι μέθῃ πλαίσῃς, οὔτοι σύγγνωθι σεαυτῷ·
Οὐ τούτου ποτὸν ἐςὶν ἐπαίτιον, ἀλλ᾽ ὁ πεπωκώς.

If you in Drink offend, do not excuſe it;
The Fault is not the Wine's, but you abuſe it.

Begehſt du truncken was / das leg' auf dich allein:
Wer Wein als Waſſer ſäuft / iſt ſträflich / nicht der Wein.

Drinkt ge, en begaat gy na 't onmatig drinken iet;
De wyn is buiten ſchult geſteld, de Drinker niet.

Qu'on n'excuſe jamais un Crime, par Ivreſſe:
Le Vin ne pèche point; qui trop en boit, ſe bleſſe.

Vainement ſur l'Ivreſſe un coûpable s'excuſe.
Le Vin ne pèche point, mais quiconque en abuſe.

VARIANS LECTIO. *Quod potu peccas.* Pariſ. & Plures alii. *Quae potu pecc.* Scriver. *Nam nullum eſt vini crimen.* Idem, eleganter: ſi modo vere.

Nam

FLOSCULI POETICI.

LYCONID. Quia *vini vitio* atque amoris feci. EUCLIO. *Homo* audaciſſime,
Cum iſthacne te oratione huc ad me adire auſum, *impudens*?
Nam *ſi* iſthuc jus eſt, ut ſic *tu iſthuc excuſare poſſies*,
Luce clara *diripiamus aurum* matronis palam:
Poſt id, ſi *prehenſi* ſimus, *excuſemus ebrios*
Nos feciſſe, amoris cauſſa. *Nimis vile* eſt *vinum* atque amor,
Si ebrio atque amanti *impune facere*, *quod lubeat*, *licet*.

PLAUTUS, *Aulular. Act. IV. Scen. X. v. 15.*

Vina parant *animos*, *faciunt*que *caloribus aptos*.

OVIDIUS, *Libr. II. de Remed. Am. & ſeqq.*

Ebrietas hominis *diſſipat* omne *decus*.

APHERDIANUS.

Immodice *Bacchi* ſumit qui *munera*, linguae
Uſu privatur, *fit* quoque *mentis inops*.
Turpia committunt tales, obſcoena loquuntur,
Quid decet, ignorant, & pudor omnis abeſt.

IDEM.

Vina movent animos furiis, nimiumque caloris
Viris habet: Vino pes ratioque labant.

L. DE MEYER, *Libr. I. de Ira.*

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,
Spes jubet eſſe ratas, in praelia trudit inermem. *Et rel.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. V. v. 16.*

Vinum vera vetus promit, myſteria *prodit*:
Sicca latent hominum pectora; pota patent.

OWENUS, *L. ad Reg. Audiin. Epigr.* IV.

Lubrica ne ſegni conſumas tempora luxu,
Ne mentem minuas ebrietate tuam.
Sed forte ad pingues ſi carpis gaudia menſas,
Providus, *a nimio diſce cavere mero.*
Qui ſapiens alias; ſpumantia pocula reddunt
Amentem, & craſſo membra ſopore rigant;
Ergo *ſurge prius*, *quam te temulentia vincat*,
Ut maneas cuſtos mentis, ut ante, tuae.

HAPPARDUS.

Nam nullum crimen vini eſt. Alii, inter quos iterum Pariſienſis. Adhuc alius eſt: *Nam crimen vini nullum eſt, ſ. c. b.*

(XXII.)

CONSILIUM ARCANUM TACITO COMMITTE
SODALI:

CORPORIS AUXILIUM MEDICO COMMITTE
FIDELI.

Μήτιν ἀπόῤῥητον σιγηλῷ κοίνου ἑταίρῳ·
Χρωτὸς ἀκεστορίην πιστῷ πίστευσον ἰητρῷ,

Commit thy Secret to a Friend that 's ſure:
With a good Doctor truſt thy Body's Cure.

Laß einen treuen Freund geheimen Anſchlag hören:
In Leibes Schwachheit ſoll ein treuer Arzt dich lehren.

Betrou uw's harts geheim aan eenen trouwen Vrient:
Zoek voor uw lyf een Arts, die voorſchryft wat u dient.

Qu'à l'Ami bien connu ſon Secret on révéle;
Comme les maux du corps, au Médécin fidéle.

FLOSCULI POETICI.

Haec *ſoli commiſſa tibi celare memento*,
Et tacitus noſtras *intra te fige* querelas.

JUVENAL. *Sat. IX. v.* 93.

Eidem *homini*, ſi *quid recte curatum velis*,
Mandes. Moriri ſeſe miſere mavolet,
Quam non perfectum reddat, quod promiſerit.

PLAUTUS, *Aſinar. Act. I. Scen. I. v.* 106.

Cujus tu fidem in pecunia *perſpexeris*,
Verere verba *ei credere?* —— ——

TERENTIUS, *Phormion. Act. I. Scen. II. v.* 10.

Firma valent per ſe, nullumque Machaona quaerunt:
Ad medicam dubius *confugit aeger opem.*

OVIDIUS, *Libr. III. d. Pont. El. IV. v.* 7.

Corpora vix ferro quaedam ſanantur acuto:
Auxilium multis *ſuccus & herba* fuit.

IDEM, *Libr. II. Rem. Amor. v.* 131.

Ut valeant aliae ferrum patiuntur & ignes:
Fert aliis *triſtem ſuccus amarus opem.*

IDEM, *Heroid. Ep. XX. v.* 183.

Nunquam, crede mihi, a morbo curabitur aeger,
Si *multis medicis creditur una febris.*

OWENUS, *Ethicor. Epigr.* LXIX.

Vel *perfecte artem diſcant*, vel non medeantur.
Nam, ſi aliae peccent artes, tolerabile certe eſt:
Haec vero, *niſi* ſit *perfecta*, eſt *poena pericli*,
Et ſaevit, tanquam occulta atque domeſtica peſtis.

PALINO. *Leonis v.* 131.

Non, *quae Paeonio ſanat medicamine* morbos.

IDEM, *Tauri v.* 65.

Hac fuit *illuſtris Paeon*, clarusque *Machaon*.
Hippocratesque ſibi aeternum quaeſivit honorem.
Quid memorem cunctos, quibus haec ars contulit olim
Et lucrum & laudem, & demum poſt funera famam?
Egregius *medicus mendicus non* erit *unquam*.

IDEM, *Capricorni, v.* 350.

(XXIII.)

SUCCESSU INDIGNOS NOLI TU FERRE MOLESTE:

INDULGET FORTUNA MALIS, UT LAEDERE POSSIT.

Ἐι τινες εὐτυχέουσιν ἀνάξια, μὴ φέρ᾽ ἀηδῶς·
Ἴλαός ἐςι τύχη τοῖς δειλοῖς, ὄφρα κακώσῃ.

To ſee bad Men thrive, grieve not thou at all;
Fortune ſmiles on them to their greater Fall.

Wann Unrecht Fortgang hat; ſo laß dich's nicht verdrieſſen:
Dem Böſen hilft das Glück/ und trit ihn doch mit Füſſen.

Ontmoet den boozen goedt, gy zult dat licht verdragen.
't Geval volgt hun wat in, om hen daar na te plagen.

Ne portez point envie au bonheur du Méchant,
Que ſa fortune enfin étouffe en l'embraſſant.

VARIANS LECTIO. *Succeſſu' indignos noli tu ferre moleſte.* Sic verſum legit Erasmus, ex quo *tu* tollendum ſuadet, reſtituens ultimam *ſ* litteram voci *Succeſſus.* Verum qualis inde verſus, non dicam flueret, ſed proreperet? *Succes-ſus in-dignos-noli-ferre mo-leſte.* Jam igitur corrigendi licentiae omnes apertae tum portae, tum feneſtrae. Emendarunt enim Viri docti paul-

FLOSCULI POETICI.

Demens ſuperbis *invidet felicibus.*

AUSONIUS, *Pittaco Mityl. v. 3.*

SUCCESSUS ad PERNICIEM multos devocat.

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. V. v. 1.*

Abſtulit hunc tandem Rufini poena tumultum
Abſolvitque Deos. Jam non ad culmina rerum
Injuſtos creviſſe queror. TOLLUNTUR IN ALTUM,
UT LAPSU GRAVIORE RUANT. —— ——

CLAUDIANUS, *Libr. I. in Rufin. v. 20.*

Nil adeo validum eſt, adamas licet alliget illud,
    Ut maneat rapido firmius igne Jovis.
Nil ita ſublime eſt, ſupraque pericula tendit,
    Non ſit ut inferius ſuppoſitumque *Deo.*
Nam quamquam vitio pars eſt contracta malorum,
    Plus tamen exitii numinis ira dedit.

OVIDIUS, *Triſt. Libr. IV. El. VIII. v. 45.*

Quid refert igitur quantis jumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra,
Jugera quot vicina foro, quas emerit aedes?
NEMO MALUS FELIX. —— ——

JUVENALIS, *Sat. IV. v. 5.*

Vidi repente, *quam pede lubrico*
Starent ſuperbi, quam ſtabiles parum
Opes tenerent; *quam fragili loco*
Fultos ruina praecipiti trabes.
Procella vindex ut ſonuit tuae
Irae, *fugaces cum domino ſuo*
Evanuerunt divitiae : manet
Umbra invidendae nulla potentiae.

BUCHANAN., *Paraphraſ. Pſ. LXXIII. v. 18 & 19.*
Stroph. 17. & 18.

---

paullatim hunc in modum, tolerabilem quidem, ſed non genuinum : *Noli ſucceſſus indignos ferre moleſte.* Quid autem planius ſimul & aequius, quid pariter factu fuiſſet facilius, quam reſtituere, quod nos jam facimus, priſtinae ſuae lectioni, abſque omni immutatione, verſum; accipiendo tantum dictionem : *Succeſſu*, eo Regiminis caſu ſexto, quem proxime ſequens : *indignos*, ſuo jure, poſtulat?

(XXIV.)

PROSPICE, QUI VENIANT, HOS CASUS ESSE FERENDOS:

NAM LEVIUS LAEDIT, QUIDQUID PRAEVIDIMUS ANTE.

Δυςυχίας προνόησον ἐπερχομένας ὑπομεῖναι·
Κουφοτέρως λυπεῖ τὸ προειδόμενον φρεσὶν ἡμῶν,

Foreſee to bear ſuch Things on thee may light:
An Evil hurteth leſs by good Foreſight.

Gedencke was nicht iſt / das könne leicht geſchehen:
Viel minder ſchadet das / was wir vorher geſehen.

Ziet gy kwaadt te gemoet, gedenk, het moet geſchiên.
Ons hindert minder wat men eerſt al heeft voorzien.

Prévoïez tous les Maux, qui peuvent vous ſurprendre:
Ils nuiſent beaucoup moins, à qui ſçait les attendre.

VARIANS LECTIO. *Proſpice, qui veniunt*, &c Erasmus & plures alii. *Caſus hos eſſe ferendos.* Scriver. ſua, ut videtur, auctoritate.

Nam levius laedit, quidquid providimus ante. Reperit in pervetuſtis Codd. Amt-

FLOSCULI POETICI.

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt
Videre, ſed etiam *illa, quae futura ſunt*,
PROSPICERE. —— —— ——

TERENTIUS, *Adelphûs Act. III. Scen. IV. v. 23.*

Exprome. *Clades ſcire qui refugit* ſuas,
Gravat timorem. *Dubia* plus *torquent mala.*

SENECA, *Agamemn. v. 413.*

Improviſa magis feriunt mala : Mensque periclo
 Anxia praeſenti eſt, conſiliumque fugit.

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira.*

Prudentes animo *ventura pericula cernunt.*

POSTHIUS.

 Qui praeſentia conſpicit,
Prae ventura videt, praeteriti memor,
 Prudentem merito vocant
Omnes, qui valeat conſulere optime. ——
 Guttam praetulerim boni
Solertisque viri doliolis opum :
 Fortunam ſiquidem poteſt
Prudens ingenio commoderarier.

SAMBUC. p. 227. tit. *Θέλω φρενῶν σταλαγμὸν ἢ τύχης πίθον.*

Gignere quae poſſit veniens incommoda tempus,
 Ante procul vigili *cernere mente decet.*

POSTHIUS.

Omnia praecepi, atque *animo* mecum *ante peregi.*

VIRGILIUS, *AEneid. Libr. VI. v. 105.*

Retia pennatis *nequeunt praeviſa nocere :*
 Tu quaecumque vides, retia mentis habe.

JO. SARESBERIENS. *Prol. Policrat. v. 113.*

In vulgare illud : RESPICE FINEM.
Reſpice Principium potius; ſed PROSPICE FINEM:
 Coelum ſuſpiciens, deſpiciensque ſolum.

OWENUS, *Libr. III. Ep. CLX.*

Arntzenius. Nec id male quidem, ſed non tantum dicit hic Noſter. Vult enim monſtrare : Tela, quod ajunt, praeviſa minus nocere. Quibus vero recte jam proviſum eſt, ea non modo levius, ſed omnino non laedunt.
 Quidquid praeviderís ante. Iterum Eraſm. ſtipatus ab aliis.

(XXV.)

REBUS IN ADVERSIS ANIMUM SUBMITTERE NOLI:
SPEM RETINE. SPES UNA HOMINEM NEC MORTE RELINQUIT.

Μὴ ψυχῇ κατάπιπτ' ἐν ἀμηχανίησιν ἀπογνούς,
Ἐλπίδα δὲ κρατέειν οὐδὲ θνήσκοντας ἐῶσαν.

In adverſe Fortunes let not down thy Head:
Keep Hope; Hope never leaves Men, no, not dead.

Sey friſch und unverzagt/ wann alles kracht und bricht:
Halt Hoffnung. Hoffnung läßt uns auch im Tode nicht.

Verlies den moet niet, ſchoon u alles tegen gaat.
Houd hoop: 't is hoop, die ons in 't ſterven niet verlaat.

Juſqu'à perdre l'Eſpoir ne nous abattons pas:
C'eſt-lui qui nous ſoûtient même jusqu'au trépas.

VARIANS LECTIO. *Spes una homines nec morte relinquit.* Scriv. poſt Flo-

FLOSCULI POETICI.

——— ——— *Aſpera* multa
Pertulit, *adverſis* rerum *immerſabilis undis*.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. II. v. 21.*

Saepe aliquem ſollers medicorum cura reliquit;
Nec ſpes huic, *vena deficiente*, *cadit*.

OVIDIUS, *Libr. I. d. Pont. El. VII. v. 35.*

Vivere ſpe vidi, *qui moriturus* erat.

IDEM, *alibi*, *citat. ad h. D. ab Eraſmo.*

Finirent multi leto mala: credula *vitam*
Spes fovet, & melius cras fore ſemper ait.

TIBULLUS, *Libr. II. Eleg. VII. v. 1.*

Spes etiam valida *ſolatur* compede *vinctum*.
Crura ſonant ferro; ſed canit inter opus.

Ibid, *v. 7.*

Spes fovet in medio jactatos aequore *nautas*:
Spes fovet *armatos*, *ſpes* fovet *agricolas*.
Spes fovet *incluſos* tenebroſo *carcere* ſontes;
Et *nos in vita ſpes* quoque *ſola tenet*.

M. A. MURETUS, *Eleg. IV.*

Durate & voſmet rebus ſervate ſecundis.

VIRGIL. *AEneid. Libr. I. v. 207.*

Spes bona dát vires, moeſtaque *corda levat*.

REUSNERUS.

Occiduis hominum rebus *ſpes ſola relicta eſt*,
Quae jubet, expectes ut meliora *malis*.
Continet adflictas *blanda expectatio* mentes,
Atque *novam* ſubiens *praemeditatur opem*.

SAMBUCUS, *Epigr. tit.* Spes. *p.* 346.

Explorant adverſa viros; perque aſpera duro
Nititur ad laudem Virtus interrita clivo.

SILVESTER.

Cum mihi ſit caſus prudentia nulla futuri,
Quid ſperemve boni, quid metuamve mali;
Non deſpero tamen. *Cum ſpe mihi Spiritus exit*:
Producit vitam *ſpes* mihi *longa* brevem.

OWENUS, *Libr. III. Epigr.* XCIX.

O Spes fallaces!
O Res fallaces potius! *Spes* vero *fideles*!
Quae vel *ad extremum nos comitantur* iter.

IDEM, *ibid. Epigr.* XXXII.

Florent. Edit. Al. *Spes unâ homines in morte relinquit.* Et ſic, fere, credibilius, ſcripſiſſe hominem, chriſtianis non initiatum myſteriis.

(XXVI.)

REM, TIBI QUAM NOSCES APTAM, DIMITTERE NOLI.

FRONTE CAPILLATA; POST EST OCCASIO CALVA.

Μὴ τάπερ ἂν γνοίης σοὶ πρόσφορα, ταῦτα προέσθαι.
Πρόσθε κομᾷ μὲν ὁ Καιρὸς, ὄπισθεν δ' ἐςὶ φαλακρός.

Let not a Thing ſlip, that doth pleaſe thy Mind:
Time hath a Lock before, but's bald behind.

Komt dir was Gutes für / ſo nim ſein alsbald wahr:
Dann die Gelegenheit hat einzig fornen Haar.

Zoo u wat goedts ontmoet, zo neem uw tyd wel waar.
Gelegenheit heeft maar alleen van voren haar.

Saiſis l'Occaſion dans ſa courſe legere:
On la prend par le front, mais jamais par derriere.

VARIANS LECTIO. *R. t. quam noſcis aptam d. n.* Quidam, & placet Arntzenio, ubique brevem in caeſura, imo bis, uno hoc in Diſticho, eandem caeſurae praerogativam, adfectanti. *Fronte capillata eſt, poſt haec Occ. c.* Al.

FLOSCULI POETICI.

Sum dea, quae rara, & paucis OCCASIO nota.
  Quid rotulae inſiſtis? Stare loco nequeo. ——
Crine tegis faciem? Cognoſci nolo. Sed heus tu
  Occipiti calvo es? Ne tenear fugiens.

AUSONIUS, *Epigr. XII. v. 3. & 7.*

Quae tu? *Cuncta domans Occaſio.* Quis ſtatuit te?
  Lyſippus, Sicyon cui patria artifici.
Cur rotulae inſiſtis? *Circumferor uſque.* Quid alae
  Affixae pedibus? *Me levis aura rotat.*
Cur dextrae eſt inſerta novacula? *Scilicet anceps*
  Ceſſantes acies haec mea ferre nequit.
Quid CRINITA autem FRONS monſtrat? *Ut obvia prendar.*
  Cur CALVUM PARTE eſt POSTERIORE CAPUT?
Quod ſemel oblatam qui me permittit abire,
  Copia ei in reliquum non datur ulla mei.
Ingenioſa manus talem tibi me dedit, Hoſpes,
  Ut fias iſtis cautus ab indiciis.

MATTHIAS BERGIUS, *e Graeco* POSIDIPPI, *quod una cum* ERASMI *interpretatione ſiſtimus in* Hiſtor *huj. Diſſ.* Critica. Vid. & *Alciat.* p. 167. Nos hoc ab initio tranſpoſitum paullo inmutavimus. *Conf. huc &* PHAEDR. *Libr. V. Fab IX. tot.*

Amplectenda SUO VENIENS OCCASIO CRINE.
  Non, contemta ſemel, SORS FUGITIVA redit.

LAUTERBACHIUS.

Quae *facienda* putas, ſeros *ne differ in annos.*
  Immenſas *nocuit nectere* ſaepe *moras.* AULAEUS.
Utile qui ſequitur, *diſcernat tempora*, cauſas:
  Anni mille negant, hora quod una tulit.

SAMBUCUS, *p. 125. Embl. tit.* tempeſtiva proſunt.

Sedula apis flores, formicaque ſedula ariſtas,
  Haec aeſtate, illa at vere tepente, legit.
Sic, *ubi tempus erit*, *rebus* fac *ſedulus inſtes:*
  Eſt *opportuna falce ſecanda ſeges.* RUDINGERUS.
Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,
Gratâ ſume manu: nec dulcia differ in annum.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XI. v. 22.*

Stultum eſt, praeſentem *cum poſſis carpere fructum*
In longam differre diem: Mora temporis adfert
Difficiles nodos & dura obſtacula ſaepe.

HOSPITALIUS, *Epiſt. Libr. II. p. 103.*

Tolle moras: Semper nocuit differre paratis.

Al. *ſed poſt.* It. Alii, Sanctiana duce Minerva: *poſtica Occ. calva.* Arntzeniana mallet: *Ante capillata.* Sed quid obſtat, quo minus *capillata* cum *Fronte* etiam ratii conjungamus? *Occaſio, quippe cujus capillata frons eſt; propterea ab occipitio glabra a pictoribus, poëtarum interpretibus, repraeſentatur.*

XXVII.

(XXVII.)

QUOD SEQUITUR SPECTA, QUODQUE IMMINET, ANTE VIDETO:

ILLUM IMITARE DEUM, PARTEM QUI SPECTAT UTRAMQUE

Δέρκου ἐνὶ φρεσὶν ἧσι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.
Τόν τε θεὸν μίμησαι, ὃς ἀμφοτέρωθεν ὀπώπει.

What 's paſt conſider, what 's to come foreſee:
In this like Janus *, that looks two Ways, be.*

Was weg iſt und was folgt / darvon nim deinen Rath /
Und ſey wie jener Gott / der zwey Geſichter hat.

Zie wat 'er volgde en op het geen wel haaſt geſchiedt.
En volg dien Godt na, die uit twee gezichten ziet.

Semblable au vieux Janus, *ce Dieu double-viſage;*
Du Paſſé au futur quitte-toi toûjours ſage.

VARIANS LECTIO. *Expecta.* Male, vel Arntzenio judice, qui tamen ipſe Poëtae mentem non adſequitur. ,, Jubet enim, ait, ſpectare ea, quae ,, poſt ſunt, i. e. quae ſequuntur, & quae ante inminent, i. e. quae ante ,, ſunt". Cum is potius jubeat ſpectare retro, quae jam praeterita, & proſpectare antea, quae poſtmodo ſint futura. Unde recte Erasmus; *Illud autem ſequi-*

FLOSCULI POETICI.

Quisquis es, ô *prudens*, *JANUM ſectare bifrontem:*
  Sunt *ora* atque *oculi tergo adbibenda* tibi.
Ingenii *virtus*, reminiſcendique facultas,
  Iſta, *quod a tergo eſt*, illa, *quod ante*, *videt*.

OWENUS, *Lib. II. Ad Henr. Pr. Ep.* XLIII.

JANE biceps, anni tacite labentis origo,
  Solus de ſuperis qui *tua terga vides*.

OVIDIUS, *Faſt. Libr. I. v.* 65.

JANE bifrons, qui jam *tranſacta futuraque* calles,
  Quique retro ſannas, ſicut *& ante*, *vides:*
Te tot cur oculis, cur fingunt vultibus? An quod
  Circumſpectum hominem forma fuiſſe *docet*?

ALCIAT. *Embl. XVIII. Citante hoc &* ARNTZ. *ſed contra ſe ipſum.*

Venturam melius *praeſagit navita* mortem.
  Vulneribus didicit *miles* habere metum.

PROPERTIUS, *Libr. III. Eleg. IX.* v. 5.

Mens hominis *rerum cauſas* luſtratque viderque,
Harum progreſſus, eadem *praeſentia nectens*
Venturis, *penetrat* ſubito primordia rerum.

ALES.

Haec ratio fortes audacibus, & male cautum
Separat a prudente viro, *qui proſpicit ante*,
Quâ tenus audendum, *quae mox eventa ſequantur*.

HOSPITALIUS.

Conf. & SAMBUC. p. 227. *quae ex eo jam ante praecerpſimus ad Diſt. b. Libr.* XXIV.

ſequitur nos, inquit, *quod praeteriit & a tergo eſt.* Quare & falſa illa diſtinctionis ratio, quae Scriverio arriſit atque Arntzenio: *Quodque imminet ante, videto.* Falſa ſimiliter Lectio: *Spectaque quod eminet ante. Ill. im. D. qui partum ſpect. utr.* Scriv. & plures al. Alii iterum: *expectat utramque.* Quod ridiculum.

XXVIII.

(XXVIII.)

FORTIOR UT VALEAS, INTERDUM PARCIOR ESTO.

PAUCA VOLUPTATI, DEBENTUR PLURA SALUTI.

Ἀρκοῦ μὲν πρὸς καιρὸν ὀλίζοσιν, ὄφρ' ὑγιαίνῃς·
Καὶ νέμε παῦρα τρυφῇ· τὰ δὲ πλείονα τῇ ὑγιείῃ.

To make you ſtronger, ſometimes eat in Meaſure.
We owe more to our Health, than to our Pleaſure.

Starck und wolauf zu ſeyn / ſo halte Maaß und Ziel:
Geſundheit heiſchet ihr ſehr wenig / Wolluſt viel. Oder:

Geſundheit heiſchet ihr zwar wenig / Wolluſt viel;
Um ſtets wolauf zu ſeyn / ſo thu das Widerſpiel.

Zy ſpaarzaam en houd maat, wiltge in gezontheit leven:
Gezontheit moet gy veel, de Welluſt weinig geven.

Modérez-vous en tout: Maîtriſez vos Déſirs,
Pour vous mieux conſerver, donnez moins aux Plaiſirs.

VARIANS LECTIO. *Fortius ut valeas.* Vulgaris lectio, quam & ipſe retinuit Scriverius. Sed *Fortior* ex optimis Codd. Arntzenius reſtituit, cui & non

FLOSCULI POETICI.

Nonne *cupidinibus ſtatuit natura modum?* quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura, negatum,
Quaerere plus prodeſt, & inane abſcindere ſoldo?

HORATIUS, *Libr. I. Sat. II. v.* 111.

Accipe nunc, *victus tenuis* quae quantaque *ſecum*
Afferat: In primis *valeas bene:* Nam variae res
Ut noceant homini, credas, memor illius eſcae,
Quae ſimplex olim tibi ſederit. —— ——

IDEM, *Libr. II. Sat. II. v.* 69.

Quod ſatiare poteſt, dives *natura miniſtrat*,
Quod docet infraenis gloria, fine caret.

PETRON. *in Fragmentis.*

Sufficiat cibus ille, *famem qui ſedat*: & illa
Veſtis, quae corpus velet, frigusque repellat.

PALINGEN. *Tauri v.* 454.

Ut vivas comede: at *non vivas propter edendum.*

IDEM, *Geminor. v.* 633.

Qui fragilem longe cupimus producere vitam,
Luxuria vitae cur breviamus iter?
Nolumus & volumus *produci tempora vitae:*
Nolumus a nobis, malumus a Medicis.

OWENUS, *Libr. III. Epigr. LVII. tot.*

Corporibus *vires moderata alimenta miniſtrant*,
Atque eadem, ſi ſint *immoderata necant.*

APHERDIANUS.

Noxius immodicus cibus eſt; *vis vivere ſanus?*
Sufficiant ſtomacho fercula *pauca* tuo.

AULAEUS.

nos lubentes adſtipulamur. *Pauca voluntati*, plures, ſed inepte, oculis exhibent.

(XXIX.)*

JUDICIUM POPULI NUMQUAM CONTEMSERIS UNUS:
NE NULLI PLACEAS, DUM VIS CONTEMNERE MULTOS.

Μὴ τὴν τοῦ πλήθους ψῆφον μόνος ὢν ἀθερίζῃς,
Μὴ καὶ τῶν πολλῶν ὀλιγωρῶν οὐδ' ἑν' ἀρέσκῃς.

The People's Cenſure never ſcorn alone,
Leſt, whilſt thou ſlightest many, thou pleaſe none.

Verwirf nicht / was das Volck von dir für Urtheil ſpricht:
Dann wann du viel verſchmäh'ſt / ſo lobt dich keiner nicht.

Het oordeel van al 't Volk zy noit van u verzaakt:
Op dat ge een yder niet mishaagt, als ge yder laakt.

Ne rejettez pas ſeul la Voix d'un Peuple entier;
Ou ce coup d'Etourdi vous coûteroit bien cher.

VARIANS LECTIO. Nulla. Sed: *dum vis contemnere cunctos*, noſtri conjectura tantum eſt Arntzeni. „ Sane, inquit ille, *nulli* & *cuncti* verius „ opponuntur, quam *nulli* & *multi*". Aſt, quis non videt, in priore verſu
ſibi

FLOSCULI POETICI.

JUDICIUM VULGI inſulſum, imbecillaque mens eſt;
Stulta placent ſtultis: Obſonia quisque palato
Digna ſuo quaerit; *non omnibus una voluptas.*

PALINGENIUS, *Piſcib. v.* 173.

Hinc periere Sophi complures, *quod voluere*,
Quando aliquid fieri prave injuſteque videbant,
Carpere ſtultorum mores, ac dicere verum:
Et *quia non poterant ferre* & male facta tacere,
Afflicti a ſtultis, *interfectique* fuere.

IDEM, *Capric. v.* 338.

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt, hos conſector: hiſce ego non paro me ut rideant,
Sed his ultro *arrideo*, & eorum *ingenia admiror.*
Quidquid *dicunt*, *laudo:* Id rurſum ſi *negant*, *laudo id quoque:*
Negat quis, *nego: ait*, *aio.* Poſtremo imperavi egomet mihi,
Omnia aſſentari: *is quaeſtus* nunc *eſt* multo *uberrimus.*

TERENTIUS, *Eunuch. Act. II. Sc. II. v.* 17.

—— —— —— *Advorſus nemini*,
Numquam praeponens ſe illis: Ita *facillime*
Sine invidia *laudem invenias*, & amicos pares.

IDEM, *Andr. Act. I. Scen. I. v.* 37.

Ne Mundum e ſenſu proprio; *tua corrige ſenſa*
Communi e ſenſu: Nec enim, tam parvulus, Omne es.

Idem fere, quod quis non illepide ita enuntiatum verbis dedit Germanicis:

Schick deinen Kopf in die Welt hinein:
Dann dein Kopf iſt viel zu klein,
Daſs die Welt ſich ſchicke drein.

ſibi mutuo opponi *populum*, hoc eſt *cunctos*, & *unum?* Reliquae jam oppoſitionis partes ſervatae erant alteris: *Nullus* & *Multi.* Habes tibi nunc omnia, quae voluiſti, ſibi in vicem oppoſita: *Nullus* & *unus* in medio; *multi* & *omnes* extrema occupant.

(XXX.)

SIT TIBI PRAECIPUE, QUOD PRIMUM EST, CURA SALUTIS.

TEMPORA NE CULPES, QUUM SIS TIBI CAUSSA DOLORIS.

Πρῶτον ἐνὶ πρώτοις μελέτω σοὶ τῆς ὑγιείης,
Μὴ ψέγε τὰς ὥρας· σύ τοι αἴτιος ἐσσὶ νόσοιο.

Have great Care of thy Health, which is the chief:
Blame not the Times, when thou work'ſt thine own Grief.

Du ſolt/ wolauf zu ſeyn/ dein ſelbſt vornehmlich pflegen/
Um nicht/ was du verſehn/ der Zeit zur Laſt zu legen.

Voor allè dingen ga uw welvaart u aan 't hart:
Zoo niet; gy baart, en niet de tyd, uw' eigen ſmart.

Sur tout à la Santé donnez la Préférence:
N'accuſez de vos maux que votre Intempérence.

VARIANS LECTIO. *Tempora nec culpes, quum ſit tibi cauſſa doloris.*

Vel

FLOSCULI POETICI.

Dura aliquis praecepta vocet mea: Dura fatemur
    Eſſe: Sed *ut valeas multa dolenda feres.*
Saepe *bibi ſuccos*, quamvis *invitus*, *amaros*
    AEger, *&* oranti *menſa negata mihi eſt.*
Ut corpus redimas, ferrum *patiaris* & ignes,
    Arida nec ſitiens ora lavabis aqua.

Ovidius, *d. Rem. Am.* v. 125.

Vidi ego, quod fuerat *primo ſanabile vulnus*,
    Dilatum longae *damna tuliſſe* morae.
Sed quia delectat Veneris decerpere flores,
    Dicimus aſſidue: *Cras* quoque *fiet idem.*
Interea tacitae *ſerpunt* in viſcera *flammae*,
    Et mala radices altius *arbor agit.*

Idem, *ibid.* v. 101.

Vivere naturae ſi *convenienter* amarent
    Mortales, medica nil *opus eſſet ope.*

Owenus, *Libr. III. Epigr.* CXXIII.

Aſt hoc, quod dicam, *ut valeas*, ſervare *memento*:
Sit victus tibi cura tui: ne noxia ſumas,
Neve nimis comedas: Solet haec mortalibus eſſe
Maxima pernicies: *hinc plurimus ingemit aeger.*

* Palingen. *Leon.* v 838.

Si tamen aegrotas, quoniam *aegrotare neceſſe eſt*
Nonnunquam, quid ages? *Non* tu *medicamina differ*
Sed cito curam adhibe. —— ——

Ibid. v. 785.

Pars *ſanitatis*, *velle ſanari*, fuit.

Seneca, *Hippol.* v. 248.

ORANDUM EST, UT SIT MENS SANA, IN CORPORE SANO.

Juvenal. *Sat. X.* v. 356.

Tempora quid *culpas*? *Tibi*, quum ſis *cauſſa doloris*,
    Hora ſalubris erit *nulla*, nec IPSA SALUS.

E Tetrast. *noſtr poſt* Hist. Crit. *hujus Diſſ.*

Vel primo, vel poſtremo verſus membro, vel utrimque, non deſunt, qui varient.

(XXXI.)

SOMNIA NE CURES: NAM MENS HUMANA QUOD OPTAT,
DUM VIGILANS SPERAT, PER SOMNUM CERNIT ID IPSUM.

Μὴ τὰ ἐνύπνια σοὶ μελέτω· τὰ γὰρ εὔχεται ἀνδρῶν
Νοῦς ὕπαρ ἐλπίζων, τάδ' ὄναρ φαντάζεται αὐτός.

Regard not Dreams; for what Men wiſh ſhould be,
When they're awake, they, hoping, in Sleep ſee.

Nach Träumen frage nicht: Dann was dein Wachen dir
Für Troſt und Hoffnung macht / das bringt der Schlaff herfür.

Sla noit op droomen acht: want dat men wakend zocht,
Dat word ons in den Droom voor ons gezicht gebrocht.

Un Songe eſt un vrai Rien: Eſperez en veillant,
Et vous poſſéderez cette Ombre, en ſommeillant.

VARIANS LECTIO. *Somnia nec cures.* Iidem fere habent Codd., ſedulo id notante Arntzenio: qui & ſuperiori Diſticho, imo hunc proxime praecedenti ſcripſerant verſu: *Tempora nec culpes:* quaſi hic aliquis intercederet nexus. Neque is, hic loci, ſed caſu quodam fortuito, adeo eſſet abſonus.

FLOSCULI POETICI.

Somnia, *terrores magicos*, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures, *portentaque* Theſſala, rides.

HORATIUS, *Libr. II. Epiſt. II. vers. fin.*

Quid natum toties, *crudelis* tu quoque, *falſis*
Ludis imaginibus? — —

VIRGILIUS, *Æneid. Libr. I. v. 407.*

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra deûm, nec ab aethere numina mittunt;
Sed *ſibi quisque facit*. Nam quum proſtrata ſopore
Urget membra quies, & mens ſine pondere ludit:
Quidquid luce fuit, *tenebris agit*. — —
Condit avarus opes, defoſſumque invenit aurum.

PETRONIUS, *in Fragmentis. p. m. 170.*
Ed. BOURDELOTII.

Et quoi quisque fere ſtudio devinctus adhaeret,
Aut *quibus in rebus multum ſumus ante morati*,
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens:
In ſomnis eadem plerumque videmur obire:
Nautae contractum cum ventis cernere bellum:
Nos agere hoc autem, & naturam quaerere rerum
Semper, & inventam patriis exponere chartis.

LUCRETIUS, *de* NAT. RER.
Libr. IV. v. 963.

Omnia, *quae ſenſu volvuntur vota diurno*,
    Pectore ſopito, *reddit amica quies.*
Venator defeſſa toro cum membra reponit,
    Mens tamen ad ſylvas & ſua luſtra redit.
Judicibus lites, aurigae *ſomnia*, currus,
    Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
    Et vigil elapſas quaerit avarus opes.
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus aegris
    Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque Muſarum *ſtudium*, *ſub nocte ſilenti*,
    Artibus adſuetis ſollicitare ſolet.

CLAUDIANUS, *de ſexto Conſul.*
Honorii, *Praefat. v. 1.*

Somnia

nus. Quoniam vero, parili caſu, utrimque ſequitur *c* littera, illic in *culpes*, hic in *cures*; potius cenſendum, cum laudato Arntzenio, litterulam illam, ex voce ſecuta, adhaeſiſſe priori. Sed altioris ſunt indaginis, quae ſequuntur.

 N[illegible]

Somnia fallaci *ludunt* temeraria *nocte*
Et pavidas mentes falſa timere jubent.
Et *vanum* ventura *hominum genus* omnia noctis
Farre pio placant & ſaliente ſale.
Et tamen, utcunque eſt, ſive illi vera moneri,
Mendaci ſomno credere ſive *volent*,
Efficiat vanos noctis Lucina timores,
Et fruſtra immeritum pertimuiſſe velit;
Si mea nec turpi mens eſt obnoxia facto,
Nec laeſit magnos impia lingua deos.

TIBULLUS, *Libr. III. Eleg. IV. v. 7.*

Somnia me *terrent veros imitantia caſus*,
Et vigilant ſenſus in mea damna mei.
Aut ego Sarmaticas videor vitare ſagittas,
Aut dare captivas in fera vincla manus.
Aut ubi *decipior melioris imagine ſomni*,
Adſpicio patriae tecta relicta meae.
Et modo vobiſcum, quos ſum veneratus, amici,
Et modo cum cara conjuge, multa loquor.

OVIDIUS, *Libr. I de Pont. Eleg. II. v. 45.*

Jam-

Nam mens humana quod optat, Dum vigilat, ſperat, Ita in vetuſtioribus legere eſt Codd.; licet & ſic paullo durius, ut citharoedus, chorda qui ſemper eadem oberrat, quater, in continua conſtructionis ſerie, ſcripſiſſe exiſtimandus eſſet Noſter: *optat*, *vigilat*, *ſperat*, *cernit*. Huic ut obviam iretur, ſi quod erat, malo, in omnia alia itum eſt. Et Scriverius quidem, homo quidvis permutare audax, hic tamen a recepta jam Eraſmo aliisque lectione non recedit, retinens: *Mens humana, quod optat, Dum vigilat, ſperans per ſomnum cernit id ipſum.* Sed qualis ſpes, quae videt, imo quae cernit, & viſis aliqua jam ratione fruitur? Audacior tamen in transmutando Boxhornius haec nobis tradit:

Somnia ne cures: nam mens humana, quod optat,
Dum vigilat, ſpectat *per ſomnum* ſemper *id ipſum.*

Sed, *ſpectatum* admiſſi &c. Non tam iſtud hominis male ſeduli: *Spectat*, quam frigidiſſimum illud: *Semper*, tamquam perpetuo ſemperque ſomniantis, neſcio quo modo male me habet. Utinam ſic ſemper priſtini emendarentur Auctores!

Jamque aut *nocturno penetrat Capitolia viſu*,
Aut rapidis fertur per ſummas paſſibus Alpes:
Saepe etiam famuli, turbato ad lumina ſomno,
Expavere trucem per vaſta ſilentia vocem,
Ac largo ſudore virum *invenere*, futuras
Miſcentem pugnas & *inania bella* gerentem.

SILIUS ITAL. *Libr. I. v. 64.*

—— —— Num ille *ſomniat*
Ea, *quae vigilans voluit*?

TERENTIUS, *Andriae Act. V. Scen. VI. v. 7.*

Implet & illa manum; ſed parcius: *AEre minuto*
Qualiacumque voles, Judaei *ſomnia vendunt.*

JUVENAL. *Sat. VI. v. 545.*

At foret in terris nil me felicius uno,
Si, *quod dormire* eſt, *hoc vigilare* foret.

HUGO GROTIUS, *Libr. II. Epigramm. pag. 299. Edit. 4tae.*

—— Stygiis *ſomnia miſſa locis:*
Somnia, quae miſeram *perturbant* ſaepe *quietem*,
Dum mens *incertis* pendet *imaginibus.*

JAC. SANNAZARIUS, *Libr. II. El. VII. v. 26.*

Quae-

---

res! Neminem, ſane, fallerent, quos ipſis, eum in modum, novi homines aſſuerent pannos & centones. Arntzenius, qui in hanc depravationem magis, quam correctionem, ejusque in auctorem, optimo jure, invehitur, in ſuo ipſe, quem nuperrime edidit codice, hanc ſolam praefert reliquis lectionem;

——— *Nam mens humana quod optans,*
Dum vigilat, ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

Scilicet cum optio eſſet inter haec tria: *optans*, *vigilans*, *ſperans*, ut quorum ſingulorum exempla aderant, & ipſi integrum erat eligere primum, & nobis, alterum; ſecutis vulgatum illum plurimarum editionum conſenſum: qui tamen, poſt tot alias, aliorum & hanc noſtram ſubjicere examini conjecturam non dubitamus:

Somnia ne cures: Nam mens humana, quod optat,
Dum vigil, & ſperat; per ſomnum cernit id ipſum.

Unde

Quaecumque mentis agitat infeſtus *vigor*,
Ea, *per quietem* ſacer & arcanus *refert*,
Veloxque *ſenſus*. Conjugem, thalamos, rogos,
Vidiſſe te miraris, amplexu novi
Haerens mariti? —— ——

SENECA, *Octaviae v.* 729.

Unde facillimum fuerat librariis, unius tantum litterulae *e* in *a* permutatione, effingere ea, quae in optimis inveniuntur atque antiquiſſimis Codd.

—— —— *Quod optat, Dum vigilat, ſperat*

Ceterum inde plenior adhuc redundaret ſenſus, accedente pariter, quam neque verſus reſpuit, altera dictionum copula: *&*, hunc in modum:

Dum vigil & ſperat; per ſomnum & cernit, id ipſum.

Vide tamen, quae nos de hujuſcemodi, qualicumque demum illa, plane non aeque neceſſaria, ac putarunt Critici, correctione, in *Hiſt.* hujus Diſt, *Critic.* his dictis porro adjunximus.

FINIS LIBRI SECUNDI.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM,
POËTICIS ADORNATA
FLOSCULIS.

LIBER III.

PICTURA CARMINE DILUCIDATA.

Vir, *cole amicitias, & Amori cede potenti:*
Foedera, Civis, *ini; tuque ut ameris, ama.*
Mutua lex paribus: Conjungat Gratia amantes:
Gratia, concilians omnibus una decus.
Conſociata tamen geminisque ſororibus una eſt;
Quod redeat, duplici foenore adauctus, Amor.
Harum tergeminis concordia fulcit Amorem
Nexibus; Infantem Simplicitasque capit (a).
Jungere tuque bonis (b)*: Jungunt ſua roſtra columbae,*
Aligero & Matri quod pecus aligerum eſt.
AEqua (c) *ſit ut pietas; Natos, interque Parentes,*
Uxorem (d), *& Socios* (*m*), *hanc bene diſtribuas* (e).
Exemplo (f) *ipſe aliis, aliena exempla* (g) *ſequaris,*
Quolibet ut quodvis tempore conveniet (h):
Nolito (i): facito (k): fugito (l): celato (m): rogato (n):
Diligito (c): *Quaedam* (o) negligitoque (p) *ſciens.*
Utque decet patiens (q), *Caros quoque* FERRE MEMENTO (r)
Conſtrictos juſtae copula Amicitiae:
Qua ſine, Doctrinaque, & vita eſt mortis imago (*):
Tu mihi CONTINEAS *haec duo, amore pari.*

* Diſt. I. (a) V. (b) XX. (c) XXV. (d) XXI. & XXIV. (e) XXII. (f) VIII. (g) XIV. (h) VII. & XII. (i) XI. & XVI. (k) X. & XIX. (l) VI. & XIII. (m) IV. (n) XVII. (o) III. & XV. (p) XIX. (q) XVIII. (r) XXIV.

PRAEFATIO.

HOC QUICUMQUE VOLES CARMEN COGNOSCERE LECTOR,

QUUM PRAECEPTA FERAT, QUAE SUNT GRATISSIMA, VITAE

COMMODA MULTA FERES. SIN AUTEM SPREVERIS ILLUD,

NON ME, SCRIPTOREM, SED TE NEGLEXERIS IPSE.

VARIANS LECTIO. *Hoc quicumque velis.* Non ſine auctoritatibus Arntzenius, gravis ceterοquin harum ut putidarum frivolique argumenti, Praefationum judex & contemtor; quae tamen neque alicujus, licet non vetuſtiſſimae carent antiquitatis indiciis. Alii: *Hoc quicunque cupis c. c. L.*

Haec praecepta feres. Male; quod contra optime emendavit Scaliger. Secutus vero eſt illam depravationem noviſſimus adhuc Metaphraſtes Gallus.

Te neglexeris ipſe. Quod ad dictionem adtinet, hoc vel ſolum paullo antiquioris aevi & hunc arguit Scriptorem. Omnes, ſane, ſeriorum aetatum, abſque haeſitatione ſcripſiſſent: *te neglexeris ipſum.*

Vide tamen, quae de Praefationum harum Auctore ſuſpicamur, in Hiſtoria earum Critica.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ὍΣ τις ἐπιστῆσαι βούλει τοῖσδεσσι μέτροισι
Τοῖς πολὺ πλῆθος ἔχουσι βιωφελέων ὑποθηκῶν,
Πολλῶν ἂν μέγ' ὄναιο. Σὺ δ' εἰ μὴ δέχνυσαι αὐτά,
Οὐ τὸν ὑφηγητήν με, σὲ δὲ πλέον ἐξαθερίσσεις.

THE THIRD BOOK.

READER, if thou this Verſe away would'ſt bear,
Theſe Rules of living well be ſure to hear.
Thou ſhalt get Good by 't: But, if thou it ſcorn,
Thou mak'ſt thy ſelf, not me that writes, forlorn.

Das dritte Buch.

Wann diß Gedichte dir / o Leſer / recht beliebt /
Dieweil es Unterricht zum guten Leben gibt;
So wird dir groſſer Nutz: Wile du es nicht betrachten;
So wirſt du gar nicht mich / du wirſt dich ſelbſt verachten.

HET DERDE BOEK.

Zyt gy genegen om myn vaerzen door te lezen,
Zy zullen, Lezer, u niet onvoordeelig wezen,
En leſſen geven voor uw leven. Maar zo gy
Die wilt verachten, zoo is niet de ſchult by my,
Die 't werk heb opgeſteld, om uw gemoedt te ſtichten;
Maar gy verwaarlooſt u, verwaarlooſt gy myn dichten.

Livre Troisieme.

Si ces vers, cher LECTEUR, *contentent votre Envie,*
Suivez-en les Leçons dans le cours de la Vie:
Vous ſeul y gagnerez. Si vous le negligez,
Ce n'eſt pas moi, c'eſt Vous, que vous dèsobligez.

I:

(l.)

INSTRUE PRAECEPTIS ANIMUM, NEC DISCERE CESSES:

NAM SINE DOCTRINA VITA EST QUASI MORTIS IMAGO.

Τὸν νοῦν ἐντολίαις ῥύθμιζέ μοι οὔποτε λήγων·
Εἰκὼν γὰρ μόρου ἐςὶ μαθήσιος ἄμμορος αἰών.

Not. Pro μοι prioris verſus multae Poëmatum Scaligeri Editiones, & ipſa Plantiniana ex muſeio ScriverI, habent: μαθητύος. Sed ἑπτάμετρος tunc foret, non ἑξάμετρος.

With Learning ſtore thy Mind, ceaſe not to learn;
Without it none can Life from Death diſcern.

Nim Unterweiſſung an/ hör' auch nicht auf zu hören:
Des Todes Bildnus iſt das Leben ohne Lehren.

Leer ſteedts wat goedts, en hou toch nimmer op van leeren.
Want leven zonder leer zal in een doot verkeeren.

Cultivez votre Eſprit : La doctrine rend ſage:
Sans ſcience nos jours de la Mort ſont l'Image.

VARIANS LECTIO. Codd. permulti, quos inter & Pariſienſis Edit. & Anglica, hoc inter bina Praefationis Diſticha medium inſeruerunt; non mirum igitur & recentiſſimum Editorem Metaphraſeos, ſive potius Paraphraſeos Gal-

FLOSCULI POETICI.

Artibus ingenuis; quarum tibi maxima cura eſt,
Pectora molleſcunt, aſperitasque fugit.

OVIDIUS, *Libr. I. de Ponto, Eleg. VII. v. 7.*

Inter cuncta leges & *percunctabere doctos*,
Qua ratione queas traducere leniter aevum?
Ne te ſemper inops agitet vexetque cupido,
Ne pavor, & rerum mediocriter utilium ſpes.
Virtutem doctrina paret, naturane donet?
Quid *minuat curas*, quid *te tibi reddat* amicum?
Quid *pure tranquillet*, honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & fallentis *ſemita vitae*?

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVIII. v. 96.*

Attamen interea *ſapientum incumbere libris*
Eſt *operae pretium*, & rerum perquirere cauſas:
Denique *doctrinis* variis *componere mentem*.
Quippe *animus* SINE DOCTRINA eſt *ignavus hebesque*.

PALINGEN. *Sagittar. v. 983.*

Graecis *incumbat libris*, pariterque Latinis,
Et quantum potis eſt, *evadat doctus*, honeſtos
Perlegat auctores, & ſcripta inhoneſta refutet.
Indoctum raro eſſe probum contingit, & atras
Errorum *in tenebras mentem ignorantia trudit.*

IDEM, *Capricorni v.* 101—105.

Ingenium, ſtudio ſi non acuatur, hebeſcit.

OWENUS, *Libr. III. Epigr.* CLIII.

Altera natura eſt habitus; quam junior *artem*
Perdiſces, *tollet nulla ſenecta* tibi.

IDEM, *Ethic. II. Epigr.* XIII. *ſub fin.*

—— NIL NON MORTALE TENEMUS,
PECTORIS EXCEPTIS INGENIIQUE BONIS.

Gallicae Tetraſtichis expreſſae, tribusque Filiarum Regis, hoc ante biennium dicatae, eidem adhuc ſubſcripſiſſe errori, quem primus detexit removitque Scaliger. *Ne diſcati ceſſes.* Scripſerunt quidam, recenſente Arntzenio.

(II.)

FORTUNAE DONIS SEMPER PAR ESSE MEMENTO:

NON OPIBUS BONA FAMA DATUR, SED MORIBUS IPSIS.

Μὴ δώροισι τύχης ἐλλαμπρύνου ὑπὲρ αἶσαν·
Οὐκ ὄλβῳ νέμεται καλὸν κλέος, ἀλλὰ τρόποισι.

(Deeſt Anglica hujus Diſtichi verſio.)

Thu ſelten dich hervor mit Geld' und Glückes Gaben:
Von Sitten muß man Lob/ und nicht von Gütern/ haben.

Heeft u 't Geluk bedacht, nolt zwel daarom uw moedt.
Een goede naam is voor de zeden, niet voor 't goedt.

Surpaſſe la Fortune, auſſi dans ſes largeſſes:
La gloire eſt dans les Moeurs, & non dans les Richeſſes.

Varians Lectio. *Fortunae donis ſemper parere memento.* Ita ſcriptum in optimae notae codd., oſtendit Scaliger manifeſta ſcatere ἀντιλογίᾳ cum iis quae ſtatim ſequuntur. Quare τὸ *ſemper* mutatum voluerunt in: *raro*, aut: *parce.* Scriverius nova incude diffingens permutavit in:
Fortunae damnis ſemper parere memento. Quem ſenſum & floſculi noſtri ſpirant poetici. Nos rejectum jam multis, inde a Maximi Planudis aetate, propterea

FLOSCULI POETICI.

FORTUNA *opes auferre, non animum poteſt.*
SENECA, *Medeae v.* 176.

FORTUNA ſemper omnis *intra me ſtetit.*
Ibid. v. 520.

—— —— *Nec* te *quaeſiveris* extra.
PERSIUS, *Sat. I. v.* 7.

Reſpue *quod non es.* —— ——
IDEM, *Sat. IV. v.* 51.

Tu ne cede malis, ſed *contra audentior ito,*
Quam tua te FORTUNA *ſinet.* ——
VIRGILIUS, *AEneid. Libr. VI. v.* 95

Magna quidem, ſacris quae dat praecepta libellis,
Victrix FORTUNAE SAPIENTIA. Ducimus autem
Hos quoque *felices, qui ferre* incommoda vitae,
Nec jactare *jugum, vita didicere magiſtra.*
JUVENAL. *Sat. XIII. v.* 19.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis:
Nec facile eſt aequa *commoda* mente *pati.*

FORTUNA ſaevo laeta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmuta: incertos honores,
Nunc mihi, nunc aliis benigna.
Laudo manentem: *Si celeres quatit*
Pennas, reſigno quae dedit, & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem ſine dote quaero.
HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIX. v.* 49.

pterea quod male ſcriptum erat, Diſtichon ita reſtituere cogimur, conjectura, qui conjecturis alias non indulgemus, fortaſſe non infelice; ſenſu certe nihil minus quam inepto, & ſequenti verſui admodum congruente. *Par eſſe memento fortunae donis, ut cures eſſe quod audis.* Dives, potens es; ſis dives animo, doctrina, virtute, polleas bonis moribus, ne videare aliis onuſtus auro, vel etiam ſacra geſtans, aſellus. *Non* enim *opibus bona f. d. ſ. m. i.* Vel ſi qua *opibus fama datur, non moribus,* ea *bona,* vera non eſt.

(III.)

QUUM RECTE VIVAS, NE CURES VERBA MALORUM:

ARBITRII NON EST NOSTRI, QUID QUISQUE LOQUATUR.

'Ορθῶς ζῶν τὰ κακῶν λεσχάσματα μὴ ἀλεγίζοις·
Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐςὶν, ἕκαςος τίπἰε λαλήσῃ.

When thou liv'ſt well, mind not what lewd Folks ſay;
It is not in your Power their Tongue to ſway.

Du darffſt nicht/ lebſt du recht/ nach böſen Mäulern fragen:
Es lieget nicht an uns/ was der und jener ſagen.

Leef vroom en acht niet, wat de booze Menſchen praaten.
De Magt op Yders tong is niet aan ons gelaaten.

Aux Cris des médiſans n' oppoſons nul Pouvoir:
Laiſſant parler les Fous, faiſons nôtre Devoir.

VARIANS LECTIO. *Quum recte vives.* In quibusdam ſe legiſſe teſtatur Amtzenius: In unico etiam *Nec cures v. m.* iterum adhaerente littera *c* ſe-

quentis

FLOSCULI POETICI.

Conſcia mens recti famae mendacia ridet:
Sed nos in vitium credula turba ſumus.

OVIDIUS, *Libr. IV. Faſtor. v. 319.*

—— —— Hic *murus aheneus* eſto:
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. I. v 60.*

—— Nugae! Non, ſi quid *turbida Roma*
Elevet, accedas: examenve improbum in illa
Caſtiges trutina, —— —— ——

PERSIUS, *Sat. I. v. 5.*

Inter multiloquos, & grandia verba ferentes,
Eſto tardiloquus, eſtoque pauca loquens,
Dum linguas acuunt alii, tibi calleat auris,
Et ſit Dulichio remige ſurda magis.
Nec tantum valeat temeraria lingua loquentis,
Pectoris ut poſſit rumpere clauſtra tui.
Si patiens fueris, nunquam tibi verba nocebunt,
Turbatorque tuae nemo quietis erit.
Excutiet pacem, quam dat patientia, nullus;
Sit licet exermis, conterit arma tamen.
Utantur linguis; tu viribus utere mentis,
Si ſapis: A linguis gloria magna venit.

JOH. SARESBERIENSIS, *Policratici Carmine Iſagogico v. 231.*

Fautorum abunde *eſt*, nuda cum Virtus favet;
Sat teſtium, una teſte Conſcientia,
Quae ſola vincit mille teſtium fidem:
Nec credit ulli, quam ſibi, de ſe magis,
Hanc nec ſiniſtra *deprimit calumnia*,
Nec indecora tollit aſſentatio,
Vulgive plauſus: non movere de ſtatu
Formidoloſae temporum vices queunt.

BAUDIUS, *Libr. I. Gnom. Jamb. XXIX. p. 311.*
Confer huc etiam a Daumio citata.

quentis vocis proxime antecedenti. Alius dedit: *Arbitrium non eſt noſtri q. q. l.* Perperam; melius Pariſ. n. & alii: *Arbitrii noſtri non eſt.* Unica Editio: *quod quisque l.*

(IV.)

PRODUCTUS TESTIS, SALVO TAMEN ANTE PUDORE,

QUANTUMCUMQUE POTES, CELATO CRIMEN AMICI.

Ἦν κληθῇς ποτὲ μάρτυς, ὅσον τηρεῖν τὸ συνειδὸς,
(Ὥς γε μάλιστα δύνῃ) τοὔγκλημα κάλυψον ἑταίρου.

Being produc'd as Witneſs, what thou can
Hide thy Friend's Faults; yet play the honeſt Man.

Wann Zeugnis auf dir ligt / ſo viel du kanſt und magſt;
So ſchaue zu / daß du nicht deinen Freund verklagſt.

Zyt gy, met eer, tot een getuige voortgebragt,
Bedek de ſchult uw's vrients, zoo veel is in uw magt.

Contre un Client cheri comme Témoin cité,
Diſſimulant ſes torts, ſauvez la Probité.

VARIETATES LECTIONIS, praeter Scribarum vitia, nullae.

FLOSCULI POETICI.

—— Penitus *notum*, ſi tentent crimina, ſerves,
Tuterisque tuo fidentem praeſidio: qui
Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis?

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XVIII. v. 80.*

—— —— Abſentem *qui* rodit *amicum*;
Qui *non defendit*, *alio culpante:* Solutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicacis:
Fingere qui non viſa poteſt; commiſſa tacere
Qui nequit: *Hic niger eſt*, *hunc tu*, Romane, *caveto.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. IV. v. 81.*

Vellem in amicitia ſic erraremus: & iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater ut gnati, ſic *nos debemus amici*,
Si quod ſit vitium, *non faſtidire*; ſtrabonem
Appellat paetum pater; & pullum, male parvus
Si cui filius eſt. —— —— ——
Parcius hic vivit? Frugi dicatur. ——
—— —— —— —— Opinor,
Haec res & *jungit*, junctos *&* *ſervat amicos.* ——
Nam vitiis nemo ſine naſcitur: Optimus ille eſt,
Qui minimis urgetur. —— ——
—— —— *Paullum deliquit amicus?*
Quod niſi *concedas*, habeare inſuavis, acerbus
Odiſti, & fugis, ut Druſonem debitor aeris.

IDEM, *ibid. Sat. III. v. 41. 49. 53. 68. 84.*

Ergo, ut defendi nullo mea poſſe colore,
  Sic *excuſari crimina poſſe puto.*
Qua potes, *excuſa: nec amici deſere cauſſam.*
  Quo pede coepiſti, ſic bene ſemper eas.

OVIDIUS, *Triſt. Libr. I. Eleg. VIII. v. 63.*

Nam *quis non* juvet, aut quis non *tueatur amicum*,
Propugnet, *tutum*que omni *diſcrimine reddat*,
Quandocunque poteſt, ſi vere diligit illum?

PALINGEN. *Scorpii v. 940.*

Nomine quo gaudes, *niſi cauſas egeris*, AEli,
  Non ego *te poſſum dicere Cauſidicum.*

HADRIANUS VALESIUS, *in Valeſianis.*

(V.)

SERMONES BLANDOS BLAESOSQUE CAVERE MEMENTO.

SIMPLICITAS VERI FAMA EST: FRAUS, FICTA LOQUENDI.

Μύθους αἱμυλίους καὶ κωτίλλοντας ἀλεύου·
Μάρτυς ἀληθοσύνης ἁπλότης, δόλος αἰολομύθων.

Soothing and liſping Speeches ſtill beware:
Plain Truth is ſound, but Lies deceitful are.

Sieh' auf, daß kein Betrug in ſüſſen Worten ſey;
Die Einfalt redet wahr; Liſt ſteckt bey Heucheley.

Wacht u voor ſchoonen praat en looze vleiery.
't Is enkel maar bedrog, daar is geen waarheit by.

Gardez-vous des flatteurs: La Sincerité n'uſe
Jamais de ces Détours, desquels ſe ſert la Ruſe.

VARIANS LECTIO. *Sermones blandos bleſosque.* Inveniri in multis notat Cl Arntzenius. Quemadmodum, ait, ſic Graeci βλέσος (ſcribendum fuiſſet βλεσὸς) & βλαισὸς dicunt. Bene, ſane; ſed ſi a βλεσὸς derivata vox eſſet, tum utique prior ſyllaba ob graecum ε corripienda fuiſſet, veluti hunc verbi gratia in modum: *Blandosque bleſosque.*

Verum ex mera ſcribarum inſcitia incuriaque, qui & plerumque *pre* in particulae *prae* vicem ſubſtituunt, ſuam hoc ſcriptionis trahit originem. Nihil enim moror quod βλεσσὸς quoque Pollux habeat: Namque & tum duplicatum

FLOSCULI POETICI.

Credidimus *blandis*, quorum tibi copia, *verbis*.
OVIDIUS, *Heroid. Ep. II. v.* 49.

Impia *ſub dulci melle venena* latent.
IDEM, *Libr. I. Am. Eleg. VIII. v.* 104.

Pelliculam veterem retines, & *fronte politus*,
Aſtutam vapido *ſervas ſub pectore vulpem*.
PERSIUS, *Sat. V. v.* 116.

Fallit enim *vitium ſpecie virtutis* & umbra.
JUVENALIS, *Sat. XIV. v.* 109.

Habent inſidias hominis *blanditiae* mali.
PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XIX. v.* 1.

Turpis adulator, quid denſis vimina ſylvis,
Aut, quid Carpathiis fluctibus addis aquas?
Parce animum blandis, ſcelerate, *laceſſere verbis*.
Ut nihil adjicias, ſponte diſertus erit.
L. DE MEYER, *Libr. I, de Ira.*

Una *cui* lingua eſt; *animi ſententia duplex*;
Fictus amor, *laedit* quolibet hoſte magis.
Cum *vitium ſpecie* ſeſe *virtutis* obumbrat,
Promtius in caſſes pectora noſtra *rapit*.
SCHOONHOV. *Embl. XXXVII.*

Habet ſuum *venenum blanda oratio*.
P. SYRUS, *Mim.*

catum ſibilum vel Diplaſiaſmum latinus imitator eodem modo expreſſiſſet. Ceterum ante Scaligerum, qui e Pithoeano cod. correxit, alterius verſus vulgata lectio haec erat: *Simplicitas veri ſana eſt*. Quam adhuc retinuit Pariſ. nov. & Anglus, tum in verſione, tum in textu latino. In omnia alia abierunt feriores. *Veri forma eſt*. *Veri norma eſt*. Voluerunt, hoc Scriverius quidem; illud Barthius. Alius *laus* habet, & ſenſu, ut videtur, activo, pro: *fraus*. Denique laudatus nobis ſic emendaturus erat Arntzenius: *Simplicitas vera eſt fantis; fraus, ficta loquentis*. Quod, profecto, non caret ingenio; ſed ea, quam prae ſe fert, commendata adeo *Simplicitate*.

(VI.)

SEGNITIEM FUGITO, QUAE VITAE IGNAVIA FERTUR:

NAM, QUUM ANIMUS LANGUET, CONSUMIT INERTIA CORPUS.

Νωθρείην φεῦγ᾽ ἥτις ἀεργίη ἐστὶ νόοιο·
Εὖ τ᾽ ἂν ὁ νοῦς ἀτονῇ, τὸ δέμας δαπανᾶται ἀεργοῦν.

Fly Sloth and Sluggiſhneſs; for, when the Mind
Grows faint through Idleneſs, the Body's pin'd.

Leg' alle Schläfrigkeit im Wandel von dir hin:
Der Leib erſtirbt hernach / entſchläft dir erſt der Sinn.

Vlied alle traagheit, en de vadzigheit van 't lèven.
Het ſlaau gemoedt kan aan het lyf geen kragten geven.

Fuyons l'oiſiveté, déteſtons la pareſſe:
L'Ame ainſi que le corps, languit dans la moleſſe.

Laborare Diſt. ſenſere plures ex voce *Ignavia*: Cui ſubſtituunt aliqui: *noxia*. Forte erat: *incuria*.

FLOSCULI POETICI.

Cernis, *ut ignavum corrumpant otia corpus*,
Ut capiant vitium, *ni moveantur aquae*:
Sic mihi, ſi quis erat ducendi carminis *uſus*,
Deficit eſtque minor factus *inerte ſitu*.

OVIDIUS, *Libr. I. de Ponto, Eleg. VI. v. 5.*

Dum vires annique ſinunt, *tolerate labores*:
Jam veniet tacito curva ſenecta pede.

IDEM, *de art. Libr. II. v. 669.*

Dimidium facti qui coepit habet; ſapere *aude*:
Incipe, vivendi qui recte prorogat horam,
Ruſticus expectat, dum defluat amnis: At ille
Labitur, & labetur in omne volubilis aevum.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. II. v. 40.*

Exercère etiam *corpus* mediocriter, apto
Tempore *conducit* multum, viresque reducit.
Segnities robur frangit : longa *otia nervos*
Debilitant, *ignava quies effeminat artus.*

PALINGEN. *Capricorn. v. 137.*

Segnitia nihil eſt *pejus*: Praeſentia *perdit*
Commoda, quae nondum parta, parare vetat.

MEYERUS.

Semper agas aliquid: *Corrumpunt otia mentem.*
Deſidia eſt *omnis cauſſa* caputque *mali.*

AULAEUS.

Languida *corrumpunt ignavas otia mentes.*

ANDRELINUS.

Qui ſapit, *ignavos non ſinit ire dies.*

IDEM.

Deſidia humorum denſam cumulante ſaburram,
Nativus calor obruitur. —— ——

CL. QUILLETUS, *Abbas, in Callipaedia.*

VII.

(VII)

INTERPONE TUIS INTERDUM GAUDIA CURIS,

UT POSSIS ANIMO QUEMVIS SUFFERRE LABOREM.

Ταῖς ἰδίαις μελεδῶσιν ἐναλλὰξ ἔμβαλε τέρψεις,
Ὄφρα δύνησθα νόῳ μάλα τετλάμεν ὅν τινα μόχθον.

Mirth with thy Labour ſometimes put in ure,
That better thou may'ſt thy Labour endure.

Nach Sorgen ordne dir bißweilen Freuden an/
Daß dein Gemüth' erneu't die Arbeit tragen kan.

Meng nu en dan den laſt der zorgen met wat vreugt,
Op dat gy kloek van moedt weêr arbeit uitſtaan meugt.

Que les plaiſirs aux ſoins ſuccedent à-propos,
Pour que mieux notre Eſprit retourne à ſes travaux.

FLOSCUL. POETICOR. RESIDUUM.

Eſt cunctis *requies tribuenda*, nec omnibus labores
Horis ſunt repetendi, *animus* ſimul *otio levandus.*
SAMBUCUS, *Emblem. p. m.* 126.

Eſt etiam *curis requies adhibenda* moleſtis:
Si nimium intendas, chorda redibit iners.
Non durant vires; adamas quoque frangitur arte:
Quaeque ſuo *laxas tempore, firma manent.*
IDEM, *Epigr. p.* 338.

FLOSCULI POETICI.

Quod caret *alterna requie*, durabile non eſt:
  Haec *reparat vires*, feſſaque membra levat.
Ovidius, Heroid. Ep. IV. v. 89.

Me quoque *debilitat ſeries immenſa laborum*,
  Ante meum tempus cogit & eſſe ſenem.
Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis:
  Immodicus contra *carpit* utrumque *labor*.
Idem, Libr. I. e Pont. El. V. v. 19.

Otia nunc iſthic, junctiſque ex ordine ludis
  Cedunt verboſi garrula bella fori.
Luſus equo nunc eſt, levibus *nunc luditur* armis:
  Nunc pila, nunc *celeri vertitur orbe trochus*.
Idem, Triſt. III. El. XII. v. 17.

Quin potius placido noli umquam parcere ludo,
  Projice triſtitias, & *renovare jocis*.
Obtundunt ſiquidem *curarum pondera ſenſus*:
  Intermiſſa minus ſarcina pondus habet.
Cornel. Gallus, El. V. v. 67.

—— —— Quondam cithara tacentem
Suſcitat Muſam, *neque ſemper arcum Tendit* Apollo.
Horatius, Libr. II. Od. X. v. 18.

Sic *ludus animo debet* aliquando *dari*,
Ad cogitandum *melior ut redeat* tibi.
Phaedrus, Libr. III. Fab. XIV. v. 11.

Poſt multa virtus *opera laxari* ſolet.
Seneca, Herc. fur. v. 475.

Et ſolet interdum *laſſata quieſcere virtus*,
  Dum mentem & *vires colligit* illa ſuas. *Porcelius.*

—— —— *Vires* inſtigat, *alitque*
Tempeſtiva quies: major, poſt otia, Virtus.
Statius, Libr. IV. Sylv.

Ipſa *quies animum reficit*, revocatque vigorem.
Palingen. Librae v. 1069.

Immodica officiunt, nec longo tempore durant.
Interdum genio indulgens, animumque relaxans
Et vacet, & ludat. Nempe interjecta vigorem
Fert requies, *reparant tempeſtiva otia vires*.
Idem, Capricorni v. 109.

Non operi juſtum, mentes intendere ſemper:
Quin *animum* potius *quandoque remittere* nobis
Prodeſt; alterna requie ſubtilior exit.
Aſſidue tendas *arcum*, molleſcet, & omne
Deficiet robur: *quodſi laxaveris*, *addet*
Vim tranquilla quies. —— ——
Eſt igitur *menti praebenda remiſſio* quaedam.
  (Reliqua ex adverſo.) *P. Alb.*

VIII.

(VIII.)

ALTERIUS DICTUM AUT FACTUM NE CARPSERIS UMQUAM:

EXEMPLO SIMILI NE TE DERIDEAT ALTER.

Ἄλλου μὴ ψέξῃς ἢ μὲν λόγον, ἠὲ καὶ ἔργον,
Μή σ' ἐπιχλευάζῃ μιμησάμενός σε καὶ αὐτός.

Carp not at that which others do or ſay,
Leſt ſome thus ſcoff at thee another Day.

Was einer ſagt und thut / laſſ' es doch unveracht:
Sonſt wirſt du auch von ihm / wie er von dir verlacht.

Smaal noit op iemants woordt, beriſp noit zyn gedrag:
Opdat hy op zyn beurt u niet beſchimpen mag.

Si vous vous érigez en Cenſeur de tout autre;
Rédoutez, en échange, un chacun pour le vôtre.

VARIANS LECTIO. *Alterius factum aut dictum.* Vulgatae. Sed convenientiorem noſtrum ordinem, inter plures alios, ad quos provocavit Codd. Arnt-

FLOSCULI POETICI.

—— Quæ in nos illosque, ea omnia tibi dicis, Dinarche.
Et noſtram & illorum vicem. DI. quî iſtuc? AS. rationem dicam:
Quia, *qui alterum incuſat* probri, eum *ipſum ſe intueri oportet.*

PLAUTUS, *Trucul. Act. I. Scen. II. v. 55.*

Tu contumeliam alteri *facias, tibi non dicatur?*

IDEM, *Aſinar. Act. II. Scen. IV. v. 82.*

Loripedem rectus derideat, AEthiopem albus:
Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis coelum terris non miſceat, & mare coelo;
Si fur diſpliceat Verri? homicida Miloni?
Clodius accuſet moechos, Catilina Cethegum?
In tabulam *Sullae* ſi dicant *diſcipuli* tres?

JUVENALIS, *Sat. II. v. 23.*

Cur aliena magis, quam *crimina noſtra* videmus?
An quia noſtra procul *ſunt*, aliena *prope?*

OWENUS, *Ethic. II. Epigr. XXVI.*

Quae dices aliis, tibi mox reſponſa *remitti*
Expectes; capies, qualia dona *dabis.*

IDEM, *ibid. II. Epigr.* III.

Quis hoc poteſt videre, quis *poteſt pati,*
Niſi litteris infeſtus ac ſcientiis,
Ut ille Bajuletus, ille Bajulus,
Ut paedagogus ille cum ferula truci,
Obſcurus, atque indoctus, at fidens ſibi,
Satyris malignis tentet inclareſcere,
Nova atque vetera dente carpat livido,
Et univerſum *rodat Auctorum genus?*

HADRIANUS VALESIUS, *in Bailletum.*

Sua quisque exempla debet aequo animo *pati.*

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XXVI. v. 12.*

Qui doctiorem emendat, ſibi dici putet.

IDEM, *Libr. V. Fab. X. v. 5.*

Arntzenius, ſervant & Pariſienſes veteres & novi. Ceterum: *Factum ac dictum*, nec non *dictum vel factum* itemque: *nec carpſeris*, non ſunt niſi Scribarum ſphalmata imperitorum.

(IX.)

QUOD TIBI SORS DEDERIT TABULIS SUPREMA NOTATO,

AUGENDO SERVA; NE SIS, QUEM FAMA LOQUATUR.

Ὅσσ' ἔλαχες δέλτοισι γεγραμμένος ὑστατίῃσι,
Τήρει τ' εὖ καὶ ἄεξε, μὴ ὁ θρυλλούμενος εἴης.

What Stock thy Friends by Will have left to thee,
Keep and increaſe, leſt thou a By-word be.

Was durch Vermächtniſſe dir etwan wird beſcheiden/
Das mehre ſelber auch/ Gewäſche zu vermeiden.

Bewaar het geen gy krygt door iemants laatſten wil:
Op dat het los gerucht uw misdryf niet bedil.

Du Peuple médiſant pour prévenir la Rage,
Conſervez, augmentez même, votre Héritage,

VARIANS LECTIO. *Quae tibi ſors dederit.* In vetuſto Cod. manu exarato Clar. invenit Arntzenius, id quod & quam plurimas typis impreſſas Edd. eſſe ſecutas, idem teſtatur, nec dubito etiam, quin Editio Pariſienſis vetuſtior: Nam & recentiſſimus Editor ac Metaphraſtes Gallus, Abbas Salmon, eumdem adhuc

FLOSCULI POETICI.

Semper eris pauper, reditus ſi ſumtibus aeques
Et larga dones munera cuique manu.
Enumera cenſus, *ſubduc* ratione, ſuperſit
An multum, *lapſo* & *menſe quid addideris.*
Tempore provideas, vacua ne ſede morere:
Marſupio *reſtet quantula ſumma*, vide.
Ne ſenium, morbi, duris & rebus egeſtas
Quando urgent, *ludat fundus inanis herum.*
Nec tamen inſideas partis, non craſtina verſes
Sollicite; *Fructus ſit mediocris opum.*

SAMBUCUS, *Embl. tit.* ſera parſimonia. *p. m.* 96.

Si te Plutus amat tamen, & tibi Copia ridet,
*Divitias*que *dedit fatorum ignota voluntas*;
Quid facias, *operae pretium eſt*, *didiciſſe*: tenendo
Ne pejor ſis, *ne poſſis ſtultus haberi.*

PALINGEN. *Tauri v.* 495.

Aſt *opus eſt* gravius tunc vivere, ſollicitèque
Rem curare, *minor ne fiat*, *ſed magè creſcat*:
Ne premat extremam *paupertas dura ſenectam.*

IDEM, *Leonis v* 481.

Cum fas eſſe putet curam ſperare cohortis,
Qui bona donavit praeſepibus, *&* *caret omni*
Majorum cenſu, dum pervolat axe citato
Flaminiam. ——— ——— ———

JUVENALIS, *Sat. I. v.* 58. Quo & jam alii digitum intendebant.

adhuc amplectitur legendi modum Sed is, quod mirere, *quae* illud cum *ſumma* in neutro genere plurali, quarti caſus, ita connectit, ut *abiato*: quod & Planudes egit. imperativo modo prolatum accipiat. Tu noſtram vide hoc de ſenſu Hiſt. Crit.

(X.)

QUUM TIBI DIVITIAE SUPERANT IN FINE SENECTAE,

MUNIFICUS FACITO VIVAS, NON PARCUS AMICIS.

Ἢν περιῇ σοὶ πλεῖστος ἐν οὐδῷ γήραος ὄλβος,
Ἀσφαλέως μετάδος, κ᾽ οὐ φειδομένως ἑτάροισιν.

If thou haſt Wealth good Store towards thy End,
Live frankly, and be free to ev'ry Friend.

Komt dir viel Geld und Gut im hohen Alter ein/
So ſolt du Freunden mild und ja nicht geitzig ſeyn.

Hebt ge in uw' ouderdom veel gelts en goedts vergaart,
Leef dan zoo milt, dat gy niets voor uw' Vrienden ſpaart.

Du Surplus largement faites un bon uſage,
Pour gagner des Amis vers le Déclin de l'Age.

VARIANS LECTIO. Q. t. d. ſ. *in fine Senectus.* Unicus ita dedit Cod. It. M. ſ. v., *non parcus amicus.* Alter aliquis, aeque unicus. „ Vellem autem, in-

FLOSCULI POETICI.

Vivet extento *Proculejus* aevo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes.

HORATIUS, *Lib. II. Od. II. v. 5.*

Refert, ſis bonus, an velis videri.
Praeſtas hoc, Melior, ſciente fama,
Qui ſollemnibus anxius ſepulti
Nomen non ſinis interire Blaeſi;
Et de munifica profuſus arca,
Ad natalitium diem colendum,
Scribarum *memori piaeque turbae*
Quod donas, facis ipſe Blaeſianum.
Hoc longum tibi vita dum manebit,
Hoc & poſt cineres erit tributum.

MARTIALIS, *Lib. VIII. Epigr. XXXVIII. v. 7.*

Ad omnia alia aetate ſapimus rectius:
Solum unum *hoc vitium adfert ſenectus* hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, *quam ſat eſt.*

TERENTIUS, *Adelphis Act. V. Scen. III. v. 46.*

Nemo meas cumulet violis fragrantibus umbras,
Nec mihi Pyramidum mole ſepulcra locet.
Si quis amat, VIVO *largum ſe praeſtet* AMICO,
Talibus *officiis dum locus eſſe poteſt.*
Verum ubi conſumtos Lacheſis mihi finiet annos,
Vel fracta incultis horreat urna rubis.

GEORG. BUCHANANUS, *Lib. I. Epigr. p.* 146.
Ed. ult. Elſev. 1676. *e Graec.* *Vid.* &
Hiſt. Crit. Cat. *ad h. D.*

Divide nil, dum *vivis*, egentes *inter amicos*;
Mortuus *invenies* in *Quotiente: Nihil.*

OWENUS, *Lib. I. ad Henr. Epigr.* XCIII.

Collige divitias, quae non in morte peribunt:
Quas dederis, ſolas *ſemper habebis opes.*

---

inquit Arntzenius, „ vellem codex antiquus hanc addiceret emendationem:
„ *Munificus vivas aeris, non parcus amicis.*
Sed nullum addicere, teſtatur Ipſe.

(XI.)

UTILE CONSILIUM DOMINUS NE DESPICE SERVI:

NULLIUS SENSUM, SI PRODEST, TEMSERIS UMQUAM.

Μὴ δούλου χρηςῆς ὀλιγώρει, δέσποτα, βουλῆς·
Μηδέ τινος γνώμην, εἰ σύμφορός ἐς', ἀθέριζε.

Good Counſel from thy Servant do not ſlight:
Scorn no Man's Judgment, ſo that it be right.

Laß deines Knechtes Rath / der gut iſt / unverachtet:
Verwirf doch keinen je / der auf dein Beſtes trachtet.

Een nutte raadt uw's Slaafs zy noit by u veracht.
Verſmaad noit iemants woordt, zoo hy uw nut betracht.

N'héſitez point à ſuivre un Conſeil ſalutaire,
Vous vint-il d'un Valet, vous ſemblât-il vulgaire.

VARIANS LECTIO. *Ut. conſ. dominus non deſpice ſervi.* Pauciores. *Nullius ſi prodeſt ſenſum contempſeris umquam.* Codex tantum unus exhibuit. Alius forte: *Nullum* ſed raſura deletum. Reliqua, ut proxime ante.

Qui-

FLOSCULI POETICI.

Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος.

Quod nobis Latinum foret:

CONSILIO ET SERVI DOMINUS PRUDENTIS INHAERE.

PHOCYLIDES *jam* SCALIGERO *citante*.

Interdum *vulgus rectum videt*, eſt ubi peccat.

HORATIUS, *Libr. II Epiſt. I. v. 63.*

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ, μάλα καίριον εἶπεν. H. E.

Saepe etiam eſt *olitor* valde *opportuna locutus.*

Vid. A. GELLIUM, *Libr. II. Cap. VI.*

Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν. H. E.

Saepe etiam *Stultus* quaedam *opportuna loquatur.*

Vide ſapientem Μωρίας Ἐγκωμιαστὴν *in Adagiis, pag. m. 174.*

Decet innocentem *ſervum* atque *innoxium*,

Confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum.

PLAUTUS, *Captiv. Act. III. Scen. V, v. 7.*

Davum optume *video: cujus conſilio fretus ſum:*

Ego dudum nonnihil veritus ſum, *Dave*, abs te, ne faceres idem,

Quod volgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes.

— Propemodum *habeo tibi jam fidem.* D. tandem *cognoſti qui ſiem,*

TERENTIUS, *Andriae, Act. II. Scen. I. v. 35.*

& Act. III. Scen. IV. v. 3.

Veriloqui *fatui dicenda, tacenda loquuntur:*

At qui prudentes, plura tacenda *vident.*

Servorum ingeniis nihil audens credere, ſemper

Circum ſe *fatuos* quattuor Aulus *habet.*

OWENUS, *L. ſingul. Epigr. CXCVIII.*

Non quis quid dicat, *ſpectes: ſed, dixerit* is *quid?*

Quidam *carpſeris* habent pro: *temſeris*, aut *contemſeris* Solus mutavit in: *ſpreveris*, Scriverius Nulla, ſane, urgente neceſſitate. Non placebat *temnere* Criticis, extra compoſitionem, quod tamen valde probum.

(XII.)

REBUS ET IN CENSU SI NON EST, QUOD FUIT ANTE,
FAC VIVAS CONTENTUS EO, QUOD TEMPORA PRAEBENT.

Κλήμασι καὶ κλήρῳ ἐὰν οὐκ ἐνῇ, ὡς τὸ πάρος περ,
Τοῖς στέργ' ἀσπασίως, τὰ χρόνος περίλοιπα χορηγεῖ.

If thine Eſtate be not as 't was before,
Yet ſee thou live content with preſent Store.

Haſt du nicht mehr ſo viel / als etwan vor'ger Zeit;
So nim vor lieb mit dem / was dieſe dir verleih't.

Hebt gy geen goedt zoo veel gy hebt gehad voorheen,
Zo ſchik u naar den tydt, met weinig ook te vrêen.

Si ton bien déperit par un revers funeſte,
Maîtriſe tes déſirs & vis content du Reſte.

RESIDUUM FLOSCULOR.

Si ſapis, *eſſe tua contentum ſorte memento.*
Intra fortunam diſce manere tuam.

REUSNERUS.

Quod ſis, eſſe velis, contentus vivere diſces
Sorte tua, felix ſic quia ſemper eris.

FUNGERUS.

METIRI SE QUEMQUE SUO MODULO AC PEDE VERUM EST.

V. L. *In cenſu & rebus.* Scriver., ut ſolet nimium eſſe faſtidioſus, ita invertit. Ceterum *antea* pro *ante* & *contemptus* pro *contentus* Librariorum ſunt vitia.

FLOSCULI POETICI.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris, non eſt ut copia major
Ab Jove donari poſſit tibi. Tolle querelas:
Pauper enim *non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XII. v. 1.*

Cui non conveniet ſua res, ut calceus, olim,
Si pede major erit, ſubvertet; ſi minor, uret.
Laetus ſorte tua, vives ſapienter, Ariſti.

IDEM, *ibid. Epiſ. X. v. 41.*

Divitias alius fulvo ſibi congerat auro,
Et teneat culti jugera multa ſoli.
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte:
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Me mea paupertas vitae traducat inerti,
Dum meus *aſſiduo luceat igne focus:*
Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos
Praebeat, & pleno pinguia muſta lacu.
Ipſe feram teneras maturo tempore *vites*
Ruſticus, *&* facili grandia *poma* manu:
Nec tamen interdum *pudeat tenuiſſe bidentem*,
Aut ſtimulo tardos *increpuiſſe boves.*
Non agnamve ſinu *pigeat*, *foetumve capellae*
Deſertum oblita matre *referre domum.*

TIBULLUS, *Libr. I. Eleg. I. v. 1.*

Quodſi quis vera vitam ratione gubernet:
Divitiae grandes homini *ſunt*, *vivere parce*
AEquo animo: neque enim eſt umquam penuria parvi.

LUCRETIUS, *Libr. V. v. 1118.*

Vivite contenti caſulis, & collibus iſtis,
O pueri! Marſus dicebat & Hernicus olim,
Veſtinusque ſenex: *Panem quaeramus aratro*,
Qui ſatis eſt menſis. Laudant hoc numina ruris.

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 179.*

Quaerite duntaxat *quantum vitae exigit uſus.*
Exiguum ſat erit. CONTENTI VIVITE PARVO.

PALINGEN. *Piſc. v. 179.*

Vive tua ſemper *contentus ſorte*, nec ultra
Quem fortuna dedit, progrediare locum.
Si tibi ſint nec opes, nec ſplendida fercula Croeſi,
Exiguo *poteris te ſatiare* cibo.
Praeclari titulos ſi non es adeptus honoris,
Proderit in tenui delituiſſe loco.

SEYDELIUS.

(XIII.)

UXOREM FUGE NE DUCAS SUB NOMINE DOTIS,
NEC RETINERE VELIS, SI COEPERIT ESSE MOLESTA.

Μήτε γυναῖκα γαμεῖν ἀφνειῆς εἵνεκα προικός,
Μήτ' αὐτὴν κατέχειν, ὅτε ἄρχεται εἶναι ἐπαχθής.

For Portion ſee thou marry not a Wiſe;
Nor care to keep her, if ſhe fall to Strife.

Ein Weib / wie reich es ſey / nim nicht zu deiner Pein;
Behalte ſie auch nicht / wann ſie wil Meiſter ſeyn.

Neem noit een huisvrou, tot uw kwaal, om 't huwlyks goedt:
Of, valt ze u laſtig, toont een mannelyk gemoedt.

Sur l'appas de ſa Dot ne prens point une femme:
Ou bien, à ſes humeurs ſers en eſclave infame. Ou:

A la Femme attaché, par l'apas de ſa Dot,
Craints d'être du Caprice Adorateur bigot.

VARIANS LECTIO. *Ne retinere velis.* Unicus tantum exhibet Cod., docente id nos ipſo Arntzenio. Quod quare magis arriſerit Boxhornio, ſatis in aprico eſt; ſed cur, contra omnium, praeter unum, codicum ſuorum fidem, amplectatur eamdem tamen lectionem Arntzenius, qui tam maſcule alias Boxhornio contrariam tuetur ſententiam, id vero non tam clare patet. Certe, ſi ea noſtri mens Catonis fuerat: Ne deinde, velis nolis, illam retinere

FLOSCULI POETICI.

Opulentiores pauperiorum filias,
Ut *indotatas ducant uxores* domum;
Et multo fiat civitas concordior,
Et invidia nos minore utamur, quam utimur.
Et illae malam rem metuant, quam metuunt, magis,
Et nos minore ſumtu ſimus, quam ſumus.
Hae *ſunt* atque aliae *multae in magnis dotibus*
Incommoditates, ſumtusque intolerabiles.
Nam quae *indotata* eſt, ea *in poteſtate eſt viri*:
Dotatae mactant & *malo* & damno *viros*.

PLAUTUS, *Aulular. Act. III. Scen V v. 5. & 58.*

Argentum accepi, *dote imperium vendidi*.

IDEM, *Aſinar. Act. I. Scen. I. v. 74.*

—— *Dotata regit virum Conjux* (aut) nitido fidit adultero.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIV. v. 19.*

Qui ſe majores cupidi *quaerunt conjuges*,
Dolent decepti ſe poſt junctos vilibus.

PHAEDRUS, *in Append. Fabular.*

Intolerabilius nihil eſt, *quam Femina dives*.

JUVENAL. *Sat. VI. v. 459.*

Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi:
Jam *gravis es* nobis. —— ——

IDEM, *ibid. v. 145.*

Uxor, *vade* foras; aut moribus utere noſtris.

MARTIAL. *Libr. XI. Epigr. (CV.) CVI. v. 1.*

Uxorem quare *locupletem ducere* nolim,
Quaeritis? *Uxori nubere* nolo meae.

IDEM, *Libr. VIII. Epigr. (XI.) XII. v. 1.*

Non, *opibus quantum valeat*, formave *rogato*,
Quam redamas: quantum ſed ſit honeſta magis.
Haud veſtes animum decorant, non ſplendor inanis:
Duc, *quae ſit* potius *moribus apta* tuis.

SAMBUCUS, *pag. 291.*

---

nere te oporteat, ob amittendam alias cum ea dotem, ut Barthius loquitur, ſcribendum ipſi erat:

Ne retinenda tibi, *& ſi coeperit eſſe moleſta*, ſive potius *quum* vel: *quae coeperit*. Nam & ipſum: *ſi*, conditionis eſt, ſub qua Noſter eam retinere omnino vetat, nullo habito dotis reſpectu. Sed, porro, ſi vel adeo neceſſarium illud *Ne* fuiſſet; An non, poſt illud *ne* prioris verſus, & hoc ipſum *Ne* poſterioris, exponere licuiſſet per: *Ea ne retineas velis*?

(XIV.)

MULTORUM DISCE EXEMPLO, QUAE FACTA SEQUARIS,
QUAE FUGIAS. VITA EST NOBIS ALIENA MAGISTRA.

Εἰς πολλοὺς ὁρόων τά τε φευκτὰ, τά θ' αἱρετὰ γνοίης·
Τῶν γε πέλας γὰρ ἅπας βίος ἐςὶ διδάσκαλος ἡμῖν.

By others take Example what t'avoid,
Or do; another's Life is our beſt Guide.

Durch Beyſpiel lerne du / was nütz und was verſehre:
Der andern Leben dient dem unſrigen zur Lehre.

Leer uit eens anders doen het geen gy volgen moet.
Eens anders leven toont wat quaadt is, of wat goedt.

Des exemples d'autrui, pour vous bien gouverner,
Suivez le bon, fuyez ce qu'il faut éviter.
Ou : *ce qu'on pourroit berner.*

VARIANS LECTIO. *Multorum diſce exemplis.* Non multa probant librorum exempla. *Vitae eſt nobis aliena magiſtra.* Plures hoc exhibent & probari

FLOSCULI POETICI.

Scitum eſt, *periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet.*
TERENTIUS, *Heautontimor. Act. I. Scen. II. v. 36.*

S. Domi habuit unde diſceret. D. Fit ſedulo:
Nihil praetermitto, conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque *ex aliis ſumere exemplum* ſibi.
Hoc facito. S. Recte ſane. D. Hoc fugito. S. Callide.
D. Hoc laudi eſt. S. iſtaec res eſt. D. Hoc vitio datur.
S. Probiſſime. ——— ——— ———
S. Conſervis ad eundem iſtunc praecipio modum:
Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum.
Illud recte; iterum ſic memento: ſedulo
Moneo, quae poſſum, pro mea ſapientia.
Poſtremo, tanquam in ſpeculum, in patinas, Demea,
Inſpicere jubeo, & moneo quid facto uſus ſiet.
IDEM, *Adelph. Act. III. Scen. IV. v. 49. & 60.* Quae perſonae iterum in ſcenam jam a viro clariſſimo productae, Arntzenio.

Vos ego nunc moneo: *Felix*, quicunque *dolore*
Alterius diſces poſſe *carere tuo.*
TIBULLUS, *Libr. III. El. VI. v. 43.* Et hoc nobiſcum convenientiſſimum huic loco exemplum, laudatus vir idem laudat.

Diſcite ab alterius veſtris timuiſſe *querelis.*
OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. v. 455.*

Diſce modum ſervare, *alieno diſce periclo*,
Diſce cupidinibus certos praeſcribere fines.
HOSPITAL. *de Meretriſ propugn.*

Namque malum hoc domibus ſi nondum arrepere veſtris
Senſiſtis, *moveant aliena pericula* ſaltem. IDEM, *de Pace.*
——— Hic *noſtras veterum malus error avorum*
Erudiit mentes & cernere fecit acutum.
Vos inimicitias, odia aut privata ſecuti,
Non potuiſtis idem perpendere, quid ſit honeſtum,
Et quid damnoſum, aut communiter utile nobis.
IDEM, *in Franciſc. Franciae Delphini & Mariae Scoter. reginae nuptias.*

Felix, quem *faciunt aliena pericula cautum.*
Verſ. vulg.

Felix, quem *faciunt aliorum vulnera tutum.* *Parodia ſuperior.*
Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit. PLAUTUS, *Mercator.*
——— Inſuevit pater optimus hoc me,
Ut fugerem exemplis vitiorum quaeque notando.
HORATIUS, *Libr. I. Sat. IV. v. 105. & ſeqq.*

Sic teneros animos *aliena opprobria* ſaepe
Abſterrent vitiis. ——— IDEM, *ibid. v. 128.*

---

bari poſſet, niſi refugeret incomta illa, quae ſua ſe ſimplicitate in Noſtro commendat, dictionis venuſtas. Et a qua, ubi jam omnia plane, haud tuto receſſeris.

XV.

(XV.)

QUOD POTES, ID TENTES, OPERIS NE PONDERE PRESSUS,

SUBCUMBAT LABOR; ET FRUSTRA TENTATA RELINQUAS.

Τῶν δυνατῶν ἅπτου, μὴ βριθοσύνῃσι πιεσθεὶς,
Πᾶς μόχθος κάμνῃ, τά τε μάψ ἀρχθέντα προλείπῃς.

Attempt that only which thou canſt perform.
Leſt, overpreſt with th' Work, thou leave 't with Scorn.

Verſuche was du kanſt; daß nicht der Arbeit Laſt
Dich hin zu legen zwing' auch was du aufgefaßt.

Beproef het geen gy kunt, op dat gy niet belaân
Met al te groten laſt uw Werk moet laten ſtaan.

Conſultez votre force avant que d'entreprendre:
Un travail exceſſif nous contraint de nous rendre.

VARIANS LECTIO. *Q. p. id tentato.* Daumius. Alii: *id tenta.* Hoc in defectu peccat; illud abundare quodammodo dixeris. „ *Id tentes* habent „ Editiones melioris notae omnes, ut & illa Scriverii ". Sunt verba Arntzenii. „ Sed ego, inquit idem, auctoritate Codd. Leid. Sec. Memb. Voſſ. „ Veterr. Reg. & Turic. refingerem, *id tenta* ". Tentet, refingat ſane, vir clarus, ut lubet. Nobis durus iſte videtur & praeter neceſſitatem intruſus hiatus. Scimus equidem, petimusque & damus hanc viciſſim veniam, Synaloephen

FLOSCULI POETICI.

——— ——— Verſate diu, *quid ferre recuſent*,
Quid valeant humeri. ——— ——— HORATIUS, *Art. Poët. v.* 39.

Vis *conſilI expers mole ruit ſua:*
Vim temperatam DI quoque provehunt
In majus: Idem odere *vires*
Omne nefas animo *moventes.*
IDEM, *Libr. III. Od. IV. v.* 65.

——— ——— ——— Inſervit honori,
Commiſiſſe cavet, quod *mox mutare* laboret.
IDEM, *A. P. v.* 168.

Turpe eſt, quod nequeas, *capiti committere* PONDUS:
Et PRESSUM inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta:
Non ſunt apta meae grandia vela rati.
PROPERTIUS, *Libr. III. Eleg. VII. v.* 4.

Vitaret coelum *Phaëthon*, ſi viveret, & quos
Optârat ſtulte, tangere nollet equos.
OVIDIUS, *Triſt. I. Eleg. I. v.* 79.

——— ——— Qui *nimios optabat honores*
Et *nimias poſcebat opes:* numeroſa parabat
Excelſae turris tabulata, unde altior eſſet
Caſus & impulſae praeceps immane ruinae.
JUVENAL. *Sat. X. v.* 104.

Quae fieri nequeunt, prorſus *tentare recuſes:*
Ingenii debes *pondus habere tui.*
OWENUS, *Lib. II. Ep. XXVI.*

Dum volat, en, mediam comprendit aranea muſcam;
Fert, volitat, dominam muſca volare docet.
Inſolitae haec artis *vix* ſtamina *coepta relinquit:*
Excutit *indocilem* muſcaque *diſcipulam.*
Altera liberior nolit neſcire volare;
Altera quod *fruſtra non didiciſſe velit.*
Vivitur ex ſtudiis. Alii *male capta relinquant?*
Haec ſequitor *doctos* gloria *ſemiviros!*
C. G. KOENIGIUS, *qui ſuis ipſe, quae narrat, oculis vidit.*

Omnia qui recto metitur pondera ſenſu,
Non timet eventus fata ſiniſtra ſui. ANDRELINUS.

Quod vires ultra fuerit nimiumque, relinque. AUSN.

---

loephen poſſe aliquando negligi; ſed aliquando, ſed raro, & ſine cauſſa numquam, ut in illo; *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.* Quod hic, forte, Noſtrum, carmine de moribus, eſſe imitatum credere, puerile foret. Verum quid juvat, ita ſemper & ubique adfectare quae praeter ordinem, idque in auctore, ſua, ut qui maxime, concinna ſimplicitate commendabili? Iidem Codd. qui hiatum illum admittunt, dant nobis etiam: *&, & fruſtra mutata relinquit.* Sed his nil movetur Vir doctiſſ. qui & nobiſcum haec fruſtra mutata relinquit.

XVI.

(XVI.)

QUOD NOSTI HAUD RECTE FACTUM, NOLITO SILERE;

NE VIDEARE MALOS IMITARI VELLE TACENDO.

Μὴ σίγα τάπερ οὐκ ὀρθῶς πραχθέντα σύνοιδας·
Μὴ καὶ τοὺς δειλοὺς δοκέῃς ζηλοῦν τάδε σιγῶν.

What thou ſee'ſt badly done, do not conceal;
Leſt thou be thought like them thou'lt not reveal.

Verſchweig das Böſe nicht / iſt's etwan dir bewuſt /
Daß niemand denken mag / du hegeſt gleiche Luſt.

Zwyg 't quaat noit 't geen gy weet dat anderen begaan,
Op dat gy dat niet ſchynt, door zwygen, toe te ſtaan.

D'un Crime, qui vous trouble en votre Conſcience,
Ne ſoïez pas complice, en gardant le Silence.

VARIANS LECTIO. *Q. n. h. r. f. nolito tacere.* Arntzenius, quorumdam auctoritate Codd. permotus, quibus & Pariſienſem aliquem adnumerat: Sed eorum noviſſimus ille, qui alias conſtanter eum ſequitur, quem ſuum Arntzenius Pariſienſem vocat, hic tamen, cum pleriſque aliis, vel ipſo hoc Viro Doct. confitente, merito retinuit: *nolito ſilere.* Quod & nobis placuit, quamvis,

FLOSCULI POETICI.

Quem ſua culpa premet, *deceptus omitte tueri:* ——
Ad te poſt paullo ventura pericula ſentis.
Nam *tua res agitur*, paries quum proximus ardet:
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVIII. v. 79. & iterum v. 84.*

Qui *non vetat peccare*, quum poſſit, *jubet.*

SENECA, *Troad. v. 289.*

Praeſtare fateor poſſe me *tacitam fidem*,
Si ſcelere careat; interim *ſcelus eſt fides.*

IDEM, *Hercul. Oet. v. 480.*

Quod ſi convictor foedum quid forte loquatur,
Aut faciat, ſubito taxare *affabilis audet*,
Ut queat *a vitio turpi revocare labantem.*

P. ALER.

Qui *fert malis auxilium*, *poſt* tempus *dolet.*

PHAEDR. *Libr. IV. Fab. XVIII. v. 1.*

Crimen habet, pariterque in partem peccat utramvis,
Qui retegenda tegit, quique tacenda refert.
Vel, ſenſu plane eodem:
Ducito *utrumque nefas*, etiam hac peccatur & illac:
Si reticenda refers; *non reticenda tegit.*

KORNIGIUS.

vis, ut verum fatear, id ſi integrum nobis eſſet, ut haec verba: *ſilere & tacere*, pro lubitu permutarentur invicem, & ipſe poſterius in priore verſu praeferrem, prius vero in altero, hunc in modum: *N. v. m. imitari velle*, *ſilendo*. Nihil immoror variationibus reliquis, quas inter admodum ſunt ineptae, ut recte Vir jam laudatus vocaverit: *mera ſomnia*.

(XVII.)

JUDICIS AUXILIUM, SUB INIQUA LEGE, ROGATO:

IPSAE ETIAM LEGES CUPIUNT, UT JURE REGANTUR.

Σώζου ἐπ' ἰθυντῆρα κριτὴν ἀδίκοιο νόμοιο·
Καί τε νόμοι ποθέουσ' ὀρθοῦσθαι τῷ ἐπιεικεῖ.

Appeal to th' Judge, being over-borne by Might:
For Laws themſelves would fain be rul'd by Right.

Thut dir ein Recht zu viel/ ſo ſprich den Richter an:
Der Billigkeit iſt Recht und Satzung unterthan.

Wort gy door 't recht gedrukt, zoo ſpreek den Rechter aan:
Die 't recht inſchikt tot nut voor elken Onderdaan.

Victime d'une Loi, dont la rigueur t'accable,
Contre elle, ſ'il ſe peut, cherche un Juge équitable.

VARIANS LECTIO. *Judicis auxilium ſub iniquo teſte rogato.* Unus & alter.

Ipſae

FLOSCULI POETICI.

—— —— —— Verum illud, Chreme,
Dicunt: JUS SUMMUM SAEPE SUMMA EST MALITIA.

TERENTIUS, *Heautont. Act. IV. Scen. V. v. 47.*

Cui *vis* eſt, *jus* non metuit, *jus obruitur vi.*

PALINGEN. *Capric. v. 830.*

Debilibus robuſta nocent, & grandia parvis.
Ales fulminiger timidos infeſtat olores,
Accipiter laniat turdos, mollesque columbas:
Verſicolor coluber ranas miſerasque lacertas
Devorat: in ſilvis fera fortior ore minorem
Dilacerat: tua monſtra tenes quoque, maxime Nereu,
Quae rapido infirmos abſumunt gutture piſces.
Non mare, non tellus, non aër tutus; *ubique
Hoſtis adeſt, prodeſtque parum non eſſe nocentem.*

IDEM, *Virgin. v. 494.*

At, dices, *probitas defendi legibus* atque
Principibus *ſolet: o utinam* fieret! ——

Ibid. v. 506.

—— —— —— Ut parvula muſca
In tenui tela, quam pendens texit arachne,
Volvitur ac remanet: ſi grandior horridiorque
Impulerit, frangit caſſes & tuta recedit:
Sic (pariter) *leges miſeros nectuntque tenentque;*
Transmittunt laxis foribus renuuntque potentes.

Ibid. v. 512.

Dat veniam corvis; *vexat cenſura columbas.*

JUVENALIS, *Sat. II. v. 63.*

Principis *officium ſcire eſt*, jurisque periti,
Quid jubeant leges, conveniatque ſimul
Lynceus eſt *oculus juris;* ſed prominet *alter
Turbidus, ut rigidum temperet arbitrio.*
Non nimis attentum Reſpublica, nonve remiſſum
Exigit: in medio jus veniaeque placent.
Tum gladius recte prudens dominabitur Orbi:
Cujus ab ancipiti vita cruore datur.

SAMBUCUS, *Epigr. tit.* AEquitas. *p. m. 254.*

Ipſae etiam Leges cupiunt, ut jure regantur. Alii, itidem pauci, ita legerunt. *Regantur* alii; utrique male.

(XVIII.)

QUOD MERITO PATERIS, PATIENTER FERRE MEMENTO:

QUUMQUE REUS TIBI SIS, IPSUM, TE JUDICE, DAMNA.

Ἄξια σοῦ πάσχων, τὰ φέρειν κρατερόφρονι θυμῷ· [Sive: τάδε τολμᾶν καρτεροθύμως·]
Κρινόμενος δ' ἐπὶ σεῖο κριτοῦ, κατάγνωθι σεαυτοῦ.

What thou deſerv'ſt to bear, bear without Grudge:
And, being guilty, be thy proper Judge.

Was du dir ſelbſt gewirk't / das leide mit Gedult:
Und lerne Richter ſeyn ſelbſt über deine Schuld.

Het geen gy hebt verdient, verdraag dat met gedult.
Verdoem u zelf, wanneer gy voelt uw' eige ſchult.

Prononcez contre vous, vous-même, la Sentence:
En goûtant du Péché les fruits, dans la Souffrance.

VARIANS LECTIO. *Q. m. p. patienter perfer id ipſum.* Ita paſſim in vulgatas irrepſerat Editiones, quod & Opitius retinuit & paullo curatior illa Amſtelodamenſis anno ſuperioris ſaeculi XLVI. Typis deſcripta Janſſonianis. Merito vero, poſt Scriverium, ſuo qui praeivit exemplo, in recentiſſimis quoque & Arntzeniana, & nuperrima Pariſienſis, cum Paraphraſi Gallica, Editio, in textum receperunt: *patienter ferre memento.* Cum & optimis id comprobetur Codicibus, nec plane inſuetus, ſed familiariſſimus potius, hic Noſtro loquendi mos ſit. Ut:

FLOSCULI POETICI.

Leniter, ex MERITO QUIDQUID PATIARE, FERENDUM EST.

Quae venit indigne poena, dolenda venit.

OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. V. v. 7.*

Huic *ego*, quam patior, nil poſſem demere poenae,

Si *judex meriti* cogerer eſſe *mei.*

At ſi forte *velis* in nos *inquirere*, *nemo eſt*,

Qui ſe, quod patitur, commeruiſſe neget.

IDEM, *e Pont. Libr. III. Eleg. VI. v. 9. & 33.*

Multa miſer *timeo*, *quia feci multa proterve:*

Exemplique metu torqueor ipſe mei.

IDEM, *Amor. Libr. I. El. IV. v. 45.*

Aequo animo *poenam qui meruere, ferant.*

IDEM, *Libr. II. Eleg. VII. v. 12.*

— — — — — Ultro

Qui peccat, *ruit in poenam*, & ſua damna requirit;

Carnificique miſer cruciandum ſe exhibet ultro.

PALINGEN. *Scorpii v. 810.*

Fer mala conſtanter: Tali *certamine Virtus*

Naſcitur, ut ſpinas inter amoena roſa.

MEYERUS.

L. i. Diſt. xiv. *Judex tuus eſſe memento.*
. . D. . xv. *Multis narrare memento.*
. . D. . xx. *Plene laudare memento.*
. . D. . xxi. *Patienter ferre m.* eod. plane ſenſu atq. h. l.
L. ii. D. . i. *Etiam prodeſſe memento.*
. . D. . vi. *Parvo gaudere memento.*
. . D. . vii. *Prudens celare memento.*
. . D. . xiii. *Culpa vitare memento.*
. . D. . xix. *Simul & vitare mem.*
L. iii. Diſt. ii. *Semper par eſſe mem.*
. . . D. . v. *Blanſoque cavere mem.*
. . . D. xviii. *Patienter ferre mem.*
. . . D. xxiv. *Si frugi eſt, ferre mem.*
L. iv. D. . v. *Corbus curare memento.*
. . . D. vii. *Rurſus vitare memento.*
. . . D. xxvi. *Melius ſperare memento.*
. . . D. xxxi *Tacitos vitare memento.*
. . . D. xli. *Sed pignora prima mem.*
. . . D. xliv. *Homines tamen eſſe mem.*

(XIX)

MULTA LEGAS FACITO: PERLECTIS, NEGLIGE MULTA:

NAM MIRANDA CANUNT, SED NON CREDENDA, POETAE.

Πόλλ' ἀναγινώσκειν ἐπὶ πλείστοις πλείον' ἀναγνούς·
Ποιηταὶ θαυμαστὰ γὰρ, ἀλλ' οὐ πιστὰ, λέγουσι.

Read much, and, when that 's read, read more again:
Poets, not to be truſted, Wonders feign.

Lieſs emſig / doch gebrauch' auch kluge Wahl im Leſen:
Poeten ſchreiben ſchön; doch auch viel falſches Weſen.

Gy moet veel lezen, maar veel dingen weêr vergeten:
Sla geen geloof aan al de wond'ren der Poëten.

Prenez l'Eſſentiel d'une immenſe Lecture:
Le merveilleux épique eſt feint à l'avanture. Ou:

Tout Auteur merveilleux voltige a l'avanture.

VARIANS LECTIO. *M. l. f. perlectis, perlege multa.* Conſtanter ita legerunt paullo antiquiores, quam etiam lectionem Graeci Metaphraſtae, Planudes & Scaliger, ſuo quisque more, expreſſerunt. Sic & Eraſmus, niſi quod hujus conjectura erat: legendum forte: *perline multa.* Corderius dedit: *plura* pro *multa.* Alii *perlege* pro: *ſelige, ſeorſim lege,* vel etiam *rejice,* eo ſenſu acceperunt, quo & Boëthius a Daumio citatus: *Sententias* inquiens *ſerva ſicut grana.*

FLOSCULI POETICI.

Inter cuncta *leges*. —— —— ——
—— —— — Pictoribus atque *Poëtis*
Quidlibet *audendi* ſemper fuit aequa *poteſtas*.

HORATIUS, *Libr. I. Ep XVIII. v. 96. & Art. Poët. v. 9.*

Quid te vana juvent miſerae ludibria chartae?
Hoc *lege*, quod poſſit dicere vita: meum eſt.

MARTIAL. *Libr. X. Epigr. IV. v. 7.*

Sic lege, ut evadas melior: *Lectura ſit* omnis
Utilis & nullum ſine fruge revolve libellum.

ADRIAN. HECQUETIUS, *in Scena rerum inverſa.*

Perlege quodcunque eſt memorabile. —— AUSONIUS.

Exit in immenſum foecunda *licentia vatum:*
Obligat hiſtorica *nec ſua verba fide.*

OVIDIUS, *Amor. Libr. III. Eleg. XII. v. 42.*
Conf. & Triſt. Libr. II. v. 265. & 355.

Egregios cumulare libros praeclara ſupellex:
Aſt unum utilius volvere ſaepe librum.

OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. LXIII.*

Fictum inter factumque parum diſtinguere curans;
Quidlibet ex quovis Ente *Poëta facit.*

IDEM, *Libr. ad Ed. Noël. Epigr. VIII.*

Lectio nimirum eſca animi eſt, quae ſi bona, prodeſt;
Si *mala* ſit, non parva *ſolet dare damna legenti:*
Non ſecus atque malus cibus eſt damnoſus edenti.

PALINGEN. *Capricorni v. 702.*

Quare non tutum eſt facile omnia credere cuivis,
Ille licet magni ſit nominis innumeraſque
Scribendo implerit nigra loligine chartas.
Magni ſaepe *viri mendacia magna loquuntur.*

IDEM, *Aquarii v. 513.*

Quisque ſuo ingenio fretus *nova fingere gaudet:*
Praeſertim *vates*, quibus eſt fiducia major. &c.

IDEM, *Librae v. 518.*

Sic rident *Muſarum hilari fucata colore*,
Quae de Cecropio *mendacia* fonte propinat (Lucretius).
Talia & hoſpitibus praebebat pocula Circe,
Littore in Auſonio, fugit quae cautus Ulyſſes. ——
Quem tenet illecebris captum *ſapientia mendax*,
Soligenae ſpernat *fallacia munera* Nymphae. &c.

MELCHIOR *Cardinalis* POLINIACUS,
Anti-Lucret. Libr. I. v. 62. & 73.

---

grana, perlecta *projice, ſicut paleas. Non enim, quae in libris continentur, ſunt credenda.* Haec ille. Sic demum enatum eſt: *neglige*, quod veteris alicujus Scholiaſtae fide; ad quem pariter provocat Daumius, adoptatum jam a Scriverio, nunc textui fere ubique videmus adaptatum. Pariſinus tamen recens retinuit antiquatum illud *perlege;* ſed ſenſus argutiam non percepit.

(XX.)

INTER CONVIVAS FAC SIS SERMONE MODESTUS;

NE DICARE LOQUAX, DUM VIS URBANUS HABERI.

Ἐν τοῖς συσσίτοισιν ἑταίροις νῆφε λόγοισι,
Μὴ λάλος, εὐτράπελος δοκέειν μεμαὼς, μάλ᾽ ἀκούῃς.

Say little at a Feaſt, leſt thou be nam'd
A Tatler, whilſt thou would'ſt be civil fam'd.

Bey Gäſten ſoll dein Wort auf ſittſam ſeyn ſich fleiſſen;
Daß deine Höflichkeit kein Plaudern möge heiſſen.

Zyt op een gaſtmaal ſtil en zedig in uw praat,
Op dat gy daar, voor heuſch, niet voor een ſnapper gaat.

Soïez modeſte à table: & ne prétendez guères
Au nom de beau Parleur, par excès de manières.

FLOSCULI POETICI.

Rupit Iarbitam Timagenis aemula coena,
DUM *ſtudet* URBANUS, tenditque diſertus HABERI.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XIX v. 15.*

Vel heri *in vino* quam *immodeſtus* fuiſti! — quam *moleſtus*,
Ut equidem, ita me di ament, metui quid futurum denique eſſet.

TERENT. *Heautont. Act. III. Scen. III. v. 7.*

[Quos binos, cum ſequentium aliquo, praeteritos forte a nobis, floſculos, ſedulitati acceptos referimus viri conſultiſſimi, Arntzenii, vid. Ejus ad h. l. not.]

Innocuos *cenſura* poteſt permittere luſus.

MARTIAL. *Libr. I. Epigr. IV. v. 7.*

Multaque, praeterea, *linguae* reticenda *modeſtae*.

OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. XIX. v. 63.*

Compoſito menſam decores ſermone, rogatus,
Exsortes paucis ſeria verba *jocis*.

SAMBUCUS, *Epigr. pag. 348.*

Temperet interdum laudata *ſilentia ſermo*:
Eſt reticere decus, *dicere* & *apta*, *decus*.

H. PORSIUS, *Tom. V. Delit. Germ.*

Nullos ſubſannes, ſi ſit prudentia tecum:
Vita incompoſitos riſus: *pauciſſima fare*;
NE DICARE LOQUAX, DUM VIS AFFABILIS eſſe.

P. ALES.

Vis ſapiens dici, *raro* & meditata *loquare*:
Saepe LOQUAX *verbis proditur* ipſe *ſuis*.

OWENUS, *Ethic. I. Epigr. LXXVI.*

Qui cito *praecipitat* velox, *ſine pondere*, *verbum*,
Errat: Dimiſſum non revocare poteſt.

IDEM, *in iisd. II. Epigr. II.*

Facundus non eſt, *qui multa*, *at qui bene*, *dicit*;
Ut nec foecundus, qui mala gignit, ager

IDEM, *Libr. III. Epigr. CXII.*

aro autem *loquere*: *Eſt* mentis *gravitate carentis*
ndicium *ſermo nimius*, *peccat*que *frequenter*
Multiloquus; verum parce, cauteque loquentes
Laudantur: *Decus eſt* ingens *prudentis in ore*.

PALINGEN. *Cancr. v. 772.*

(XXI.)

CONJUGIS IRATAE NOLI TU VERBA TIMERE:

NAM STRUIT INSIDIAS LACRYMIS, QUUM FEMINA PLORAT.

Τῆς ὀργιζομένης ἀλόχου μὴ δείδιθι φωνάς·
Εὖτε τὸ θῆλυ γοᾷ, δακρύοις ἵστησιν ἔνεδραν.

Thy angry Wife's tart Language do not fear;
When Women would deceive, they ſhed a Tear.

Wann deine Frau ſchon flucht / ſo frage nichts nach ihr:
Ein Weib ſo weint / bringt oft mit Threnen Liſt herfür.

Is uwe vrou geſtoort, 't zyn vlagen die haar plagen:
Wanneer ze huilt van ſpyt, legtze u door tranen lagen.

D'une Epouſe, en fureur, craignez peu les menaces;
Mais craignez de ſes pleurs les trompeuſes grimaces.

VARIANS LECTIO. *Conjugis iratae nolito v. t.* Vel magno placuit Eraſmo & Pariſino noſtro. Verum hoc *to* nihil minus quam abundare, dicendum eſt. Eſt enim quaſi qui dicat: illa, quum ſit mulier, agat ſane muliebriter; tu vero, vir, fac virum te praeſtes & muliebribus nil moveare ejulatibus. Porro ingenioſa Viri celeberrimi deque Catone noſtro meritiſſimi Henrici Cannegieteri eſt conjectura, primum ita refingendum eſſe verſum: *C. i. noli lamenta timere.* Quam ſatis jam celebravit ſuoque ex ingenio ulterius exornavit ipſi amiciſſimus Arntzenius. Sed, uti neque hunc clar. Virum neceſſitudo, ſic nulla nos cogit neceſſitas, a recepto propterea diſcedere textu.

Praeter-

FLOSCULI POETICI.

Semper habet *lites*, *alternaque jurgia* lectus,
In quo nupta jacet: minimum dormitur in illo.
Cum gravis illa viro, *tunc orba tigride pejor*,
Cum ſimulat gemitus, occulti conſcia facti:
Aut odit pueros, *aut* ficta pellice *plorat*, ——
Uberibus ſemper *lacrymis*, ſemperque *paratis*,
In ſtatione ſua, atque *expectantibus* illam,
Quo jubeat manare modo. Tu credis amorem!

JUVENALIS, *Sat. VI. v.* 267.

Quo non ars penetrat? *Diſcunt lacrymare* decenter:
Quoque volunt *plorant* tempore, quoque modo.

OVIDIUS, *de Art. am. Libr. III. v.* 291.

Ut flerent *oculos erudiere* ſuos. IDEM.

Didicere flere feminae in mendacium.

P. SYRUS, ed. Havercamp. *mim.* 155.

Aut *amat*, aut *odit mulier*, nihil eſt tertium. IDEM, *v.* 63.

Damnatus capitis, pedibus, manibusque revinctis,
Juſſus erat lenta morte perire ſenex.
Captivum Fauſtina diu, clamque ubere patrem
Conſervans, quondam filia, mater erat.
Cuſtodum ſuſpecta fides; ſuſpectaque haberi
Coepit fraus natae, vel pietatis amor.
Ergo ſagax Cuſtos, dum vidit ad ubera natae
Admotum patrem, ſic furibundus ait:
O vafrum ingenium! Notum *quid femina poſſit:*
Notum, quod MULIER NEC SINE FRAUDE PIA EST.

Venerabilis ſenex, amicus quondam ſingularis noſter, MELCHIOR DOUZEAIDANS, *Hortulo ſacro, Operi gallico,* Myſtere de la Croix, *ſubjuncto, ed. Hamb. ad m. a.* 1732. *p.* 246.

Si ſapis, artificem *fraudem*, laudemque *caveto*:
Femina fraude ſcatet; femina laude calet.

IDEM, *ibid. p.* 251.

Praeterquam enim quod lamenta timeat nemo, quae miſericordiam potius excitare ſoleant; elegans hic obſervanda gradatio eſt, quam vel in tranſitu & invitus fere jam laudat. ſenſit ipſe Arntzenius: *Verba*, quae nil niſi mera verba ſunt, vana & imbecilli tantum iracundia, nondum, ut poſtea, fletibus armata. Accedunt deinde, ut majoris momenti perículoſioresque, tanquam ſtratagemata, *lacrymae.* Denique univerſas quaſi copias in aciem producit, claſſicumque canit *ploratus.* Optime igitur cohaerent omnia: *Noli timere verba*, quae nihili ſunt: Simulat enim illa vel *lacrymis* & *ploratu*, nedum verbis. *Nam lachrymis ſtruit inſidias quum f. p.* Scriver. Pariſ. n. & alii. Alii contra: *Inſtruit inſidias lacrymis.* Multi, in quibus & recens Pariſinus: *Dum foemina plorat.* Nec ſic male.

(XXII.)

UTERE QUAESITIS, SED NE VIDEARIS ABUTI:

QUI SUA CONSUMUNT, QUUM DEEST, ALIENA SEQUUNTUR.

Τοῖς ἰδίοις κτεάτεσσι μόνον χρῶ, μὴ δὲ καλαχρῶ·
Τῶν ἰδίων δαπανηταὶ ἐπαιτοῦσι τὰ θύρηφι.

Uſe thine Eſtate, but make no wilful Waſte;
Who waſte their own, would others ſpend as faſt.

Brauch'/ ohne Mißbrauch doch/ das/ was du dir erworben:
Der ſchont kein fremdes Gut/ wer einmal ſelbſt verdorben.

Gebruik uw goederen, maar laat het misbruik ſtaan
Al wie zyn goedt verteert, taſt dat van andren aan.

Uſez de votre Bien, mais n'en abuſez pas:
De l'Indigence au vol il n'eſt ſouvent qu'un pas. Ou:

Sçachez vous faire honneur, ſans diſſiper vos Biens:
On cherche ceux d'autrui, aïant mangé les ſiens.

VARIANS LECTIO. *Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequentur.* Plerique Codd. & Editionum magna pars ita exhibuerunt, quas inter & Janſſoniana, quae a. CIↃ IↃ CXLVI. hac in urbe publicam prodiit in lucem. Nobiſcum tamen facit &, praeter ſolitum, Scriverius, Arntzenii Leidenſis tertius,

FLOSCULI POETICI.

Conveni hodie adveniens *quendam mei* loci hinc, atque *ordinis*,
Hominem haud impurum, itidem *patria qui abligurrierat bona.*
Video ſentum, ſqualidum, aegrum, pannis annisque obſitum.
Quid iſtuc, inquam, ornati eſt? Quoniam *miſer*, *quod habui*, *perdidi. Hem!*
Quo redactus ſum? Omnes noti me atque amici deſerunt.
Hic ego illum contemſi prae me: Quid, homo, inquam, ignaviſſime!
Itan' paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te eſſet tibi?
Simul conſilium cum re amiſti? *Viden' me*, ex *eodem* ortum *loco*?
Qui color, nitor, veſtitus, quae habitudo eſt corporis?
Omnia habeo, neque quidquam habeo: Nihil quum eſt, *nihil deſit* tamen. ——
Hoc novum *eſt aucupium*, *ego* adeo hanc *primus inveni* viam.
[Reliqua inde porro, jam dicta ſunt & citata alibi.]
Omnia aſſentari. *Is quaeſtus* nunc *eſt* multo *uberrimus.*
—— *Viden' otium & cibus quid faciat alienus?*

TERENTIUS, *Eunuch. Act. II. Scen. II. v. 4. & porro.*

Prodigus es; menſam alterius pinguemque culinam
Jejunus fruſtra *adſpicies*, *patrimonia poſtquam*
Abſumta, & *nimio* fuerint deperdita *luxu.*

PALINGEN. *Tauri v.* 525.

---

tertius, &, quas vir idem doctiſſ. optimae notae Editiones appellat, quibus & ipſe ſuâ acceſſit, & nos praeterea Neo-Pariſinum noſtrum adcenſemus Paraphraſten, qui certe non ſine Codd. auctoritate, Scriverii, a qua perpetuo abhorret, amplexurus fuerat ſententiam.

(XXIII.)

FAC TIBI PROPONAS, MORTEM NON ESSE TIMENDAM.

QUAE BONA SI NON EST, FINIS TAMEN ILLA MALORUM EST.

Γυμνάζου μὴ ταρβῆσαι θανάτοιο τελευτήν.
Ἥγ' ἐσθλὴ μὴ ἐοῦσα κακῶν πέρας ἐςὶ περ ἔμπης.

Reſolve, of Death no Fear is to be bad;
Which, though not good it ſelf, ends all that 's bad.

Nicht fürchte deinen Todt; er fordert Herz und Muth:
Der Böſes enden kan / iſt er ſchon ſelbſt nicht gut.

Stel vaſt, dat gy niet voor het ſterven vreezen moet.
De doot is 't eind van 't quaadt, al is zy zelf niet goedt.

Je vous rédis ceci, retenez-le bien fort:
La Fin de tous les Maux eſt une bonne Mort. *

* Scimus quidem, primo hoc in adſpectu contrarium poſſe videri Latini textus; cum non ſit revera. Sic enim argumentatur Noſter: „ Mors non formidanda, quia malum non eſt. Dixerim fere bonum. Quod tu ſi negas, „ (*quae bona ſi non eſt*, tuo ſenſu;) at negare non poteris: illam eamdem „ finem eſſe malorum. Ergo, hujus ſaltem reſpectu, non mala; ſed bona „ potius". Quod idem dicit atque nos Gallico hic idiomate.

FLOSCULI POETICI.

Fata manent omnes, omnes expectat avarus
    Portitor, & turbae vix ſatis una ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam:
    Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

PEDO ALBINOVANUS, *Ad Liviam. v. 357.*

Nec *mihi* mors gravis eſt, *poſituro morte dolores.*

OVIDIUS, *Lib. III. Metam. v. 478.*

Una tamen ſpes eſt, quae me ſolatur in iſtis:
    Haec *fore, morte mea, non diuturna mala.*

IDEM, *Triſt. Lib. IV. Eleg. VI. extrema.*

——— ——— *Hic levare functum*
    Pauperem laboribus,
Vocatus, atque non vocatus *audit.*

HORATIUS, *Lib. II. Od. XVIII. v. 38.*

Sit *modus laſſo* maris, & viarum,
    Militiaeque.

IDEM, *Lib. II. Od. VI. v. 7.*

Cui nivei mores, cui labis neſcia mens eſt,
    Finiet huic *moeſtos hora ſuprema dies.*

ERHARDUS WEIGELIUS,
Ethica naturali.

Omnes eodem pergimus. Vita omnibus
Data, pro miſeriis longa, pro curſu, brevis.
Feſſos labore ſola *mors donat rudi.*

GROTIUS, *Farragin. Lib. II.*

Mors introitus ad Vitam.

Confectus ſenio Phoenix ſe mittit in ignem,
    Ut propriis iterum pullulet exuviis.
Diſcite, Mortales, Parcarum ſpernere fila,
    Nam, quo vivamus, *vivere deſinimus.*

SCHOONHOV. *Embl. XLIV.*

VARIANS LECTIO, Quae hic occurrit, nullius prorſus momenti eſt, ut: *praeponas*, &: *finis tamen illa malorum.* Scriverius, jam ab Arntzenio propterea notatus, prius *eſt* in *ſit* tranſmutavit.

XXIV.

(XXIV.)

UXORIS LINGUAM, SI FRUGI EST, FERRE MEMENTO:

NAMQUE MALUM EST, NON VELLE PATI NEC POSSE TACERE.

Τὴν ἀλόχου γλῶσσαν χρηστῆς οὔσης ἀνέχεσθαι·
Δυσφορέειν σὲ κακὸν, γλωσσαλγεῖν δ' αὖ μὶν, ἐπαχθές.

Thy Wiſe's Tongue bear with, if ſhe thrifty be;
For not to bear, but brawl, is bad in thee.

Dein Weib / iſt's ſonſt nur fromm / laſs immer etwas ſagen:
Nichts ſchweigen iſt nicht gut; noch ärger / nichts vertragen.

Hebt gy een goede vrou, verdraag het geen zy zegt.
Haar niet te dulden, om haar ſnappen, is dat regt?

Vôtre femme babille: Eh bien! Laiſſez-la faire:
La nature l'a faite, } à ne pouvoir ſe taire.
Nature l'a formée, }

VARIANS LECTIO. *Namque malum eſt nil velle pati, nec poſſe tacere.* In pluribus ita invenit Codd. tum ſcriptis, tum aere excuſis, Arntzenius, quos & enumerat, ipſe tamen nobiſcum praeferens: *malum eſt non velle pati nec poſſe tacere.* Ipſius vero Leidenſis, quem vocat, tertius, itemque Scriverius:

FLOSCULI POETICI.

Lite fugant nuptaeque viros, nuptasque mariti,
Inque vicem credunt, rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet uxores: *Dos eſt uxoria, lites.*
Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor.

OVIDIUS, *Art. am. Libr. II, v.* 152.

Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ.
Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,
Πλείους ἐπεισφέρουσιν. ἡδονὴ δέ τις
Γυναιξὶ, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν. H. E.
Calumnioſum eſt omne *femineum genus;*
Minima ad profandum ſi data eſt occaſio,
Plus ſemper addit, inque coetu congrege
Magna eſt *voluptas, nil* grave & *ſanum loqui.*

EURIPID. *Phoeniſſ. v.* 205. &c. HUGONE GROTIO *Interprete.* Conf. & ejusd. ab Opitio, hoc ad Diſtichon, verſus citatos.

Nam *multum loquaces* merito *omnes* habemur,
Nec mutam, profecto, *repertam ullam* eſſe
Hodie *dicunt mulierem* ullo in ſeculo.
——— *Optuma, nulla* poteſt eligi: *alia alia*
Pejor, frater, eſt. ——— ———

PLAUTUS, *Aulularias Act. II. Sc. I. v.* 5 & 19.

Multa ex quo fuerint commoda, *ejus incommoda aequum eſt ferre.*

TERENTIUS, *Hecyrae Act. V. Scen. III. v.* 42.

Et *tibi ſi* qua *loquax, linguaeque volubilis, uxor*
Contigit, *ignoſcas; rara ſilere poteſt.*
Non tibi contingit ſoli: *communia ſexus*
Crimina, non cautae *garrulitatis; habet.*
Hoc illis *natura dedit*, ſtudiumque regendae
Prolis, & *ornandae cetera cura domus.*
Vos *decet haec tolerare*, Viri, *neque ducere magni.*
Diluite appoſito verba moleſta mero.

L. DE MEYER, *Lib. III. de Ira.*

rius: *nec velle* pati, *nec p. t.* Novus Pariſinus iterum produxit: *nil velle*, cum vetuſtioribus, ejusdem praeſertim loci, in eo conſpirans. Scaliger emendaturus ſic fuerat: *Namque malum eſt, te velle pati, hanc non poſſe tacere.* Durinſcule. Verum ſenſum indagamus in Hiſt. Crit. huj. loc.

XXV.

(XXV.)

AEQUA DILIGITO CAROS PIETATE PARENTES,

NEC MATREM OFFENDAS, DUM VIS BONUS ESSE PARENTI.

Ἀμφοτέρους ἀγάπησον ἴσῃ φιλότητι τοκῆας·
Μὴ προσκόψῃς μητρὶ, χαριζόμενος πλέα πατρί.

Thy Parents love, the one as well as th'other;
To pleaſe thy Father do not croſs thy Mother.

Sieh wohl zu/ daß du ſtets die Eltern gleiche liebeſt:
Entzeug der Mutter nicht/ was du dem Vater giebeſt.

Bemin uw' Ouders trou, gelyk uw Plicht gebiet.
Zoekt gy des Vaders gunſt; verſtoot de Moeder niet.

D'une égale amitié chériſſez Pere & Mere:
En offençant l'un d'eux, à l'autre on ne peut plaire.

VARIANS LECTIO. „ *AEqua diligitio &c.*] Ita Pithoeana Editio rectiſſime „. Vulgatae: *Dilige non aequa*; Mendoſiſſime. Quod ſequitur Planudes „. Sunt verba Scaligeri. Jam „ Pithoeanae, inquit Arntzenius, Editionis Lectio-
„ nem confirmant MSS. Codd. duo, Vet. Chart. & Membr. Voſſ. nec non
„ Editt. Franequ. & multae recentiores, auctoritate Scaligeri. Nos itaque,
„ ex

FLOSCULI POETICI.

Prima *piae ſoboli lex* eſt, *placuiſſe parenti.*

H. GROTIUS, *Farragin. Libr. II. in natal. Patris, v. 5. p. 209.*

Laus magna *natis*, *obſequi parentibus.*

PHAEDRUS, *in App. Fabb.*

Obſtupui, *ſubiit cari genitoris imago,*
Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. —— —— ——
—— —— —— *Genitor*, *quem* tollere in altos
Optabam primum montes, *primumque petebam.*
Mene efferre pedem, *genitor*, *te poſſe relicto*,
Speraſti? *tantumque nefas* patrio excidit ore?

VIRGILIUS, *AEneid. Libr. II. v. 560. 635. & 657.*

Ergo age, *care pater*, *cervici imponere noſtrae:*
Ipſe ſubibo humeris, *nec me labor iſte gravabit:*
Quo res cumque cadent, unum & commune periclum;
Una ſalus ambobus erit. —— ——

IDEM, *ejusd. v. 707.*

Quo deceat, *patrem quisquis veneratur* honore,
Puniet illius crimina nulla Deus.
Quique *colit matrem*, theſauros congeret auri,
Et ſibi magnificas accumulabit opes.

APHERDIANUS.

Praeſtes ipſe *tuis ita te majoribus* aequum,
Natos ut cupias eſſe aliquando *tibi.*

MEYERUS.

Qui cupis eſſe ſenex, *caros venerare parentes:*
Quae patri facies, filius illa tibi.

OWENUS, *Ethic. I. Epigr. XLI.*

Quis-

„ ex veſtigiis horum librorum atque ex expreſſa lectione Leidenſis tertii:

„ *Dilige non aequa caros pietate parentes:*

„ genuinum procul dubio dedimus". Largiter ad haec reſponſum eſt in Hiſtoria hujus Diſtichi Critica.

Quiſquis juſſa facit toto de corde parentum,
Et colit officium ſedulitate ſuum:
Huic optata Deus largitur munera, nec non
Obſcuro ignotum protrahit ipſe loco.

SCHELLENBERGIUS.

Clarior haud *natos ſequitur laus* ulla, *parentes*
Quam *ſi dilectos debito honore colant.*

ANON.

Cunctantes vorat ignis & undique torret avaros,
Conſequitur fugiſſe ratos & praemia captis
Concremat; haec nullis parſura *incendia* paſcunt,
Vel *ſolis parſura piis*; namque *optima proles*,
Amphinomus fraterque, pari ſub pondere fortes,
Cum jam vicinis ſtreperent incendia tectis,
Adſpiciunt pigrumque patrem, matremque, ſenecta
Eheu! *defeſſos*; poſuiſſe in limine membra.
Parcite, avara manus, dites adtollere praedas;
Illis divitae ſolae materque, paterque.
Hanc rapiunt praedam, mediumque exire per ignem,
Ipſo dante fidem, *properant.* O *maxima rerum*,
Et merito PIETAS *homini tutiſſima Virtus!*
Erubuere pios juvenes adtingere flammae,
Et quacumque ferunt illi veſtigia, cedunt.
Felix illa dies, illa eſt innoxia terrae!

CORNELIUS SEVERUS, *Aetnae v.* 618.

Qui, ſpretis opibus, *medios properaſtis in ignes*,
Nil praeter ſanctam tollere canitiem.

CLAUDIANUS, *de iiſdem*, Amphinomo & Anapo, *piis fratribus, Eidyllio poſtremo, v.* 29.

FINIS LIBRI TERTII.

201


DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM,
POËTICIS ADORNATA
FLOSCULIS.

LIBER IV.

PICTURAE MENS VERSIBUS EXPOSITA.

Natu *jam* major, *ſi vis animo eſſe beatus* (a),
Neglectas aliis ſuſpice divitias.
Suſpice, quae pariant manſuram in ſaecula laudem (b),
AEternum & durent, & ſine fine beent.
Suſpice Virtutes, & earum ſuſcipe bella,
Adverſus ſcelerum (c) *bella gerenda greges:*
Cum juſtis noli contendere (d); ſed fuge lites (e):
Exerce ſtudium (f); diſce, *docendo rudes* (g).
Quas virtute ſua ſapiens chorus occupat, arces,
Vir *bonus ac* fortis (h), *fac ut & obtineas.*
Has contra inſultus quosvis RETINERE MEMENTO:
In ſtatione mane (i): *Tu neque cede malis.*
Rejice, quae nemo ſanctus nec honeſtus *habebit* (k):
Te*que habeas ipſum* (l): Rem ratione (m) *rege.*
Fortunam *prudenter habe* (n); *ſed* cede potenti (o):
Ejus ſperne vices, inſidiasque cave (p).
Quae neglecta nocent, *in tempore* diſcute (q). *Telis*
Occurrens, ſana vulnera (r), linque metum (s).
Vita petenda *tibi* (t), *temnendaque tempore* Vita (u),
Nec temere fatum quaere (x), *fugaxve* time (y).
Crede mihi, qualis fueris, *quae ſigna ſecutus*,
Viceris, abnueris, proferet una dies (z).

(a) Diſt. I. (b) XIX. (c) XLVI. X. & XVII. (d) XXXIV. (e) XXX. (f) XXI. (g) XLII. (h) XII. (i) XXVII. & XLVIII. (k) IV. (l) XXXV. Conf. Hiſt. Crit. (m) III. (n) ibid. & XXXII. (o) XXXIX. (p) XXVI. it. XI. (q) IX. & XLV. (r) XL. (s) XLIII. (t) XV. & XXIV. (u) XXII. (x) XIII. (y) XXXVII. (z) XXVIII.



Rebus in adverſis * poteris vir fortis haberi. 5

PRAEFATIO.

SECURAM QUICUMQUE CUPIS DEDUCERE VITAM,
NEC VITIIS HAERERE ANIMUM, QUAE MORIBUS OBSUNT:
HAEC PRAECEPTA TIBI SEMPER RELEGENDA MEMENTO.
INVENIES ALIQUID, QUO TU TE UTARE MAGISTRO.

VARIANS LECTIO. *Securam quicunque cupis perducere vitam.*] Arntzenius, iis, quos ipſe indicat, auctoribus, aliis tamen & nobis pariter cum Scriverio relictis.

Traducere vitam] alii itidem multi ediderunt, nec male, quos novus cum antiquioribus ſui loci, ſequitur Pariſinus.

Nec vitiis haerere animos, qui moribus obſint.] Tum, certe, demum cum ſupra dicto dicendum eſt Arntzenio: *multa* hiſce *Praefationibus aliena ineſſe & inepta*, ubi cum eodem Viro Doct. ex tanta diverſitate ac variationum numero, cui nos inhaereamus ipſi, legendi modum, tam infeliciter elegerimus. Sic profecto omnia in iis hiulca erunt & diſſona atque inſipida.

Moribus obſint.] Nec ſic male in unico tantum obſervavit Cod. Arntzen.

Invenies aliquid, quo te vitare magiſtro. Sic vulgo in Editt. pleriſque. Sed bene monet Daumius, coactam eam eſſe lectionem. Alii: *in quo te utere magiſtro.* Vel: *in quo te utare magiſtro.* Veluti Opitius edidit. Multo pejus alii gloſſatores: *Quod te vitare magiſtro. Magiſtro* pro: *inſtruo, inſtituo*, tamquam Thema Verbi ut ſit accipiendum. It. alii: *quo tu vitare magiſtro.* Denique: *quo tute* vel *tu te utere magiſtro* ex quo Scriverius pro more, ſuâ, hic tamen non plane invita effinxit Minerva: *Quo vitae utare magiſtro.* Summa eſt, ut diſcat aliquando & *ſine cortice natare*, quod ajunt, tiro hiſce innutritus ſententiis.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὅς τις δὴ ϖοθέεις βίοτον διάγειν ἀτάρακτον,
Νοῦν δ' εἶναι ϖαθέων ἀμιγὴς τῶν ἤθεσιν ἐχθρῶν·
Τὰς δ' ὑποθημοσύνας συχνῶς μέμνησο ϖολῆσαι,
Οἷς ἔνι δήεις, τῶν σὺ διδάσκαλος ἔσσῃ ἑαυτῷ.

THE FOURTH BOOK.

Whoe'er thou art that fain would'ſt live ſecure
And not to hurtful Vice thy Mind inure,
Remember that theſe Rules thou often read,
Which in thy Courſe of Life may thee beſtead.

Das vierte Buch.

Sol deine Lebens-Zeit mit Furchte nicht beladen/
Und frey von Laſtern ſeyn/ die guten Sitten ſchaden.
So lerne dieſe Lehr' und denke wohl daran.
Hier iſt genug für dich/ was unterweiſen kan.

Wilt

HET VIERDE BOEK.

Wilt gy in ſtille ruſt doorbrengen al uw leven,
En dat op uw gemoedt geen vlekken zullen kleven,
Die ſtrekken zouden aan uw zeden tot bederf,
Herlees de leſſen, die 'k U voorſtel, meenigwerf.
Zoo zult ge u zelven tot een' meeſter kunnen ſtrekken,
Om uw gemoedt altydt tot deugden op te wekken.

Livre Quatrieme.

Toi, qui dans le repos prétends couler tes jours,
Sans que le Vice afreux vienne en troubler le cours,
Prâtique ces Leçons avec exactitude :
Toi-méme déviendras ton maitre en cette étude.

(I.)

DESPICE DIVITIAS, SI VIS ANIMO ESSE BEATUS:

QUAS QUI SUSPICIUNT, MENDICANT SEMPER AVARI.

Πλοῦτον ὑπερφρονέειν, εἰ λῇς νόον ὄλβιος εἶναι·
Κίμβικες ὃν ποθέοντες ἀεὶ πτωχοὶ τελέθουσι.

If thou would'ſt happy be, Riches deſpiſe;
Which they that doat upon, live Beggar-wiſe.

Nicht räume / liebſt du Ruh / zu viel den Gütern ein:
Wer ſie ſo gar hoch ſchätzt / muß ſtets ein Bettler ſeyn.

Laat u den rykdom toch niet al te veel behagen.
De ryke Gierigaart blyft beedlen al zyn dagen.

Fais peu-de-cas des biens, ſi tu veux vivre heureux:
Enſéveli ſous l'or, l'avare eſt toûjours gueux.
Ou: *eſt malheureux.*

VARIANS LECTIO. *Diſpice divitias*, &: *Quas qui ſuſcipiunt*, Mendoſe, &, ut ipſe ait ARNTZENIUS: *Prono dormitantium librariorum errore*, ſcriptum is invenit

FLOSCULI POETICI.

Semper avarus eget: Certum voto pete finem.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. II. v. 56.*

Creſcentem *ſequitur* cura *pecuniam*
Majorumque *fames*. —— ——

IDEM, *Libr. III. Od. XVI. v. 17.*

—— —— Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames? —— ——

VIRGILIUS, *AEneid. Libr. III. v. 56.*

Non opibus mentes hominum *curae*que *levantur*.

TIBULLUS, *Libr. III. Eleg. III. v. 21.*

Tantis parta malis, cura majore metuque
Servantur: *miſera* eſt *magni cuſtodia cenſus*.

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 303.*

Sed quo divitias, haec per tormenta coactas,
Cum furor haud dubius, cum ſit *manifeſta phreneſis*,
Ut locuples moriaris, egenti vivere fato?
Interea, pleno cum turget ſacculus ore,
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui non habet. —— ——

IDEM, *Ejusd. v. 135.*

Quid mihi divitiae, quarum ſi demeris uſum,
Quamvis *largus opum*, SEMPER EGENUS *ero*.

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v. 181.*

Quid tam ſollicitis vitam conſumimus annis?
*Torquemur*que metu, *coeca*que *cupidine rerum*,
AEternisque ſenes curis, dum quaerimus aevum,
Perdimus, & *nullo votorum fine beati*,
Victuros agimus ſemper; *nec vivimus* umquam?
*Pauperior*que bonis *quisque eſt, quò plura requirit:*
Nec quod habet numerat: tantum quod non habet, optat.

M. MANILIUS, *Libr. IV. Aſtron. v. 1.*

Condit avarus opes, defoſſoque incubat auro:
Per fas atque nefas *condit avarus opes:*
Unde habeat, nihil is curat, ſed oportet habere,
Et cito vult fieri dives, INOPS*que manet*.

REUSNERUS.

Qui *multis eget*, eſt, quamvis ſit DIVES, EGENUS.

HOLB. *Vid. ſequentem verſ. ſub fin. floſculor. prox. D.* p. 219.

invenit in ſuis illis optimae notae Codd. fere omnibus. Luculento ſatis documento, quam male iis perpetuo aut ubique fides ſit habenda.

(II.)

COMMODA NATURAE NULLO TIBI TEMPORE DEERUNT,
SI FUERIS CONTENTUS EO, QUOD POSTULAT USUS.

Ὠφελίαι φύσεως μαλ᾽ ἀνελλιπέες σοὶ ἔσονται,
Ἢν στέρξῃς κείνοις, τῶν περ χρεώ ἐστι βροτοῖσι.

Nature's Supplies will no Time fail to thee,
If thou with needful Things contented be.

Nie wird dir die Natur verſagen ihre Gaben/
Wann du nicht mehr begehrſt/ als was die Noth wil haben.

't Gemak voor uw natuur zult gy geen tyds ontberen,
Indien gy zyt te vreên met dat zy zal begeren.

Rien ne te manquera, ſi, pour te ſatisfaire,
Il te ſuffit toûjours du ſimple néceſſaire.

F L O S C. P O E T. R E L.

Non eſt in cupido, ſemper dicatur ut auri
Dives; & *in paucis dat bonus uſus opes.*
SAMBUCUS.

Quidnam deeſſe poteſt, modicus *ſi panis & unda*
Prandia, vel *coenas ſi* tibi *praebet olus?*
OWENUS, *Ethic I. Ep.* LXXXI.

Non eſt, crede mihi, multos qui poſſidet agros,
Dives: Sed *dives, cui ſatis unus ager.*
Ibid. Epigr. LXVII. *& paſſim.*

VARIANS LECTIO. *Si contentus eo fueris, quod tempora praebent.* Ita diſtinxerunt Scribae male ſeduli, quos in priore Hemiſtichio & novus ſecutus eſt

FLOSCULI POETICI.

Cur valle *permutem* Sabina
Divitias operoſiores?
HORATIUS, *Carm. Libr. III. Od. I. v. 47.*

Non ego divitias patrum fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita meſſis avo.
Parva ſeges ſatis eſt. Satis eſt, *requieſcere lecto*
Si licet, & ſolito membra levare toro.
TIBULLUS, *Libr. I. Eleg. I. v. 37.*

Cumque ſui parvos uſus NATURA *repoſcat*,
Materiam ſtruimus magnae per vota ruinae;
Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas;
Et ſummum cenſus pretium eſt, effundere cenſum.
Solvite, mortales, *animos*, curasque levate
Totque ſupervacuis vitam deplete querelis.
M. MANILIUS, *Aſtron. Libr. IV. v. 8.*

Eſt tibi *far modicum*, *purum* & ſine labe *ſalinum*.
Quid metuas? cultrixque foci *ſecura patella* eſt.
Hoc ſatis. —— —— —— ——
PERSIUS, *Sat. III. v. 25.*

Diſcite, quam *parvo* liceat *producere vitam*,
Et *quantum* NATURA *petat*. —— ——
LUCANUS, *Libr. IV. v. 377.*

Parvae *ruris opes ſufficiunt* brevis
AEvi curriculo: *Tolle ſuperfluas*
Rerum *delicias*, votaque finiat
Non inmenſus amor lucri;
Sed lex, quam *ratio praecipit* abſtinens.
Naturaeque tenor. Nil cupientibus
Voti *fructus adeſt.* —— ——
DOMINIC. BAUDIUS, *Libr. II. Od. VII. v. 49.*

Sperne Midae gazas, &, quod Pactolus arena
Volvit. Vileſcat, quidquid in orbe nitet.
Si tibi contingant, vitae QUAE POSTULAT USUS;
Iſta contentus ſorte, beatus eris.
Immodicae ſiquidem mentes mordacibus angunt
Divitiae curis, & mala multa docent.
Quae te non tangent: Veluti neque gloria mundi,
Si tecum reputes, eſſe caduca bona.
APHERDIANUS.

Contentus paucis eſt OPULENTUS, INOPS.
HOLBEN.

eſt Editor Pariſinus; ad reſtituendam, ſi diis placet, ſuo loco caeſuram: non obſervata, quae ſic periret, majore verſus elegantia.

(III.)

QUUM SIS INCAUTUS, NEC REM RATIONE GUBERNES,
NOLI FORTUNAM, QUAE NON EST, DICERE COECAM.

Εἰ τὰ σὰ μὴ φρόνιμος τις ἐὼν διέπεις ἀλογίστως,
Μὴ κίκλησκε τύχην τυφλὴν, τὴν μηδὲν ἐοῦσαν.

When thro' thy Fault Things go not to thy Mind,
Say not that Fortune, which is nothing, 's blind.

Verſieh'ſt du irgend was und ſchaueſt übel zu;
Schilt nicht auf's blinde Glück. Was iſt ſo blind / als du?

Verzuimt ge uw erfgoet, zyt ge ook reukeloos daar by,
Zoo noem Fortuin niet blint. Is zy 't zoo wel, als gy?

D'un ſens mal-aviſé victime téméraire,
Ne t'en prens point au Sort : Il n'eſt qu'une Chimère.

VARIANS LECTIO. *Noli Fortunam, quae nulla eſt, dicere coecam* Scaligeri emendatio haec talis fuerat, ſub conditione tamen, ut noſtri ea mens Auctoris

FLOSCULI POETICI.

Unus cunƈta moves, cauſarum maxima Cauſa.
Et *nihil eſt Fortuna*, *nihil quoque* denique *Caſus*,
Incertum quodcunque cadat, *niſi nomina vana*,
Quae ſumus infirmis commenti ſenſibus ipſi.

VIDA, *Hymno de* DEO. *p. m.* 11.

Nullum Numen habes, ſi ſit prudentia: *Nos te*,
Nos facimus, *Fortuna*, *Deam*, coeloque locamus.

JUVENALIS, *Sat. & ab Arntzen. citata*, *X. v.* 365. *& XIV.* 315.

Ex hominum *quaeſtu facta Fortuna* eſt *Dea.*
Κέρδος βρότειον τὴν Τύχην ποιεῖ θεόν.

PUBLIUS SYRUS, *Interprete Graec.* SCALIGERO, *Sentent.* 149.

Fortuna Jus in hominis *mores non habet.*
Τύχη βροτείων κῦρος οὐκ ἔχει τρόπων.

IIDEM *ambo*, *in Mimiambis Sentent.* 172.

Fortuna nulli plus, quam conſilium, *valet.*
Ὀυδενὶ τύχη δύναιτο τῆς βουλῆς πλέον.

EORUMDEM, *Sentent.* 174.

Exitus acta probat: careat ſucceſſibus, opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

OVIDIUS, *Heroid. Ep. II. v.* 85.

Clytaemneſtra. Ubi animus errat; optimum eſt, caſum ſequi.
Nutrix. COECA eſt TEMERITAS, quae petit CASUM DUCEM.

SENECA, *Agamemn. v.* 142.

Res bene ſuccedet, laeto neque fine carebit,
Conſilio regitur quae moderata bono.
Exitus infelix ſequitur *temeraria facta*,
Quae ſine Conſilio ſunt bene *coepta* parum.
Expedit in cunctis rebus, capere ante ſalubre
Conſilium, quam res adgrediare novas.
Nam ſine conſilio qui magna negotia demens
Accipit, hunc certe ſaeva pericla manent.

VRANIUS, *JCtus*, *in Conſiliis.*

Eſt opus ingenio: magnum ſollertia praeſtat;
Et *nihil imprudens*, quod *bene* fiat, *aget.*

SAMBUCUS, *p.* 228 *tit.* Occaſio mali praecavenda.

Sed *neque Fortuna* eſt quidquam, *niſi opinio vana:*
Quam merito ſpernis, vincis & ingenio.

IDEM, *p. m.* 21. *tit.* Fortuna Duce.

Auctoris fuiſſet. Mendoſior vero atque infortunatior iſta, quamvis audaciſſima Scriveri Correctio: *Noli Fortunam, quod non eſt, dicere cauſam.*

(IV.)

DILIGE DENARJUM; SED PARCE DILIGE FORMAM:

QUAM NEMO SANCTUS NEC HONESTUS CAPTAT AB AERE.

Φίλει μὲν, μετρίως δὲ φίλει, τὸ νομίσματος εἶδος,
Οὗ τινὸς οὐ σπουδαῖος ἀνὴρ διὰ χαλκὸν ἐρᾶται.

Love Money well; but love 't not for its Sight,
In which no honeſt Man takes much Delight.

Der Müntze Glanz und Zier ſchau / aber mäſſig / an:
Den Nutzen / nicht den Schein / beſieh't ein weiſer Mann.

Hou 't gelt in waarde, maar vergaap u niet aan 't gelt.
Wie wys is, heeft zyn hart noit op dien glans geſtelt.

N'abborrez point l'Argent: Il eſt bon, d'en avoir:
Mais nul Homme-de-bien ne l'aime, pour le voir:

VARIANS LECTIO. Quod ſi alicujus fidei Codicum addiceret aut non contradicendo ſaltem permitteret auctoritas, amarem, ſane, illo modo hoc efferri Diſtichon:

Dilige Denarjum; ſed parce. Dilige Famam,
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.

Bruta enim eſt divitiarum a bruta illa aeris vel metalli materia derivata, ab ejusque in nos redundans abundantiae opinione, gloria. Et avaritiae crimen, ut verae contrarium Famae fugiendum, jam ſuperius hic Noſter monuit. Sed multa & innumeris paene modis diverſa ubique Diſtichi lectionum eſt, quod tra-

FLOSCULI POETICI.

Perdidit arma, *locum Virtutis deſeruit*, *qui*
Semper in augenda feſtinat & *obruitur re.*

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVI. v. 67.*

Imperat aut ſervit *collecta pecunia* cuique,
Tortum digna ſequi potius, quam ducere, funem.

IDEM, *Ejusd. Libr. Ep. X. v. 47.*

Vilius argentum eſt auro, *virtutibus aurum.*
O Cives, Cives! quaerenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos. Nummos contemplor in arca.

IDEM, *Lib. I. Ep. I. v. 52.*

Tantalus a labris ſitiens fugientia *captat*
Flumina. Quid rides? Mutato nomine de te
Fabula narratur. Congeſtis undique ſaccis
Indormis *inhians*, & tamquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.
Neſcis, quo valeat nummus? quem praebeat uſum?

IDEM, *Libr. I. Sat. I. v. 67. Conf. & Libr. II. Sat. III. v. 109. & ſqq.*

Sed *quis nunc* alius, qua mundi parte *quis audet*
Argento praeferre caput, rebusque ſalutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam;
Sed vitio caeci *propter patrimonia vivunt.*

JUVENALIS, *Sat. XII. v. 48.*

Nunc modus hic agri noſtro non ſufficit horto.
Inde fere ſcelerum cauſſae: nec plura venena
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſaepius ullum
Humanae mentis vitium, quam *ſaeva cupido*
Immodici cenſus. Nam dives qui fieri vult,
Et cito vult fieri: Sed *quae reverentia legum,*
Quis metus, aut pudor eſt umquam *properantis avari?*

IDEM, *Sat. XIV. v. 173.*

Nul-

tractamus, varietas: Ut, quae earum, reliquis rejectis omnibus, potiori ſit jure amplectenda, vix tuto conſtet. Praecipuas tantum, nec niſi ſtrictim indicatas, in tranſitu quaſi perluſtrabimus. Sic vulgata fere illa dicenda eſt, quam ſequuntur, inde a Scaligero quam plurimi, ut & Janſſonii, & noſtratis Editio Opitii, nec minus, nuperrime adhuc Arntzenius & novus ille Pariſinus noſter, a nobis ſaepius jam in partes vocatus:

Dilige denari, ſed parce dilige, formam.

Sed ea minus placet, quoniam & ſic tamen ipſa diligenda pecuniae *forma* eſſet; non *uſus* tantum ejus: quae duo, quatenus perſpicimus, in mente Auctoris ſunt

Nullus enim magni ſceleris labor ——
Mentis cauſſa malae tamen eſt & origo penes te.
Nam *quisquis magni cenſus praecepit amorem*,
Et laevo monitu *pueros producit avaros*,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, *& totas effundit habenas*
Curriculo: quem ſi revoces, ſubſiſtere neſcit,
Et te contemto rapitur, metisque relictis.
Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum
Permittas: *Adeo indulgent ſibi latius ipſi.*
Cum dicis juveni ſtultum, qui donet amico,
Qui paupertatem levet, attollatque propinqui:
Et ſpoliare doces, & circumſcribere, & omni
Crimine divitias adquirere, quarum amor in te eſt.

Ejusd. Sat. v. 224. 226. *& ſqq.*

Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur unda:
Cum ſit *cauſſa mali* tanti, *& diſcriminis* hujus
Conciſum argentum in titulos, faciesque minutas.

[Qui verſus poſtremus jam a Scaligero ad hoc ipſum Catonis Diſtichon, ſed ex memoria tantum, citatus.]

IDEM, *Sat. ejusd. v.* 288.

Imo etiam *poena eſt, partis incumbere rebus*,
Quas cum poſſideas, eſt violare nefas.
Non aliter ſitiens vicinas Tantalus undas
Captat, & oppoſitis abſtinet ora cibis.

CORNELIUS GALLUS, *Eleg. I. v.* 183.

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur *Quid non mortalia pectora cogis,*
Auri ſacra fames? —— —— ——

VIRGILIUS, *AEneid. Libr. III. v.* 55.

—— —— *Quid* enim *ſalvis Infamia nummis?*

JUVENALIS, *Sat. I. v.* 48.

Quan-

ſunt quam maxime diſtincta. Antetulimus igitur ei antiquiorem lectionem: *Denarium*, ipſum ſcilicet, propter uſum, non *formam: Quam*, ut *ab aere* & pretio diverſam, aut in diſtinctione acceptam, *nemo* profecto *captabit*, qui *ſancti & honeſti* tueri nomen volet. Idem enim hoc mihi *captare ab aere* dictum videtur, ac illud, quod Philoſophi, iique Dialectici, dicturi forent: *A Materia abſtrahere*, &, ut ſeparatam quaſi ſeorſum ſpectare, rei *Formam.* Niſi quod talis *abſtractio Formae* in Pecunia, Stultorum eſſet, quod & revera vult Dionyſius noſter, non vero Sapientium, *non honeſtorum*, *neque ſanctorum* Virorum, qui vel auri gemmarumque ingentes oculo irretorto ſpectarent acervos, veluti eodem, ac Stoicus homo noſter, praeditus animo, de Sapiente ſuo praedicat Horatius.

Quandoquidem *inter nos ſanctiſſima divitiarum*
Majeſtas: etſi, *funeſta Pecunia, templo*
Nondum *habitas*, nullas nummorum ereximus aras,
Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quaeque ſalutato crepitat Concordia nido.

Eadem Sat. verſuque inde a 112.

At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis.
Aurum omnes, victa jam Pietate, *colunt.*
Aurea nunc vere *ſunt ſaecula:* plurimus *auro*
Venit honos, auro conciliatur amor.
Auro pulſa Fides, auro venalia jura:
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege *Pudor.*

PROPERTIUS, *Libr. III. Eleg. XI. v.* 47.

Ergo *ſollicitae tu cauſſa, Pecunia, vitae es.*
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia *pabula praebes.*
Semina curarum de capite orta tuo.

IDEM, *Libr. III. Eleg. V. v.* 1.

Vende animam lucro, mercare atque excute *ſolers*
Omne latus mundi, *ne ſit praeſtantior alter.*

PERSIUS, *Sat. VI. v.* 75.

Neu credas, ponendum aliquid diſcriminis inter
Unguenta & corium. *Lucri bonus eſt odor ex re*
Qualibet. Illa tuo ſententia ſemper in ore
Verſetur, Diis, atque ipſo Jove digna, Poëtae: (ENNII)
UNDE HABEAS, quaerit nemo, ſed OPORTET HABERE.
Hoc monſtrant vetulae pueris poſcentibus aſſem:
Hoc diſcunt omnes ante Alpha & Beta puellae.

Rurſum JUVENAL. *Sat. XIV. v.* 203.

Au-

Horatius. Ceterum ſequentem verſum iidem, qui ſupra dicti, (ſi recentem eorum numero eximas Pariſinum,) Scaligerum ſecuti in omnibus, ſic proferunt:

Quem nemo ſanctus, nec honeſtus captat ab aere.

Novus vero ille Paraphraſtes Gallus, hunc in modum:

Quam nemo ſanctus, nec honeſtus captat habere.

Alciatus utramque verſum, Daumio recenſente, ſic legit:

Dilige denarium, ſed parce: dilige formam,
Quam nemo ſapiens vel honeſtus captat ab aere.

Jacobus Magnus, ex ejusdem recenſione, ita citat, uti & nos dedimus, prio-

P

rem,

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa *potentius*,
Ictu fulmineo. ——— ———

HORATIUS, *Carm. Libr. III. Od. XVI. v.* 9.

Non animo *Pietas*, *non illi* occurrit *Honeſtas*,
Cui nihil inmenſo *dulcius eſt pretio*.

LANGIUS.

Methodus pecuniaria.

Magna quidem *virtus nummis* eſt *poſſe potiri*;
Scire uti, *major*; *maxima*, *velle frui*.

OWENUS, *Libr. ad R. Andoin. Epig.* LXXXVIII.

Dives.

Deterior fio, fieri *dum ditior* opto:
Major me fieri molior, *haud melior*.

IDEM, *Libr. ad Carol. Eborac. Epigr.* LXXXIII.

De vitiis & divitiis.

Nemo hominum vivit ſine crimine, ſive crumena:
Crimine rara ſuo plena *crumena caret.*

IDEM, *Libr. ad G. Sidley. Epigr.* LII.

Opes inviſae merito ſunt forti viro,
Quia *dives arca veram laudem intercipit.*

PHAEDRUS, *Libr. IV. Fab. XI. v.* 1.

Intolerabilius nihil eſt, quam *dives avarus*,
Quam *ſtultus locuples*, quam *fortunatus iniquus.*

PALINGEN. *Scorpii v.* 897.

O quam difficile eſt, opibus non tradere mores:
Quando *ſolent auro* tanta *ſubeſſe mala!*
Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur,
Sancta fides & opum luxurioſus *amor.*
Non facile eſt, coeli *locupletem* tangere limen.
Coecus inutilium quem *coquit ardor opum.*

REUSNERUS.

Eſt

rem. Qui & Sopholog. Libr. VI. Cap. XVIII. fol. 59. ſequentia addit: Illi enim parce denariorum formam diligunt, qui pro ſola *neceſſitate quaerunt. Sed* formam *illi deſiderant*, *qui denarios vendicant*, *non pro neceſſitate*, *ſed pro ſuperflua aviditate.* Haec usque huc & plura eo facientia e Barthio maximam partem depromſit Daumius. Porro Diſtichon ſic emendaturus erat Boxhornius:

Dilige denarium, *ſed parce dilige. Famam*
Nam nemo ſanctus vel boneſtus captat ab aere.

In hoc, ſi non audacter minus, certe minus infeliciter, ac in reliquis. Sed deſtituimur auctoritatibus, uti jam dictum ante. Refellit Boxhornium, ad libros MSS. ſerio provocantem, per jlocaliter dictum aliquod Arntzenius, neque negat tamen ipſe: Voſſii Conlationes, Leidenſem Cod. tertium, Codicem itid. Turicenſem & libros typis inpreſſos antiquiſſimos, ut Editt. Boill. Eraſm. Gryph. Corder. Cruc. aliasque praeferre *denarium* voci *denari*, quod & ipſe innuit, qui primus mutaſſe videtur, Scaliger. Sed neque in illius nos verba

Eſt via perplexis per longa meatibus antra,
Regia gemmatis qua panditur aurea valvis.
Ingentis Divae, paribus quae cum Jove ſummo.
Obtinet auſpiciis ſecti moderamina mundi. ——
Regina in mediis magnae penetralibus Aulae
Aurea tota, ſedet ſolio ſublimis in aureo,
Diffundens radiantem omni de corpore flammam.
Haec eſt *illa*, *cui famulatur maximus orbis:*
Diva potens rerum, *domitrixque* PECUNIA *fati*,
Telluris magnae Plutique ſacerrima proles.
Cujus adorati petierunt ſaepe Tyranni
Foedera, ſaepe ſuas ſpes damnavere repulſi.

JOANN. SECUNDUS, *Sylvarum Libr. I. Sylva I.*
Reginae Pecuniae *Regia*. v. 1. 25 & 32.

Multos praecipitans in aperta incendia cogit,
Nec patitur vitare focos, quibus *aeſtuat aurum*,
Quod petit arſurus pariter ſpeculator avarus.

PRUDENTIUS, *Pſychomachiae* v. 428.
in Avarit. & Largitatis pugna.

Nec parcit propriis *amor inſatiatus habendi.*
Pignoribus, *ſpoliat*que *ſuos* fames impia *natos*.

Ibid. v. 416.

Quis pectus *furor* ergo tuum percellit, *avare*,
Ut linquenda tibi ſic *bona*, laevus, *ames?*
Haec *fuge*, *quae ſervans*, ab eis *ſervabere nunquam:*
Serpentemque ſinu parce fovere tuo.
Perfidus hinc jam jam, procul hinc pellatur amicus;
Qui fugiente fugit proſperitate ſuum.

BILLIUS.

---

ba juravimus. Etiam Scriverio heic, quantum ad primum Diſtichi verſum, nobiſcum convenit; ſed ſequentem ei ita ſubnectit:

Qua nemo ſanctus nec honeſtus captat haberi.

Quam vero, quod & nos elegimus, pro *qua*, Scriverii, vel pro *quem*, Arntzenii, ex hujus ipſius recenſione: „ agnoſcunt Leidenſ. tertius & editi antiquiſſimi, ut Aug. Vind Euchar. Tremon. Pulmanni, Pariſienſes, Chouet, „ Florentinus, Boill. Eraſm. Gryph. & Cruc. " Haec ejus verba ſunt, quibus omnibus ipſe tamen nil praeter ſimplex aliud opponit: *Exiſtimo*. Denique, licet nec ipſe prorſus tueri audeat, Amici ſui, celeberr. Viri conjecturam, Cannegieteri; ingenioſiſſima ea tamen eſt, quaeque hic agmen claudat, digniſſima:

Dilige te ornari; ſed parce dilige formam:
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat habere.

Nemo ſaltem erit, qui huic elegantiſſimae laudem nomenque detraxerit PARODIAE.

(V.)

QUUM FUERIS LOCUPLES, CORPUS CURARE MEMENTO.

AEGER DIVES HABET NUMMOS; SE NON HABET IPSUM.

Ἀφνειὸς γεγονὼς, ἀμελὴς μὴ σώματος εἶναι·
Κέρμα ἔχει νοσέων γὰρ ὁ πλούσιος, οὐκ ἔχει αὐτόν.

Make much of one, when thou haſt Store of Pelf:
A rich Man ſick hath Caſh, but not himſelf.

Haſt du viel Geld und Gut / ſo wart' und pflege dich.
Ein Reicher Kranker hat die Heller / und nicht ſich.

Bezorg in ziekte uw lyf, hebt gy veel gelt byeen.
Wat baat u 't gelt, als u 't gebruik is afgeſneên?

Servez vous de vos biens dans les béſoins du Corps:
Un Malade n'a rien, eût-il tous les tréſors.

SATURA FLORUM ALTERA.

Si ventri *bene*, ſi lateri *eſt*, pedibusque tuis, *nil*
Divitiae poterunt regales *addere* majus.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XII. v.* 5.

Si noles ſanus, curres hydropicus. ——

IDEM, *Libr. I. Ep. II. v.* 34.

Non domus & fundus, non aeris *acervus* & *auri*
AEgroto domini *deduxit corpore febres*,
Non animo curas. *Valeat poſſeſſor* oportet,
Si comportatis *rebus bene cogitat uti.*

Ejusd. Epiſt. v. 47.

VARIANS LECTIO *AEger dives habet nummum; ſed non habet uſum.* Rarior Lectio, & fortaſſe Weitzii tantum Conjectura. *Sed non habet ipſum.* Ita paullo antiquiores legerunt & ipſe quoque Eraſmus, qui tamen feliciore multo

FLOSCULI POETICI.

Qui nummos aurumque *recondit*, neſcius uti
Compoſitis, metuensque *velut* contingere ſacrum;
Si quis ad ingentem *frumenti* ſemper *acervum*
Porrectus *vigilet*, cum longo fuſte, *neque* illinc
Audeat eſuriens dominus *contingere granum*,
Ac potius *foliis* parcus *veſcatur amaris*;
Si poſitis intus Chii veteriſque Falerni
Mille cadis, (nihil eſt,) tercentum millibus, acre
Potet acetum; age, ſi & ſtramentis incubet,
Undeoctoginta annos natus, cui ſtragula veſtis,
Blattarum ac tinearum epulae, putreſcat in arca:
Nimirum inſanus paucis *videatur*, eo quod
Maxima *pars* hominum *morbo jactatur eodem.*
Filius, aut etiam haec libertus *ut ebibat heres*,
Dîs inimice ſenex, cuſtodis, ne tibi deſit?
Pauper Opimius argenti poſiti intus & auri,
Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis,
Quondam *lethargo* grandi *eſt oppreſſus*: ut heres
Jam circum loculos & claves laetus ovansque
Curreret. *Hunc medicus* multum celer atque fidelis
Excitat hoc pacto: Menſam poni *jubet*, atque
Effundi ſaccos nummorum: accedere plures
Ad numerandum. *Hominem ſic erigit*: addit & illud:
Ni tua cuſtodis, avidus *jam haec auferet heres.*
Men' vivo? Ut vivas igitur, vigila. Hoc ago: Quid vis?
Deficient inopem *venae te, ni cibus* atque
Ingens *accedat* ſtomacho fultura ruenti.
Quid ceſſas? Agedum, ſume hoc ptiſanarium oryzae.
Quanti emtae? *Parvo.* Quanti ergo? *Octo aſſibus.* Eheu!
Quid refert, morbo, an furtis pereamque rapinis?
Quisnam igitur ſanus? Qui non ſtultus. *Quid avarus?*
Stultus & inſanus! ——— ———

HORATIUS, *Libr. II. Sat. III. v. 109. & 142.*

Ultra haec *nitendum, ut vivamus corpore ſano:*
Quippe *valetudo* eſt *cenſu praeſtantior* omni.
Robuſtus foſſor rege eſt *felicior aegro.*

PALINGENIUS, *Leonis v. 753.*

multo conjectura, veram, ſuo ex ingenio, jam adſecutus lectionem eſt, quam & confirmant Codd. Adi eos enumerantem Arntzenium. Audacior itemum Scriverii, utque adſolet, & ipſa mera tamen conjectura:

Dives habet nummos, aeger ſe non habet ipſum.

FLOSCULI POETICI.

Nimium ipſe eſt durus, praeter aequumque & bonum:
Et errat longe, mea quidem ſententia,
Qui *imperium* credat gravius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.
Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum:
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet;
Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit:
Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit:
Studet par referre: praeſens abſensque idem erit.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,
Sua ſponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus intereſt. *Hoc* qui nequit,
Fateatur neſcire *imperare liberis.*

TERENTIUS, *Adelph. Act. I. Scen. I. v.* 39.

Clit. Immo ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc nihil magis
Vereor, quam ne quid in illum *iratus* plus ſatis faxit *pater.*
Chr. Fortaſſe aliquantum *iniquior erat*, praeter ejus libidinem;
Pateretur: Nam *quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?*
Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex hujus, vivere?

IDEM, *Heautontimor. Act. I. Scen. II. v.* 23. *&* 27.

Si tibi ſunt duri, *tolerando vince parentes:*
Si faciles, curam, ne moveantur, habe.

AULAEUS.

Cur virgam fugitis, *juvenes, frenumque timetis?*
Cum tot ab *his* artes ipſe *docetur equus.*

WEIGELIUS, *Ethica naturali.*

Ne (quaeſo) tremulo *Patri reſiſtas.*
Eſt moroſior, eſt avariorque,
Sed *hos canities*, petita cunctis,
Adducit comites perenne *ſecum.*
Qualis qualis erit, tamen *ferendus*
Eſt tibi, potius modeſtus ipſum,
Quam perverſus & obſtinatus, audi.

SCHOONHOV. *Embl. XL. ſ. ſ.*

Cl. Arntzenii, in iſtas quaeſtiones erumpentis: Sed quid *imperium* ad *verbera?* qualis haec oppoſitio? Sic, ratione duce, reſpondeo: Oppoſitio, ſane, liquida, quaeque in ipſos incurrat ſenſus, haec eſt: inter *verbera* paedagogi & parentis *verba*, ſed verba iracundiae aliquanto pleniora, quam aequitatis, & quae *imperium* magis ac tyrannidem, quam paternam prae ſe ferant indulgentiam. Exempla nobis ejus rei ipſe ſuppeditat Arntzenius, quae vide ſupra in floſculis.

(VII.)

RES AGE, QUAE PROSUNT: RURSUS VITARE MEMENTO,

IN QUIBUS ERROR INEST, NEC SPES EST CERTA LABORIS.

Πράττε τὰ ὠφελέοντα, πάλιν δέ γε ταῦτα φυλάσσου,
Οἷσι ὕπεστι πλάνη, μόχθοιο δὲ κῦβος ἄδηλος.

Look after Things of Profit, and eſchew
Thoſe apt to Errors, whence no Good enſue.

Was nützlich iſt das thu' / und meide ſolche Sachen /
Die voll von Irrthum ſind / und falſche Hoffnung machen.

Bedryf wat nutbaar is: Onthoud u weêr van zaken,
Die zonder overleg de hoop onzeker maken.

Fais ce, qui te procure un légitime Fruit:
Abandonne le Reſte, &, ſur tout, ce qui nuit.

VARIANS LECTIO. *In queis error ineſt*: Binae Amſtelodamenſes Editt. ut, ſuperiore ſaeculo Janſſoniana, & nuperrime Arntzeniana. Quae poſterior tamen, & noſtrae his verbis cauſſae ipſa adteſtatur: IN QUI-

BUS

FLOSCULI POETICI.

Turpe eſt, *difficiles habere nugas*,
Et *ſtultus labor* eſt *ineptiarum.*

MARTIAL. *Libr. II. Epigr. LXXXVI.*
quod & Daumius h. l. citat.

Nonne placet *melius*, *certis confidere rebus?*
Eventus varios res nova ſemper habet.

CORNEL. GALLUS, *Eleg. II. v. 51.*

Certum eſt ad frugem applicare animum: quanquam ibi animo.
Labos grandis capitur. *Boni* ſibi haec *expetunt*: *rem*, *fidem*, *honorem*,
Gloriam & gratiam: hoc probis pretium eſt. ——

PLAUTUS, *Trinum. Act. II. Scen. I. v. 34*

Eſt modus in rebus, *ſunt certi* denique *fines*,
Quos ultra, *citraque nequit conſiſtere rectum.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. I. v. 106.*

Niſi utile eſt, *quod facimus*, ſtulta eſt gloria.
Nihil agere, quod non *proſit*, fabella admonet.

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. XVII. v. 12.*

Quae *bona ſunt facito*: *fuge* quae *mala* cumque videntur;
Maxima quaeſitae commoda pacis habes.

EOBAN. HESSUS, *in Paraphra. Pſalmi XXXIV. v. 15.*

Capeſſe recta, *curva vita*, dilige
Tranquilla pacis otia.

BUCHANANUS, *ad eumdem textum*, *verbis paucioribus*;
ſed brevius adhuc Hebraica veritas: סור מרע ועשה־טוב

Quis non *eſſe* putet *ſtultum*, *qui rebus omiſſis*
Utilibus propriisque, aliena & *inania quaerit?*

PALINGENIUS, *Virgin. v. 575.*

Stulti ſunt, qui *pro certis incerta ſequuntur*,
Et qui, *pro dubiis*, quae ſunt *manifeſta*, *relinquunt.*

IDEM, *Gemini*, *v. 164.*

Seria ne ludis poſtponas, *commoda damnis*.
Quod ſupereſt rerum ſic ut egenus, habe.

SAMBUCUS, *tit.* Voluptas aerumnoſa. *p.* 118.

Ingenti ſtudio componit *aranea* telam,
Et tamen a cunctis *ſpernitur* illud opus.
Sic magnas *magno promis molimine nugas*
Dum vigilas ſtudiis, vane *Sophiſta*, tuis.

SCHOONHOVIUS, *Emblem. LXIV.*

BUS *habent Editiones omnes antiquas*, quarum deinde, praeter duos MSS. Codd., ſex numero recenſet. Sufficit is nobis. Namque & hic *turpis labor eſt ineptiarum.*

(VIII.)

QUOD DONARE POTES GRATIS, NE VENDE ROGANTI:

NAM RECTE FECISSE BONIS, IN PARTE LUCRORUM EST.

Μὴ πώλει αἰτοῦντι, τὸ δοῦναι προῖκα δύναιο·
Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ δρᾷν μέρος οὐ βραχὺ κέρδεος ἐςί.

Give at once asking what you ſafely can;
It's Part of Gains to help an honeſt Man.

Was du verehren kanſt / das gib / erſucht / dahin
Ohn Geld: Dann gutes thun den Guten / iſt Gewinn.

Het geen gy ſchenken kunt, zoek daar geen voordeel in:
Den goeden goedt doen, is te reek'nen voor gewin.

Pouvant donner gratis, n'expoſez rien en Vente:
Faire du bien aux Bons, eſt la plus ſûre Rente.

VARIANS LECTIO. *Quod donare potes, gratis concede roganti.* Haec ſe probavit lectio noviſſimis Editoribus, & Pariſino illi Abbati, Salmoni & Arntzenio Rectori: De qua jam ante monuerat Scaliger: „ Haec eſt, inquiens, „ vulgata lectio, & quidem inepta, quae impoſuit metaphraſtae (Graeco ſcil. „ Planudi.) Pithoeana optime: *ne vende roganti*". Sic ille. Cui, in majorem rei fidem, quamvis ſibi ipſe contrarius, ſequentia Arntzenius adnectit: „ *Ne* „ *Vende* exhibet quoque Coll. Voſſ. Vet. Reg. ut & Editiones quaedam re- „ centiores". Antiquis adſcribit alteram, de Codicibus tamen quibusdam ipſe

FLOSCULI POETICI.

Quod *bonis* bene *ſit beneficium*, *gratia ea gravida eſt bonis.*
PLAUTUS, *Captiv. Act. II. Scen. II. v.* 108.

Nil negat, & *ſeſe vel non poſcentibus offert.*
CLAUDIANUS, ſed ironice, *in Eutropium Libr. II. v.* 365.

Obvia *pauperibus ſit tua larga manus.*
APHERDIANUS, *Tom. I. Delit. Poët. Belg.*

Munera ſi *gratis dederis*, ſi *laetus* amicis,
Tollet divitias has tibi nulla dies.
OWENUS, *Ethicor. & Politicor. I. Epigr. LXXXVII.*

Qui bene *divitias inopi donabit* amico,
Hic *omni* felix *tempore dives erit.*
Ille Deo ſimilis, qui dat bene munera laetus:
Qui repetit foenus, foenoris officio eſt.
Nullum majus *erit lucrum*, quam *paſcere egenos:*
Foenore nam *grandi centupla dona feres.*
IDEM, *ibid. Epigr. LII. LXXXIV. & LXXXV.*

Munera ne *numera*, miſeris quaecumque dediſti:
In coelis *numerat*, *munerat* illa Deus.
IDEM, *Libr. ad Car. Eborac. Epigr. LXXIII.*

Divitias aliis ſi quis communicat amplas,
Non ſit pauperior, *ſtatque benigna manus.*
Diſpereant, quorum nummi pro numine habentur,
Viciniſque negant omine fontis aquas.
SAMBUCUS, *tit.* Benignitas. *p.* 37.

Dandi ſaepe *modus facit*, ut *graviora repulſis*
Munera ſint nobis ac benefacta tua.
ANON.

AEnigma.
Dic mihi quid majus fiat, quo plurima demas?
PONTANUS, *interrogabat* (a).

Quo tibi plus demas, *laus* tua *major* erit.
Reſpondebimus nos,

(a) Cui reſponſum tunc erat ab amico:
Pontano *demas carmina*, *major erit.*

ipſe dubius. Alii ejus Codd. cum Scriverio: *praeſtare* donandi verbo praetulerunt. Porro: „Quid *donare* ſit, ait, ſcio; non autem, quid *gratis donare*". Mirum, per quem a Summis donantur Brabeutis, & gratis donantur, tot ſemeſtria adoleſcentibus praemia, cum ipſum *gratis donare* ignorare: Quaſi omnis jam e Latio proſcriptus eſſet Pleonaſmus. *In parte luctuoſum eſt.* Licet a quinque ſervatum Codd. totidemque & pluribus non infimae notae Editionibus, merito tamen proſcribendum eſt.

IX.

(IX.)

QUOD TIBI SUSPECTUM EST, CONFESTIM DISCUTE, QUID SIT.

NAMQUE SOLENT, PRIMO QUAE SUNT NEGLECTA, NOCERE.

Ἥν τι ὑποπτεύησθα, παραυτίκα τοῦτο ἔταζε·
Καί γ' εἴωθε τὸ μὴ πρώτως βασανισθὲν ἀᾶσαι.

Search quickly what it is, that thou ſuſpecteſt;
Things oft do Harm, which thou at firſt neglecteſt.

Durchgründ' es ohngeſäumt / was dir verdächtig ſcheint:
Oft wird / was erſt verlacht / zu ſpät hernach beweint.

Is u een zaak verdagt, verneem ſtrak wat die zy:
Verzuimt gy 't in 't begin, het brengt u ſchade by.

Tâchez d'aprofondir, ſans délai, tout Soupçon.
Souvent eſt un grand Mal, ce qu'on eſtimoit bon.

FLOSCULI POETICI.

Dum licet, & modici tangunt praecordia motus;
Si piget, in primo limine ſiſte pedem.
Opprime, dum *nova* ſunt, ſubiti mala *ſemina morbi*,
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Nam *mora dat vires:* teneras mora percoquit uvas,
Et validas ſegetes, quae fuit herba, facit.
Quae praebet latas *arbor* ſpatiantibus umbras,
Quo poſita eſt primum tempore, *virga fuit.*
Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli;
Nunc *ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.*

OVIDIUS, *Remed. Libr. I. v.* 79.

Principiis obſta: ſero medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.
Sed propera: nec te venturas differ in horas.
Qui non eſt *hodie, cras minus aptus* erit.

Ibid. v. 91.

Stultorum incurata *pudor malus ulcera celat.*

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVI* v. 24.

Helleborum fruſtra, cum jam cutis aegra tumebit,
Poſcentes videas: *venienti occurrite morbo.*
Et quid opus Cratero magnos promittere montes?
Diſcite, *ô miſeri*, & *cauſſas cognoſcite rerum.*

PERSIUS, *Sat. III. v.* 63.

Quae *nocitura* putas, *cobibe:* nam Occaſio calva eſt,
Seroque praeviſis ſaepe *feneſtra patet.*

SAMBUCUS, *tit.* Remedium tempeſtivum. *Pag.* 51.

In minimis etiam vis eſt: *mora* quaelibet *ingens*,
Nî videas, praeter ſpem *remoratur opus.*

IDEM, *tit.* Nihil negligendum. *p.* 103.

Ubi quid *timetur, cautio nunquam nocet.*

MURETUS, *in Jul. Caeſ.*

X.

(X.)

QUUM TE DETINEAT VENERIS DAMNOSA VOLUPTAS,

INDULGERE GULAE NOLI, QUAE VENTRIS AMICA EST.

Εἰ κάτοχος δελέασσιν ἐνίσχῃ τῆς Ἀφροδίτης,
Μαργοσύνῃ μὴ νικῶ ἑταίρῃ τῶν ὑπὸ γαςρί.

Wen unto Venery thy Thoughts do tend,
Take heed of Gluttony , thy Belly's Friend.

Nicht ſchwelge / wann dich nicht die Venus ſoll verſehren:
Der Kehle Lüſternheit pflegt Fleiſches-Luſt zu nähren.

Indien gy voelt uw hart door Venus luſt beheeren,
Zoo zyt niet gulzig, dat den welluſt zou vermeeren.

Vivement aſſailli par la Concupiſcence,
Dans la Sobrieté cherchez la Continence.

VARIANS LECTIO. *Ventris damnoſa voluptas.* Scriverius, & quae ſequuntur: *Veneris damnoſa voluntas.* Aut: *damnoſa libido.* Singulariæ tantum quaedam exempla habent. Ceterum de vocibus: *Ventris amica* conjecturam Scali-

FLOSCULI POETICI.

Non haec *immodico contraxi damna Lyaeo.*
Scis, mihi quam ſolae paene *bibantur aquae.*
Non epulis oneror. ——— ——— ———
Nec vires adimit VENERIS DAMNOSA VOLUPTAS.
Non ſolet in moeſtos illa *venire* toros.

OVIDIUS, *Libr. I. de Ponto, Eleg. XI. v.* 29. *&c.*

Sperne voluptates: *nocet emta dolore voluptas.*

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. II. v.* 55.

Eſt virtus, placitis *abſtinuiſſe* bonis.

OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. XVII. v.* 98.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer: ſudavit & alſit:
Abſtinuit Venere & vino. ——— ———

HORATIUS, *Art. Poët. v.* 412.

Verbum, hercle, hoc verum erit:
SINE CERERE ET LIBERO FRIGET VENUS.

TERENTIUS, *Eunuchi Act. IV. Scen. V. v.* 6.

Ergo *vita* animi *eſt*, in primis *ponere* turpi
Fraena voluptati & VENTREM VENEREMQUE *domare.*

PALINGENIUS, *Capric. v.* 684.

Nox & AMOR, VINUMQUE nihil moderabile ſuadent:
Illa pudore vacat, LIBER AMORQUE metu.

OVIDIUS, *Am. Libr. I. Eleg. VI. v.* 59.

*Vina*que cum *bibulas ſparſere Cupidinis alas*:
Et VENUS *in* VINIS, *ignis in igne fuit.*

IDEM, *Art. am. Lib. I. v.* 233. *&* 244.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:
Uno namque modo VINA VENUSQUE nocent.

Ex notis ad h. Diſt. ARNTZENIANIS.

Vipera jejunis hominum *conſperſa ſalivis*
Expirat, medicis ſi ſit habenda fides.
Sic *laſciva caro, ſi tractes durius* illam,
Concidet, & Mentis *ſub juga colla dabit.*

SCHOONHOV. *Embl. LVII.*

Scaligeri, ne dicam futilem, aſt inutilem, merito removit, meaque pariter ex ſententia, rectiſſime confutavit Arntzenius, quem, ſi lubet, adi.

(XI.)

QUAE TIBI PROPONAS ANIMALIA CUMQUE TIMERE;
UNUM PRAECIPIO TIBI PLUS HOMINEM ESSE TIMENDUM.

Εἰ φρεσὶ σῇσιν ἄρηρε τὰ θηρία πάντα φοβεῖσθαι·
Τρέσσαι ἕν᾽ ἄνθρωπον κέλομαι περιώσια πάντων.

When thou doſt think to fear all Beaſts there 's Need,
I charge thee, that of Man thou take great Heed.

Was du geſonnen ſeyſt zu ſcheuen vor ein Thier;
So ſiehe ſonderlich dich vor dem Menſchen für.

Laat u, wat dier het zy, nog zoo verſchriklyk wezen:
Bevat gy 't wel, de menſch alleen is meer te vreezen.

Des tigres & lions, loups raſſemblés: en Somme,
De tous les Animaux le plus à craindre, eſt l'Homme.

VARIANS LECTIO. Mutilum erat, ex omnium conſenſu doctorum Virorum, hocce Diſtichon. Quum igitur neceſſario aut plane expungendum eſſet, id quod jam voluerunt alii, aut aliqua ratione caſtigatum, ſaniori reſtituendum ſenſui; Vidimus id poſterius commode effici poſſe, ope unius voculae: *Quaecumque*, per Tmeſin, quae ſolemnis ipſi eſt, diviſae. Ita retinuimus, condemnatum jam ad ſpongiam, a doctiſſimis Viris, rei quaſi difficultate abſterritis, quae certe tanti non erat, ut de ejus correctione prorſus eſſet deſperandum. Ceterum abſurditatem lectionis vulgatae, quae erat:

Quum tibi proponas animalia cuncta timere

Jam ante nos Vir praeclarus oſtendit, Otto Arntzenius: „ Si cuncta, inquiens, ergo etiam animalia meticuloſa & fugientia humanum conſpectum,
„ ut

FLOSCULI POETICI.

Cervus nemoroſis excitatus latibulis
Ut venatorum fugeret inſtantem necem;
Coeco timore proximam villam petit,
Et opportuno ſe bovili condidit.
Heic bos latenti: Quidnam voluiſti tibi,
Infelix ultro qui ad necem cucurreris,
Hominumque tecto ſpiritum commiſeris!

PHAEDRUS, *Libr. II. Fab. VIII. v. 1.*

—— Cruor & validis in nos directa lacertis
Oſtendunt aliquem, tela: FUISSE VIRUM.
BRUTA licet ſoleant ANIMALIA jure TIMERI:
OMNIBUS EST ILLIS PLUS METUENDUS HOMO.

AVIENUS, *Fab. XVII. v. 17.*

Homo ſemper in os fert aliud, *aliud cogitat.*
Ἄνθρωπος ἄλλο φθέγγετ' ἄλλο δ' ἐννοεῖ.

P. SYRUS & SCALIGER.

Pernicies homini quae *maxima? Solus homo* alter.

BIAS *Prieneus, ap.* AUSON. *in VII. Sapp.*

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:
Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris? ——

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. II. v. 32.*

Quid referam, quot *damna homini* perſaepe *venire*
Culpa hominum ſoleant? Adeo, ut *fera nulla magis* ſit
Formidanda illi, quam ſemine natus eodem.

PALINGENIUS, *Virgin. v. 789.*

„ ut lepores, aviculas, a quibus ne quidem puellae & pueri metuunt". Ea vero jam corruit, ubi legimus: *Quaecunque tibi timere proponas*, vel, ut eſt in quibusdam Codd. *praeponas.* Sequentem verſum alii ita dederunt:

Unum hominem tibi praecipio plus eſſe timendum.

Male, nam ſic Emphaſis foret in vocibus: *unum hominem*, quaſi de unico ſermo eſſet. Uti fere Graece reddidit Scal. „ Aliter Scriverius: *Unum percipies* „ *h. p. e. t.* Qua auctoritate neſcio: (iterum ſunt verba noſtri hic omnino „ Arntzenii:) hoc ſcio, ubique Auctorem meum praecepta praeſcribere, non „ autem, quid rerum uſus doceat, monere. — *At, hercule, homini plurima ex* „ *homine ſunt mala.* Veriſſime!" Et, ſi *veriſſime*; quare tam facile abjiciendum Diſtichon erat, idem prorſus dicens?

(XII.)

QUUM TIBI PRAEVALIDAE FUERINT IN
CORPORE VIRES,
FAC SAPIAS: SIC TU POTERIS VIR FORTIS
HABERI.

Ἢν σοι ἐνακμάζῃ στιβαρὸν σθένος ἐν μελέεσσιν,
Τοῦ φρονέειν μελέδαιν'· οὕτως ἀνδρεῖος ἀκούσεις.

If thou in Strength of Body doſt ſurmount,
Be wiſe; thus Men will valiant thee account.

Biſt du von Leibe ſtarck/ ſo ſey auch klug von Sinnen:
So wirſt du recht ein Mann geheiſſen werden können.

Zyt gy van lichaam ſterk en ongemeen van krachten,
Zyt wys, zoo zal men u met recht voor dapper achten.

D'un tempérament fort ſi vous ſentez l'Effet;
Joignez-y la Sageſſe, & vous ſerez parfait.

VARIANS LECTIO. *Fac ſapias animo poteris ſic fortis haberi.* In paucioribus. Al. *Fac ſapias animo, & poteris vir fortis haberi.* Utraque tamen notatu digna.

FLOSCULI POETICI.

Quippe *manu fortes* (nec ſunt tibi Marte ſecundi)
Conſiliis ceſſere meis. Tibi *dextera bello*
Utilis, ingenium eſt, quod *eget moderamine* noſtro.
Tu *vires ſine mente* geris: mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. *Tu* tantum *corpore prodes:*
Nos animo. Quantoque, ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto dux milite major;
Tantum ego te ſupero. Nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu: Viger omnis in illis.

ULYSSES *ad Ajacem, apud* OVIDIUM, *Libr. XIII. Metam. v.* 360

Quisnam igitur liber? *Sapiens ſibi*que *imperioſus:*
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent;
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis & in ſe ipſo *totus teres atque rotundus*,
Externi ne quid valeat per laeve morari.
In quem manca ruit ſemper fortuna. ——

DAVUS *ad dominum*, HORATIUM, *Libr. II, Sat. VII. v.* 83.

Si fractus illabatur *orbis*,
Impavidum ferient ruinae.

HORATIUS, *Carm. Libr. III. Od. III. v.* 7.

Sed *te non* animis nec *ſolis viribus aequum*
Credere: Saepe *acri potior prudentia dextra.*

VALER. FLACCUS, *Libr. IV. Argon. v.* 621.

Praefulget ſapiens aliis, *ceu* ſideribus *ſol*,
Fortunae imperium tutus *contemnit*, & omnes
Calcat ſub pedibus conſtanti pectore caſus:
Quin etiam nullo mortis terrore movetur.

PALINGEN. *Leonis, v.* 890.

Omnia conando docilis *ſolertia vicit.*

M. MANILIUS, *Libr. I. v.* 95.

Plus Ratio, ſtulto *robore*, recta *valet.*

REUSNERUS.

---

digna, nec plane rejicienda: Melior ſed, mea ex ſententia, quae loco poſterior.

(XIII.)

AUXILIUM A NOTIS PETITO, SI FORTE LABORAS:

NEC QUISQUAM MELIOR MEDICUS, QUAM FIDUS AMICUS.

Ἢν κάμνῃσθα, μέτελθε νοσήλια σοὶ παρ᾽ ἑταίρων·
Οὐ πιϛοῖο φίλου τις ἀμείνων ἐϛὶν ἰητρός.

Beg Help of thy known Friends in any Grief;
No Doctor, like a Friend, can give Relief.

Wann dir's an etwas fehlt / ſprich die Bekanten an:
Es iſt ein treuer Freund der Arzt / ſo helfen kan.

Klaagtge over iets, gy moet hulp by bekenden vinden.
Geen beter artſeny, dan by getrouwe vrinden.

Employez votre Ami dans un tems difficile:
Bien plus qu'un Médécin, l'Ami nous eſt utile.

VARIANS LECTIO. *A. a. n p. ſi forte laborer.* Aliqui Codd. *Ne quisquam m. M. q. f. a.* Unus tantum eorum.

FLOSCULI POETICI.

Decipitur nemo quidem, mea ſententia,
Qui ſuis *amicis narrat recte res ſuas.*

PLAUTUS, *Poenuli Act. V. Scen. VI. v.* 1.

Reddita confuſae nuper ſolatia menti,
Auxilium noſtris ſpemque tulere malis.
*Ut*que *Machaoniis* Paeantius *artibus* heros,
Lenito medicam vulnere ſenſit opem:
Sic ego mente jacens, & acerbo ſaucius ictu,
Admonitu coepi fortior eſſe tuo.
Et jam deficiens, *ſic ad tua verba revixi*,
Ut ſolet infuſo vena redire mero.

OVIDIUS, *e Pont. Libr. I. Eleg. IV. v.* 3.

O *mihi non dubia cognite*, Brute, *fide!*
Nam *cum praeſtiteris verum mihi ſemper amorem,*
Hic tamen *adverſo tempore crevit amor*;
Quique tuas pariter lacrymas noſtraſque videret,
Paſſuros poenam crederet eſſe duos.
Lenem te miſeris genuit natura, nec ulli
Mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit.

IDEM, *Libr. IV. Eleg. VI. v.* 22.

Firma valent per ſe, nullumque Machaona quaerunt:
Ad medicam dubius *confugit aeger opem.* ——
Viribus *infirmi*, *veſtro candore valemus*,
Quem mihi ſi demas, omnia rapta putem.

IDEM, *Libr. III. Eleg. IV. v.* 7. *&* 13.

Non *eſt in Medico* ſemper *relevetur ut aeger*:
Interdum docta plus valet arte malum.
Afferat *ipſe* licet ſacras *Epidaurius* herbas;
Sanabit nulla vulnera cordis ope.

IDEM, *Libr. I. Eleg. IV. v.* 17. *&* 21.

Quantae putatis eſſe vos *dementiae*,
Qui *capita veſtra* non dubitatis *credere*,
Cui calceandos nemo commiſit pedes?

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XIV. v.* 14.

(XIV.)

QUUM SIS IPSE NOCENS, MORITUR CUR VICTIMA PRO TE?

STULTITIA EST, MORTE ALTÈRIUS SPERARE SALUTEM.

Εἰ σὺ ἐν αἰτίᾳ ἐσσὶ, τὶ θῦμα θάνοι σεῦ ἕκητι;
Σχαιὸν ἐν ἀλλοτρίῳ θανάτῳ βίου ἐλπίδ' ἀνάπλειν.

Why dies the Beaſt, when thou haſt done amiſs?
Safety therein to ſeek, great Fondneſs is.

Was würgſt du Opfer-Thier' in deiner Schuld und Noth?
Wer ſelbſt den Tod verwirkt, dem hilſt kein fremder Tod.

Gy wilt uw welvaart door eens anders doot verwerven,
ô Dwaas! en daarom moet een Offer voor u ſterven.

Quoi? vous, le Criminel, immoler des Victimes?
Pourquoi ſacrifier l'Innocence à vos Crimes?

VARIANS LECTIO. *Stultitiae eſt, morte alterius ſperare ſalutem.* Singu-
lare

FLOSCULI POETICI.

Siſte modum, Virgo, ſtabili potiere ſalute:
  Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Non bove mactato coeleſtia numina gaudent;
  Sed quae praeſtanda eſt, & ſine teſte, *fide.*

OVIDIUS, *Heroid, Epiſt. XX. v,* 179.

Victima Pontificum ſecures
Cervice tinget: te *nihil attinet*
Tentare multa *caede bidentium*,
  Parvos coronantem marino
  Rore *deos*, fragilique myrto.
Immunis aram ſi tetigit manus,
Non ſumtuoſa blandior hoſtia
  Mollibit averſos penates,
  Farre pio, & ſaliente mica.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIII. v.* 12.

Non quantum dederis; ſed quanta mente dediſti,
  Penſandum eſt: *Placat victima parva Deum.*

OWENUS, *Ethic. I. Epigr. VIII.*

Dicite, Pontifices, in ſacro quid facit aurum? ——
Quin damus id *Superis*, de magna quod dare lance
Non poſſit magni Meſſalae lippa propago.
Compoſitum jus faſque animo, ſanctosque receſſus
Mentis *& incoctum generoſo pectus Honeſto?*
Haec cedo, ut *admoveam* templis, *& farre litabo.*

PERSIUS, *Sat. II. v.* 69 *&* 71.

Victimae ſi Te caperent, *dediſſem*
Victimam: Sed Te neque ſanguis hirci
Fuſus, aut ſacris holocauſta placant
  Addita flammis.
Poenitens fraudum *ſcelerumque pectus*,
Spiritus fracti, mala cor peroſum:
Haec DEUM *placant*: *adhibe haec &* absque
  Thure *litabis.*

BUCHANANUS, *ad Pſalm. LI. v.* 18 *&* 19.

---

lare & unius tantum Codicis exemplum. Vide Arntzenii recenſionem. Al. *ſtultitia, in morte alterius ſp. ſal.* It. al. *in mortem.*

(XV.)

QUUM TIBI VEL SOCIUM, VEL FIDUM QUAERIS AMICUM,

NON TIBI FORTUNA EST HOMINIS, SED VITA, PETENDA.

Εἴγε φίλον τινά σοι ζητεῖς, ἢ πιστὸν ἑταῖρον,
Οὐχὶ τύχην, μᾶλλον δ' αὐτοῦ βίον ἀνδρὸς ἐρεύνα.

When you a Mate, or faithful Friend deſire,
Not after's Wealth, but after's Life enquire.

Wählſt du dir einen Freund zu deinem treuen Rath;
Sieh / was für Lebens-Art / nicht wie viel Gut / er hat.

Zoekt gy een metgezel voor u tot trouwen vrient,
Zie naar zyn leven om, niet of 't geluk hem dient.

Récherchant d'un Ami l'aimable Compagnie,
Sans égard pour ſes biens, examinez ſa Vie. *

* *Examinez ſa Vie.*] Exprimit maxime Graecum Scaligeri textum: *βίον ἀνδρὸς ἐρεύνα. Inquire in vitam hominis.* Quocum & Teutonica utraque conſentit Metaphraſis: Uti fere ex Germanicis defluxere Belgica.

VARIANS LECTIO. Praetermiſſis, pro more noſtro, ſcribarum vel librariorum mendis, quale eſt: *vel fidum Amicum quaeris;* hoc notandum eſt: alios ita diſtinxiſſe: *Non tibi fortuna eſt, hominis ſ. v. p.* Alios verbum ſubſtantivum,

FLOSCULI POETICI.

Poſtera *lux* oritur multo *gratiſſima*, namque
Plotius & Varius Sinueſſae, Virgiliusque
Occurrunt: *Animae*, quales neque *candidiores*
Terra tulit, neque queis me ſit devinctior alter.
O qui complexus, *& gaudia quanta* fuerunt!
NIL EGO CONTULERIM JUCUNDO, SANUS, AMICO.
HORATIUS, *Libr. I. Sat. V. v.* 39.

Dulcis inexpertis *cultura potentis amici:*
Expertus metuit. ——— ——— ———
IDEM, *Libr. I. Epiſt. XVIII, v.* 86.

Vive ſine invidia, mollesque inglorius annos
Exige: *amicitias & tibi junge pares.*
OVIDIUS, *Triſt. Libr. III. Eleg. IV. v.* 43.

Cura, quid expediat, prior eſt, quam quid ſit honeſtum,
Et *cum fortuna* ſtatque *caditque fides.*
Nec facile invenies multis in millibus unum,
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti, facti ſi praemia deſint,
Non movet, & gratis poenitet eſſe probum.
Nil, niſi *quod prodeſt*, *carum eſt*. En detrahe menti
Spem fructus avidae; nemo petendus erit.
At reditus jam *quisque* ſuos amat, & *ſibi quid ſit
Utile*, ſollicitis *computat* articulis.
Illud *Amicitiae* quondam venerabile *nomen*
Proſtat, & in quaeſtu *pro meretrice* ſedet.
IDEM, *d. Pont. Libr. II. Eleg. III. v.* 7.

Aurum, & *opes*, & rura frequens *donabit amicus*:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.
MARTIALIS, *Libr. VIII. Epigr. XVII. v.* 9.
tu vide totum.

Quem tibi *divitiae peperere*, *eſt falſus amicus*,
Argentum, *non te diligit* ille, tuum.
OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. LXXI.*

Firmior aequales inter concordia ſemper:
Si tibi vis ſocium jungere, *junge parem.* AULAEUS.
In magnis non tuta fides praeluſtria vites,
Vive tibi & paribus jungere te ſtudeas.
Nam miſerum eſt, tali ſocio ſe jungere, de quo,
Si noceat, nunquam ſit tibi, poſſe queri.
SCHOONHOVIUS, *Emblem. LVIII.*

---

tivum, ſed hoc loco, ſi usquam alibi, male omiſiſſe. Scriverium pro *petenda* ſubſtituiſſe: *putanda*; ut ſenſus ſit: vita tibi, qualis ea; non quae ſit hominis fortuna, tecum reputandum eſt ac penſitandum.

(XVI.)

UTERE QUAESITIS OPIBUS: FUGE NOMEN AVARI:

QUID TIBI DIVITIAE, SI SEMPER PAUPER ABUNDAS?

Τῶν σαυτοῦ κτεάνων εὖ πάσχειν· μηδ' ἔσο κίμβιξ·
Τίς προκοπὴ πλούτοιο, πενητεύοντά σε πλουτεῖν;

Shun Niggard's Name in uſing thy old Store;
What good doth Wealth, if wealthy thou be'ſt poor?

Fleuch dieſen Namen: Karg; laß dich dein Gut ergetzen.
Biſt du bey Reichthum arm / was machſt du mit den Schätzen?

Gebruik (hoe kan de naam van gierig u behagen?)
Uw goedt. Wat baat het u, zoo ge armoê zult verdragen?

Uſez de votre bien; Fuïez le Nom de chiche:
Plongé dans la Miſère, à-quoi ſert d'être riche?

VARIANS LECTIO. *Sed fuge.* Craſſiſſimae erat ignorantiae: Quin copula potius, quam ea diſtinctione opus male ſedula. *Quid tibi divitiae proſunt, ſi pauper abundas?* Vulgatum id in Editt. tantum non omnibus: Niſi quod Planudes αἰεὶ in tranſlatione ſua clare expreſſerit, & Scaliger etiam ſuo in Codice, itemque Arntzenius in ſuorum aliquibus, ut Leid. I. & Turic. Cod. invenerit: *ſi ſemper pauper abundas.* Nec improbarem, ſed pariter & ipſe el ge-

FLOSCULI POETICI.

Nunc in Ariſtippi furtim praecepta relabor,
Et *mihi rés, non me rebus, ſubmittere conor.*

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. I, v. 18.*

Di tibi *divitias* dederant, *artemque fruendi.*

IDEM, *Epiſt. IV. v. 7.*

Quo mihi *fortunas, ſi non conceditur uti?*
Parcus, ob heredis curam, nimiumque ſeverus,
Aſſidet inſano. Potare & ſpargere flores
Incipiam, patiarque vel inconſultus haberi.

IDEM, *Epiſt. V. v. 13.*

Sic, *qui pauperiem veritus*, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet *improbus*, atque
Serviet aeternum, quia parvo *neſciat uti.*

IDEM, *Epiſt. X. v. 39.*

Quid mihi fortunae tantum? Quid regna, *ſine uſu?*
Quid niſi *poſſedi dives avarus opes?*

OVIDIUS, *Amor. Libr. III. Eleg. VII. v. 49.*

Quid mihi divitiae, quarum *ſi demſeris uſum,*
Quamvis largus opum, *ſemper egenus ero?*
Efficior cuſtos rerum magis ipſe mearum,
Conſervans aliis, quae periere mihi.
Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
Pervigil obſervat non ſua poma draco.

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v. 181.*

Sed *quo divitias* haec per tormenta coactas?

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 135.*

Divitias non dives *habet; ſed habetur* ab illis.
Non eſt poſſeſſor nummi; ſed poſſidet ipſum
Nummus. —— —— —— ——

ALANUS *de Inſulis, Planctus naturae Metro VII. v. 54.*

Non vis, ut modico major pede calceus extet;
Cur tibi *quaeris opum plus*, tibi *quam ſit opus?*

OWENUS, *Libr. III. Ad Carol. Eboracenſ. Epigr. LV.*

---

eligerem Janſſonio-Arntzenianum illud: *Quo tibi divitias*, niſi id a Codd. auctoritate nondum ratum firmumque ſatis, animadverterem. *Quo* enim expreſſe in nullo inventum Cod. *divitias* liquidò tantum in uno, ſed addito; *Quid tibi.* Singulorum igitur ex fragmentis & centonibus haud inſcite conſuit Vir doctiſſ. *Quo tibi divitias?* Neque id tamen plus aliudve dicit recepta nobis lectione. Iſti Juvenalis praeit, huic Cornelius Gallus. Vid. Floſculos.

XVII.

(XVII.)

SI FAMAM SERVARE CUPIS, DUM VIVIS, HONESTAM,

FAC FUGIAS, ANIMO QUAE SUNT MALA, GAUDIA VITAE.

Ἢν τηρεῖν ἐθέλησθα διὰ ζωῆς κλέος ἐσθλόν,
Φεῦγε νόου φυλακαῖσι βίου κακόχαρτα δέλετρα.

If, while thou liv'ſt, thou would keep a good Name,
Deteſt thoſe vicious Pleaſures which breed Shame.

Soll dir ein gutes Lob biß an das Ende bleiben/
So muſt du böſe Luſt des Lebens von dir treiben.

Wilt gy uw' goeden naam behouden al uw leven,
Zo zy de booze luſt ver van u af gedreven.

Soigneux de conſerver la ſaine Renommée,
Fuïez les faux plaiſirs, où l'Ame eſt dégradée.

VARIANS LECTIO. *S. f. ſ. e. dum vivis honeſtum*. In unico Cod. ſic expreſſum, inventum eſt: Forte, quae id notavit, ex Arntzenii recenſione, poſterior manus, imitandum in eo ſibi illud propoſuit: *dulce ridentem* & *dulce loquentem* Horatii. Quod reliquum eſt, noſtra hac in poſteriori verſu Diſtichi

FLOSCULI POETICI.

Veſtibulum ante ipſum, *primiſque in faucibus Orci*,
Luctus & ultrices poſuere cubilia Curae:
Pallenteſque *habitant* morbi, triſtiſque Senectus:
Et metus, & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas,
Terribiles viſu formae, Letumque, Laborque:
Tum conſanguineus Leti Sopor, & *mala mentis*
Gaudia, mortiferumque adverſo in limine Bellum:
Ferreique Eumenidum thalami, & Diſcordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

VIRGILIUS, *Æneid. Libr. VI. v. 273.*

Utile propoſitum eſt, *ſaevas extinguere flammas*,
Nec ſervum vitiis pectus habere tuum.

OVIDIUS, *Remed. Am. Libr. I. v. 53.*

—— —— —— —— Adſpice late
Florenteis quondam, luxus quas verterit urbes?
Quippe *nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes*,
Quantum ſola noces, animis illapſa, Voluptas.
Ebrietas tibi fida *comes*, tibi *Luxus*, *&* *atris*
Circa te ſemper *volitans Infamia pennis.*

SILIUS ITALIC. *Bell. Pun. Libr. XV. v. 92.*

—— —— *Illecebras omnes fuge* corporis, *atque*
Frena Voluptati duriſſima pone. Voluptas
Improba perniciem ingentem mortalibus affert.
Nil magis adverſum eſt Virtuti: Tendere ſurſum
Nititur aſſidue *cognata ad ſidera Virtus;*
Contra inimica polo ſemper *petit ima Voluptas.*

PALINGENIUS, *Sagittarii v. 700.*

Ecquid (enim) *petulantem* avidumque *morabitur* ultra,
Quin ſtupret, rapiat, juguiet, perimatque veneno,
Dum jubet ingenitus *furor*, *&* *Regina Voluptas?*
Nam *quocumque* animi *protruſerit impetus atrox*,
Illic votorum finis, *ſupremaque meta eſt.*

POLINIACUS, *Anti-Lucret. Lib. I. pag. 8.*

Diſtichi obſervata diſtinctione, idem omnino expromimus, quod ſanctus ait Imperatoris noſtri Legatus: ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. 1. *Petr. II. 11.*

XVIII.

(XVIII.)

QUUM SAPIAS ANIMO, NOLI RIDERE SENECTAM;

NAM QUICUMQUE SENET, SENSUS PUERILIS IN ILLO EST.

Ἀρτίφρων τελέθων μὴ δὴ χλεύαζε τὸ γῆρας·
Νηπιαχῶς φρονέει γὰρ, ὅτις μέτρον ἵκετο γήρως.

Mock not old Folks, if thou haſt any Brain;
For he that's old, grows childiſh once again.

Laß Alte / biſt du weiß und klug / unausgelacht:
Weil Alter uns verzehrt und wieder kindiſch macht.

Beſchimp geen ouden, zoo gy wysheit blyft beminnen;
Wie oud geworden is, wort kinderlyk van zinnen.

Bel-eſprit indiſcret, qui raillez la vieilleſſe,
Songez que vous montrez bien plus de petiteſſe.

VARIANS LECTIO. *Quum ſapiens vivas, noli* &c. Merito rejectum a doctiſſ. Arntzenio.

Quum ſapis annoſam & : *Quum ſapias animo* } *noli ridere ſenectam.* Conjecturae erant doctorum Virorum.

Noli irridere ſenectam. Cui vulgatae fere lectioni Scriverius etiam & noviſſimus ille Pariſinus, ſubſcripſere.

Non quicunque ſenex, Scriverius audaciſſime & verba mutavit, & ſenſum.

Nam quicunque ſenex. Pariſ. nov. Iterum in eo, quod mireris, praeter primam

FLOSCULI POETICI.

Profecto *deliramus* interdum *ſenes*.

PLAUTUS, *Epid. Act. III. Scen. III. v.* 18.

Inſere Daphni pyros: carpent *tua* poma nepotes.
Omnia *fert aetas*, *animum quoque*. Saepe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles:
Nunc oblita mihi tot carmina: Vox quoque Moerin
Jam fugit ipſa: lupi Moerin videre priores.

VIRGILIUS, *Ecloga IX. v.* 50.

Ipſi me *pueri*, atque ipſae ſine lite puellae
Turpe putant dominum jam vocitare ſuum.
Irrident greſſus, *irrident* denique *vultum*.
Et tremulum, quondam quod timuere, *caput*.
*Quum*que *nihil videam*, tamen *hoc ſpectare licebit*,
Ut gravior miſero *poena ſit iſta* mihi.

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v.* 283.

Eſt cani capitis fructus *reverenter amari:*
*Contemtu*que *putat triſtius* eſſe *nihil*.

SAMBUCUS.

NE RISERIS SENECTAM:
SENECTA ET IPSA MORBUS.
Puer ſeneſcet olim:
Iterum, *ſenex*, *puer* fit.
Huc tendit omnis aetas:
Haec noſtra meta vitae eſt:
Hic circulus laborum.

C. G. KOENIG.

Cuncta ruunt, caſuque ſimul *labuntur* eodem:
Stultitia juvenum, *debilitate ſenum*.

ANONYM.

---

mam vocem, iidem ambo conſentiant; ſed in diverſa abeunt ordinis ratione vocum binarum inſequentium: noſtrum ſervat Editor Gallus; inverſum, *puerilis ſenſus*, cum Scrivetio, Opitius, Janſſoniana, aliaeq Editt. Porro Codd. habent quidam: *Nam quecunque ſine puerili ſenſus in illo eſt.* Alii: *Nam quecunque ſene ſ. p. i. i. e.* Quarum poſtremarum priore aliquis ex lectione, non ſine ingenio, imo luxuriante potius nimioque ingenio, iſtud ſubtiliſſime effinxerat:

Nam quicunque ſenex puerilis, ſenſus in illo eſt (ſcil. injuriae.)

XIX.

(XIX.)

DISCE ALIQUID: NAM, QUUM SUBITO FORTUNA RECESSIT;

ARS REMANET, VITAMQUE HOMINIS NON DESERIT UMQUAM.

Τεχνίδιόν τι μάθοις· Τῆς εὐτυχίης γ᾽ ἀπιούσης,
Ἀνδρὶ μένει, καὶ ζῶντα τὸ τεχνίον οὐκ ἀπολείπει.

[— Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Ἄχρι βίου πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.
CALLIMACH.]

Get Learning; whereas Means ſuddenly quail,
Art tarries, and a Man will never fail.

Lern' etwas: Wann das Glück uns plötzlich hat begeben;
So läßt uns doch die Kunſt nicht eher / als das Leben.

Leer iets: want als Fortuin u ſchielyk heeft begeven,
Zo blyft de Kunſt, en zy verlaat noit 's menſchen leven.

Cultivez votre Eſprit, acquerez la Science:
Par-là de la Fortune on brave l'Inconſtance.

VARIANS LECTIO. *D. 4. N. 9. ſ. Fortuna recedit.* In quamplurimis impreſſis editis, quod & Cl. Arntzen. ſuo ſe in Leidenſi III. legiſſe teſtatur. Nos

FLOSCULI POETICI.

Homo *doctus in ſe ſemper divitias habet.* ——
Simonide, tu ex opibus nil ſumis tuis?
Mecum, inquit, *mea ſunt cuncta.* Tunc *pauci enatant.* ——
Hunc litterarum *quidam* ſtudio deditus,
Simonidis qui ſaepe verſus legerat, ——
Ad ſe recepit, veſte, nummis, familia
Hominem exornavit. *Ceteri tabulam* ſuam
Portant, rogantes victum: quos caſu obvius
Simonides ut vidit: *Dixi*, inquit, *mea*
Mecum eſſe cuncta? vos quod rapuiſtis, perIt.

PHAEDRUS, *Libr. IV. Fab. XXI. v.* 1. 13. 19. 23 &c.

Ergo *quod vivo*, duriſque laboribus obſto;
    Nec me ſollicitae taedia lucis habent:
Gratia, Muſa, tibi! Nam *tu ſolatia* praebes,
    Tu curae requies, tu medicina venis.
Tu dux & comes es. &c. —— ——

OVIDIUS, *Triſt. Libr. IV. Eleg. X. v.* 115.

Ars ipſa *inopiae portus* eſt mortalibus. ERASMUS.

Ars auri-, vitae praeſtans alimenta, *fodina eſt:*
    Ars victu nuſquam docta *carere ſinit.* LAUTERBACH.

Adverſus vim fortunae eſt *ars facta:* ſed *artis*
    Cum *fortuna* mala eſt, *ſaepe requirit opem.*
Diſce bonas artes igitur, *ſtudioſa juventus*,
    Quae certae ſecum *commoda ſortis habent.*

ALCIATUS, *Emblem. XCVIII. v.* 3.

Bonus atque *ſapiens utitur* recte *malis.* GROTIUS, *Sylv. ſacr.*

Dives es? in fauſta, ſi vis, *Doctrina* levamen:
    Pauper es? *in vili ſorte, juvamen* erit.

G. HORNIUS, *Epigrammatum Libr. II. citante* de St. Philip, *libro Gallico:* Je ne ſçai quoi, *T. I. p.* 69.

Divitiae pereunt, ſpecies quoque, robur, honores,
Cuncta cadunt: *Virtus* aeterna in tempora *durat*,
Quam *fortuna nequit*, nec tollere longa vetuſtas.
Ipſe tamen vidi numquam, & vix credere poſſum
Vel periiſſe fame, vel mendicaſſe diſertum.
Quem *ſi fortuna* interdum *conatur iniqua*
Obruere, auxilium Virtus feſtinat: *alumnos*
Protegit alma ſuos ſemper Doctrina, diuque
Non patitur miſeris urgeri caſibus: affert
Naufragio tabulam, qua tuti littora poſſunt
Spumoſos inter fluctus attingere nando.

PALINGENIUS, *Tauri v.* 347.

Nos cum ipſo reliquos illius Codd. itemque Janſſonianam Opitianamque ſequimur Editiones. Scriverius & Pariſinus novus unanimes iterum recedunt.

(XX.)

PERSPICITO TECUM TACITUS, QUID QUISQUE LOQUATUR:

SERMO HOMINUM MORES ET CELAT, ET INDICAT IDEM.

Ἅττα λέγει τοι ἕκαστος ἀκὴν βασάνιζε σιωπῇ·
Ἤθεα γὰρ μερόπων κεύθει λόγος, ἠδ' ἀπογυμνοῖ.

Obſerve with Silence what each Man doth ſay;
Speech doth Mens Manners hide, and them bewray.

Was der und jener ſagt / ſchau' im Verborg'nen an:
Durch Sprechen wird das Herz bedeckt und kund gethan.

Doorzie ſtilzwygend by u zelf eens yders reden:
De ſpraak verbergt wel, maar ontdekt ook wel de zeden.

Sondez tacitément chacun, dans ſon Langage:
L'on diſcerne aux Diſcours le Fou d'avec le Sage.

VARIANS LECTIO. *Proſpicito tecum tacitus, q. q. l.* Editt. Florentina & Pariſ. noviſſima.

Al. *Perſpicito cuncta tacitus, quid q. l.*
Al. *Proſpicito cuncta tacitus, quid q. l.* } Utraque mendoſa.

Melior haec: *Proſpicito cuncta tacitus, quae quisque loquatur.* Ingenioſior quam verior: *Perſpice cunctando tacitus quid q. l.* Scriverii. Rarior, quae habet: *tacite.* Jam quod ad alterum Diſtichi verſum adtinet:

Ser-

FLOSCULI POETICI.

—— —— Neque enim, quum lectulus, aut me
Porticus excepit, deſum mihi: Rectius hoc eſt:
Hoc faciens, *vivam melius*: *Sic* dulcis amicis
Occurram. Hoc quidam non belle: Numquid ego illi
Imprudens olim faciam (*dicam*) *ſimile*? *Haec ego mecum*
Compreſſis agito labris. Ubi quid datur otîi,
Illudo chartis. —— —— ——

Horatius, *Libr. I. Sat. IV. v.* 133.

Sermo nota ingenii eſt: Quae quis ſua concipit intra
Pectora, ſaepe aliis, *indice voce*, refert.
Sermo notat mores &, quae quis dicere ſuevit,
Eſt in confeſſo, quod facit iſta lubens.

Aularus & Apherdianus.

Index eſt *animi* SERMO MORUMque fidelis
Haud dubie *teſtis*: Quoniam *quiſque illa libenter*
Et crebro *loquitur*, *quibus oblectatur*: Arator
De bobus, raſtris, de vomere: Navita narrat
De velis, remis, de reſtibus atque carinis:
Miles equos memorat, gladios, haſtilia, pugnas:
Sic *obſcoeni homines plerumque obſcoena loquuntur.*

Palingenius, *Ariet. v.* 194.
Imitatus illud notiſſimum:

Navita de ventis, de tauris narrat Arator:
Enumerat miles vulnera, paſtor oves.

Distich. *quod in proverbium abiit.*

Quisque, ut habet mores, ita judicat, atque ita fatur.

Idem, *Palingen. Leon. v.* 77.

Indicium sua cuique lingua est.

M. Ant. Muretus.

Sermo etenim mores & celat & indicat idem. Ita legerunt, ut ipſorum arguunt verſiones, & Planudes & Scaliger, quamvis & iidem, tamquam in ipſo textu ſubintellectum, ſupplevere: [illegible]. Eodem modo ediderunt etiam Martinus Opitius in Germania, in Belgio Joannes Janſſonius, aliique. Nobiſcum faciunt ipſe Arntzenius in utroque, omnesque fere illius Codd. in poſtremo verſu, nec non Scriverius & recentior Pariſinus Editor ac Interpres, a vetuſtioribus, in eo, ſuis diſcedens popularibus. Unus tantum Cod. exhibuit: *celat ac judicat idem*, minus ſano, certe, cum judicio.

(XXI.)

EXERCE STUDIUM, QUAMVIS PERCEPERIS ARTEM:

UT CURA INGENIUM, SIC ET MANUS ADJUVAT USUM.

Ἄσκει τὴν μελέτην, εἰ καὶ τέχνην ἐδιδάχθης·
Ἡ μελέτη τὸν νοῦν, χεὶρ τὴν ἄσκησιν ἐθίζει.

Practiſe thine Art, thoug thou it underſtand;
As Care by wit, ſo Uſe is helpt by th' Hand.

Nim deſſen Uebung für / was dir vorhin bekandt:
Viel dencken ſchärſt den Sinn; Kunſt wächſt durch ſtete Hand.

Pas op, al vat gy reeds de kunſt in uw verſtandt:
't Vernuft vint hulp aan 't vlyt, 't gebruik ook aan de Hant.

Qu'en l'Art le mieux apris, qu'en toute Diſcipline,
L'Exercice fréquent vous donne la Routine.

VARIANS LECTIO. *Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat ipſum*, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, ſive infelix correctio pravae alterius lectionis: *adjuvat virum*, in Codd. quibusdam, quos vide ſis recenſentem Cl. Arntzenium. Nec magis probetur Editionis lectio Florentinae, Hellenismum quendam

FLOSCULI POETICI.

Dum vires annique ſinunt tolerate labores:
    Jam veniet tacito curva ſenecta pede.
Aut mare navigiis, aut vomere findite terram,
    Aut fera belligeras addite in arma manus.
Aut operam *Aoniis* viresque afferte puellis.
    Hoc quoque militia eſt: hoc quoque fecit opes.
Adde, quod eſt illis operum prudentia major:
    SOLUS ET ARTIFICES QUI FACIT, USUS ADEST.

OVIDIUS, *Libr. II. Artis, v. 659. cum ſeq. in meliorem ſenſum inflexis.*

Adde, quod *ingenium longa rubigine* laeſum
    Torpet, & eſt multo, quam fuit ante, minus.
Fertilis, aſſiduo *ſi non renovetur* aratro,
    Nil, niſi *cum ſpinis gramen*, *habebit ager*.
Tempore *qui* longo *ſteterit*, *male curret* & *inter*
    Carceribus miſſos *ultimus* ibit *equus*.
Vertitur in teneram cariem *rimisque dehiſcit*,
    Si qua *diu* ſolitis *cymba vacavit aquis*.

IDEM, *Triſt. Libr. V. Eleg. XII. v. 21.*

Cuncta *frequens uſus ſuperat praecepta* magiſtri:
    Ars imbellis, *ubi* crebrior *uſus abeſt*.

LAUTERBACHIUS.

Doctrina ſed *vim promovet inſitam*;
Rectique cultus pectora *roborant*.

HORATIUS, *Libr. IV. Od. IV. v. 33.*

Quid prodeſt homini theſaurus, conditus antro?
    Excolitur crebris uſibus ingenium.

DAN. HEISNERUS, *Sciagraphiae Coſmicae P. V. Emblem. I.*

Qui ſapit, EXERCET STUDIUM, PERCEPERIT ARTEM
    QUAMLIBET, INGENIUM CURA LABORQUE JUVAT.

REUSNERUS.

dim redolens:
        Sic cura ingenium, ſicut manus adjuvat uſum.
        Ὡς μελέτη τὸν νοῦν, ὡς χεὶρ ἄσκησιν ἐθίζει.
ti eſt in poſteriore Scaligeri verſione.

(XXII.)

MULTUM VENTURI NE CURES TEMPORA FATI:

NON METUIT MORTEM, QUI SCIT CONTEMNERE VITAM.

Μὴ πότμοιο μερίμνα ἐπερχομένοιο τελευτήν·
Οὐ τρομέει τὴν μοῖραν ὁ τὴν ζωὴν ἀθερίζων.

Do not much dread the Time of future Death;
He fears it not, that knows to ſcorn his Breath.

Nicht ſorge was ſich mag in ſpäter Zeit begeben:
Der ſcheuet nicht den Tod / der wenig hält vom Leben.

Zorg niet te veel, wanneer u d'adem zal begeven:
Hy vreeſt niet voor den doodt, die niet veel geeft om 't leven.

D'un Avenir fatal évitez les Soucis.
Ne craignez point la Mort, en aïant du Mépris.

De ſçavoir l'Avenir n'aïez aucune Envie:
L'on ne craint point la Mort, par mépris de la Vie.

VARIANS LECTIO. *Multum ne cures venturi tempora fati.* Daumius, multique Editores alii, quos inter & veterior Pariſienſis. Sed: *Ne multum cures venturi tempora fati.* Scriverius & noſtri aevi ille Pariſinus Paraphraſtes atque Editor. *Venturi ne cures multum t. f.* Duo Arntzenianorum Codd. ſed in-

FLOSCULI POETICI.

Felices errore ſuo, *quos ille* timorum
Maximus, *haud urget leti metus.* Inde ruendi
In ferrum * mens prona viris, *animaeque capaces*
Mortis: & *ignavum, rediturae parcere vitae.*
* Scil. hoſtium.

LUCANUS, *Pharſ. Libr. I. v.* 459.

Quod nequeas vitare fugis? *Mors omnibus inſtat*,
Nec formidanda eſt, *nec fugienda* tibi.

OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. LXXXII.*

Vita voluptatis *brevis* eſt, vitaeque voluptas;
Qui pariter *parvi pendit* utramque, *ſapit.*

IDEM, *Libr. III. Epigr. CXLVII.*

Mortuus ut vivas, *vivus moriaris oportet:*
Adſueſce ergo *prius*, *quam moriare, mori.*

EJUSDEM *Libr. Epigr. XLIX.*

Qui bene praeteritos, ſine labe *peregerit annos*,
Non horret mortis vulnera dira *pati.*

IDEM, *Ethic. I. Epigr. XXXI.*

Pejusque leto flagitium timet:
Non ille pro charis amicis,
Aut patria *timidus perire.*

HORATIUS, *Libr. IV. Od. IX. v.* 50.

Vitam quae faciunt beatiorem,
Jucundiſſime Martialis, haec ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta;
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis numquam; toga rara; mens quieta;
Vires ingenuae; ſalubre corpus;
Prudens ſimplicitas; pares amici;
Convictus facilis; ſine arte menſa;
Nox non ebria, ſed ſoluta curis;
Non triſtis torus, & tamen pudicus;
Somnus, qui faciat breves tenebras.
Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis;
Summum nec metuas diem, nec optes.

M. VALER. MARTIALIS *ad* JULIUM MARTIALEM, *Libr.* X. *Epigr.* XLVII.
Edit. Schrevelii.

inſcite. Al. *Multum nec cures v. t. f.* Et in ſequenti verſu: *Non timet is mortem q. ſ. e. v.* Uterque Pariſ. cum plur. al. Edd. Al. *Non mortem metuit.* Quare non etiam: *Mortem non metuit*: Ut ſint omnibus modis veluti a Medea quadam diſſecti membra Poëtae!

(XXIII.)

DISCE, SED A DOCTIS; INDOCTOS IPSE DOCETO:

PROPAGANDA ETENIM EST RERUM DOCTRINA BONARUM.

Μάνθαν' ἀπ' ἐμπείρων, σὺ δ' ἀπείρους ἐσθλὰ δίδαξον·
Ἐσθλῶν γὰρ διδαχὴν εἰς πολλοὺς δεῖ διαδοῦναι.

Learn thou of learned Men, th' Unlearnd of thee;
For thus muſt knowledge propagated be.

Den lehre / der nichts kan: Gelehrte laß dich lehren:
So muß ſich Wiſſenſchaft des Guten ſtets vermehren.

Leer van geleerden: Gy moet de ongeleerden leeren.
Dus zal de wetenſchap der dingen zich vermeeren.

Enſeignez l'Ignorant, en aprenant du Sage:
C'eſt ainſi que s'accroit des beaux Arts le Lignage.

Ou:

C'eſt ainſi que les Arts s'accroiſſent par l'uſage.

VARIANS LECTIO. *Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.* Ita verſum omnes fere dederunt, cum antiquiores, tum recentiores Editt. vix duabus exceptis. Namque &, ſi altera Pariſienſis habuit, recentior tamen

eſt

FLOSCULI POETICI.

—— —— *Vos exemplaria Graeca*
Nocturna *verſate* manu, verſate diurna.

HORATIUS, *Art. poët.* v. 268.

Diſce bonas artes moneo, Romana Juventus.

OVIDIUS, *Art. Libr.* I. v. 461.

Interea *Muſis*, *animus dum mollior*, *inſta:*
Et, *quae* mox *imitere*, *legas: nec deſinat* umquam
Tecum Graja loqui, *tecum Romana vetuſtas.*
Antiquos evolve duces. Adſueſce futurae
Militiae. Latium retro te confer in aevum.

CLAUDIANUS, *ad Honorium IIII. Coſ.* v. 396.

Interea *puer* hic, quem fingimus, *ut ſapiens ſit*,
Graecis incumbat libris *pariterque Latinis.*

PALINGENIUS, *Capric.* v. 100.

Dum potes, ingenio florens concedit & aetas,
  Excole, *quod cunctis commoda longa ferat.*
Pellantur nugae viles & inutile rerum
  Sit procul hinc ſtudium: gloria vana ſubeſt.
In tenui labor eſt, quibus otia prava ſuperſunt:
  Seque putant vitam praeter habere nihil.
Tempora ſic fugiunt, minimis ut vita gerendis
  Deficiat: fruitor, dum ſinit ergo, bonis.

SAMBUCUS, *Epigr. tit.* Studium. *p.* 340.

Qui valet ingenio, *diſcendi*que *ardet amore*,
  Ille ſuo vere tempore *doctus erit.*
Qui docet obtuſum & ſegnem, ſine fruge laborat,
  In pertuſa ut qui dolia fundit aquam.

SCHELLENBERGIUS.

Quae noſti, *impertire libens*, facilisque roganti
  Eſto: *Quae neſcis*, *diſcere non pudeat.*

OWENUS, *Ethic. II. Epigr.* XXX.

Vitae *exempla docent* atque experientia *mores:*
  Quod nemo addidicit, *nemo docere poteſt.*

LAUTERBACHIUS.

ut illud iterum omiſit. Reſtituit vero ex optimis quibusque ſuorum Codd. Otto Arntzenius, cui & nos in eo facile obſequimur. Poſſet tamen & duorum adhuc aliorum aeque commode loco inſeri alterutrum, ut praevalet auctoritas.

(XXIV.)

HOC BIBE, QUO POSSIS, SI TU VIS, VIVERE SANUS:
MORBI CAUSSA MALI MINIMA EST QUANDOQUE VOLUPTAS.

Πῖνε τὸ μέτρον σοῦ, εἴ σοι φίλον ἔσθ' ὑγιαίνειν·
Ἡ γὰρ ἄγαν σπατάλη λυγρῆς νόσου αἴτιον ἐςίν.

If thou thy Health regard, drink in good Meaſur;
Many an ill Diſeaſe proceeds from Pleaſure.

Trink' alſo viel du ſolt / wann du geſund wilt ſeyn:
Durch Luſt der Schwelgerey ſchleicht manche Krankheit ein.

Drink niet meer dan gy kunt, zoo gy gezont wilt zyn.
(De welluſt, is zy groot, brengt ziekte voort en pyn.)
Ook kleine welluſt baart wel ſomtyds groote pyn.

Ne buvez jamais plus, qu'exige la Santé.
Un grand Mal naît ſouvent d'un peu de volupté.

Lectionis Diverſitatem pro chartae anguſtia hic fere nimiam, vid.

in

FLOSCULI POETICI.

Habet *omnis* hoc *Voluptas*:
Stimulis agit fruenteis,
Apiumque par volantum,
Ubi grata *mella fudit*;
Fugit, & nimis *tenaci*
Ferit icta corda morſu.

BOETHIUS, *Conſolat. Philoſoph. Libr. III. Metr. VII.*

Immodicis brevis eſt aetas & rara ſenectus.

MARTIALIS, *Lib. VI. Epigr. XXIX. v.* 7.

Immodicus laedit, ceu dira cicuta, *Lyaeus*;
Non facit ad longam crapula multa diem.

ANDRELINUS, Poëta Regineus, ut vocatur *Eraſmo.*

Ebrietas eſt *vitanda*, ingluviesque ciborum:
Quippe caput ſtomachumque gravant, fumisque cerebrum
Involvunt; ſtupor hinc ſequitur, ſomnusque diurnus.
Parcus edat, *parcus*que *bibat vir doctus* & aequus.

PALINGENIUS, *Capric. v.* 113.

Ingens *ſi Bromii* per guttura *defluat amnis*:
Quid mirum, ſi mens, vita, ſalusque fugit?

WEIGELIUS, *Ethic. natur.*

Vina fovent *animos*, *faciunt*que *furoribus aptos*:
Ni ſumſeris caute ac bene,
Plus nocuiſſe vides.

SAMBUCUS, *Embl. tit.* mediocria proſunt *p.* 126.

Una Salus ſanis, *nullam potare ſalutem*:
Non eſt in pota vera *ſalute Salus.*

OWENUS, *Libr. II. Epigr. XLII. v.* 5.
Vide totum ſ. tit. *Inſana Sanitas.*

Heu miſer! *ebibitam toties* Regumque Ducumque
Poſt ſanitatem, ſanitatem perdidi!

BIBULUS *quidam.*

in Hiſtor. huj. Diſſ. Critica enarratam, inſimul & rationem ample redditam noſtrae hujus,

XXV.

(XXV.)

LAUDARIS QUODCUMQUE PALAM, QUODCUMQUE PROBARIS,

HOC, VIDE, NE RURSUS, LEVITATIS CRIMINE, DAMNES.

Ὅττι περ αἰνήσαις κατενώπιον, ἢ δοκιμάσαις,
Μὴ τῷ δ' εὐχερίῃσι νόου πάλι μῶμον ἀνάψῃς.

What thou haſt praiſ'd in Publick, and approv'd,
Do not condemn again, through Lightneſs mov'd.

Das / was du ſchon einmal bekrönt mit hohem Preiße /
Das ſolt du nicht hernach vernichten leichter weiſe.

Het geen gy opentlyk geprezen hebt voor dezen,
Laat dat niet al te licht van u verworpen wezen.

Craignez d'être accuſé d'aller du blanc au noir,
Adorant le matin, briſant l'idole au ſoir.

VARIANS LECTO. Sua *quaecunque* jam ſtatim iterum, non larga, ſed prodiga manu, diſpenſare atque obtrudere fategerunt ſuis e Codicibus Commentatorum aliqui. Tum vero & dicendum foret: *Haec vide ne* &c. de quo tamen, qui recenſuere, tacent. Sed melius ſinguli numero reliqui: *Hoc* ipſum, quidquid id ſit, vel ſemel abs te *palam*que laudatum. Al. *utcunque*; ſed, qua metri harmonia, neſcio. Iter. al. *dictuque probaris*, quare non:

FLOSCULI POETICI.

Nec piget, aut umquam ſtulte elegiſſe videbor:
Permanet in voto mens mea firma ſuo.

OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. XVI. v. 169.*

Dicere ſi verum volumus, pars maxima vivit
Ebria veſanis affectibus. Inveniuntur
Heu *pauci, qui non titubent*, qui lumine ſano
Adſpiciant, quid agant, ac ſe ratione gubernent.

PALINGENIUS, *Virginis v. 755.*

Nam *quaecumque ſemel recte* ſunt *facta*, ſine ullo
Errore, *haud* ullo *mutari* tempore *debent.*

IDEM, *Scorpii v. 665.*

Sic *non diffideo mecum, aut contraria dico.*

IDEM, *ejusdem v. 849.*

Imberbis Juvenis tandem, cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi:
Cereus, in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus proviſor, prodigus aeris,
Sublimis, CUPIDUSQUE, ET AMATA RELINQUERE PERNIX.

HORATIUS, *Art. poët. v. 161.*

——— ——— *Levior cortice*, & improbo
Iracundior Adria.

IDEM, *Libr. II. Od. IX. v. 22.*

——— ——— ——— Et *mutatur in horas.*

IDEM, *Art. P. v. 160.*

Dedecet, abjeciſſe ſtatim, quae ceperis, arma:
Tu, quamcumque tenes, *in ſtatione mane.*

non: *neclunque*, vel: *nutuque*, ut quorum utrumvis tantum aeque fuiſſet ſuperfluum? Magnum praeterea Eraſmum male habuit *vide*, ultima pariter ſyllaba correpta, pro quo ſuppoſititium *fuge* magis arriſiſſet. Sed nodus, quod ajunt, in ſcirpo. Id quod ingenti exemplorum congerie probatum Dauſmius dedit. Solum ſupereſt ergo: *ne rurſum*, ut Codicum unus, pluresque inter, Janſſoniana dedere atque Opitiana, Editiones. Nil mutavit Scriverius.

XXVI.

(XXVI.)

TRANQUILLIS *IN* REBUS, *IIS* ADVERSA TIMETO;

REBUS IN ADVERSIS, MELIUS SPERARE MEMENTO.

Εὐτυχέων τὸ τύχης ἐς ἐναντίον ἀςαθὲς ἄθρει·
Δυςυχέων δὲ πάλιν περὶ σοῦ σχεῖν ἐλπίδ᾽ ἀμείνω.

When Things go well, Adverſity beware;
Again, when Things go ill, do not deſpair.

Gedenk'/ in guter Zeit/ das Glücke kan ſich wenden:
Und hoff' auch in der Noth/ der Unfall wird ſich enden.

Gedenk in voorſpoedt, het geluk zou kunnen wenden.
Hoop weêr in tegenſpoedt op 't end van uwe elenden.

La Fortune vous rit: craignez ſes Contretems.
Vous ſouffrez: eſpérez de meilleurs Changemens.

VARIANS LECTIO. Mutationis & hujus rationem reddimus in Hiſtor. Diſtichi Critica. In: *Rebus* ſecundi verſus, pro quo alii: *Rurſus*, plures nobis

FLOSCULI POETICI.

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene praeparatum
Pectus. Informes hyemes reducit Jupiter, idem
Summovet. *Non, ſi male nunc, & olim*
Sic erit. —— —— ——
Rebus anguſtis animoſus atque
Fortis appare: Sapienter idem
Contrahes vento nimium *ſecundo*
Turgida vela.

HORATIUS, *Libr. II. Od. X. v.* 13. & 21.

Ut *redeat miſeris, abeat fortuna Superbis.*

IDEM, *Art. P. v.* 201.

Nemo confidat nimium *ſecundis:*
Nemo deſperet meliora *lapſis.*

SENECA, *Thyeſt. v.* 613.

Si *Fortuna juvat; caveto* tolli:
Si *Fortuna tonat; caveto* mergi.

PERIANDER *ap.* AUSON. *in VII. Sapp.*

—— Omnes, *quum ſecundae res ſunt* maxime, tum maxime
Meditari ſecum *oportet, quo pacto* adverſam *aerumnam ferant.*

TERENTIUS, *Phormion. Act. II. Scen. I. v.* 11.

Omnia *deſpera* prudenter: & omnia *ſpera*
Fortiter: *ut caveas omnia*, nil metuas
Prudentis caviſſe viri eſt *mala, ferreque fortis:*
Ut mala *non metuat* iſte, *nec* ille *ferat.*

OWENUS, *Lib. II. Epigr. LXV. & Libr. III. CLXIV.*

Alternant humana, viceſque a tempore ſumunt:
Haerent *perpetuo moerorque & gaudia nexu.*

POLINIACUS *Cardinalis, Anti-Lucret. Libr. II. v.* 10.

Sicut lux tenebras, mox tenebrae fugant
Lucem, continuo jugiter ordine;
Succedunt pariter ſic *bona triſtibus*,
Alternaſque agitant vices.
Seu te Fors igitur *reſpicit obſequens*,
Seu vultus alio flectit amabiles;
Adverſis animo deficias, cave,
Et *laetis adbibe modum.*

DOMINIC. BAUDIUS, *Libr. II. Od. VII. v.* 41.

Fortuna vitrea eſt, cum ſplendet, frangitur. P. SYRUS.

Plura ad priorem tantum Diſtichi verſum pertinentia vid. pone Libr. I. Diſt. XVIII.

nobis adſtipulantur, tum Codd. tum Editt, Scriverius quoque & ex parte Axntzenius.

XXVII.

(XXVII.)

DISCERE NE CESSES: CURA SAPIENTIA CRESCIT:

RARA DATUR LONGO PRUDENTIA TEMPORIS USU.

Μάνθανε μὴ λήγων· μελέτη σοφίην μάλ' ὀφέλλει·
Μακρῇ γὰρ πείρῃ σπανίως χρόνος ἄνδρα σοφίζει.

Ceaſe not to learn; by Care doth Wisdom grow:
Few Men by long Experience come to know.

Fleiß mehret den Verſtand : Sey emſig fort zu fahren.
Die Zeit gebieret Witz / und Weißheit komt von Jahren.

Tracht vlytig op den weg der Wysheit voort te varen.
Zeltzame wysheit komt door lang gebruik van Jaren.

Etudiez toûjours : La longue expérience,
Ne nous donne, à grands frais, que bien peu de Prudence.

VARIANS LECTIO. *Diſcere ne ceſſes : C. S. c.* Vulgatae Editt. *Diſcere ne ceſſet.* Codicum unus aliquis. Reliqui & melioris notae Editt. quas inter utra-

FLOSCULI POETICI.

Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra.
Fervet avaritia, miſeroque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? Sunt certa piacula, *quae te*
Ter pure *lecto poterunt recreare libello.*
Invidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:
Nemo adeo ferus eſt, *ut non miteſcere poſſit*,
Si *modo culturae patientem commodet aurem.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. I. v.* 32.

Fingit equum tenera docilem cervice magiſter
Ire viam, quam monſtrat eques. Venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in ſylvis catulus. Nunc *adbibe puro*
Pectore verba, puer; nunc te melioribus offer.
Quo *ſemel* eſt *imbuta recens*, *ſervabit odorem Teſta diu.*

IDEM, *Ejusd. Libri Ep. II. v.* 64.

Navem agere *ignarus* navis *timet*: Abrotonum aegro
Non audet, *niſi qui didicit*, dare: quod medicorum eſt,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

IDEM, *Libr. II. Epiſt. I. v.* 114.

Per varios *uſus artem experientia fecit*,
Exemplo monſtrante viam, *ſpeculata*que *longe.*

MANILIUS, *Aſtronom. Libr. I. v.* 61. &c. Conf. & 79. 80.

Ingenium quamvis habile & natura negarit;
Corrigitur damnum triſte *labore* tamen.

SAMBUCUS, *Epigr. tit.* Studia. *p. m.* 345.

Fit melior, fit limpidior fons ſaepius hauſtus,
Purgatus dulces ejaculatur aquas.
AEra nitent uſu: Splendeſcunt cote metalla;
Ceu *ſplendet crebra vomer adactus humo.* *
Sic labor ingenium, *mentem ſic excolit uſus*:
Sic mores ſtudio convenienter eunt.

REUSNERUS.

* *Parodia Ovidiani*: Splendet ab adtrita vomer aduncus humo.

utraque, cum vetuſtior, tum recentior Pariſienſis, & ipſe Scriverius, receptum tuentur textum. Nec differt in hoc Arntzeniana.

(XXVIII.)

PARCE LAUDATO: NAM, QUEM TU SAEPE PROBARIS,

UNA DIES, QUALIS FUERIT, MONSTRABIT, AMICUS.

Αἴνει φειδομένως· Ὃν πολλάκι γὰρ δοκιμάσαις,
Ἕν ποτε σοί, ποιός τις ἔην φίλος, ἦμαρ ἐλέγξει.

Praiſe ſparingly; for whom thou doſt commend,
One Day will ſhew how much he is thy Friend.

Lob niemand allzuſehr: Ein Tag komt / der ergiebt /
Was für ein Freund der ſey / den du zuvor geliebt.

Prys ſpaarſaam: Want een dag zal ons bewyzen geven,
Wat man die vrient is, dien gy dikwils hebt verheven.

Ne louez jamais trop: peut-être un ſeul inſtant,
Démasquera l'Ami, que vous élévez tant.

VARIANS LECTIO. *Una dies, qualis fuerit, oſtendet, amicus.* Arntzeniana & Janſſoniana, utraque Amſtelodamenſis, Edit. Al. *Oſtendit.* Audi ipſum Doctiſſ. Arntzenium, cujus quam maxime intereſt, ut tam vehementer adamata ipſi, brevis in quacumque caeſura, locum ubique obtineat: „ *Oſtendit.* Coll. Voſſ. Leid. pr. ſec. & Cod. Turic. (Nota: de *oſtendet* altum ſilentium!) „ Pro eo, ſic pergit Vir doctus, *monſtrabit* reperi in Leid. „ tert. Vet. Reg & Membr. Voſſ. nec aliter Editt. Ant. omnes, interque „ has Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc & Scriver (Adde jam recentiorem „ quoque Pariſinam.) Sed hoc ita indocti mutarunt, ut evitarent caeſuram. —
„ Haec,

FLOSCULI POETICI.

Qualem commendes, etiam atque etiam adſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & *quondam non dignum* tradimus. *Ergo*
Quem ſua culpa premet, *deceptus*, *omitte tueri*,
Ut penitus notum, ſi tentent crimina, ſerves,
Tuterisque tuo fidentem praeſidio. —

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVIII. v. 76.*

Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum;
Tempore ſic *duro* eſt *inſpicienda fides.*
Dum juvat & vultu *ridet fortuna* ſereno;
Indelibatas *cuncta ſequuntur* opes.
At *ſimul intonuit*; *fugiunt*, *nec noſcitur ulli*,
Agminibus comitum qui *modo cinctus* erat.
Atque *haec*, *exemplis* quondam *collecta priorum*,
Nunc *mihi ſunt* propriis *cognita vera* malis.
Vix duo tresve mihi, de tot, ſupereſtis *amici*.
Cetera fortunae, *non mea turba fuit.*

OVIDIUS, *Triſt. Libr. I. Eleg. IV. v. 15.*

Donec eris *felix*, *multos numerabis amicos*;
Tempora ſi fuerint *nubila*; *ſolus* eris.

IDEM, *ejusd. Eleg. VIII. v. 5.*

Vulgare amici nomen; ſed rara eſt fides.

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. IX. v. 1.* Videſis totam.

Laudator nimius nimis invidioſus habendus.

Tenore illius:

Laudatrix Venus eſt *invidioſa* mihi.

HELENA *ap.* OVIDIUM, *v.* 116.

„ Haec certe non tantum poſt primum, ſecundum & tertium, ſed etiam „ poſt quartum pedem nonnumquam locum habet, ut norunt praetextati. AMETZ. Valeat praetextata haec Eruditio! Quis enim jam nobis expediet, fuerintne Indocti illi, qui ſacroſanctam caeſurarum jus ac privilegium ignorantes, *oſtendit* mutaſſent in: *monſtrabit*; an vero alii, Docti nimis, qui, ut res in promtu eſt, illud ubique affectando tantum non proſtituiſſent, ejusque nimiam, ſi d. pl. oſtentantes ſcientiam, & hic verbum *monſtravit* in: *oſtendit* permutaſſent? Nam quid, quaeſo, doctius in ſe habet *Oſtendere*, prae illo altero: Aut quid indoctius in ſe rudiusque: *Monſtrare*?

(XXIX.)

NE PUDEAT, QUAE NESCIERIS, TE VELLE DOCERI:

SCIRE ALIQUID, LAUS EST; PUDOR EST, NIL DISCERE VELLE.

Μήτι καταισχύνοιο μαθεῖν, τόπερ οὐκ ἐδιδάχθης·
Αἰνετόν ἐςι μάθησις, ὁ δ' ἀγνοίης ἔρος αἰσχρόν.

What thou know'ſt not, to learn think it no Shame;
To know deſerveth Praiſe, not to learn merits Blame.

Was du nicht kanſt / das ſey zu lernen doch befliſſen:
Was wiſſen iſt ein Ruhm / und Schmach nichts wollen wiſſen.

Schaam u niet, weetge iets niet, datge u laat onderwyzen.
Niets leeren is wel ſchande, iets weten hoog te pryzen.

Faites-vous un honneur d'apprendre à tout moment:
Et laiſſez l'Inſenſé rougir en s'inſtruiſant.

VARIANS LECTIO. *Non pudeat, quae neſc. t. v. d.* Quidam exhibent Codd. *Scire aliquid, laus eſt, culpa eſt n. d v.* Ita Scaliger, pars Codicum Arntzenii & ipſe, ſuo in textu. Alii ejus Codd. habent; *turpe eſt*, ex quo for-

FLOSCULI POETICI.

Deſcriptas ſervare vices, operumque colores,
Cur ego, ſi nequeo ignoroque, Poëta ſalutor?
Cur *neſcire, pudens prave, quam diſcere* malo?

HORATIUS, *Art. Poët. v.* 86. [Quo de loco etiam Cl. Arntzen noſtrum hoc deſumtum eſſe Diſtichon credit.]

Stultorum incurata PUDOR MALUS ulcera celat.

IDEM, *Libr. I. Epiſt. XVI, v.* 24. paſſim jam cit.

Diſcere quae neſcis, ſapientia prima putatur:
Et nihil extremus ſit tibi ſcire pudor.

AULAEUS, *contorte, Melius:*

Sit *pudor* extremus, *diſcere velle nihil.*

—— —— Namque *errorum ignorantia* ferme eſt
Cunctorum *cauſſa.* —— —— ——

PALINGENIUS, *Scorpii v* 735.

Indoctum raro eſſe probum contingit & atras
Errorum in tenebras mentem *ignorantia trudit.*

IDEM, *Capricorn. v.* 104.

Prima igitur *labes animas*, & contagio prima,
Praecipuumque malum, quod culpa corporis illi
Evenit, eſt *veri atque boni ignorantia*, de qua
Judicium falſum exoritur, quae *maxima peſtis*
Humano eſt *generi*, de qua *duo monſtra* creantur:
Stultitia atque Scelus: Sed *ab his mala cuncta* duobus.

IDEM, *Sagittar. v.* 134.

Qui felix, & *qui prudens vult eſſe, laboret:*
Commoda Di vendunt cuncta labore gravi.
Sic & Ariſtoteles fertur plerumque lapillum
Pervigil in ſomnis ſuſtinuiſſe manu.
Segnitiem fugiat, *ſtudii* qui flagrat *amore:*
Ignavas odit ſorsque Deusque preces.

REUSNERUS.

Agreſti ingenio nihil importunius usquam eſt.

HOSPITALIUS.

fortaſſe *culpa* enatum. *Pudor eſt*, praeter magnum illum Editionum numerum ab ipſo indicatum, & Scaligero, etiam recentior nobiſcum elegit Pariſinus, & melius longe ſententiae nexui inde conſultum arbitramur, quam ut imperitis lectionem eam librariis acceptam referre queamus.

(XXX.)

CUM VENERE ET BACCHO LIS EST, SED JUNCTA VOLUPTAS.

QUOD BLANDUM EST, ANIMO COMPLECTERE; SED FUGE LITES.

Κύπριδι καὶ Βάκχῳ ἔρις εὐφροσύνη τε σύνεισιν·
Ἀσπάζου τὸ προσηνὲς ἐὸν, τὰ δὲ νείκεα φεῦγε.

In Love and Wine there is both ſtrife and Joy:
Take what doth pleaſe, and ſhun what doth annoy.

Bey Wein und Liebe wohnt ingleichen Luſt und Streit:
Laß ihre Zwietracht ſeyn / umfaſſe Frölichkeit.

Daar 's twiſt met *Venus* en met *Bacchus*, ſchoonze voegen
Hun wellust ſteets byeen. Schuw twiſt, en neem genoegen.

Et Venus *&* Bacchus *engendrent les querelles.*
Craignez de leurs douceurs les ſuites criminelles.

VARIANS LECTIO. *C. V. e. B. lis eſt, cum juncta voluptas.* Barthius. Al. *& juncta voluptas.* Editt plures, interque eas, Pariſienſes. Cod. unus, *juncta voluntas.* Et in altero verſu:
Quod tantum eſt. Pleſique Codd. Arntzeniani & plures duodecim nobiliſſ. Editt.

FLOSCULI POETICI.

Incommoditate abſtinere me apud convivas commode
Commemini, & meae orationis juſtam partem perſequi:
Et meam partem itidem tacere, cum aliena oratio eſt. ——
Neque *per vinum* umquam ex me *oritur diſſidium in convivio.*
Si quis ibi *odioſus eſt*, *abeo domum*, ſermonem ſegrego.
Venerem, *amorem*, *amoenitatemque accubans exerceo.*

PLAUTUS, *Mil. Glor. Act. II. Scen. I. v. 49. & 60.*

Vina bibant homines, animalia cetera fontes:
Abſit ab humano pectore potus aquae!

OVIDIUS.

Lite vacent aures, inſanaque protinus *abſint*
Jurgia: Differ opus, livida turba, tuum.

OVIDIUS, *Faſtor. Libr. I. v. 73.*

Albus ut obſcuro deterget nubila coelo
Saepe notus, neque parturit imbres
Perpetuos: ſic tu *ſapiens finire memento*
Triſtitiam vitaeque labores,
Molli, Plance, *mero*. —— —— ——

HORATIUS, *Libr. I. Od. VII. v. 15.*

Illic *omne malum vino* cantuque *levato*,
Deformis aegrimoniae *Dulcibus alloquiis.*

IDEM, *Epod. XIII. v. 15.*

—— —— *Diſſipat Evius*
Curas edaces —— - - -

IDEM, *Libr. II. Od. XI. v. 17.*

Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neque
Mordaces aliter *diffugiunt ſollicitudines.*
Quis poſt vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
Quis non te potius, *Bacche* pater, teque decens *Venus*?
At *ne quis modici tranſiliat munera Liberi*,
Centaurea monet cum Lapithis rixa, *ſuper mero Debellata.*

IDEM, *Libr. I. Od. XVIII. v. 3.*

Natis in uſum laetitiae ſcyphis
Pugnare, *Thracum* eſt: *tollite barbarum*
Morem, *verecundumque Bacchum*
Sanguineis prohibete rixis.

IDEM, *eiusd. Libr. Od. XXVII. v. 1.*

Cum dat oluſcula Menſa minuſcula, Pace quieta;
Ne pete grandia, Lautaque prandia, *Lite repleta.*

ANONYM. *cit. a Comite* OXENSTIERNARO, *pag.* 286.

Editt. in quibus iterum quae ſupra jam dictae. Sed *inepte*, ut cenſet Scaliger. *Quod libitum eſt.* Scriverius. Cl. Arntzen. & in ſua, nobiſcum, Pithoeanae ſubſcribit Scaligeri. Bonum factum, quod & ipſe aliquando Codices in errore deprehendit. Soloecismis certe ſcatet Cod. Tigurinus, quem Turic. vocat, ut hic; *compleſſe te.*

(XXXI.)

DEMISSOS ANIMO AC TACITOS VITARE MEMENTO.

QUA FLUMEN PLACIDUM EST, FORSAN LATET ALTIUS UNDA.

Φεῦγε χαμαιζήλους καὶ σιγηλῶν γένος ἀνδρῶν·
ᾗ Νᾶμ' εὔκηλον, τάχα δὴ βαθὺ κρύπτεται ὕδωρ*.

Sullen and ſilent Men, of them beware:
Where th' River 's ſtill, the Waters deepeſt are.

Vermeide falſchen Sinn und ſtiller Leute Griffe:
Wo Flüſſe leiſe geh'n, iſt ſolcher Waſſer Tieffe.

Schuw menſchen, die gy ſtil en ſtug meeſt hebt bevonden:
In ſtille wateren vindt gy de diepſte gronden.

Fuïez d'un noir ſournois le ſilence perfide:
L'eau dormante nous perd, quoique la moins rapide.

* In Graecis Edit. quaed. n. ſaepius aberrat: Sed hic triplex plane tolerandus non eſt Soloeciſmus: Ἡ κῦμ' εὔκηλον. Nam neque κῦμα femininum, nec ſenſui conveniens, neque in textu erat, neque articulus femininus ſcribitur: ἡ ſed ἡ; neque denique textus hunc articulum agnoſcit, ſed particulam localem ᾗ *Qua*, ut in latinis. Adde quartum vel quintum, in eodem verſu, quorum in emendandis invenias nullum: βάϑυ. Sed haec forte leviora. Accedit adhuc, in eodem, deſino jam numerare, δὶ pro δὴ, & ſyllabae menſura, & ſignificatu plane diverſo. Quod in priore tamen Edit. melius.

VARIANS LECTIO. Iterum relictis omnibus ipſe ſuis Codd. Cl. Arntzenius meliores nobiſcum ſequitur Editiones. Illi enim, jam: *Dimiſſos animo & tacitos*, id quod ipſe refutat optime; jam: *D. animo tacitosque vitare*, contra metri leges, exhibuerunt. Quod tolerabilius in alio: *tacitosque cavere memento.* Modo: *Quod flumen placidum eſt*; modo: *Quod placidum eſt flumen*; modo: *Quo flumen eſt placidum*, iterato contra regulas; Denique

&c 2

FLOSCULI POETICI.

Ultra Sauromatas fugere hinc *libet*, & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.
Indocti primum: quamquam plena omnia gypſo
Chryſippi invenias. Nam perfectiſſimus horum eſt,
Si quis Ariſtotelem ſimilem, vel Pittacon emit,
Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.
Fronti nulla fides. Quis enim *non vicus abundat*
Triſtibus obſcoenis? —— ——

JUVENALIS, *Sat. II. v. 1.* Sed tota ejusd. argumenti.

Fallit enim *vitium* ſpecie virtutis & umbra:
Cum ſit *triſte habitu, vultuque* & veſte *ſeverum.*

IDEM, *Sat. XIV. v.* 109.

Ubi vultus ille, & *ficta majeſtas* viri,
Atque *habitus horrens*, priſca & antiqua appetens,
Morumque ſenium triſte, & aſpectu grave?
O *vita fallax!* abditos ſenſus geris,
*Animis*que *pulcram turpibus faciem induis.*
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum, vera fallaces probant,
Simulantque molles dura. —— ——

SENECA, *Hippolyt. v.* 912.

O *Simulatores, tetrum pecus*, ut mihi ſaepe
Bile jecur vitrea diffinditur, iſta tuenti!
Creditis eſſe *Deum*, coelo qui talia curet?
Exprimite hoc factis. *Non creditis? Abjicite ergo*
Hunc fucum, &, vultu ruite in ſcelus omne retecto.
Hoc ego larvarum genus exitialiter odi.

M. ANTON. MURETUS, *Sat. II.* HORATIANI: *O Imitatores ſervum pecus!* non ſtultus Imitator.

Invenies paſſim multos, *qui pelle ſub agni*
Vipereum celant virus, moresque luporum,
Et *ſtolidos ficta virtutis imagine fallant.*

PALINGENIUS, *Scorp. v.* 946.

Dum malus eſt, *Speciem probitatis Hypocrita fingit.*

LAUTERBACHIUS.

Virtutis Vitium ſaepe *colore* venit.

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira,*

&: *Quo flumen placidum forſan l. a. n.* Aut omnia alia, his deteriora, quae vel recitare pigeat, quantumcumque alias celebrati, dederunt illi. Sed nec Editiones ſibi conſtant omnes. *Demiſſo tacitos amne*, Janſſoniana nobis praebet ſpectandos: Eadem & Florentina *flumen placitum* ſibi vindicant. Scriverius una particula *&* pro *ac* a nobis diſcrepat. Ne hac quidem, Pariſinus Editor noviſſimus.

(XXXII.)

QUUM TIBI DISPLICEAT RERUM FORTUNA TUARUM,

ALTERIUS SPECTA, QUO SIT DISCRIMINE PEJOR.

Εἴσε τύχη τῆς σῆς αἴσης μὴ πάμπαν ἀρέσκει,
Εἴσιδ' ἐς ἄλλου πότμον, ὅσῳ τεοῦ ἐςὶ χερείων.

When thy Eſtate is not unto thy Mind,
See other Men's, which thou may'ſt far worſe find.

Wil ſich das Glücke dir nicht als du wilt ergeben;
Schau/ wie ſo viele noch gar ſehr weit ärger leben.

Mishaagt de ſtaat u, dien 't Geluk u heeft gegeven,
Bezie de Nood en Kwaal, daar anderen in leven.

Votre ſort vous déplait? Jettez l'oeil ſur tant d'autres:
Quelle Comparaiſon de leurs malheurs, aux vôtres?

VARIANS LECTIO. Codd. iidem, qui antea, infeliciſſime variant rurſum, vel ipſo nos id docente eorum domino, qui repudiatis iis, verum feliciter amplectitur. Primum enim eorumdem par, *Leid. I. & II.* in deteſtabilem hancce conſpirat lectionem:

Cum fortuna tuarum rerum tibi diſpliceat ipſi.

Par vero ſecundum melius, *Coll.* ſcil. *Voſſ.* & *Cod. Turic. ſ. Tigurin.*

Quum fortuna tua rerum tibi diſpliceat ipſi.

Et mirum, ſane, quod hoc, brevis caeſurae illecebris, neminem pellexerit.

FLOSCULI POETICI.

Hippolytus, quoties flenti, Theſeïus heros,
Siſte modum, dixit: nec enim fortuna querenda
Sola tua eſt. SIMILES ALIORUM RESPICE CASUS:
MITIUS ISTA FERES. Utinamque *exempla dolentem*
Non mea *te* poſſent *relevare!* Sed & *mea poſſunt.*

OVIDIUS, *Metamorphoſ. Libr. XV. v. 492.*

Qui *ſuſtinere* non poteſt *ſuum malum,*
Alios inſpiciat, & diſcat tolerantiam. ——
Heu, inquit unus, *ſunt & alii, quos timor*
Vexat malorum. Ferte vitam, *ut ceteri.*

PHAEDRUS, *Fab. II. Append. ſub initium & fin.*

Rem pateris modicam & mediocri bile *ferendam,*
Si *flectas oculos majora ad crimina.* ——

JUVENALIS, *Sat. XIII. v. 143.*

Ten', o delicias! *extra communia cenſes*
Ponendum: quia *tu gallinae filius albae,*
Nos viles pulli, nati infelicibus ovis?

Ibid. paullo ante, v. 140.

In moerore tibi *eſt animus tener: adſpice cladem*
Majorem alterius: tu quoque natus *homo es.*

MEYERUS.

Quae *mala cum multis* patimur, *leviora* videntur.

PALINGENIUS, *Leon. v. 632.*

Solamen *miſeris, ſocios habuiſſe malorum:*
Solamen miſerum ſed tamen iſtud idem.

---

rit. Tertium par, *Veterr. Chartac.* & *Membranaceus Voſſii Cod.* ita dedit ſecundum verſum:

Alterius ſpecta quo ſis diſcrimine pejor.

Quod & Codicum ſeptimus *Leid. III.* & Editt. praeterea ſatis multae adoptarunt. Aliae contra exhibuerunt cum ſecundo Codicum pari: *Cui ſis diſcr. pej.* Cum primo pari forte aliae: *cui ſit.* Unde Scriverius, in ſua, effinxit: *qui ſit.* Et tamen tot inter ſcopulos, dictu mirabile! vera ad nos lectio illaeſa pervenit, ſolius ope *Veterrimi Regii*, Codd. videlicet octavi. Sed & Planudis miniſterio, vel ab ipſo propterea collaudati Scaligero, idem Barthio quoque comprobante.

XXXIII.

(XXXIII.)

QUOD POTES, ID TENTA: NAM LITUS CARPERE REMIS
TUTIUS EST MULTO, QUAM VELUM TENDERE IN ALTUM.

Τοῖς δυνατοῖς ἐπιχείρει· ἐρετμοῖς πλεῖν γὰρ ἄμεινον
Θῖνα παρ' εἰναλίην, ἢ λαίφει ὅλῳ πελαγίζειν.

Strive not above thy Strength: The Shore to keep
Is better than to launch into the Deep.

Verſuche was du kanſt: Dann rudern an dem Rande/
Iſt weiter von Gefahr/ als ſegeln weit vom Lande.

Beproef het geen gy kunt: Want langs het Strant te varen
Is veiliger, dan ver te dobbren op de baren.

Ne vous forcez en rien. Côtoïez le Rivage
Plûtôt, que d'affronter, en pleine mer, l'Orage.

Alta nimis *linque*, &, *donata ſorte*, *beatum*
Te dic, quodque velis eſſe, fuiſſe puta.
SAMBUCUS, *Embl. tit.* Nimium ſapere. *v.* 7 *p. m.* 28.
Non levitas *tollit*, *nec* onus nos *deprimit* omnes:
In medio tutum conditionis opus
IDEM, *Embl. tit.* moderata conditio. *p.* 36.
Ut tibi ſuccedant feliciter omnia, *fruſtra*
Tunc *nihil incipies*:
Progreſſu facili perages, *laetusque* laborum.
Exitus omnis *erit*. APHERDIANUS.

VARIANS LECTIO. *Tutius eſt multum.* Unus Cod. primi Paris: Alter ejusdem, dat legendum: *Tutius multo eſto, quam vela intendere in altum.* Al. Cod. nec *multo* habet, nec *multum*. Porro: *quam velis tendere in altum.*

Sub-

FLOSCULI POETICI.

Non ego *veliſera* tumidum *mare ſindo carina:*
 Tota *ſub exiguo flumine noſtra mora* eſt.

PROPERTIUS, *Libr. III. Eleg. VII.* v. 35.

Vela ſecundis *inflata* notis
Ventos nimium *timuere* ſuos.
Nubibus ipſis inſerta caput
Turris pluvio vapulat Auſtro:
Denſasque nemus ſpargens umbras
Annoſa videt robora frangi.
Feriunt celſos fulmina colles.
Corpora morbis majora patent:
Et cum in paſtus armenta vagos
Vilia currunt, placet in vulnus
Maxima cervix. Quidquid IN ALTUM
Fortuna tulit, *ruitura levat.*
Modicis rebus *longius aevum* eſt,
Felix mediae *quisquis* turbae
Sorte *quietus*,
Aura STRINGIT LITORA tuta,
Timidusque MARI CREDERE CYMBAM,
REMO TERRAS PROPIORE LEGIT.

SENECA, *Agamemnon. Act. I.* v. 90.

Male *penſantur magna ruinis*,
Felix alius magnusque volet;
Me nulla vocet turba potentem.
STRINGAT TENUIS LITORA PUPPIS,
NEC MAGNA MEOS AURA PHASELOS
JUBEAT MEDIUM SCINDERE PONTUM.
Tranſit tutos Fortuna ſinus.
MEDIOQUE RATES QUAERIT IN ALTO,
Quarum feriunt ſuppara nubes.

IDEM, *Hercul. OEtaei Act. III.* v. 691.

Qui *dubiis auſus committere flatibus alnum*,
 Quas natura negat, praebuit arte vias.
Tranquillis primum *trepidus ſe credidit undis*;
 LITORA, SECURO TRAMITE, SUMMA LEGENS,
Mox longos tentare ſinus, & linquere terras,
 Et leni *coepit pandere Vela* Noto.

CLAUDIANUS, *Praef. Libr. I. de raptu Proſerp.* v. 3.

Subſtituendum putabat Scaliger, cui ſe accommodat Ed. Pariſ. noviſſ. Anglica nobiſcum facit. Malſcius contra: *velo*, caſtigatus propterea, ut ſaepe, a Doct. Arntzenio.

(XXXIV.)

CONTRA HOMINEM JUSTUM PRAVE
CONTENDERE NOLI:

SEMPER ENIM DEUS INJUSTAS ULCISCITUR
IRAS.

Μὴ βούλου ἀδίκως ἐριδαινέμεν ἀνδρὶ δικαίῳ·
Τῶν ἀνόμων Θεὸς ἐςὶν ἀεὶ τιμήορος ὀργῶν.

Seek not to thruſt an honeſt Man from 's Right:
For God will always puniſh wrongful Spite.

Gerechte ſcheue dich mit Unrecht zu beſprechen:
Dann ungerechten Zorn pflegt Gott allzeit zu rächen.

Laat u in geenen twiſt met vrome luiden horen:
Godt wreekt het onrecht van den uitgelaten toren.

Garde-toi d'offenſer un homme en ſa droiture
Il eſt au Ciel un Dieu, Vengeur de toute injure.

VARIANS LECTIO. *Contra hominem juſtum plane contendere noli.* „ Eſt
„ in Collat. Voſſ. *noli contendere prave* in Leid. III atque Editt. Chouët.
„ Florent. Boill. Corder. Cruc. & Pulmann. in margine, *Noli contra homi-*
„ *nem*

FLOSCULI POETICI.

Mali ſunt homines, qui *bonis dicunt male:*
Tu *dis nec recte* dicis: *non aequum* facis.

PLAUTUS, *Bacchid. Act. I. Scen. II. v.* 10.

Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos.
Ita fugias, ne praeter caſam, quod ajunt. Nonne id ſat erat,
Accipere ab illo injuriam? etiam argentum eſt ultro objectum:
Ut ſit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
Planiſſime. IIS NUNC PRAEMIUM EST, QUI RECTA
PRAVA FACIUNT.

TERENTIUS, *Phormion. Act. V. Scen. II. v.* 1. quem & locum hic citavit Cl. Arntzen. nos jam alibi.

Quam *multa* injuſta ac *prave fiunt* moribus?

IDEM, *Heautont. Act. IV. Scen. VII. v.* 11. citante itidem ad hoc Dict. Viro cum laude memorato.

Inſcitum *offerre injuriam* tibi *immerenti*, *iniquum* eſt.

IDEM, *Hecyrae Act. V. Scen. I. v.* 14.

Vis arcere graves poenas? *Convitia nulli*
Dixeris: haec propter Numinis ira furit.

MEYERUS.

AEacidae Hectoreo perfuſum ſanguine *ſcutum*,
Quod Graecorum *Ithaco concio iniqua dedit*,
Juſtior arripuit *Neptunus* in aequora jactum
Naufragio, ut dominum poſſet adire ſuum.
Litoreo *Ajacis tumulo* namque *intulit* unda,
Quae boat, & tali voce ſepulcra ferit:
Viciſti, Telemoniade, tu *dignior* armis.
Affectus fas eſt *cedere Juſtitiae.*

ANDREAS ALCIATUS, *Embl. XXVIII. tit.* Tandem, tandem Juſtitia obtinet. *Conf.* & P. BAYLII *Dictionar. Hiſtorico-Critic. Gall. Artic.* Ajax.

„ *nem juſtum contendere prave*. In Cod. Turic. ARNTZEN. *Saepe*, pro *ſemper* idem ſe reperiſſe Vir doctus teſtatur, in Editione Florent. ſed recte improbat. Noviſſimus Editor Pariſinus in utrovis Diſtichi verſu plane mutat nihil. Sic & reliquae ſibi conſtant Editiones omnes.

XXXV.

(XXXV.)

EREPTIS OPIBUS, NOLI MOERERE DOLENDO:

SED GAUDE POTIUS, SI TE CONTINGAT HABERE.

Τῶν σεῦ ἀτεμβόμενος μὴ ποτνιῶ ἀχνύμενος κῆρ·
Χαῖρε δὲ μᾶλλον ὅταν τινὰ συμβῇ σοὶ κτεατίζειν.

When Goods thou loſeſt, do not much complain;
But rather joy, if thou may'ſt them obtain.

Nicht weine / ſind dir Geld und Güter abgenommen;
Erfreue dich vielmehr / daß du darvon gekommen.

Treur niet lafhartig, zoo de rykdom u verlaat;
Maar draag u vrolyk, als gy zyt in goeden ſtaat.

Ne pers point à la fois & biens, & Contenance;
Réjouis-toi plûtôt pendant leur Jouiſſance.

VARIANS LECTIO. *Ereptis opibus, noli tu flere querendo.* Eraſmus. *Nolite flere querendo.* Opitius. Illum ſequitur, Janſſoniana & reliquarum Editt. magna pars. A noſtris ſtant partibus Scriverius, Pariſinus recentior & omnium Editorum noviſſimus, Arntzenius, Codd. ſuorum auctoritate ſuffultus, quamquam neque ii in omnibus ſibi conſtant. Sed ea minuta ſunt, in quibus diſcrepent. Adi, ſi lubeat, ipſum. *Sed gaude potius, tibi quum contingit habere.* Ita Scaliger, Editt. Janſſoniana atque Opitiana, ut taceam alias.

No-

FLOSCULI POETICI.

Ponamus nimios gemitus: *flagrantior* aequo
Non debet dolor eſſe viri, nec vulnere major.
Tu, quamvis levium *minimam*, *exiguamque malorum*
Particulam, *vix ferre potes*, ſpumantibus ardens
Viſceribus, ſacrum tibi quod non reddat amicus
Depoſitum. Stupet haec, qui jam poſt terga reliquit
Sexaginta annos, Fontejo Conſule natus?
An nihil in melius tot rerum proficit uſu?
Magna quidem, ſacris quae dat praecepta libellis,
Victrix Fortunae Sapientia: Ducimus autem
Hos quoque *felices*, *qui ferre incommoda vitae*,
Nec jactare jugum *vita didicere magiſtra.*

JUVENALIS, *Sat. XIII. v.* 11.

Senſit Alexander, teſta quum vidit in illa
Magnum habitatorem: *quanto felicior hic*, *qui*
Nil cuperet, *quam qui totum ſibi poſceret orbem*,
Paſſurus geſtis aequanda pericula rebus.

IDEM, *Sat. XIV. v.* 311.

In paupertate tutum *praeſtat vivere*,
Quam divitiarum carpi *ſollicitudine.*

PHAEDRI *Fabb. Appendice.*

Rebus *in adverſis patientia* vera *probatur.*

OWENUS, *Ethicor. II. Epigr. XII. v.* 4.

Durum: ſed *levius fit patientia*,
Quidquid corrigere eſt nefas.

HORATIUS, *Libr. I. Od. XXIV. v.* 19.

Poſſe *pati facile eſt*: tibi *ni patientia deſit*,
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

OVIDIUS, *Libr. II. Rem. v.* 125.

Fortiter *ediſcam triſtia poſſe pati.*

IDEM, *Heroid. Epiſt. VII. v.* 178.

Noſtram tuentur lectionem Aſcenſius, à Daumio citatus, & Leidenſ. III. Item qui: *Si te contingit habere* habent, Veterr. Reg. & Chartac. Arntzenii. Ipſe tamen, uti & Pariſ. noviſſimus, praefert: *tibi ſi contingat habere. Habere* autem pro *havere* ſ. *ſalvere*, *ſalvum* & *incolumem eſſe*, accipit, atque ita exponit. Salvo, ſane, eodem ſenſu, ſi vel noſtram amplexus fuiſſet. Ipſos vero Stoicos ſeveritate ſuperat Scriverius, qui h. l. ita convertere maluit:

Sed gaude potius, ſi nil contineat habere.

(XXXVI.)

EST JACTURA GRAVIS, QUAE SUNT, AMITTERE DAMNIS;

SUNT QUAEDAM, QUAE FERRE DECET PATIENTER AMICUM.

Ἄτλητον βλάβος ἐςὶ, τύχαις τὰ ἐνόντ' ἀποβάλλειν·
Ἔςιν δ', ἃτλα φέρειν, φίλε, δεῖ τετληότι θυμῷ.

The Caſe is hard to ſpend our Means by Loſſes;
Yet ſometimes for our Friends we muſt bear Croſſes.

Verluſt der Güter / durch Verſchwendung / iſt zu meiden:
Doch der / ſo Freundſchaft mehrt / iſt wohl noch zu erleiden.

Verlieſtge uw goedt door ſchâ, 't is zeker te beklagen.
Maar daar zyn dingen, die uw vrient u leert verdragen.

Toute perte étrangere eſt toûjours très ſenſible:
Perdre pour un Ami nous eſt bien moins nuiſible.

Ou:

La Dépenſe, qu'on fait, eſt quelquefois outrée:
Celle, pour un Ami, ne ſoit point regrettée.

VARIANS LECTIO. Priorem verſum quidam ſiſtunt Codd. muti-tum vocibus *quae ſunt*, ſive utraque, ſive alterutra. Sed hoc nihili e- *Sunt quaedam, quae ferre decet patienter, amice.* Aliquot, quos ſequitur Scaliger, cum Codd. tum Editt. ita nobis verſum ob oculos ponunt. At melior pars *amicum* praefert, quos & ſectatur Arntzenius, noſque eum, & in quo, mirum in modum, conſentientem nobiſcum habemus Editorem ac Paraphraſten noviſſimum eum, qui Lutetiae inclaruit. Violenta nimis Barthii expoſitio erat: Ingenioſa, nec admittenda tamen, Viri alicuius docti,

FLOSCULI POETICI.

Stultus atque inſanus *damnis certant: nos ſalvae* ſumus.

PLAUTUS, *Trucul. Act. V. v. 58. a laudato perappoſite citatus Arntzenio.*

Creſſa ne careat *pulcra dies* nota:
Neu promptae *modus amphorae*,
Neu morem in Salium *ſit* requies pedum.

HORATIUS, *Libr. I. Od. XXVI. v.* 10.

Quocumque lectum nomine Maſſicum
Servas, *moveri digna bono die*,
Deſcende, Corvino jubente,
Promere languidiora vina.

IDEM, *Libr. III. Od. XXI. ad Amphoram, v.*35.

——— ——— ——— Latus
Depone ſub lauru mea, *nec*
Parce cadis tibi deſtinatis.
Oblivioſo laevia Maſſico
Ciboria exple. Funde capacibus
Unguenta de conchis. ———

IDEM, *Libr. II. Od. VII. v.* 18.

Sume, Maecenas, *cyathos amici*
Soſpitis *centum*: & vigiles lucernas
Profer in lucem: procul omnis eſto
Clamor & ira.

IDEM, *Lib. III. Od. VIII. v.* 13.

Nardo vina merebere.
Nardi parvus onyx *eliciet cadum*,
Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,
Spes donare novas *largus*, amaraque
Curarum eluere efficax.
Ad quae ſi properas gaudia, cum tua
Velox merce veni: *Non ego te* meis
Immunem meditor tingere poculis,
Plena dives ut in domo.
Verum *pone* moras, & *ſtudium lucri.*

IDEM, *Libr. IV. Od. XII. ad* VIRGILIUM, *v.* 16.

---

docti, ab Arntzenio producti, tranſpoſitio in verbis facta: *qui ſunt, amittere amicos*, & : *ferre docet patientia damna*. Nec magis probanda, inſtituta haec primum a Scriverio immutatio: *quae ferre docet patienter amicos*. Sed vehementer probanda noviſſima eſt ipſius expoſitio Cl. Arntzenii, cui & nos animo ut ſubſcribimus lubentiſſimo, ita & Germanica pariter atque Gallica adcommodavimus. Verum ille hic maxime meretur, quem adeas ipſum, magnam, profecto, rem dignumque vindice nodum ita ſecantem, ut nemo fortius meliusque hactenus.

(XXXVII.)

TEMPORA LONGA TIBI NOLI PROMITTERE VITAE:

QUOCUMQUE INGREDERIS, SEQUITUR MORS, CORPORIS UMBRA.

Μή σοι ἐπαγγέλλου μήκιστον τέρμα βίοιο·
Σώματι γὰρ, σκιὰ ὥς, ἕπεται μόρος, ᾗχι πορεύῃ.

Thyſelf no Promiſe make to live long here:
Death, at thy Shade, attends thee ev'ry where.

Zu·lange Lebens=Zeit / geh / bilde dir nur ein;
Der Tod wird / wo du ſchwebſt / dein Schatten um dich ſeyn.

Laat uw gedachten niet op een lang leven gaan:
De doot volgt u, gelyk een Schaduw, agter aan.

De vivre bien-lontems, c'eſt un trompeur appas:
Comme une ombre, la mort nous ſuit à chaque pas.

VARIANS LECTIO. Conſentientibus in eam lectionem omnibus Codd. praeter unum, qui *Corporis umbram* habet, noluimus in eo plus tribuere magnorum quantumvis Virorum, Erasmi conjecturis & Scaligeri, quas adoptarunt Editt. plurimae: *Corpus ut umbra* exhibentes, In his tamen & diverſorum

FLOSCULI POETICI.

Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum
Quae *rapit hora diem.* HORATIUS, *Libr. IV. Od. VII. v. 7.*
—— Nihil eſt, toto quod perſtet in orbe;
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipſa quoque *aſſiduo labuntur tempora motu*,
Non ſecus ac flumen: *neque* enim *conſiſtere flumen*,
Nec levis hora poteſt: Sed ut unda impellitur undâ,
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem;
Tempora ſic *fugiunt* pariter, pariterque ſequuntur.
OVIDIUS, *Libr. XV. Metam. v. 177.*
Tempora labuntur, tacitisque ſeneſcimus annis,
Et *fugiunt*, freno non remorante, *dies.*
IDEM, *Faſt. Libr. VI. v. 667.*
Serius aut citius *ſedem properamus ad unam.*
Tendimus huc omnes; *haec eſt domus ultima.* ——
IDEM, *Metamorph. Libr. X. v. 33.*
Longius, aut propius, *mors ſua quemque manet.*
PROPERTIUS, *Libr. II. Eleg. XXII. v. 58.*
—— —— Carpamus dulcia: noſtrum eſt
Quod vivis; cinis & manes & fabula fies
Vive memor leti: fugit hora: hoc, quod loquor, inde eſt.
PERSIUS, *Sat. V. v. 151.*
Et pace, & bello *cunctis ſtat terminus aevi*,
Extremumque diem primus tulit ille per ora.
SILIUS *Ital. Libr. III. v. 134.*
Certa quidem *finis vitae mortalibus adſtat*,
Nec devitari letum pote, quin obeamus.
LUCRETIUS, *Libr. III. v. 1093.*
Ortus *cuncta* ſuos *repetunt matremque* requirunt,
Et *redit ad Nihilum, quod fuit* ante *nihil.*
CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v. 221.*
Ecce *ſumus pulvis*, ſumus, ecce miſerrima tellus,
Et *noſtri fugiunt*, ut levis aura, *dies.*
Solvimur ut nebulae, ſurgens *ut* in aëra *fumus*,
Et *veluti ſolvi* ſole *pruina ſolet.*
Carpimur, *ut ſtipulae* rapido *carpuntur ab igne:*
Nil niſi vivendo *ſomnus & umbra ſumus.*
Unde igitur *faſtus*, venit *unde ſuperbia nobis*,
Quos fatum, praeter tot mala, *triſte rapit?* LAMPSONIUS.
Quo magis eſſe *procul credis, magis imminet:* unde
Certius eſt, *quam mors*, quam mors *incertius eſt nil.*
PALINGENIUS, *Scorp. v. 344.*

ſorum temporum Pariſinae ſunt, ut facile mireris tantum ponderis habuiſſe illorum Nominum auctoritatem; niſi forte & alia praeterea accedens in eam partem praeponderaverit. Utraque Amſtelodamenſis nobilior & Scriverius jam ante, itemq. Anglica, idem exegerunt: *Corporis umbra.*

(XXXVIII.)

TURE DEUM PLACA: VITULUM SINE CRESCAT ARATRO.

NE CREDAS PLACARE DEUM, QUUM CAEDE LITATUR.

Ἱλάσκου θυέεσσι Θεόν. Λίπε μόσχον ἀρότρῳ.
Μηδέ μιν εὐμενίσαι δόκει αἵματι καὶ σφαγίοισι. (*)

With Incenſe God appeaſe, let Bullocks grow;
Think not to pleaſe God with a bloody Vow.

Mit Weyrauch ehre Gott: Das Kalb gehört zum Pflügen.
An Thieren/ die man würgt / läſt Gott ihm nicht genügen.

Eer Godt met reuk: uw kalf groei tot den dienſt van 't ploegen.
In bloet te ſtorten ſchept de Godtheit geen genoegen.

L'Encens ſeul eſt pour Dieu; le boeuf, pour la charuë.
Le Ciel ne ſe plait point dans ces troupeaux, qu'on tue.

(*) Totum PLANUDEANUM eſt Diſtichon, quod SCALIGER intactum reliquit.

VARIANS LECTIO. *Ture Deum placa: Vitulus ſine creſcat aratro.* Sola Editio Pariſ. habet, recenſente Arntzenio, & quidem vetuſtior, nam quae inde nuper ad nos pervenit, ſaepins nobis jam citata, repoſuit: vitulum;

Et

FLOSCULI POETICI.

Coelo ſupinas ſi *tuleris manus*,
Naſcente Luna, ruſtica Phidile,
Si ture placaris & horna
Fruge Lares, avidaque porca;
Nec peſtilentem *ſentiet* Africum
Foecunda vitis, *nec ſterilem ſeges*
Rubiginem, *aut* dulces *alumni*
Pomifero *grave tempus* anno.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIII. v. 1.*

Sed tamen, *ut* fuſo *taurorum ſanguine centum*,
Sic *capitur minimo turis honore Deus.*

OVIDIUS, *Triſt. Libr. II. v. 75.*

—— —— Juſta ite precari
Ture pio, *caedum*que *feros avertite ritus.*

SILIUS ITAL. *Libr. IV. v. 795.*

Non quaecumque manu *victima caeſa*, *litat.*

MARTIALIS, *Libr. X. Epigr. LXXIII. v. 6.*

Sunt faciles Superi, *precibus ſeſe Deus offert*,
Hora, qua erroris poenitet, atque pudet.

SAMBUCUS.

Ad gentis humanae coactum Concilium
DEUS ſic ora ſolvit:
Taurine veſcor carnibus, aut bibo
Hirci cruorem? Pectore candido
Grates age, & *quovis litabis*
Rite Deo, *ſine caede*, *voto.*
Tum deprehenſus rebus in aſperis,
Securus implora: auxilium feram,
Grates ut, accepta ſalute,
Laetus agas, Dominumque laudes.
Conſiderate haec, vos, quibus excidit
De mente coeca mentio Numinis.
Ne, quum prehendam, nemo ſit, qui
De manibus mihi prenſa tollat.
Si *victimam vis* magnificam *mihi*
Mactare; *laudes canta*, *age gratias.*
Hac itur ad certam *ſalutem*,
Haec ſuperos *via pandit axes.*

BUCHANANUS, *Pſalmo L. v. 2. 13. 14. 15. 22 & 23.*

Et ſequentem hoc modo verſum: *Nec credas placare Deum*, *dum caede litatur.* Quod & aliae ſat multae & Anglicae Editt. confirmant. *Ne credas gaudere Deum*, tres dederunt Codd. Arntzenianorum. Ceterum: *Placari ne crede Deum*, Scriverii inventum erat. Boxhornianum *Ture* pro *ture* vid. in Hiſt. Crit.

(XXXIX.)

CEDE LOCUM LAESUS FORTUNAE, CEDE POTENTI;

LAEDERE QUI POTUIT, PRODESSE ALIQUANDO VALEBIT.

Εἶκε τύχῃ μάλα περ βεβλαμμένος· Εἶκε κραταιῷ,
Ὁ βλάψας τὸ πρῶτον ἔχοι πάλι καί σε ὀνῆσαι.

Yield unto Fortune, and to Men of Might;
He that did thee Wrong may come to do thee Right.

Nicht ſcheue dich / dem Glück' und Stärkeren zu weichen:
Wer ſchadet / kan einmal auch wieder Hülfe reichen.

Wyk voor 't Geval, en die is boven u gerezen.
Die u beledigt heeft, kon u weêr nutbaar wezen.

Suportez le Deſtin & cedez au plus-fort:
Tel vous peut faire bien, qui vous aura fait tort.

VARIANS LECTIO. Planudes, ut ait Scaliger, aliter diſtinguit, omnia ad unam Fortunam referens. Sed illum nos videbimus ſuo loco. *Cede locum laeſis Fortuna.* Ita Membran. Voſſ. Quam egregie faventem exulibus legem certe nemo erit, qui ſanciat aut ſubire velit, & merito ea a Doctiſſ. Arntzenio rejecta eſt & abrogata, *Laedere quod poterit, potorit prodeſſe aliquando.* In hanc

FLOSCULI POETICI.

Fortuna ſaevo laeta negotio, &
Ludum inſolentem ludere *pertinax*,
Transmutat incertos *honores*,
Nunc mihi, *nunc alii benigna*.
Laudo manentem, ſi celeres quatit
Pennas, *reſigno quae dedit* & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem, ſine dote, quaero.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIX. v. 49.*

Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis,
Illa rapit juvenes, ſuſtinet illa ſenes.
Quaque ruit, furibunda ruit; totumque per orbem
Fulminat, & coecis coeca triumphat equis.
Regna Deae inmitis *parce irritare* querendo;
Sollicitare animos parce *potentis herae*.

PEDO ALBINOVANUS, *Eleg. ad Liviam; v. 371.*

Perfer & *obdura: Dolor* hic *tibi* PRODERIT OLIM:
Saepe tulit laſſis ſuccus amarus opem.

OVIDIUS, *Am. Libr. III. Eleg. XI. v. 7.*

Numquam eſt *fidelis cum Potente ſocietas.*

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. V. v. 1.* tu vide ſis hucque applica totam.

Contra Potentes nemo eſt *munitus ſatis*:
Si vero acceſſit conſiliator maleficus,
Vis & nequitia quidquid oppugnant, ruit.

IDEM, *Libr. II. Fab. VI. v. 1.*

Quidquid *delirant Reges*, *plectuntur Achivi*.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. II. v. 14.*

Aulica *qui* tractant, *ſeſeque favoribus ornant*,
Interdum *cedunt*, quos comitantur, *heris*. SAMBUCUS.

Diſſimulat ſapiens: ſtultus mala paſſa revelat;
Offenſas magnum diſſimulare decus.

LAUTERBACHIUS.

Eſto animo forti, & dura. *Patientia vincit*
Omnia: in adverſis rebus ſunt proſpera ſemper
Magnanimo ſperanda viro. Tunc *celſior exit*,
Quum premitur, *Virtus*. Viden' ut *Fortuna frequenter*
Quos peſſum dederat, *mutata extollat* eosdem
Alternetque vices? Nihil eſt durabile ſemper
Sub coelo: *Redeunt poſt* triſtia *nubila ſoles*

PALINGENIUS, *Cancr. v. 40.*

hanc lectionem primum iterum Par Codicum conſpirat, Leidenſ. I. & II. Alii itidem duo dant: *Laedere qui poterit p. a. v.* Duo iterum al. receptam nobis tuentur lectionem, alter quidem obſcure, ſed liquido alter. *Cedere qui potuit* inter errores abeat, tranſeat, pereatque. Nihil mutat aut Scriverius, aut recentior Pariſinus.

(XL.)

QUUM QUID PECCARIS; CASTIGA TE IPSE SUBINDE:

VULNERA DUM SANAS, DOLOR EST MEDICINA DOLORIS.

Ἤν ποθ' ἁμαρτήσῃς, πυκνῶς ἐπίπληξον ἑαυτῷ.
Τραύμαθ' ὅταν θεραπεύετ', ἄκος πέλει ἄλγεος ἄλγος.

Chaſtiſe thyſelf, if ought thou do'ſt amiſs;
In healing Wounds, Smart by Smart cured is.

Bequeme dich zur Straff / auf ſündliches Verüben:
Vom Wundarzt wird der Schmerz / wie ſchmerzlich auch / vertrieben.

Hebtge iets misdaan, gy moet zelf uw kaſtyder zyn.
Terwylge een wont geneeſt, dient ſmert ook tegens pyn.

Puniſſez vos Péchés, vous-méme avec rigueur:
On ne guérit jamais des Plaïes ſans Douleur.

Ou:

Souffrez de vos Erreurs l'auſtère pénitence:
Jamais on ne guérit de grands maux ſans ſouffrance.

VARIANS LECTIO Aut omnino nulla, aut tanti non eſt, ut commemoretur.

FLOSCULI POETICI.

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:
Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris? Atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus: & ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non
Intendes animum ſtudiis, & rebus honeſtis,
Invidia vel amore vigil torquebere. *Nam cur*
Quae laedunt oculos feſtinas demere: ſi quid
Eſt animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui coepit, habet: *Sapere aude:*
Incipe. Qui recte vivendi prorogat horam,
Ruſticus, expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis aevum.

HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. II. v. 32.*

—— —— —— Quid tu?
Nullane habes vitia? immo alia haud fortaſſe minora.
Maenius abſentem Novium quum carperet: Heus tu!
Quidam ait: Ignoras te? An ut ignotum dare nobis
Verba putas? *Egomet mi ignoſco*, Maenius inquit.
Stultus & improbus hic amor eſt, dignusque notari.

IDEM, *Serm. Lib. I. Sat. III. v. 19.*

Virtutem incolumem odimus;
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.
Quid triſtes *querimoniae*,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus
Vanae proficiunt? —— —— ——

IDEM, *Carmin. Libr. III. Od. XXIV. v. 31.*

Meum officium facio: quod *peccatum a nobis* ortum eſt, *corrige.*

TERENTIUS, *Adelph. Act. IV. Scen. III. v. 2.*

Cuncta prius tentanda; ſed *immedicabile vulnus*
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.
Non tamen *ulla magis praeſens fortuna* laborum eſt,
Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Ulceris os: alitur vitium vivitque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora deos ſedet omnia poſcens. ——
Continuo *culpam ferro compeſce, priusquam*
Dira per incautum *ſerpant contagia* vulgus.

VIRGILIUS, *Georgic. Libr. III. v. 452. & 468.*

(XLI.)

DAMNARIS NUMQUAM, POST LONGUM TEMPUS AMICUM.

MUTAVIT MORES; SED PIGNORA PRIMA MEMENTO.

Μὴ καλαγινώσκοιο, χρόνον μετὰ μακρὸν, ἑταίρου·
Εἰ καὶ ἄμειψε τρόπους, τὰ πάλαι μέμνησο δίκαια.

Never thy Friend after long Time reject;
Suppoſe he's chang'd, yet his firſt Love reſpect.

Sprich einen alten Freund anjezt von Tadel frey;
Denk' an die erſte Gunſt; ob er verändert ſey.

Verdoem geen' Vrient om het verand'ren zyner zeden;
Erinner liever u zyne eerſte vriendlykheden.

Malgré leur inconſtance, épargne tes Amis:
Souviens-toi des Liens dont vous futes unis.

Ou:

Qu' après un très-long tems votre Ami ſoit changé,
C'eſt à-tort de vous plaindre, après tant d'Amitié.

VARIANS LECTIO. *Damnabis nunquam p. l. t. a.* in unico apparet Cod. Reliqua quae variant, nullius ſunt momenti.

FLOSCULI POETICI.

Illuc praevertamur: amatorem quod amicae
Turpia decipiunt caecum vitia, aut etiam ipſa haec
Delectant: veluti Balbinum polypus Agnae;
Vellem *in amicitia* ſic erraremus, & iſti
Errori nomen Virtus poſuiſſet honeſtum.
At pater ut gnati, ſic *nos debemus amici*,
Si quod ſit *vitium*, *non faſtidire.* ——
Parcius hic *vivit*; *frugi dicatur*. Ineptus
Et *jactantior* hic *paullo* eſt; *concinnus* amicis,
Poſtulat ut videatur: at, eſt truculentior atque
Plus aequo liber, *ſimplex* fortisque habeatur.
Caldior eſt; *acres inter numeretur*. Opinor,
Haec res & jungit, *junctos* & *ſervat amicos.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. III. v.* 38.

Brachia da laſſo potius *prendenda natanti*,
Nec pigeat mento ſuppoſuiſſe manum.
Idque facis, faciasque precor. —— ——

OVIDIUS, *e Ponto Libr. II. Eleg. VI. v.* 13.

Fac modo *permaneas lapſo*, Graecine, *fidelis*;
Duret & in longas impetus iſte moras.
Quae tu cum praeſtes, remo tamen utar & aura:
Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.

IDEM, *Ejusd. v.* 35.

Nil temere admittas, niſi fidum noris, amicum;
Sed *ſemel admiſſus ſemper habendus* erit.

OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. LXV.*

Invenies multos, ſi res tibi floret, amicos. ——
Rebus in adverſis vera probanda fides.

IDEM, *Ethic. II. Ep. XII. v.* 1. & 4.

Triginta mihi *quattuorque meſſes*
Tecum, ſi memini, fuere, Juli;
Quorum *dulcia mixta* ſunt *amaris.*
Sed *jucunda tamen* fuere *plura*,
Ut ſi calculus omnis huc & illuc
Diverſus bicolorque digeratur,
Vincet candida turba nigriorem.

MARTIALIS, *Libr. XII. Epigr. XXXIV. v.* 1.
Vid. reliqua, ad Libr. I. Diſt. XXVI. in floſculis ultimum.

XLII.

(XLII.)

GRATIOR OFFICIIS, QUO SIS MAGE CARIOR, ESTO:

NE NOMEN SUBEAS, QUOD DICITUR, OFFICIPERDI.

Τῶν εὐεργεσιῶν χάριν ἴσθ', ἵνα φίλτερος εἴης·
Καὶ μὴ ὁ θρυλληθεὶς ὀλεσίχαρις αὐτὸς ἀκούσῃς.

That thou may'ſt purchaſe Love, the kinder be;
Leſt Name of thankleſs Perſon light on thee.

Sey danckbar / wer dir hilft / ſo haſt du länger Gunſt:
Daß niemand ſagen mag / ſein Wolthun ſey umſonſt.

Zyt dankbaar voor de gunſt, voorheen aan u betoont:
Dan zegt men niet, dat gy haar qualyk hebt beloont.

Vous ſerez mieux ſervi; montrez-vous moins ingrat:
Ce ſeroit, diroit-on, en vain, qu'on l'obligeât.

VARIANS LECTIO. *Gratior officiis, quo ſis mage clarior, eſto.* Codd. optimorum unus tantum, hoc modo, in medium profert. Alii, neque tamen plures duobus: *Cum ſis mage charior* reddunt. Editionum omnis diverſitas fere conſiſtit in diſtinguendo alia atque alia ratione. Vel enim nobiſcum, *quo ſis mage carior*, a reliquis, quae ſunt ante & poſt, diſtinguunt; vel hunc in modum: *Gratior officiis, quo ſis mage, c. e.* ita ut *quo* ſit intendendi particula, non cauſſalis; vel etiam hunc in ſequentem: *Gratior officiis quo ſis mage, carior eſto.* In quo Scriverius & Pariſinus recentior, ſtabiliendo concurrunt; diverſo tamen ſenſu, quod mirum plane; vel denique

&c,

FLOSCULI POETICI.

Haec *mihi ſemper erunt imis infixa medullis*,
Perpetuusque animi *debitor* hujus *ero.*
Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo;
Quam ſubeant animo meritorum oblivia noſtro,
Et longa pietas excidat iſta die.

OVIDIUS, *Tr. Libr. I. Eleg. IV. v. 9.*

Semper *inoblita repetam* tua *munera mente*,
Et mea me tellus audiet eſſe tuum.

OVIDIUS, *e Ponto. Libr. IV. Eleg. XV. v. 37.*

Quae *benefacta* accipias, *perpetuo memento.*

CHILO *Lacedaemon apud* AUSONIUM, *in VII. Sapp.*

Cedere de noſtris *nulli te dicis amicis.*
Sed ſit ut hoc verum, quid, rogo, Criſpe, facis?
Mutua cum peterem *ſeſtertia quinque*, *negaſti:*
Non caperet nummos cum gravis arca tuos.

MARTIALIS, *Lib. X. Epigr. XIV. v. 1.*

Haud ſecus eſt quoddam *genus ad lucroſa paratum*,
Quod *petit*, *ac repetit*; *gratia nulla tamen.*
Accipiunt quidquid donas, *veſtigia nuſquam*
Cernas, OFFICIUM *quis* MEMINISSE *velint.*

SAMBUCUS.

Quod tibi vis tribui, non tute negaveris ulli,
Et *referenda pari ſunt benefacta vice.*
Quemque tibi exoptas, alios digneris honore,
Quaeque cupis, promta des quoque dona manu.

SCHEILENB.

Malo ſi quid *benefacias*, id *beneficium interit.*

PLAUTUS, *Poenul. Act. III Scen. III. v. 22.*

Nam *improbus* eſt *homo*, qui *beneficium ſcit ſumere* & *reddere neſcit.*

IDEM, *Perſas Act. V. v. 10.*

Nihil amas, *cum ingratum amas.*

EJUSDEM *Act. II. Scen. II. v. 46.*

& hac ratione: *Gratior officiis quo ſit, mage carior eſto.* Prout habet Florentina Edit recenſente Cl. Arntzenio. Scriverius, ut ſolet, ſuo ſenſu abundat, ſuoque fere ingenio abutitur. Sed ea pertinent ad criticam hujus Diſtichi Hiſtoriam, cui & reſervabimus. *Ne nomen ſubeas, quod dicunt, officiperdi.* Scaliger e Pithoeana ſua & omnes Arntzeniani Codd. quantum ad ultimam vocem, plerique etiam quod ad reliqua adtinet, binis tantum eorum, *quod dicitur*, ſiſtentibus. Multae tamen Edit. & poſt eas Pariſina noviſſima, dederat *Ne nomen ſubeas, quod dicitur Officiperda.* Scriv. *Officiperdae.*

XLIII.

(XLIII.)

SUSPECTUS, CAVEAS NE SIS MISER, OMNIBUS HORIS:

NAM TIMIDIS ET SUSPECTIS APTISSIMA MORS EST.

Μήποθ' ὕποπτος ἔμεν, μὴ νωλεμὲς ἄθλιος εἴης·
Δειλοῖς γὰρ θάνατος καὶ ὑποπτευτῆσιν ἄρηρεν. (*)

Be not ſuſpicious, leſt thou wretched be;
With ſuch, and Cowards, Death doth beſt agree.

Laß Argwohn / wilt du nicht in Angſt und Kummer ſchweben:
Dann Furcht und Argwohn ſind ein ſteter Tod im Leben.

Schuw argwaan, zoo gy niet van heil wilt zyn ontbloot:
Want vrees en argwaan ſtaan meeſt open voor de doot.

Par la Crainte ſans ceſſe empire nôtre Sort:
Et pour un Soupçonneux rien n'eſt ſûr, que la Mort.

(*) Arntzeniana utraque ὑποπτεύουσιν habet: Minus recte.

VARIANS LECTIO. *Suſpectus cave ſis; ne ſis miſer omnibus horis.* Ita legit Scaliger & quaedam, poſt ipſum, Editt., veluti Janſſoniana atque Opitiana, in utraque Germania. Codd. tamen plerique referunt *caveas*, niſi quod aliqui *caveris* habeant, qui malus error ex illo multo meliori: *cave ſis*, enatus eſſe videtur: Unde fortaſſe & Cod. aliquis, recenſente Cl. Arntzenio: τὸ *a* ultimae

FLOSCULI POETICI.

Sic *nec clara dies, nec nox dabat atra quietem:*
Suſpecta eſt miſeris, in qua tellure jacebant. ——
Reddite, Dii, clamant, miſeris, quae fugimus, arma:
Reddite Theſſaliam. Patimur cur ſegnia fata,
In gladios jurata manus? Pro Caeſare pugnant
Dipſades, & peragunt civilia bella Ceraſtae.

LUCANUS, *Libr. IX. v.* 839 *&* 848.

Suſpicio ſentit de cunctis *corde ſiniſtro,*
Mens dat amicitiae *ſuſpicioſa luem.*

LAUTERBACHIUS.

Qui *bonus*, errores non ſolum vitat apertos,
Sed potius quavis *ſuſpicione vacat.*
In mala ſuſpicio tentat, vocat illa morantem,
De ſe cumque videt dicier uſque facit.

SAMBUCUS, *Epigr. tit.* Suſpicio. *p. m.* 142.

Suſpicio quoque *ſaepe nocet:* Si tangeris illa,
Laedit, *& in tacito pectore vulnus alit.*

L. DE MEYER, *Libr. I. de Ira.*

Diſtrictus enſis cui *ſuper impia*
Cervice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non avium citharaeque cantus
Somnum reducent. —— ——

HORATIUS, *Libr. III. Od. I. v.* 17.

Cautus enim *metuit foveam lupus*, accipiterque
Suſpectos laqueos & opertum *milvius* hamum.

IDEM, *Libr. I. Epiſt. XVI. v.* 50.

timae Syllabae in *caveas*, in raſura ſcriptum habet. Comprobatur tamen & alterius haec, quam praetulimus, lectio conſentientibus in eamque iterum conſpirantibus Scriverio & Pariſino Editore noviſſimo. Ceterum Scribarum mendis nos non immorabimur. Quis ferat enim hoc: *omnibus oris?* Quis: *altiſſima?* Quis illud: *tes*, pro: *mens* & ſimilia ſcribentium ruditatis atque imperitiae documenta?

(XLIV.)

QUUM SERVOS FUERIS PROPRIOS MERCATUS IN USUS,

ET FAMULOS DICAS, HOMINES TAMEN ESSE MEMENTO.

Εἰς ἰδίας χρείας ὠνησάμενος θεράποντας,
Ἀνθρώπους μέμνησο πέλειν, δούλους περ ἐόντας.

When thou haſt Servants bought, that thou may'ſt uſe 'em,
Slaves call them; yet, being Men, do not abuſe 'em.

Kaufſt du Leibeigenen und haſt ſie zum Gebrauch;
So halte ſie als Knecht' und doch als Menſchen auch.

Denk 't is met ſlaven, die uw werk doen, zoo gelegen,
Dat zy ook menſchen zyn, ſchoon door uw gelt verkregen.

Emploïez vos Valets; mais ſongez, qu'ils ſont hommes,
Même en leur Eſclavage, autant que nous le ſommes.

VARIANS LECTIO. *Quum famulos fueris proprios mercatus in uſus; Ut ſervos dicas, homines tamen eſſe memento.* Ita ill. Scaliger & Scriverius quique eos ſequuntur, ut Janſſoniana Amſtelodamenſis Editio. Opitius vero in translatione quidem Germanica, ut reliqui omnes, multitudinis exprimit numerum; ſed in latino textu ſuo, qua quidem auctoritate neſcio, unitatis ſ. Singularem, hoc modo:

Quum famulum fueris proprios mercatus in uſus;
Ut ſervum dicas, hominem tamen eſſe memento.

Sine dubio evitare tantum volebat ambiguitatem vocis: *proprios*, quam quis cum altera dictione: *famulos* vel *ſervos* facile conjunxerit. Sed non tali opus erat

FLOSCULI POETICI.

Nimium ipſe eſt *durus praeter aequumque & bonum:*
Et *errat longe*, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe, aut *ſtabilius*,
Vi quod fit, *quam* illud, *quod amicitia adjungitur.*

Reliqua videſis in Satura floſculorum h. L. Diſſ. VI.
TERENTIUS, *Adelph. Act. I. v. 39.*

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine poenae:
Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabae modiis quum ſurripis unum,
Damnum eſt, non facinus, mihi pacto lenius iſto. ——
Vendere quum poſſis captivum, occidere noli:
Serviet utiliter. Sine paſcat durus, *aret*que:
Naviget ac mediis *hyemet mercator in undis:*
Annonae proſit, portet frumenta penusque. *Et rel.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XVI. v.* 52. *&* 69.
Tu lege, ſodes, ad fin. uſque, Epiſtolam.

Non homo, ſed lupus eſt, *quem non clementia tangit,*
Qui non alterius miſeranda ſorte movetur.

PALINGENIUS, *Sagittarii v.* 878.

Imperium quale *in famulos laudatur herile*?
Quod aequitate temperat vires ſuas.

H. GROTIUS, *Sylv. ſacr.*

erat auxilio. Diu quidem, fateor, pendebam animi, cui, & meo qualicumque ſuffragio, parti accederem: Nam & ſpeciem quandam prae ſe fert elegantiae Scaligeranum illud: *Ut ſervos dicas, homines tamen*; & ipſa vox: *ſervos* hic maioris eſſe efficaciae videtur, quam altera: *famulos.* Re tamen vera comperi, eam ſive efficaciam dixeris, ſive elegantiam, tanti non eſſe, ut propterea a conſtanti Codd omnium lectione inque ea proferenda ſervato verborum ordine, temere nobis foret ſecedendum. Mancipia enim tum, quum quis mercatur, merito *ſervos*, nomine veluti generaliori; *famulos* vero dixerit, poſtquam ſuam eos in familiam adſcivit. Sic naturalis ille ordo manens vel ſimplicis ope Copulae &, ſimplicitati huius Auctoris convenientiorem multo verbis integraeque ſententiae conciliat elegantiam. Laudo igitur comproboque ſequendo, qui totidem nobis praeierunt verbis, Arntzenium & Patiſinum novum.

(XLV.)

QUAM PRIMUM RAPIENDA TIBI EST OCCASIO PRIMA:
NE RURSUS QUAERAS, QUAE JAM NEGLEXERIS ANTE.

Αὐτίκα τοῦ πρώτου καιροῦ μελέδαινε λαβέσθαι,
Μὴ πάλι δίζεαί περ, ἃ πρὶν ὀλίγωρος ἀφῆκας.

The firſt Occaſion offer'd, quickly take;
Leſt thou look after what thou did'ſt forſake.

Ergreif Gelegenheit alsbald und auf der Flucht:
Iſt ſie einmal hinweg; umſonſt wird ſie geſucht.

Gryp de Gelegentheit, wanneerze voor u ſtaat:
Als ze eens voorby is, dan begeert gy haar te laat.

Prenez l'Occaſion, dès qu'elle s'eſt offerte:
Vous la recbercberiez en vain, après ſa perte.

VARIANS LECTIO. *Quum primum.* Cod. un. male. Al. *Quamprimum.*

Ne

FLOSCULI POETICI.

Virtus eſt; *ubi* OCCASIO *admonet*, *diſpicere. Quid faciet mihi*?
PLAUTUS, *Perſa. Act. II. Scen. III. v.* 10.

Vidi jam *juvenem* premeret quum ſerior aetas
Moerentem, *ſtultos praeteriiſſe dies.*
TIBULLUS, *Libr. I. Eleg. IV. v.* 29.

O MIHI PRAETERITOS REFERAT SI JUPITER ANNOS!

Sed *propera: nec te venturas differ in horas.*
Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.
OVIDIUS, *Libr. I. Remed. Am. v.* 93.

Tolle moras: Semper *nocuit differre* paratis.
LUCANUS, *Pharſal. Libr. I. v.* 281.

Si *quid opus facto*, *multas ne differ in horas:*
Commoda non repeti, quae fugit *hora*, *poteſt.*
LAUTERBACHIUS.

In minimis etiam vis eſt: *Mora quaelibet*, *ingens*
Ni videas, praeter ſpem *remoratur opus.*
SAMBUCUS, *Embl. tit.* Nihil negligendum *p.* 203.

Fruſtra differtur diverſa *in tempora*, *quidquid*
Una eademque *poteſt fieri* perniciter *hora.*
PALINGENIUS, *Aquarii v.* 750.

Maxima *pars*, *pecore amiſſo*, *praeſepia claudit*,
Tumque *ſapit*, *quum calva retro Fortuna receſſit*,
Et medicum quaerit, *quum ſpes* eſt *nulla ſalutis.*
O miſeri, *dum tempus adeſt*, *cognoſcite tempus:*
Nam *fugit hora* levis, *nec ſcit* fugitiva *reverti.*
IDEM, *Sagittar. v.* 817.

Submerſo fruſtra *ſtipatur foſſa juvenco:*
Sic SERO SAPIUNT, poſt ſua damna, PHRYGES.
Bina PROVERBIA, *in unum contracta.*

Ne rurſus quaeras, *quae jam neglexeris*, *ipſe.* Alius itid. unic. Cod., recenſeſſe Amtzen.

FLOSCULI POETICI.

Etenim ipſus ſecum recta reputavit via.
Laudo. *Dum licitum eſt* ei, *dumque aetas tulit*,
Amavit: tum id clam: *cavit*, *ne* umquam *infamiae*
Ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt: animum ad uxorem appulit.

TERENTIUS, *Andr. Act. II. Scen. VI. v. 11.*

—— Quod antehac fecit, nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem *tulit*, *ſivi* animum ut expleret ſuum.
Nunc hic dies aliam vitam adfert, *alios mores poſtulat.*

EJUSDEM, *Act. I. Scen. II. v. 16.*

Prope *adeſt*, *quum alieno more vivendum* eſt.

EJUSDEM, *Act. I. Scen. I. v. 125.*

Malus, *clandeſtinus* eſt *amor*. *Damnum eſt merum.*

PLAUTUS, *Curcul. Act. I. Scen. I. v. 49.*

Nec tu aliam Venerem atque *aliena cubilia quaeras*,
Nec te concubitus delectet *pellicis:* Eſt nil,
Quo doleat magis, ac vehementius excrucietur,
Quod magis ulciſci cupiat, quam foedera lecti
Inſtabili temerata fide: tunc ardet & ODIT.
Fallere tunc vellet ſimili ratione maritum:
Sique poteſt fallit: bilis tunc maxima fervet:
Tunc furit ut Thias, nimio ſtimulata Lyaeo.
Crede mihi, *rara eſt quae non ſit adultera, quando*
Legitimo fraudata toro ſua gaudia perdit. ——
Labitur in vitium vitio irritata voluntas.

PALINGENIUS, *Leonis v. 617.*

Nil fuerit *mi* (inquit) *cum uxoribus* unquam *alienis*,
Verum eſt cum mimis, eſt cum meretricibus: *unde*
Fama malum gravius, quam *res*, *trahit*. *An tibi* abunde
Perſonam *ſatis eſt*, non illud quidquid ubique
Officit, evitare: *bonam deperdere famam*,
Rem patris *oblimare?* Malum eſt ubicumque: quid inter-
Eſt in matrona, ancilla, peccesve togata?

HORATIUS, *Libr. I. Sat. II. v 57.*

ſive *amici*, ſive *amicae*, obſcoeno ſenſu, *nomen* reciprocum; quippe quod, nec ſine cauſſa, honeſtis matribusfamilias exoſiſſimum eſt atque *inimiciſſimum.* Quem verum poſtquam omnes ſenſum rite agnoverint, cum nobis, ut quem omnia probant, intactum deinceps atque inviolatum relinquentes; tum & nos faciles largiemur: ſuo loco reſtituendam, pro: *amicae*, *amici* vocem, ut quam Codd. urgere videntur: Eodem tamen, quem dedimus, ſenſu: *Vitandum tibi* tale (amicarum) *Amici nomen*, quatenus eſt *Conjugi inimicum*, ne id, ſummo cum dedecore pariter ac damno tuo, tibi adquiras. Quod ſi Φίλον ἄφιλον in mente habuiſſet, ſcripſiſſet ſane Noſter: *Vitandum ducas Inimicum, nomine Amici.* Dixiſſet etiam: *Eſt tibi quum conjux*; non vero: *Quum tibi ſit Conjux*; quod vel ſolum, antequam ſequantur reliqua, totam jam declarat Auctoris mentem.

(XLVIII.)

QUUM TIBI CONTIGERIT STUDIO COGNOSCERE MULTA,

FAC DISCAS MULTA, ET VITA NESCIRE DOCERI.

Ἤν ποτε πουλυμαθῆ συμβῆ μελέτῃ σε γενέσθαι,
Πλείονα μάνθαν᾽, ἀνήνασθαι δὲ μαθεῖν τι παραιτοῦ.

Having learnt much, learn more; and ſhun as naught
(Above all Things) an Ill-Will to be taught.

Wohnt Kunſt und Witz dir bey/ und lernſt du/ wie wir ſollen/
So meid' im lernen auch nichts weiter lernen wollen.

Hebt gy door naarſtigheit veel wetenſchap verkregen:
Leer nog veel aan, en zyt tot leeren ſteets genegen.

Plus vous étes Savant, plus tâchez d'être habile:
L'Enſeigne du Pédant eſt l'humeur indocile.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes:
Ne cures ea, quae ſtulte miraris & optas;
Diſcere, & audire, & meliori credere non vis.
HORATIUS, *Libr. I, Epiſt. I. v. 45.*

VARIANS LECTIO. *Quum tibi contingit ſt. c. m.* Editt. habent vetuſtae, fide Cl. Arntz. Quaedam aliae: *Quum tibi contingat.* Major diverſitas & quae juſtum fere numerum excedat, verſu Diſtichi eſt altero: Qui in vulgatis eſt: *Fac diſcas multa, & vita nil velle doceri.* In aliis: *& vites nil velle doceri.* Al. habent: *Fac multa ut diſcas, vites neſcire doceri.* It. aliae: *Fac plura ut diſcas, vites neſcire doceri.* Al. contra: *Fac diſcas multa, vites neſcire doceri.* Denique &: *Fac diſcas multa, vita neſcire doceri.* In his omnibus idem tamen ſenſus manet; ſed ultimum omnium laudat. elegit Arntzenius, non ante conſultis, ut videtur, auribus poeticis, & mutato praeterea ſenſu in alium: *Fac diſcas multa, vita neſcire docere.* Cum potius pruritum illum perpetuum docendi tantum alios, a mutua docilitate ſejunctum; quae labes, nec immerito, litteratorum plurimis ad-

FLOSCULI POETICI.

FELIX, *qui meruit* tranquillam ducere vitam,
Et *laetos ſtabili claudere fine dies.*

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. pene finita.*

FELIX, *qui* rectum potuit ſervare tenorem
Integer, & *nullo crimine tactus, obit.*

FLORENTII SCHOONHOVI, *Emblematum XXXV. v. 11.*

Optima tunc *mors* eſt, *cum vita* eſt CRIMINIS EXPERS:
Mors FELIX *vitâ* cum tibi *cara magis.*

OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. XIV.*

Non miſere quiſquam, *qui bene vixit, obit.*

BUCHANANUS, *Epigrammatum Lib. II. Ep. IX. v. ult.*

VERAE ΕΥΘΑΝΑΣΙΑΣ DESCRIPTIO.

FELIX, *quem* longae meditantem incommoda vitae,
Regnorumque vices, nec ſtantem legibus aulam,
Tollit ſumma dies: fatoque occurrit, & ultro
Eluctantem animam poſcenti indulget Olympo.
Non illum ingrato perfudit flumine Lethe,
Nec queſtus humiles indignosque ore cientem
Nequicquam, ardenti Phlegethon circumſtitit amne:
Sed totam pertaeſus humum, ſortisque malignae
In ſeſe alternis redeuntem fluctibus aeſtum,
Intactas ſceleri ſedes, ſemotaque regna
Fortunae imperiis, nullique obnoxia fato,
Optat & incertis immunem caſibus aethram. &c.

DAN. HEINSIUS, *in Apotheoſi* JAC. AUG. THUANI, *v. 1.*

Laetandum eſt *vita: Nullius morte* dolendum.
Cur enim eum doleas, a quo dolor ipſe receſſit?

Suppoſititium ſ. ἀκέφαλον CATONIS *noſtri Diſtichon, recenſ. Arntz.*

---

quae & ipſi deinde contigit, plane diverſi. Et ſi quis vel maxime eo dementiae prolapſus foret, talem ut ſibi vitae exitum praeoptaret; an propterea eius propinqui gaudebunt & amici, votis eum ſuis potiri? Quid ipſius Caeſaris, quid Uticenſis Catonis, quid Pomponii Attici familiares & neceſſarii? Anne gaviſi ſunt? Tali laetitia det meliora DEUS!

Tum porro alius Vir eruditus, *Felices* infeliciter tollit, inque eumdem locum ſurrogat: *Et tales.* Sed demus, poſſe id alioquin ſalvo ſenſu locum habere; hic, certe, nec habebit, neque tueri poterit. Nam poſt: *mali gaudere malorum; Et tales obeunt* nihil aliud ſignificare poteſt (teſtor omnes ego Latina callentes), quam *Et mali*, vel: *tanquam mali & ipſi obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.*

FLOSCULI POETICI.

Iners malorum remedium *ignorantia eſt.*
SENECA, *OEdipi v.* 516.

Qui rudis es, *doctis cupias parere magiſtris:*
Turpiter *impingit*, *qui monitore caret.*
SAMBUCUS, *Epigramm. tit.* Diſciplina. *p. m.* 339.

Dum pores ingenio florens concedit & aetas,
Ni ſtudeas, *juvenis*, *pauca ſenecta feret.*
IDEM, *Epigr. tit.* Studium. *p.* 340.

Diſcere ſemper ama, dimittas quaerere: Quis ſit,
A quo tu diſcas; ſit didiciſſe ſatis. MANCINUS.

Nec didiciſſe ſatis tibi ſit: nam diſcere plura
Jam quoque, jam dabitur: *Diſcere ſemper ama.* PARODIA.

Si fueris *cupidus diſcendi*, PLURIMA DISCES.
FUNGERUS.

Ni fueris; fueris, plurima doctus, iners. PARODIA *ſuperioris.*

Ars longa, *vita brevis.*
Ut ſolide *ſapiat*, *nulli ſua ſufficit aetas*;
Mors prius a tergo, quam ſapiamus, adeſt.
OWENUS, *Libr. III. Epigr.* CLV. *tot.*

Qui ſapit, *hic ſapiat* cito: Nam ſapientia ſera
Proxima ſtultitiae eſt, fertque importuna dolorem,
Deplorans fruſtra grave & irreparabile damnum.
PALINGENIUS, *Sagittarii v.* 840.

Nil lacrymae & gemitus, defuncto corpore, proſunt:
Utilis eſt medicina, *ſuo quae tempore venit.* IDEM, *ibid. v.* 832.

FELIX, *qui* veras *avidus cognoſcere cauſſas*,
Senſus *aſſurgit* ſupra, *nullumque ſecutus*
Doctorem, *praeter lumen Rationis* amicum,
Vimque animi, reliquis *mortalibus invia tentat*
Ipſe *loca*, *explorat rerum caput*, atque *per omnes*
Naturae latebras ire imperterritus *audet.*
Illum non anceps Regum *favor*, aut levis aura
Fortunae, miſeriſque bonis contenta *Voluptas*
Dimoveant, *Veri* ſanctum *ut deponat amorem.*
POLIGNIACUS, *Anti-Lucretii Libro III. v.* 8.

---

adſpergitur; hic notare Cato noſter ſuoque filio quam maxime diſſuadere videatur.

Libro Sinenſium *Ta Hio ſ.* Scientia Principum dicto, fol. 47. & 48. ex Edit. *Couplati*: „ Homines Litterati, ait *Cemcius*, *Confucii* diſcipulus, non debent non „ eſſe amplo magnoque animo, forti item & conſtanti. Onus quippe ſeu „ munus, quod ipſorum humeris impendet, admodum grave eſt, & iter „ quod decurrendum habent, longinquum. Vera ſinceraque Virtus proprium „ eſt ipſorum munus; nonne revera grave? Rurſus cum mors ſupervenit, tum „ demum ceſſat labor, & tanti oneris ſuſtinendi neceſſitas. Nonne ergo longum eſt? Nonne diuturnum, quod ſpatium adaequat totius vitae? Vid. „ *Bulffingeri* Doctrinae Veter. Sinar. Mot. & Pol. pag. 26,

XLIX,

(XLIX.)

MIRARIS VERBIS NUDIS ME SCRIBERE VERSUS?

HOS BREVITAS SENSUS FECIT CONJUNGERE BINOS.

Ὅττι συνείρω ἔπη γυμνοῖσι λόγοισι, τέθηπας;
Ἥγε δὴ εὐσταλίη γνώμης τάδε σὺν δύ' ἔνωσεν.

Doſt wonder why theſe Verſes are ſo plain?
The Senſe's Briefneſs makes them go by twain.

Was wunder nimt es dich / daß ich ſo kurz hier bin?
Bey gutem Herzen ſey ein Reim' / als wie ein Sinn.

In woorden zonder Kunſt beſtaat myn dicht alleen:
Des zins beknoptheit hecht twee vaerzen dus aan een.

Ne vous étonnez point, Cenſeur d'un court Diſtique,
Qu'on n'y met que du Sens, pour toute Rhétorique.

Ou:

J'ai ſuivi dans ces vers la naïve Nature:
Le nombre en eſt petit; mais leur morale eſt pure.

VARIANS LECTIO. *Miraris nudis verſus me ſcribere verbis.* Opitius. *Non ſatis eſt, puris verſus me ſcribere verbis.* Arntzenius, ſed in Notis tantum & ad ductum illius Horatiani: *Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis.* Proprio tamen uterque auſu. Certe ſic, eodem plane ſenſu, a *nudo*, ſive puro terſoque ipſorum ſermone, Caeſaris Commentarii Suetonio recte collaudantur.

Haec brevitas ſenſus fecit conjungere binos. Eſt in quibuſd. Editt. quod ſe & probavit Barthio: Sed ſive *haec* velis, ſive malis: *hos*, quod Codd. quidam habent,

FLOSCULI POETICI.

QUIDQUID. PRAECIPIES. ESTO. BREVIS. UT. CITO. DICTA.
PERCIPIANT. ANIMI. DOCILES. TENEANT. QUE. FIDELES.

HORATIUS, ART. POETIC. VERSU CCCXXXV.

NEMO. SILENS. PLACUIT. MULTI. BREVITATE. LOQUENDI.

AUSONIUS.

DISTICHA *qui ſcribit*, puto, *vult* BREVITATE *placere*:
Quid prodeſt BREVITAS, dic mihi, *ſi Liber eſt*?

MARTIALIS, *Libr. VIII. Epigr. XXVIII. tot.*

Ingenium mihi, Gaure, probas ſic eſſe *puſillum*,
Carmina quod faciam, *quae* BREVITATE *placent*.
Confiteor, ſed tu, bis denis grandia libris
Qui ſcribis Priami praelia, magnus homo es.

IDEM, *Libr XI Epigr. L.*

Si non ingenium, certe BREVITATEM *adproba*,
Quae commendari tanto debet juſtius,
Quanto Poëtae ſunt moleſti validius.

PHAEDRUS, *Libr. V. Fab. V. v. 45.*

Noſtra tibi BREVITAS *ignavia* forte *videtur*.
Crede mihi, *labor eſt* non levis, ESSE BREVEM.

OWENUS, *Libr. I. Epigr.* CLXVIII. Tu, ſodes, lege tot.

Commendent alii prolixa Polyſticha: *Curtum*
Diſtichon, ut nanus, *me* BREVITATE *juvat*.
Omnibus *in* rebus, non ſolum *Epigrammate*, LECTOR,
Quodcumque eſt *bellum*, *dulce*, *bonumve*; BREVE *eſt*.

IDEM, *L. ad Princip. Wall. Epigr.* LV. *tot.*

Perſpicua BREVITATE, nihil magis afficit aures.
4. 3. 2. 1. 5. 6. 4. 1. 5. 2. 3 6. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
In VERBIS, UBI RES poſtulat, eſto BREVIS.

IDEM, *L. ad Car. Eborac. Epigr.* XXXI. *tit.*
Anagramma triplex.

Sit BREVE, *ſit* LEVITER VOLITANS, *ſit* ACUMINE DULCI,
His EPIGRAMMA *placet dotibus*, inſtar APIS.

EDITOR.

habent, ſemper *binos* inde facies emergere *ſenſus*, eosque minime probandos. Ceterum non reperit laud. Arntzenius in poſteriore verſu reſponſum, prioris interrogationi ſatis adcommodatum. Verum, pace illius dixerim: Non puero ſe praetextato, ſed cuicumque ſuo Lectori, poſt edita jam in vulgus haecce Carmina, pater excuſat Dionyſius, brevitate ſenſus & ſententiarum, quae videlicet adhibendis ampullis verbisque ſesquipedalibus locum non conceſſerit. Non enim eſt Epicum nobis, inquit ille, quod ſcribo, Carmen; ſed ſunt brevia *de Moribus Diſticha*: Non eſt igitur, quod *mireris*; atque ita porro.

FINIS LIBRI QUARTI.

DIO-

DIONYSII CATONIS

BREVES quas vocant SENTENTIAE, ſive mavis

DISTICHORUM LEMMATA,

Suó quodque loco reſtituta.

PRAEFATIO.

Quum animadverterem quam plurimos homines graviter errare in via morum, ſuccurrendum & conſulendum eorum opinioni fore exiſtimavi; maxime, ut glorioſe viverent, & honorem contingerent. Nunc te, fili cariſſime, docebo, quo pacto morem animi tui componas. Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas: Legere enim & non intelligere, negligere eſt. (Sive, ut vult Scaliger, *nec legere eſt.*)

ΜΕΤΑΦΡΑΣΙϹ ΙΩΣΗΠΟΥ τοῦ ΣΚΑΛΑΝΟΥ.

Ἐπιστήσας πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς περὶ τὴν ἠθῶν ἔφοδον δεινῶς σφάλλονται, ἀντιλαμβάνεσθαι αὐτῶν, καὶ προνοεῖσθαι τῆς δόξης αὐτῶν προὔργου ἐποιησάμην, ἵνα ὅτι μάλιστα καὶ σὺν εὐδοξίᾳ διάγοιεν, καὶ τιμῆς ἐπιτύχοιεν. Νῦν γε, φίλτατον τέκνον, διδάξω σε ὃν τρόπον δεῖ σε τὰ τῆς ψυχῆς σου ἤθη ῥυθμίζειν. Τὰς γοῦν ἐντολάς μου οὕτως ἀνάγνωθι, ὥς τε καὶ συνιέναι αὐτῶν. Τὸ γάρ τοι ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐστίν.

[Ἐν ταῖς ΠΡΑΞΕΣΙ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ Κεφαλ. ή Τμήμ. λ΄. εἶπεν ὁ ΦΙΛΙΠΠΟϹ· Ἆράγε ΓΙΝΩΣΚΕΙϹ ἃ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙϹ;]

The

The PREFACE,

With ſome very ſhort Precepts in Proſe.

When I obſerved very many Men to miſtake groſly in point of Manners, I thought we were to help and inform their Judgments, chiefly that they might live gloriouſly, and attain to Honour. Now, dear Child, I will teach thee how thou mayeſt order thy Behaviour. Therefore read my Inſtructions ſo, as that thou mayeſt underſtand them. For to read and not to underſtand, is to neglect.

Martin Opitzens Ueberſetzung.

Nachdem ich innen worden / daß ſehr viel Leute in der Art wohl zu leben heftig irreten: Als habe ich für nothwendig erachtet / ihrem Wahne zu helfen und einzurathen / damit ſie bevoraus rühmlich leben und zu Ehren gelangen mögten. Anjetzo / lieber Sohn / will ich dich lehren / worauf du dein Gemüthe wenden (und wie du dein Leben ordentlich einrichten) ſolſt. So lieſe nun meine Befehle alſo / daß du ſie auch verſteheſt. Dann leſen und nicht verſtehen / iſt eben als gar nicht darnach fragen.

D. KATOOS Zedeleſſen.

VOORREDEN.

Als ik beſpeurde dat zeer vele menſchen zwaarlyk doolden op den weg der zeden, hebbe ik geoordeelt, dat men hun moeſt uit den waan helpen en ten beſten raden, voornamelyk opdat zy en roemryk leven, en tot eere geraken zouden. Nu zal ik u dan, allerliefſte Zoon, leeren op wat wyze gy de zeden uw's gemoedts en uw leven zult ſchikken. Lees dan myne Leſſen zoo, dat gyze verſtaat. Want lezen en niet verſtaan, is niet lezen, maar verwaarloozen.

PREFACE.

M'ETANT apperçu que la plûpart des hommes s'égarent dans la conduite de leurs moeurs, j'ai cru, pour les tirer d'erreur, être obligé de leur procurer par mes conſeils une vie honnête & honorable: C'eſt-ce qui m'engage, mon cher Fils, à te préſcrire dans ces vers les moyens de regler la tienne. Lis-les donc de maniere, que tu puiſſes les entendre; car c'eſt avoir pour ce qu'on lit bien peu d'eſtime, que d'en negliger l'intelligence.

LECTO-

LECTORI ΦΙΛΟΚΑΤΩΝΙ
S. D.
EDITOR.

Conſentientibus in eo Virorum doctiſſimis, *breves* illas *DIONYSII CATONIS* noſtri, quas vocant alii, *Sententias* fuiſſe olim DISTICHORUM LEMMATA, tituli inſtar iis praefixa ſingulis; quorum tamen plura alia eſſe deperdita, & eorumdem, quae ſuperſunt nobis, ordo nimium quantum turbatus, nec aequalis Diſtichorum numero arguit numerus: ſuis illa nos reſtituere primi Diſtichis conati ſumus, ea ut res evidentior extraque dubitationis aleam poſita eſſe adpareret. Servato tamen *Lemmatum*, quae diximus, eodem ordinis nexuſque numero, qui & in aliarum plurimis, & nuperrime adhuc in Editione obtinuit Arntzeniana. Id quod nobis, Lector, antea monendus fueras.

Itaque

Lemma I. DEO SUPPLICA. Titulus eſt

Libri I. Diſtichique I.

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

Conſ. & Libr. IV. Diſt. XXXVIII.

II. PARENTES AMA.

Libri III. Diſtich. XXV.

AEqua diligito caros pietate Parentes;
Nec matrem offendas, dum vis bonus eſſe Parenti.

III. COGNATOS COLE.

Libri I. Diſtich. XXXVI.

Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta eſt:
Ira odium generat; concordia nutrit amorem.

IV. MAGISTRUM METUE.

Libri IV. Diſtich. VI.

Verbera quum tuleris diſcens aliquando Magiſtri,
Fer Patris imperium, quum verbis exit in iram.

V. DATUM SERVA.

Libri III. Diſtich. IX.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato;
Augendo ſerva, ne ſis, quem fama loquatur.

Lemma I. ex Verſione

Scaligerana:	Θεῷ εὔχου.
Anglica:	*Humbly pray to God.*
Opitiana:	Ruffe GOTT an.
Belgica:	Bid God.
Gallica:	*Adorez Dieu.*

Lemma II.

Scal. & Planud.	Γονέας ἀγάπα.
	Love thy Parents.
	Liebe die Eltern.
	Bemin uwe Ouders.
	Aimez Pere & Mere.

Lemma III.

Scaliger.	Τοὺς συγγενεῖς τίμα.
	Reſpect thy Kinsfolks.
	Ehre die Verwandten.
	Eer uwe Nabeſtaanden.
	Honorez vos Proches.

Lemma IV.

Plan. & Scal.	Τὸν καθηγητὴν δέδιθι.
	Stand in fear of thy Maſter.
	Fürchte den Lehrmeiſter.
	Vrees uw' Meeſter.
	Craignez vôtre Maître.

Lemma V.

Scalig.	Τὸ δοθὲν τήρει.
	Keep that which is committed to thy Truſt.
	Was dir gegeben wird / das hebe auf.
	Bewaar het geene u is toevertrouwt.
	Conſervez ce que vous avez reçu.

VI. FORO PARE.

VARIANS LECTIO. *Foro te para.* Quam & Eraſmus, &c, ante ipſum, Planudes, ſecuti ſunt, ita tamen, ut prior horum nec meliorem rejecerit, ignotam plane, ut videtur, alteri.

Libri II. Diſtich. V.

Fac ſumtum propere, quum res deſiderat ipſa:
Dandum etenim eſt aliquid, quum tempus poſtulat aut res.

VII. CUM BONIS AMBULA.

[Ne ſis &c. ipſe coërcendus propter nequitiam Sodalium.]

Libri I. Diſtich. XXII. & Libri IV. Diſtich. XIV.

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus,
Incuſare Deum noli; ſed te ipſe coërce.
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita, petenda.

VIII. ANTEQUAM VOCERIS AD CONSILIUM, NE ACCESSERIS.

Libri II. Diſtich. II. & XII.

Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid ſit:
Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia, cures.
Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte:
Quid ſtatuat de te, *ſine te deliberat* Ipſe.

IX. MUNDUS ESTO.

Libri II. Diſtich. VI. & XIII.

Quod nimium eſt fugito. Parvo gaudere memento.
Tuta mage eſt puppis, modico quae flumine fertur.
Invidiam nimio cultu, vitare memento:
Quae ſi non laedit; tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Lemma VI.

Scalig. Τοῖς ἀγοραίοις νόμοις ἕπου.

Fit thyſelf for the pleading place.

Or:

Fit thyſelf to the preſent Occaſion.

Richte dich nach dem Marckte.

Gehoorzaam de Rechtbank.

Conformez-vous aux Reglemens de Police.

Lemma VII.

Scal. poſt Planud. Ἀγαθοῖς ὁμίλει.

Keep Company with good Men.

Gehe mit guten Leuten um.

Gaat om met Vromen.

Fréquentez les honnêtes-gens.

Lemma VIII.

Plan. & Scal. Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθείης.

Come not to the Council before thou art called.

Komm zu keinem Rathſchlage / ehe du darzu erfordert wirſt.

Komt niet in den Raad, voor dat gy 'er toe geroepen wort.

N'allez point au Conſeil, ſans y être appellé.

Lemma IX.

Plan. & Scal. Καθάριος ἴσθι

Be cleanly.

Sey reinlich. (Ohne Pracht und Uebermuth.)

Zyt zinnelyk, zonder Overdaad.

Of:

Zyt puntig.

Aimez la propreté. (Sans Affectation de Magnificence.)

X. SALUTA LIBENTER.

Libri I. Diſtich. XXXV. v. 2.

His etenim rebus conjungit gratia caros.

XI. MAJORI CEDE.

VARIANS LECTIO. *Majori concede.*

Libri II. Diſt. X. & Libri IV. Diſt. XXXIX.

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede. *Et:*
Cede locum laeſus Fortunae: Cede Potenti.

XII. MINORI PARCE.

Libri I. Diſt. XXXVIII. & Libri IV. Diſt. XLIV.

Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo. *Et:*
Ut famulos dicas; homines tamen eſſe memento.

Conf. porro Lemma XLV.

XIII. REM TUAM CUSTODI.

Libri I. Diſt. XXIV. & XXXIX. it. Libri II. Diſt. XVII.

Ne tibi quid deſit, quaeſitis utere parce. *&c.*
Conſerva potius, quae jam ſunt parta labore. *At:*
Labitur exiguo, quod partum eſt, tempore longo.

XIV. VERECUNDIAM SERVA.

Libri II. Diſt. VII. & Libri III. Diſt. IV. v. 1.

Quod pudeat, prudens ſocios celare memento. *Et:*
Productus teſtis, ſalvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici.

Lemma X.

Scalig. 'Ασπαστικὸς ἴσθι.
Salute willingly.
Grüſſe gerne.
Groet gaarne.
Saluëz volontiers.

Lemma XI.

Scalig. Τῷ κρείττονι (Planud. μείζονι) ὑπεξίστασο.
Give place to thy Better.
Weiche dem Gröſſern.
Wyk voor uw' meerder.
Cedez à vòtre ſupérieur.

Lemma XII.

Scalig. Τοῦ ὑποδεεστέρου φείδου.
Spare thine Inferior.
Schone des Kleineren.
Ontzie uw' minder.
Soïez humain envers vòtre inſérieur.

Lemma XIII.

Scalig. Τὰ ὑπάρχοντα τήρει.
Keep thine Eſtate.
Gib acht auf das deine.
Bewaar uw middelen.
Soïez ménager.

Lemma XIV.

Scal. & Plan. Τὴν αἰδῶ φύλαττε.
Preſerve Modeſty.
Halte Schamhaftigkeit.
Behouw Schaamte.
Ne bleſſez jamais la Pudeur.

X 4 XV.

XV. DILIGENTIAM ADHIBE.

Libri III. Diſtich. VI. & Libri IV. Diſt. XXI.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur:
Nam quum animus languet, conſumit inertia corpus.
Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat uſum.

XVI. LIBROS LEGE.

Libri III. Diſtich. XIX. & Libri IV. Diſtich. XXIII.

Multa legas facito: perlectis, neglige multa:
Nam miranda canunt, ſed non credenda, Poëtae.
Diſce, ſed a doctis *&c.*

XVII. QUAE LEGERIS, MEMENTO.

Libri IV. Diſt. XIX. XXI. XXVII & XLVIII.

Exerce ſtudium, quamvis perceperis artem.
Ars remanet, vitamque hominis non deſerit umquam.
Diſcere ne ceſſa: Cura ſapientia creſcit.
Fac diſcas multa, & vita neſcire doceri.

XVIII. FAMILIAM CURA.

[Evitando binas Syrtes: hinc Luxum; illinc Avaritiam.]

Libri I. Diſtich. XXIX. & Libri III Diſtich. XII. & XXII.

Quod vile eſt, carum: quod carum eſt, vile putato:
Sic tibi nec cupidus, nec avarus noſceris ulli. *It.*
Utere quaeſitis, ſed ne videaris abuti;
Fac, vivas contentus eo, quod tempora praebent.

XIX. BLANDUS ESTO.

Libri I. Diſtich. XXV. XXVI. & XXVII.

Ne ſis ventoſus, dum vis urbanus haberi.
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps,
Tu quoque fac ſimile: Sic ars deluditur arte.

Lemma XV.

Scalig. Ἐπιμέλειαν πάρεχε.
Uſe diligence.
Was du thuſt / thue mit Fleiß.
Zyt naarſtig.
Soïez diligent.

Lemma XVI.

Scalig. Τὰς βίϐλους ἀνάγνωθι.
Read Books.
Lieſe (gute) Bücher.
Lees Boeken.
Aimez la lecture.

Lemma XVII.

Scalig. Τῶν ἀνεγνωσμένων μέμνησο.
Remember thoſe which thou haſt read.
Was du geleſen haſt / das behalt.
Onthouw het gene gy gelezen hebt.
Retenez ce que vous avez lu.

Lemma XVIII.

Scalig. Τῆς ἰδίας οἰκίας προστάτει.
Have a care of thine Houſehold.
Verſorge dein Haußweſen.
Bezorg uw Huishouden.
Gouvernez bien vôtre Famille.

Lemma XIX.

Scalig. Αἱμύλιος ἴσθι.
Be courteous.
Sey freundlich.
Zyt vrindelyk.
Soïez affable.

XX. IRASCI AB RE NOLI.

L. I. D. X. L. II. D. IV. XI. L. IV. D. XXX. & XXXIV.

Contra verboſos noli contendere verbis.
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.
Iratus, de re incerta contendere noli.
Quod blandum eſt animo complectere; ſed fuge lites.
Semper enim Deus injuſtas ulciſcitur iras.

XXI. NEMINEM IRRISERIS.

VARIANS LECTIO. *Neminem riſeris.*

Libri III. Diſt. VIII. & Libr. IV. Diſt. XVIII.

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam:
Exemplo ſimili, ne te derideat alter.

XXII. MUTUUM DATO.

VARIANS LECTIO. *Da mutuum.*

Libri I. Diſtich. XXXV. & XL.

Dapſilis interdum Notis & carus Amicis,
Ne dubita, cum magna petas, impendere parva.

XXIII. CUI DES VIDETO.

Scriver. aliique ex duobus unum fecere.

Libri I. Diſtich. XL. & Libri III. Diſtich. X.

Munificus facito vivas, non parcus, *Amicis:*
Si fueris felix (*Scal. dando.*) Semper tibi proximus eſto.

XXIV. IN JUDICIUM ADESTO.

VARIANS LECTIO. *In judicio adeſto.* Eraſm. Al. *Judicio adeſto.*

Libri II. Diſtich. VIII. & Libri III. Diſtich. IV.

Productus teſtis, ſalvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen Amici.
Temporibus peccata latent; ſed tempore parent.

XXV. AD PRAETORIUM STATO.

Libri II. Diſtich. XIV. & Libri III. Diſtich. XVII.

Judicis auxilium, ſub iniqua lege, rogato.
Eſto animo forti, quum ſis damnatus inique.

Lemma XX.

Planud. cum Scal. Μὴ ὀργίζου ἀναιτίως.
Be not angry without a Cauſe.
Erzürne dich nicht ohne Urſach.
Wil niet toornig worden zonder oorzaak.
Ne vous fâchez ſans raiſon.

Lemma XXI.

Scalig. Μηδένα χλεύαζε.
Mock no body.
Lache keinen aus.
Belach niemand.
Ne vous moquez de perſonne.

Lemma XXII. & XXIII.

Scalig. Δάνειον ἐπίδοθι. Ὅτῳ ἐπιδῷς σκόπει.
Lend a thing: (but) See to whom thou lendeſt it.
Leyhe gerne. (Nur) Schaue zu welchem du verleyheſt.
Geef te leen. Zie aan wien gy geeft.
Prêtez volontiers. Voïez, à qui vous prêtiez.

Lemma XXIV.

Scalig. Εἰς τὴν δίκην ἀπάντα.
Be by in Judgment.
Erſcheine vor Gerichte.
Verſchyn ter recht.
Fréquentez le Barreau.

Lemma XXV.

Scalig. Τῷ Πραιτωρίῳ ἐμφάνιζον ἑαυτόν.
Stand by the Judgement Seat.
Geſtelle dich vor dem Rathſtuhl.
Stel u voor 't Rechthuis.
Reſpectez les tribunaux.

XXVI.

XXVI. CONVIVARE RARO.

VARIANS LECTIO. *Raro conviuare.* Al. *Conviva* it. al. *Convivia raro.*

Libri I. Diſt. XL. Libri III. Diſt. XX. & IV. Diſt. X.

Dapſilis interdum notis & charus Amicis,
Quum fueris felix, ſemper tibi proximus eſto.
Inter convivas fac, ſis ſermone modeſtus.
Indulgere gulae noli, quae ventris amica eſt.

XXVII. QUOD SATIS EST, DORMI.

Libri I. Diſtich. II.

Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto:
Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat.

XXVIII. JUS JURANDUM (pacis) SERVA.

Libri II. Diſtich. XV.

Litis praeteritae noli maledicta referre:
Poſt inimicitias iram meminiſſe, malorum eſt.

Huc refer &: *Libri I. Diſt. XXV. v. 1.*

Quod praeſtare potes, ne bis promiſeris ulli.

XXIX. VINO TE TEMPERA.

VARIANS LECTIO. *Vino tempera.*

L. II. D. XXI. XXVIII. & XXX. it. L. IV. D. XXIV.

Fortior ut valeas interdum parcior eſto.
Hoc bibe, quo poſſis, ſi tu vis, vivere ſanus.
Tempora ne culpes, quum ſis tibi cauſa doloris:
Nam crimen nullum vini eſt, ſed culpa bibentis.

XXX. PUGNA PRO PATRIA.

Comparentur cum Horatianis verbis *Libr. III. Od. II. v. 13.* Dulc. & dec. eſt *pro Patria mori: Mors* & fugac. perſequ. virum.

Lib. I. Diſt. XXII. & Lib. II. Diſt. III. & XXIX.

Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipſum.
Linque metum leti *&c.* *Et:*
Fac tibi proponas mortem non eſſe timendam. *It.*
Judicium populi numquam contemſeris unus.

Lemma XXVI.

Plan. & Scal. Σπανιάκις συμπόσιαζε.
Make Feaſts ſeldom.
Halte ſelten Gaſterey.
Houw zelden gaſten.
Ne donnez pas trop-ſouvent des Feſtins.

Lemma XXVII.

Scalig. Τὸ ἀποχρῶν κάθευδε.
Sleep as much as may ſuffice Nature.
Schlaff nicht mehr / als du von nöthen haſt.
Slaap dat het genoeg is.
Ne ſoïez pas Dormeur.

Lemma XXVIII.

Scalig. Ὅρκον τήρει.
Keep thine Oath.
Was du geſchworen haſt / das halte.
Houw uw' Eed.
Gardez vôtre Serment.

Lemma XXIX.

Scalig. Οἰνοφλυγίας ἀπέχου.
Refrain thyſelf from Wine.
Mäſſige dich im Weine.
Matig u van Wyn.
Uſez de peu de Vin.

Lemma XXX.

Scalig. Τῆς πατρίδος ὑπερμάχου.
Fight for thy Country.
Streite für das Vaterland (biß in den Tod.)
Vecht voor 't Vaderland.
Servez vôtre Patrie.

XXXI. NIHIL TEMERE CREDIDERIS.

Libri I. Diſtich. XIII. & Libri II. Diſtich. XX.

Rem tibi promiſſam certo promittere noli. Rara fides *&c.*
Noli tu quaedam referenti credere ſemper:
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur. *Et:*
Nil temere uxori de ſervis crede querenti.
Libr. I. Diſt. VIII.

XXXII. TUTE CONSULE.

VARIANS LECTIO. *Tute conſule.*

Lib. I. Diſt. VI. & Lib. II. Diſt. XXIV. XXVI. & XXVII.

Quod ſequitur, ſpecta: quodque imminet, ante videto:
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.
Quae nocitura tenes, quamvis ſint chara, relinque:
Rem, tibi quam noſces aptam, dimittere noli.

XXXIII. MERETRICEM FUGE.

VARIANS LECTIO. *Meretrices fuge.*

Libri IV. Diſtich. XVII. & XLVII.

Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam,
Fac fugias animo, quae ſunt mala, gaudia vitae.
Quum tibi ſit Conjux, ne res & fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen *Amicae.*

XXXIV. LITTERAS DISCE.

VARIANS LECTIO. *Diſce Litteras.*

L. III, D. I. & L. IV. D. XXIII. XXVII. & XLVIII.

Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa,
Diſcere ne ceſſes. Cura Sapientia creſcit.
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum:
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago.

XXXV. NIHIL MENTIRE.

Libri I. Diſtich. III. & XII.

Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi.
Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam:
Nam nulli tacuiſſe nocet; nocet eſſe locutum.

Lemma XXXI.

Scalig. Μηδὲν προπετῶς πίστευε.
Believe nothing raſhly.
Glaube nicht zu geſchwinde.
Geloof niets lichtvaardiglyk.
Ne ſoïez pas credule.

Lemma XXXII.

Scalig. Συμβουλεύου σαυτῷ.
Take Counſel of thyſelf: or *take ſafe Adviſe.*
Nim dich ſelbſt zu rathe.
Pleeg raad met u zelven.
Prenez vous-méme vôtre parti.

Lemma XXXIII.

Scal. & Plan. Εταίρας φεῦγε.
Avoid a Whore.
Fleuch die Hure.
Schuw Hoeren.
Fuïez la proſtituée.

Lemma XXXIV.

Scalig. Γράμματα μάνθανε.
Attend Learning.
Erlerne gute Künſte.
Leer Wetenſchap en Talen.
Aimez les Belles-Lettres.

Lemma XXXV.

Scalig. Μὴ ψεύδου.
Lye not.
Leug nicht.
Lieg niet.
Ne mentez point.

XXXVI.

XXXVI. BONIS BENEFACITO.

VARIANS LECTIO. *Bono b. f.*

Libri I. Diſtich. XI. *& Libri III. Diſtich.* X.

Quum tibi divitiae ſuperant, in fine ſenectae,
Sic bonus eſto bonis, ne te mala, damna ſequantur.

XXXVII. MALEDICUS NE ESTO.

Libri I. Diſtich. V. & XVI.

Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores, *&c.*
Fac tibi ſuccurrant juvenis, quae feceris ipſe.

XXXVIII. EXISTIMATIONEM RETINE.

Lib. II. Diſt. XIX. Conf. quae ſub *Lemmate* XXXIII.

Luxuriam fugito, ſimul & vitare memento
Crimen avaritiae: Nam ſunt contraria Famae.

XXXIX. AEQUUM JUDICA.

Lib. I. Diſt. XIV & XXXII. it Lib. IV. Diſt. XL.

Cognita Judicio conſtant; incognita Caſu.
Quum te aliquis laudat, Judex tuus eſſe memento.
Quum quid peccâris, caſtiga te ipſe ſubinde.
Quumque reus tibi ſis, ipſum, te Judice, damna.
Libri III. Diſt. XVIII.

XL. PARENTES PATIENTIA VINCE.

VARIANS LECTIO. *Patienter vince. It. Parentem.*

Libri I. Diſt. XXI. & XXXVIII. & Lib. IV. Diſt. VI.

Fer Patris imperium, quum verbis exit in iram. *Et:*
Infantem nudum quum te natura creârit;
Paupertatis onus patienter ferre memento.
Et denique: Vince ferendo:
Maxima enim morum ſemper Patientia Virtus.

Lemma XXXVI.

Scalig. Τοὺς ἀγαθοὺς εὐποιοῦ. (Non: εὖ ποιοῦ. Ut quidam male.)
Do good to good Men.
Guten Leuten thue guts.
Doe wel aan Vromen.
Faites du bien aux Bons.

Lemma XXXVII.

Scalig. Μὴ κακολόγει. Vel: Κακήγορος μὴ ἴσθι.
Be not a Railer.
Sey nicht verleumderiſch.
Zyt niet quaatſprekend.
Ne ſoïez point médiſant.

Lemma XXXVIII.

Scalig. Τὴν ἐπιτιμίαν κράτει.
Keep thy Reputation.
Halt über deinen guten Namen.
Behouw uw' aanzien.
Conſervez vôtre réputation.

Lemma XXXIX.

Scal. poſt Planud. Τὰ δίκαια κρίνε.
Judge according to Right.
Richte nach dem/ was billich iſt.
Oordeel rechtvaardiglyk.
Jugez équitablement.

Lemma XL.

Scalig. Τοὺς τοκέας ὑπομονῇ νίκα.
Win thy Parents by Forbearance.
Uberwinde die Eltern mit Gedult.
Verwin uw' Ouders met Lydzaamheid.
Souffrez tout de vos Pere & Mere.

XLI. **BENEFICII ACCEPTI MEMOR ESTO.**

VARIANS LECTIO. *Acc. beneſ. m. e.* It. *eſto mem.*

Libri I. Diſtich. XV. & XX. it. Libri IV. Diſtich. XLII.

Officium alterius multis narrare memento.
Gratior officiis, quo ſis mage charior, eſto:
Ne nomen ſubeas, quod dicitur, officiperdi,
Accipito placide, plene & laudare memento.

XLII. **MISERUM NOLI IRRIDERE.**

VARIANS LECTIO. *M. n. ridere.* It. *M. ne irriſeris.*

Libri III. Diſtich. XI.

Utile conſilium, dominus, ne deſpice ſervi:
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, temſeris umquam.

Conſ. Lemm. XXI.

XLIII. **CONSULTUS ESTO.**

Libri I. Diſtich. IV. & IX. it. Libri II. Diſtich. I.

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe.
Quumque mones aliquem, nec ſe velit ille moneri;
Si potes, ignotis etiam prodeſſe memento:
Utilius regno, meritis adquirere amicos.

XLIV. **UTERE VIRTUTE.**

VARIANS LECTIO. *Virtute utere.* Al. *Utere tua Virtute.*

L. I. D. VII. L. II. D. XXV. L. III. D. II. & III. it. XII.

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli.
Conſtans & lenis, ſic ut res poſtulat eſto.
Fac, vivas contentus eo, quod tempora praebent.
Non opibus bona fama datur; ſed moribus ipſis.
Quum recte vivas, ne cures verba malorum.

XLV. **IRACUNDIAM TEMPERA.**

VARIANS LECTIO. Addunt quidam: *& rege.* Al. *vel rege.*

Lib. I. Diſt. XXXVI. & XXXVII. it. Lib. II. Diſt. IV.

Ira odium generat: Concordia nutrit amorem.
Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.
Servorum culpis quum te dolor urget in iram,
Ipſe tibi moderare, tuis ut parcere poſſis.

Conſ. huc & Lemm. XII.

Lemma XLI.

Scal. Ἧς ἔτυχες εὐεργεσίας μνημόνευσον.
Remember a Courteſy received.
Sey ingedenck empfangener Wolthat.
Zyt een verkregene weldaad gedachtig.
Soïez reconnoiſſant.

Lemma XLII.

Scal. Τὸν ἄθλιον μὴ χλεύαζε.
Laugh not at a Man in Miſery.
Einen Elenden laß unausgelacht.
Wil geen ellendige belachen.
N'inſultez point aux miſérables.

Lemma XLIII.

Scal. Ἔμφρων ἴσθι. Plan. Σύμβουλος ἴσθι.
Be adviſed.
Sey nachgedencklich (um guten Rath zu ertheilen.)
Zyt beraden.
Soïez aviſé, Et: *bon Conſeiller.*

Lemma XLIV.

Plan. cum Scal. Ἀρετῇ χρῶ.
Uſe Virtue.
Gebrauche dich der Tugend.
Gebruik deugd.
Agiſſez toûjours avec probité. Ou: *Mettez en uſage les verités connuës.*

Lemma XLV.

Scal. Θυμοῦ κράτει.
Moderate thine Anger.
Mäſſige deinen Zorn.
Matig uw' gramſteurigheid.
Modérez la Colère.

XLVI. TROCHO LUDE.

VARIANS LECTIO. *Lude Trocho.*

Libri II. Diſtich. XVIII. & Libri III. Diſtich. VII.

Interpone tuis interdum gaudia curis.
Inſipiens eſto, quum tempus poſtulat, aut res:
Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.

XLVII. ALEAM FUGE.

VARIANS LECTIO. *Aleas fuge.* Quid. *Aleas fuga.* Vid. Arntzen. Nos eo ſenſu accepimus, qui eſt in verbis Horatii: *Periculoſae plenum opus ALEAE.* Non ignari, Stoicos alioſque Philoſophos ſaepius improprium, in Gnomis praecipue, adfectaſſe loquendi morem.

Libri I. Diſtich. XVIII. XXXII. & XXXIII.

Quum dubia in certis verſetur vita periclis,
Non eodem curſu reſpondent ultima primis.
Ignotum tibi tu noli praeponere notis.
Cognita judicio conſtant, incognita caſu.

XLVIII. NIHIL ABRITRIO VIRIUM FECERIS.

VARIANS LECTIO. *Nihil ex arbitrio v. f.* Al. *Nihil arbitrii v. f.*

Libri I. Diſtich. XXXIV. & Libri III. Diſtich. XV.

Vincere quum poſſis, interdum cede ſodali.
Succumbat labor & fruſtra tentata relinquas.
Quod potes id tenta: nam, litus carpere remis,
Tutius eſt multo, quam velum tendere in altum.
Libr. IV. D. XXXIII.

XLIX. MINOREM NE CONTEMSERIS.

VARIANS LECTIO. *Minorem te n. c.* Al. *non contempſeris.*

Libri II. Diſtich. IX. & Libr. IV. Diſtich. XLIV.

Corporis exigui vires contemnere noli:
Conſilio pollet, cui vim natura negavit.
Ut ſervos dicas, homines tamen. &c.

L. ALIENA CONCUPISCERE NOLI.

VARIANS LECTIO. *Alienum noli concupiſci.* Al. *Aliena n. c.*

Libri I. Diſtich. XIX.

Quum dubia & fragilis ſit nobis vita tributa;
In morte alterius ſpem tu tibi ponere noli.

Lemma XLVI.

Scal. Τροχῷ παῖζε.
Play with a Top.
Mit dem Reiffen magſt du ſpielen.
Speel met de tol (hoep.)
Aimez les jeux d'Exercice.

Lemma XLVII.

Scal. Κοτλισμοῦ ἀπέχου.
Avoid Dice.
Fleuch das Bretſpiel.
Schuw den Dobbelſteen.
Fuïez (les Jeux de hazard) le Dé.

Lemma XLVIII.

Scal. Μηδὲν τῇ τῆς ἰσχύος κυβείᾳ ἐπίτρεψον.
Do nothing according to the Opinion of thy ſtrength.
Thue nichts aus Geheiß deiner Kräfften.
Doe niets uit al te grote achting uwer krachten.
Ne vous confiez pas en vos forces.

Lemma XLIX.

Scal. Τὸν ὑποδεέστερόν σου μὴ ἐκφαύλιζε.
Diſdain not a meaner Man than thyſelf.
Verachte denjenigen nicht / der kleiner / als du / iſt.
Veracht uw' minder niet.
Ne mépriſez pas vos inférieurs.

Lemma L.

Plan. & Scal. Ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθύμει.
Do not covet other Men's Goods.
Was nicht dein iſt / das begehre nicht.
Wil eens anders goed niet begeeren.
Ne déſirez pas le bien d'autrui.

LI. CONJUGEM AMA.

Libri III. Diſtich. XXIV. & Libr. IV. Diſtich. XLVII.

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento.
Namque malum eſt: non velle pati nec poſſe tacere.
Quum tibi ſit Conjux, inimicum nomen Amici.

Conf. etiam huic Lemma XXXIII.

LII. LIBEROS ERUDI.

Libri I. Diſtich. XXVIII.

Quum tibi ſint nati, nec opes; tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.
Huc pertinet & : Indoctos ipſe doceto:
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.

Ex Libr. IV. Diſt. XXIII.

LIII. PATERE LEGEM, QUAM IPSE TULERIS.

VARIANS LECTIO. *P. l. quam tu ipſe tul.*

Libri I. Diſtich. IV. & XXX. & Libri IV. Diſtich. XXV.

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe.
Quae culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe.
Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum.
Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,
Hoc vide ne rurſum, levitatis crimine, damnes.

LIV. PAUCA IN CONVIVIO LOQUERE.

L. II. Diſt. XVI. & L. III. Diſt. XX. coll. L. IV. Diſt. XXX.

Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.
Ne te collaudes, nec te culpaveris ipſe.
Quod blandum eſt animo complectere, ſed fuge lites.

LV. ILLUD STUDE AGERE, QUOD JUSTUM EST.

VARIANS LECTIO. *St. a. q. j. e.* Al. *Ill. ſt. q. j. e.* It. al. *Q. j. e. age.*

Ipſae etiam Leges cupiunt, ut jure regantur.
Quod juſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum.
Quod noſti haud recte factum, nolito ſilere;
Ne videare malos imitari velle tacendo.

Lemma L I.

Scalig. Τὴν γαμετὴν (Plan. σύνοικον) ςέργε.
Love thy Wife.
Habe dein Weib lieb.
Heb uw' Echtgenoot lief.
Aimez (tendrement) *votre* (Moitié) *Epouſe.*

Lemma L II.

Scalig. Τὰ τέκνα παίδευου.
Inſtruct thy Children.
Unterweiſe deine Kinder.
Onderwys uw Kinderen.
Enſeignez vos Enfans.

Lemma L III.

Scalig. Νόμον ὑφίςασο ὃν αὐτὸς ἔθηκας.
Admit the ſame Condition which thou offereſt to others. Or : *Endure the Law which thyſelf ſhalt make.*
Erleide das Geſetz / das du ſelbſt gemacht haſt.
Lyd de Wet, die gy zelf zult gemaakt hebben.
Obſervez vos propres Loix.

Lemma L IV.

Scalig. Ὀλίγα ἐν συμποσίῳ λάλει.
Speak little at the Table.
Bey Gaſterey rede wenig.
Spreek weinig op een gaſtmaal.
Parlez peu à table.

Lemma L V.

Scalig. Ὅ, τι δίκαιόν ἐςι, ποίησον.
Affect that which is juſt.
Befleiſſige dich zu thun / was billig iſt.
Beyver dat gene te doen, 't welk rechtvaardig is.
Efforcez-vous d'agir en tout avec équité.

LVI. LIBENTER FERTO AMOREM.

VARIANS LECTIO. *Amorem lib. f.* Al. *Amorem f.* Conjectura Viri D. *referto.*

Libri I. Diſtich. XX.

Exiguum munus quum dat tibi pauper Amicus,
Accipito placide, plene & laudare memento.

Ceteris ſua Diſtichis deſunt Lemmata: Aut ſi quis ſub haec eadem referre poteſt, referat ſane. Ita v. g. Lemma XLIV. plurima reciperet alia. Nos non niſi ea ſelegimus, quae veluti ſua ſponte & nullo ferme labore ſolicitata, ſub iſta titulorum conſpirarunt Inſignia.

Lemma LVI.

Scalig. Τὸν ἔρωτα εὖ διένεγκε.
Bear Love contentedly. Or: *Be not angry becauſe Men love you.*
Die Liebe erdulde gern.
Verdraag gaarne Liefde.
Souffrez qu'on vous aime.

***FINIS LEMMATUM**, ſive brevium **CATONIS SENTENTIARUM**.*

Eadem omnia, cum Praefatiuncula iis praemiſſa, Graeco reddita, eoque incomparabili Carmine, ab eodem, qui & ſoluto ſermone tranſtulit, illuſtri Jos. Justo Scaligero.

ΦΡΑΣΑ'ΜΕΝΟΣ πλείστους ἀνθρώπων, ὡς περὶ θεσμοὺς
Ἠθῶν πλάζονται, προνοεῖσθαι τῶν δὲ μάλιστα
Ἄξιον ᾠισάμην, καὶ λήματος ἀντιλαβέσθαι,
Ὄφρα καλῶς ζώωσι, καὶ εὐκλεὲς εὖχος ἄρωνται.
Δεῦρ' ἄγε, τέκνον ἐμοὶ κεχαρισμένον, ὥς σε διδάξω
Πῶς δεῖ ῥυθμίζοντα τεοῦ νοὸς ἤθεα κοσμεῖν.
Τάς δ' οὖν ἐντολίας ἀνάγνωθι, γνῶθί τ' ἀναγνούς.
Ὧν γὰρ ἀνέγνω τις, μὴ δ' ἔγνω, πάγχυ καλέγνω.
α. Καὶ δὴ ἄκουσον ἐμοῦ· ΘΕΩΙ εὔχου. Στέργε τοκῆας. β.
γ. Τοὺς πηοὺς τίμα. Τὸν ὑφηγητὴν πεφόβησο. δ.
ε. Τήρησον τὸ δοθέν. Νομίμοις ἀγορᾶς ὑποτάσσου. ϛ.
ζ. Τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδρῶν καὶ τοῖς φρονίμοισιν ὁμίλει.
η. Εἰς τὴν συμβούλων ἄγυριν μὴ ἀκλητὶ παρελθεῖν.
θ. Κοσμιότητος ἔχου καθαρῶς. Ἀσπασικὸς ἴσθι. ι.
ια. Εἶξον ἀρειοτέροισιν. Ἀφαυροτέρων πεφίδησο. ιβ.
ιγ. Κτήματα σοῦ τηρεῖν. Αἰδῶ ἐπὶ πᾶσι φυλάττειν. ιδ.
ιε. Τημελίην ἄσκει. Βιβλίων ὅτι πλεῖστα διέρχου. ιϛ.
ιζ. Πάντα δ' ἐνὶ μνήμῃ ταμιεύειν, ὧνπερ ἀναγνῷς.

ιη. Τῶν

Varians lectio. vs. 1. *Φρασάμενος πλείστους*. Ita recte ſcriptum invenies in ipſius Scaligeri Poëmatis, ex muſeio Petri Scriverii Officinaque Plantiniana, anno MDCXV. in lucem editis. Irrepſerat deinde ſphalma: *Φρασάμενος πλείστοις* in Editionem Catonis Diſtichorum, quae Lugduni Bat. ap. Andream Cloucquium, Bibliopolam, ſub ſigno Angeli coronati, anno prodiit MDCXXVI. Quod, ut animadvertiſſent viri docti, inconſulto tamen Scaligeri textu, ex parte correxerunt mutatum in: *Φρασάμενος πλείστους* veluti eſt in Amſtelodamenſi Janſſoniana anni MDCXLVI. Catonis Editione.

ιη. Τῶν ἰδίων προνοεῖν. Πράως πάντεσσιν ὁμιλεῖν. ιθ.
κ. Μὴ νεμεσᾷν ἀλόγως. Χλευάζειν μηδενὸς ἔργον. κα.
κβ. Χρῆσον μὲν τὸ δάνειον, ὅτῳ χρήσεις δὲ λογίζου. κγ.
κδ. Εἴς γε δίκην πάριθι, τῷ βήματι δ' ἐμφάνισόν σε. κε.
κϛ. Μὴ πολύδειπνος ἔμεν, μὴ συχνάκις εἰλαπινάζειν.
κζ. Εὖδε τὸ μέτρον σοῦ. Τὰ ἔνορκα δίκαια φύλαττε. κη.
κθ. Οἰνόφλυξ μὴ γίγνου. Ἀμύνασθαι περὶ πάτρης. λ.
λα. Μὴ προπετῶς πίστευσον. Ἀεὶ βουλὴν δὸς ἑαυτῷ. λβ.
λγ. Μαχλάδα πόρνην φεῦγε. Διδάσκου γράμματα πολλά. λδ.
λε. Μὴ γλώσσης ψεύδοιο χαριζόμενος παρεοῦσι.
λϛ. Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ἔρδε. Κακηγορίας ἀπέχεσθαι. λζ.
λη. Τὸ τρόπου εὔσχημον τήρει. Τὰ δίκαια δίκαζε. λθ.
μ. Καρτερίῃ γονέας νίκα. Μέμνησο παθὼν εὖ. μα.
μβ. Δυστυχέας μὴ σκῶπτε. Γενοῦ σύννους τε καὶ ἔμφρων. μγ.
μδ. Ἀμφ' ἀρετὴν τρίβοιο. Χαλινοῦ μήνιος ὁρμήν. με.
μϛ. Μούνῳ ἄθυρε τροχῷ. Κυβείαν πᾶσαν ἀλεύου. μζ.
μη. Ἰσχύϊ μηδὲν ἐπίτρεπ'. Ἐλάσσονα μὴ ἀθέριζε. μθ.
ν. Ἀλλοτρίων κτεάνων μή σε φρένας ἵμερος ἔλθοι.
να. Τὴν γαμετὴν σὴν ἀμφαγάπαζε. Τὰ τέκνα διδάσκου. νβ.
νγ. Ὃν θέσο θεσμὸν ἔνεγκε. Λάλει παρὰ δαιτὶ βράχιστα. νδ.
νε. Τοῦ θ' ἔρδειν, ὃ δίκαιον ἔφυ. Τὸν ἔρωτα φέρειν εὖ. νϛ.

Vs. 4. Scriverius edidit : καὶ εὐκλέης εὖχος ἄρωνται, quum id tamen ad analogiam dicendum foret : εὐκλεέες. Melius ergo in reliquis id Editt. mutatum in neutrum genus : εὐκλεὲς, ut ſine dubio ſcripſerat Auctor. κϛ. συχνάκις habet Janſſoniana. λε. παρεοῦσι contra metri leges eadem illa. Lugdunenſis contra utrumque melius. Ita & μγ. quod hemiſtichium Janſſoniana male tractat : Γενοῦ σύννους καὶ ἔμφρων. Vix oculis fidem habui talia legens. Reliqua minuta ſunt.

ΙΩΣΗΠΟϹ ϹΚΑΛΑΝΟϹ

ΠΟΥΤΕΑΝΙΔΑΙϹ

ΑΔΕΛΦΟΙϹ.

Ω ΠΑΙΔΕϹ γλυκὺ πατρὸς ἀμωμήτοιο γένεθλον,
Ἐλλογίμοιο σοφοῦ τόδε βιβλίον εὔφρονι θυμῷ
Δέχθε, παλαιὸν ὁμοῦ τε καὶ ἀρτιγενές. τὸ γὰρ ἡμεῖς
Τοῖς Ἰταλοῖς γνωστὸν, τοῖς δ᾽ Ἑλλήνεσσιν ἄγνωστον·
(Μὰψ γὰρ ἐγνώριζεν τοῖς Ἑλλήνεσσι ΠΛΑΝΟΥΔΗΣ)
Ὑμῖν ἦρα φέροντες, ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι
Ἐξ Ἰταλῶν κελόμεσθα, καὶ Ἑλλάδα γῆρυν ἰάλλειν,
Εὐεπίης σοφίης τε κλυτὸν πόνον, ὄφρα δάητε
Ἀμφότερον, συνετῶς τε λαλεῖν, πινυτῶς τε φρονῆσαι.

JOSEPHUS SCALIGER

FRATRIBUS

PUTEANI FILIIS.

O Pueri, Patris laudati blanda propago,
Doctoris clari tranquilla mente volumen
Excipite hoc, vetus atque novellum: quippe quod olim
Solis notum Italis, Graecae ignorabile genti,
(Nam fruſtra Graecis voluit vulgare Planudes)
Ut vobis faveamus, in oras pergere Graecas
Juſſimus ex Italis, & Graecam fundere vocem.
Facundum ſimul, & ſapiens opus. Unde paretur
Utrumque, Eloquium, atque animi Sapientia vobis.

FINIS.

HISTORIA
CRITICA
CATONIANA.

PICTURA LOQUENS.

Quid juvat, innumeros avidum perquirere libros,
Ni tuus evadas, Doctor & ipſe, liber?

Quid juvat, ex ſtudiis nil praeter verba lucrati,
Doctrina vacuos & ſine mente ſonos?

Quid juvat, atratis vigilem impalleſcere chartis,
Ni Verum, ac tantum quod juvet, inde petas?

Hoc CRITICES *labor, hoc in lucem proferat unum:*
Hoc quaeſituris pandat & HISTORIA.

Quaelibet ars, ſtudium quodcunque, ſcientia quaevis
Hoc unum & tractet, quaerat & aucupium.

Doctor & Auditor ſimul hoc conſpiret in unum:
Sic, qui nunc puer eſt, hac erit arte Cato.

Macte, Puer! qui noſſe cupis, imitare CATONEM:
Dogmata vita tibi haec experienda dabit.

INSTRUE PRAECEPTIS ANIMUM: *Si cetera deſint,*
Hoc tibi perſuaſo, dixero, quod ſatis eſt.

351

1239



AMSTELODAMI apud F. HOUTTUYN 1759. *6*

HISTORIA CRITICA CATONIANA,

Per ſingulorum ſeriem conſuetam
DIONYSII CATONIS
DISTICHORUM
ex ordine deducta.

Cui praemittuntur
MAXIMI PLANUDIS
METAPHRASIS GRAECA,
Cum Caſtigationibus JOSEPHI SCALIGERI
in eamdem perpetuis:

Itemque
DESIDERII ERASMI
CONCINNA EXPOSITIO.

Adnexae ſunt Clariſſimorum Virorum,
BARTHI, OPITI, DAUMI, WACHI,
BOXHORNI, CANNEGIETERI, WITHOFI,
& ARNTZENIORUM Fratrum,
ANIMADVERSIONES SELECTAE.

Addita quoque ad calcem Diſtichorum cuique
NOVA PARAPHRASIS.

AMSTELAEDAMI,
Apud *FRANCISCUM HOUTTUYN.*
CIↃIↃCCLIX.

Digitized by Google

PRAEFATIUNCULA EDITORIS.

QUONIAM, hîc quae dicenda ſuerant, maximam partem a nobis dicta jam ſunt ea *Praefatione*, quam noſtrae *Editioni* CATONIANAE, *poëticis adornatae floſculis*, ipſi praemiſimus, quaeque pariter Praeloquii inſtar *Criticae* huic *Hiſtoriae* inſervire debuerat; parum hîc ſuperat, Candide LECTOR, Te quo moremur.

EN eumdem Tibi CATONEM, cum praecipuis ſelectisque Variorum, eorumque doctiſſimorum Virorum, animadverſionibus Notisque, hîc recuſum! Et quemadmodum in illo Opere Poëtico JOSEPHI SCALIGERI tranſlatio Graeca, ut poëtica magis & emendatior, varias inter Verſiones locum ſibi principem facile vindicabat; ita hîc habebis, ex adverſo cuilibet Diſticho oppoſitam, antiquiorem illam MAXIMI PLANUDIS, qua ipſe ſaepius uſus, abuſus aliquando eſt illuſtris SCALIGER: Quorum utrique communia ut eo facilius & primo quaſi intuitu a reliquis poſſes dignoſcere, typis ea juſſimus excudi majuſculis.

De *Commentario* noſtro *perpetuo* penes Te ſit, Erudite Lector, judicium. Nec noſtrum eſt, illud eblandiri; nec ſedulo qualemcumque operam ſuam aliorum uſui dicantis, id emendicare; nec recte ſibi conſcii, timere ſe id aut perhorreſcere ante diem. Neminem laedendi animus fuit; itaque vel laeſi, *levius laedemur*, uti docet Noſter.

Adjunximus unicuique Rhapſodiae ſub finem Tetrasticha. Latinum alterum, alterum, fide *Formeyana*, Eruditi Abbatis Salmonis * Gallicum. Neque Tabulae rerum Indices ſuo carebunt uſu. Tu ſingulis utere benevolus ac favens.

Vale.

* In egregio ejus Opuſculo inſcripto: *Poëſies ſacrées & morales, ou les Préceptes de la vie civile.* &c. *à Paris* 1752. De quo vide etiam Galliae litteratae Catalogum ſuperiore anno editum. Ou: *la France litteraire de l'année* 1758. *pag.* 129. *Edit. de Paris.*

SUP-

SUPPLEMENTUM,

Sive ex

HERMETE TRISMEGISTO

ADDITAMENTUM

Ad

Primi Libri Diſtichon I.

DEUS, *Animus.*] Hermes Triſmegiſtus, in Poemandra, Cap. I. Εννοίας μοί ποτὲ γενομένης περὶ τῶν ὄντων —— ἔδοξά τινα ὑπερμεγέθη μέτρῳ ἀπεριορίστῳ τυγχάνοντα, καλεῖν τὸ ὄνομα, καὶ λέγοντά μοι, τί βούλει ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι, καὶ νοήσας μαθεῖν καὶ γνῶναι; Φημὶ ἐγὼ, σὺ γὰρ τίς εἶ; Ἐγὼ μὲν, φησὶν, εἰμὶ ὁ Ποιμάνδρης, Ο τῆς αὐθεντίας ΝΟΥC, οἶδα ὃ βούλει· καὶ σύνειμί σοι πανταχοῦ. Φημὶ ἐγὼ, μαθεῖν θέλω τὰ ὄντα, καὶ νοῆσαι τὴν τούτων φύσιν, καὶ γνῶναι τὸν ΘΕΟΝ. Πῶς; ἔφην· ἀκοῦσαι βούλομαι. Φησὶν ἐμοὶ πάλιν, Ἔχε ΝΩΙ ΣΩΙ ὅσα θέλεις μαθεῖν, κἀγώ σε διδάξω. Οὕτως εἰπὼν ἠλλάγη τῇ ἰδέα, καὶ εὐθέως πάντα μοι ἤνοικτο ῥοπῇ. Καὶ ὁρῶ θέαν ἀόριστον. Φῶς δὲ πάντα γεγενημένα ἥδιόν τε καὶ ἱλαρόν· καὶ ἠράσθην ἰδών.—Ἐκ δὲ φωτὸς, τί; ΛΟΓΟC ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ 1. Πῦρ ἄκρατον ἐξεπήδησεν— ἄνω εἰς ὕψος.—Καὶ ὁ 2. Ἀὴρ ἐλαφρὸς ὢν, ἠκολούθησε τῷ ΠΝΕΥΜΑΤΙ, ἀναβαίνοντος αὐτοῦ μέχρι τοῦ πυρὸς ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, ὡς δοκεῖν κρέμασθαι αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ. 3. ΓΗ δὲ καὶ 4. ΥΔΩΡ ἔμενε καθ' ἑαυτὰ συμμεμιγμένα, ὡς μὴ θεωρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Κινούμενα δὲ ἦν διὰ τὸν ἐπιφερόμενον πνευματικὸν λόγον εἰς ἀκοήν. Ὁ δὲ Ποιμάνδρης ἐμοί·—Τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγὼ, ΝΟΥC, Ο ΣΟC ΘΕΟC,— ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος, ΥΙΟC ΘΕΟΥ.—Τὸ ἐν σοὶ βλέπον καὶ ἀκοῦον, λόγος κυρίου. Ο δὲ ΝΟΥC, πατὴρ ΘΕΟC. Οὐ γὰρ διΐστανται ἀπ' ἀλλήλων. Ἕνωσις γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ ζωή.

H. E.

H. E. *De iis, quae ſunt, aliquando ſolicito, videbar mihi, intueri immenſum aliquem menſura indefinita, qui me nomine vocans ajebat: Quid audire & videre cupis? Quidve ſentiens diſcere ac pernoſcere? Cui ego: Tu vero quis es? Equidem ſum, ait, Poemandras,* MENS *per ſe conſtans. Et video quid aves, & tibi ubivis adſum. Tum ego: Quae ſunt ediſcere volo, & horum noſſe naturam,* DEUM*que cognoſcere. Quomodo id? inquit. Et ego: Nempe audiendo. Mihi rurſum ille: Habeto* MENTE TUA *quaecumque diſcere cupis, teque ego erudiam. Sic effatus formam tranſtulit, ac illico cuncta aperte concepi temporis articulo. Tum cerno indefinitum ſpectaculum: Omnia quidem lumen effecta, ſuave atque hilare, quoque delectabar adſpectans.— Ex lumine autem quid?* VERBUM *ſanctum naturae ſuperſtabat, & purus exiliebat* 1. *Ignis ſurſum in ſublime*—2. *Aër autem agilis nimirum, conſequebatur* SPIRITUM, *dum adſcenderet ad ignem uſque a terra & aqua, ut crederetur plane ab ipſo pendere.* 3. *Aqua vero ac* 4. *Terra manſerunt in ſe ipſa ita commixta, ut nihil ab aqua diverſum appareret. Haec autem movebantur a Verbo ſpirante, quod ſuper ea ferebatur, ad auditum. Mihi vero Poemandras: Lumen illud, ait,* Ego, MENS, DEUS *ſum* TUUS.—*Quod autem ex Mente* VERBUM *lucidum,* FILIUS *eſt* DEI.—*Sic noſce: Quod in te videt & audit, Verbum Omnipotentis;* MENS *autem, omnium Parens* DEUS. *Non enim ſejunguntur a ſe invicem: Quorum quippe in unitate vita eſt.*

ΖΩΗ ΤΟ ΦΩΣ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ.

HISTO-

HISTORIA
CRITICA
CATONIANA.

Digitized by Google

HISTORIA CRITICA CATONIANA.

TITULUS.

DIONYSII CATONIS DISTICHA *de Moribus ad Filium.*

Dionyſii Catonis Diſticha de Moribus ad Filium.] In libro vetuſtiſſimo Simeonis Boſii, Juridici Lemovicenſis, viri eruditiſſimi & acutiſſimi, titulus ita conceptus erat: DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM. Solus ille codex bonae notae repertus eſt memoria noſtra. Reliqui, uti ſequiorum ſaeculorum, ita mendoſiores. Quo tempore vixerit iſte ſcriptor, nulla conjectura aſſequi potui. Character & dictionis puritas non patiuntur tam recentem eſſe, quam volunt quidam. Nos temporibus Commodi aut Severi recentiorem non credimus. Et certe, quum ſit vetus Auctor; mirum, quomodo eum omiſerit diligentiſſimus harum rerum inveſtigator Lilius Gyraldus. Qui, quum etiam ineptiſſimos Poëtas memoraverit, hujus nullam mentionem facit. Solus, quod ſciam, inter vetuſtos ſcriptores ejus meminit Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum. Loquitur de quodam

Dionyſ. Catonis.] Ita ex libro vetuſtiſſimo Sim. Boſii Joſephus Scaliger: licet Octaviani quoque nomen codices non pauci, neque ipſi recentes, praeferant; uti Barthius annotat, Adverſar. l. XXXIV. cap. XVIII. [col. 1576.] De Dionyſio fruſtra; credo, inquiras; & rarum hoc apud Romanos nomen. VALERIAE DIONYSIAE cujuſdam tamen Arelatenſis quidam lapis meminit, & Valerios etiam reperias inter Catones: ut Grammaticum illum, cui *Diras* eruditi aſcribere conantur. Sed fortaſſe Dionyſia noſtra οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Illud magis placet, librum hunc, ſive Auctorem libri, aut ob gravitatem ſententiarum & pondus, aut quod Cato ſimilia ſcripſerit, Catonem dictum eſſe. De quo Horatius Serm. lib. I. Sat. II.

— — *malle*
Virtute eſſe, inquit ſententia dia Catonis.

Quod imitata eſt Sulpitia:

dam, qui oculorum rheumate laborabat, his verbis: *In ultimum hac ab egregiis medicis inventa curatione. Ut, quum dexter oculus lacrymam funderet, vena ei dextri brachii laxaretur: quum ſiniſter, ſimiliter in ſiniſtro brachio fieret. Quod quum pati capiſſet infirmus, flens & gemens* illud Catonis *ſaepe dicebat:* Corporis *exigua* medico committe fideli. *Ego autem & perito reſtitui.* SCALIGER.

Quos inter priſci ſententia dia Catonis
Scire duo magni feciſſet: utrumne ſecundis,
An magis adverſis ſtaret Romana propago?
Scilicet adverſis. — — — —

Etiam Valentiniani Imp. aevo auctoritas ejus adducitur in Epiſt. Vindiciani Com. Archiatr. Quanti deinceps quoque habitus fuerit, vide Caſp. Barthium virum maximum & amicum noſtrum, Adverſar. lib. XXXIV, cap. IV. OPITIUS.

Vide & Barthium. l. XII. Adverſarior. cap. XX. col. 709. DAUMIUS.

Pro hoc titulo Codd. quidam ſimpliciter praemittunt verba: *Incipiunt libri Catonis Philoſophi.* Al. *Catonis Romani ſententiae morales diſtichae.* Al. tantum: *Catonis Diſticha moralia.*

PHILOSOPHICARUM nulla, ſi Italicam inde excipiamus, ſcholarum tale aliquod agnovit umquam veritatis profeſſorum, aut agnoſcere ſaltem debuit, magiſterium, ut quis quid dixerit, ad probandum aliquam ſententiam, ſufficiens eſſet habitum aut aeſtimatum; ſed quid potius, quisquis is fuerit, qui dixiſſet, id ſemper erat opera prae ceteris inquirendi primaria. Quae cum ita ſint, & nobis, quas exponimus, veritate earum & concinna ſententiarum elegantia contentis, unice ſecuris eſſe liceret, quis ille umquam fuerit mortalium, cui divinior mens, aut genius aliquis ſapientior ea dictaſſet olim, quae & nos non ſine animi voluptate, imo etiam admiratione, hodiedum legimus ac perdiſcimus. Sive igitur Catonum aliquis priſcorum, ſive ignobiliorum quidam ac recentiorum hominum, ea ſcriptis mandaverit, id vero utrumvis aeque parum ad rem faceret, nihilque plane, quo minus, quae vera ſunt, eſſent vera, officeret. Nobis tamen quum non philoſophorum magis, quam nudas compilantium hiſtorias, hoc in opere, ſint partes ſuſtinendae, id jam incumbit ſeu muneris, ſeu verius oneris: quid de ipſo Diſtichorum horum Auctore omnis aevi ſtatuerint eruditi, oſtendere.

ACCIDIT autem huic idem, quod & Cornelio Nepoti, cujus, vel Ciceronis atque Attici aequalis, de excellentibus Imperatoribus libri, per quot non ſaecula, ſub Aemilii Probi nomine adſcito, aevi demum Theodoſiani ſcriptoris, per manus hominum circumferebantur? Namque & pari modo

modo hic, ſub alieno nomine, vel Auſonii (*a*), vel Boëthii (*b*), quoniam, ipſe mole exiguus, eorum pariter nec in nimiam craſſitudinem ſcriptis excreſcentibus commode junctus erat; vel Octaviani (*c*), vel Tullii cujusdam (*d*), vel ignobiliore, imo & barbaro cognomine, Joannis ſcil. Clothomii (*e*), quorum poſtrema duo Boxhornius in medium protulit, obrutus quaſi aut deturpatus, quam diutiſſime delituit. Quae vero nomina omnia, vel ſola ſui, juſto longe nimia, falſitatem coarguunt diverſitate. In eo magis inter ſe convenit titulorum auctoribus, quod, verbis ut Clariſſimi utar Cannegieteri, Boxhornio reſcriptorum Cap. II. „ plerique omnes CATONEM libello inſcribunt, „ ſed diverſa ſententia. Alii namque Auctoris, alii tituli „ nomen eſſe cenſent. In hac autem varietate illud no„ men praecipue ſpectandum eſſe puto, quod Scriptores „ aequales, aut ſaltem proximi; & cum hi deſunt, quod „ antiquiſſimi & praeſtantiores codices praeferunt. Hos ſi „ de nomine Auctoris conſulas, nullam diſcordiam aut diſ„ ſenſum invenias; ſed omnes tibi CATONEM dabunt". Unde igitur, quum certum & conſtans Auctori nomen ſit, rumor is de ipſo, tamquam *incerto* quodam *Auctore*, ſuam traxit originem? Id vero operae erit pretium paullo penitius inveſtigare atque ad primam fabulae, de *incerto Diſtichorum moralium Auctore*, altius adſcendere ſcaturiginem; quo & in poſterum, tamquam perpetuum rei monumentum, aliis quoque ſit documento futurum, ut ex minimis ſaepe rebus ingentia oriantur diſſidia, vel ipſius ſecundum dicta Catonis noſtri: ut

Lis minimis verbis interdum maxima creſcat.

EA JAM curatius paullo indagantibus nulla alia ſe offert totius illius cauſſa diſcriminis, quam *Johannes Carnotenſis Epiſcopus, patria Saresberienſis, beati Thomae Cantuarienſis Archiepiſcopi quondam clericus atque diſcipulus; vir in divi-*

(*a*) Ita BAPTISTA PIUS, GUILIELMUS CANTERUS & ANTONIUS POPMA, quos refellunt Scaliger, Paganinus Gaudentius & G. J. Voſſius.

(*b*) Qui ita ſentiant, refutantur a PTOLEMAEO FLAVIO, in Sylloge Conjectaneorum.

(*c*) In Codice MELCHIORIS GOLDASTI.

(*d*) (*e*) Vid. BOXHORNII Diſſertation. ejuſque Reſcripta.

divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus litteris nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, & pulchra venuſtate compoſitus, carmine excellens & proſa: nec minus religione, quam ſcientia venerabilis, qui *claruit ſub Frederico Imperatore primo, anno* DOMINI M. CXL. Sic ad litteram iſtud, quo virum mactat Johannes Trithemius, Spanhemienſis Abbas, huc transſcripſimus encomium. Ille vero *Policratici* ſui, ſive *de nugis Curialium* (Aulicos ita vocat,) *& veſtigiis Philoſophorum, octo librorum* ſeptimo, ejusque nono cap. p. m. 373. in haec erumpit verba, totius iſtius circa Catonem noſtrum diſſidii vera initia: *Ceterum, qui multa percurrit, ut eligat, cui ſit potius inſiſtendum, circumſpectus eſt, & aliis examinatis, praeelectioni ſuae fidelius ſervit. Eo* forte *ſpectat* praeceptum Ethici, legere libros praecipientis. *In libello* quoque, *quo parvuli initiantur, ut virtutis inſtructio, & uſus teneris ebibitus animis, facile nequeat aboleri, quoniam & teſta diutius ſervat odorem ejus,*

Quo ſemel imbuta recens eſt,

AIT VEL CATO, VEL ALIUS; NAM AUTOR INCERTUS EST:

Multa legas facito, perlectis perlege multa.

Quo quidem aliquid eſſe utilius ad ſcientiam aſpiranti, facile non crediderim, praeter obſervantiam mandatorum Dei, in qua ſingularis & unicus indubitanter eſt philoſophandi profectus. Sic tamen omnia legenda ſunt, ut eorum aliqua, cum lecta fuerint, negligantur, reprobentur nonnulla, aliqua videantur in tranſitu, ne ſint omnino incognita &c. Hactenus Saresberienſis Johannes. Jam

Ex illo Corydon, ex illo tempore nobis,

Ex illo tempore vel ipſe Cato *incertus Auctor* eſt. Ita vero eſſet & Virgilius, & Horatius, & Naſo, ita & Cicero, & Muſarum pater Homerus, *incertus Auctor*, & quemcumque voles alium vel certiſſimorum quorumque Auctorum. At quis non, ex iſto verborum ambitu, quem totum propterea dedimus, facile pervidet, non quidem Catonem tunc noſtrum, verum ipſum eum Johannem Saresberienſem, in incerto fuiſſe verſatumque eſſe, de ejus tantum, quam tum citabat, ſententiae auctore; ipſumque adeo *incertum*, omnis deinde dubitationis futurum, ſerioris aetatis Scriptoribus,

ptoribus, *auctorem*? Nam inde videas audiasque, ad miraculum usque, & quaſi uno ore omnes, in citando nobis Catone, nil niſi *auctorem* illum, quem ita traditione accepere, *incertum* crepantes; donec antiquam lectionem, verumque & plenius inſuper Auctoris nomen, ex vetuſto codice demum nobis reſtituiſſet Joſephus Scaliger, cujus numquam intermoritura ſunt de Romano hoc Scriptore merita. Quod ſi ipſum Policraticum illi homines paullo diligentius evolviſſent, de eo, quem nos ex adlegatis ſupra verbis elicimus, ſenſu dubitare plane non potuiſſent: Videre enim erat, Auctorem ejus in citandis veteribus, data quaſi opera, negligentiorem ſe ubique exhibuiſſe, ad nullum fere, quum citet innumeros, aut rariſſime ſaltem, nominatim provocaſſe, omnes vero, cujuscumque ordinis, ſub uno eodemque generaliore, ipſique admodum adamato complexum fuiſſe cognomine: *Ait Ethicus.* Adeo non curabat, quis quid dixiſſet, de eo, quod dictum eſſet, unice ſolicitus. Et quod tanto magis in tali foret homine mirandum: Alias tamen breviter ſimpliciterque noſtrum, Catonem vocat. Sic Lib. II. Cap. XXVII. p. 116.

Linque arcana Dei cœlumque inquirere, quid ſit,

Ait Cato. Haec alii ante nos jam viderunt, nobisque viam commonſtrarunt, quibus, eo nomine, publice nunc grates perſolvimus. Nam ad ejusmodi minutias, ne dicam ineptias, ab iſta tam nobili in citando ſimplicitate, hodie fere delapſi ſumus. Verum id miramur, neminem, quod ſciamus, in egregium illud incidiſſe carmen, quod ſub titulo: AUTOR AD OPUS SUUM, ipſi Prologo idem praemiſerat Johannes. Ibi enim, non multum ante finem, ita ſcribit:

Eſt ANTIQUA NIMIS, *nimis eſt ſententia vera,*
Quam docuere patres, ENNIUS *atque* CATO.

Reliqua deinde Ennianis & Catonis noſtri fragmentis, tantum in elegiacam transfuſis metri formam, occupat atque explet omnia. Ut ſtatim, altero poſt Diſticho, mentem binorum Catonianorum:

Utere quaeſitis opibus: fuge nomen avari.
Quo tibi divitiae, ſi ſemper pauper abundas?

Et:

Deſpice divitias, ſi vis animo eſſe beatus,
Quas qui ſuſpiciunt mendicant ſemper avari.

Singulari Diſticho Elegiaco ita comprehendit in unum:

Semper abundabit, qui rebus noverit uti:
Et mens utendi neſcia ſemper eget.

Et ſic in reliquis.

LIBERI I.

DISTICH. I.

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

VULGUS exiſtimabat, Deum placari victimis pecudum, rebusque corporeis: verum cum Deus ipſe ſit animus, hoc eſt, mens, non corpus, & conſentaneum ſit ſimile gaudere ſimili; nimirum potiſſimum colendus eſt puritate mentis. Quin & hodie vulgus Chriſtianorum, corporeis quibusdam ceremoniis colit Deum, cum gratiſſimus cultus ſit *animi pietas. Tales enim adoratores quaerit pater, qui in ſpiritu adorent, cum ipſe ſit Spiritus.* Nulla gratior pietas Divis, quam ſi vitam illorum imiteris: h. e. tolerantiam, manſuetudinem, caſtimoniam. Atqui haec animi ſunt; *animus eſt Deus.* Fac quantum potes, a corpore te abducas, & ad illum, quantum potes accedas, & gratiſſimum immolâris ſacrificium.

Pura mente] nam vulgus, lotis manibus ac pedibus, ad ſacrum accedebat. Tu mentem purga. Hujus ſordes Deum offendunt, qui videt ea,

DEUS *eſt animus.*] Quia Deus pura mens eſt, mente etiam pura colendus eſt.

Illud ejusmodi Diſticho incluſerim:

Quod ſi pura Deus mens eſt, ut carmina dicunt,
Ille tibi pura mente colendus erit.

Ut carmina dicunt] Antiquiſſimorum Poëtarum ac doctorum Sapientiae, Orphei inprimis, cujus divinos in hanc rem verſus apud Juſtinum Martyrem legas, ſerm. paraenetico ad Graecos. Et inter noſtros Virgilii: (*Aeneid.* VI. *vs.* 107.)

Principio coelum ac terras, campesque liquenteis,
Lucentemque globum Lunae, titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Vide

Reſpexit igitur ad noſtrum, nec alium quemquam Catonum. Jam id quaero: Num auctorem aliquem adeo novitium, adeo obſcurum, aut incertum hominem, tamquam antiquiſſimorum non infimum, cum nobiliſſimo Ennio ita conjuncturum fuiſſe Sarisberienſem, ſit credibile, ſi revera ipſi tam obſcurus homo fuiſſet? Faceſſant ergo a nugis, qui talia ſibi aliisque perſuadere fruſtra conantur!

ΚΑΤΩΝΟϹ ΡΩΜΑΙΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΑΙ ΔΙΣΤΙΧΟΙ, ΑϹ ΜΕΤΗΝΕΓΚΕΝ ΕΚ ΤΗϹ ΛΑΤΙΝΩΝ ΦΩΝΗϹ ΕΙϹ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΔΙΑΛΕΚΤΟΝ ΜΑΞΙΜΟϹ Ο ΠΛΑΝΟΥΔΗϹ.

ΕΙ ὁ ΘΕΟϹ νόος ἐστ', ΩϹ τῶν λογίων πυθόμεσθα,
ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΩι ΝΟΪ ΤΟΝ ΔΕ σέβευ περιώσια πάντων.

Si Deus *eſt animus*] Planudes: Εἰ ὁ Θεὸς νόος ἐστί. Sed articulus in nomine Dei otioſus eſt: quanquam ſcio, quosdam ſcriptores uſurpare. Sed cum delectu faciendum.

Hic tibi praecipue] Planudes: περιώσια πάντων, quaſi Gnomologus intellexerit, Deum ſupra omnia colendum: quod eſt (ſcil. *hoc loco*) abſurdiſſimum. Neque hoc voluit auctor: ſed, quia Deus mens eſt, mente colendum eſſe. Quae eſt omnino Domini noſtri Servatoris ſententia: *Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.* Itaque Planudi impoſuit commutatio vocum animi & mentis, quae pro eodem poſuit auctor, quam, meo judicio, clarius ita dixiſſet:

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt;
Ergo animi pura tibi ſit quoque mente colendus.

Sed

Si] idem eſt, quod *quia*, *quandoquidem*. Nec enim Cato dubitat, an ſit animus; Sed, quia animus eſt Deus, vult, ut pura mente colatur. Qua quidem notione voculam *ſi* optimi Scriptores non raro uſurpant. Sic Phaedrus, LXXVI. 6. *Deinde ſi pulchre vides, quam non conveniens annum ſit vitae meae, reſpondeas clementer, quem fructum capis hoc ex labore?* Alia hujus notionis exempla apud Turſellinum in utiliſſimo de particul. L. L. libello, cap CLXVIII. reperias. Pari modo Ebraeis אם pro כי ponitur, *Gen.* XXV. 22. אם כן למה זה אנכי *Si ita ſit, quorſum tandem vivo?* i. e. *quandoquidem*. Sacros quoque Novi Fœderis Scriptores εἰ pro ἐπεὶ uſurpare legas, ut *Joh.* XIII. 32. Item 1. *Cor.* XI. 6. & alibi paſſim. Wachius.

Vid. Barth. ad Claudian. ſec. edit. pp. 95. & 115. Epiphan. adv. Haereſ. Lib. III. T. II. Haereſ. LXXVII. n. IV. ἐπειδὴ ποτ' οὖν ἔδειξε

A 5 (mel.

ra, quae ſunt in animo, non in corpore. Porro:

Si Deus] Si, hic non dubitantis eſt, ſed ratiocinantis.

Ut carmina] Nam Virg. in (Aeneid.) 6. Deum ſpiritum & mentem vocat.

Praecipue] Ut intelligas, non damnari cultum corporalem, ſed hunc tamen, nempe animi, eſſe Deo gratiſſimum. ERASMUS.

Vide Lactant. Inſtit. lib. I. Cap. v. Philoſophos autem priſcos dicta brevia ſua & ſententias ἀδόμενα, i. e. *carmina* dixiſſe, idque obſervatum in hoc libello, docet Dan. Heinſius, Introductione in Heſiodi Opera & dies.

Pura mente] Non puris ſolum manibus; quod ſacrificantes tam anxie obſervabant. Neque id pagani ſolum, de quibus Porphyrius, Lib. II. περὶ ἀποχῆς ſcribit, nonnullos de animi purificatione parum ſolicitos, exiſtimaſſe tamen, non modo veſtes purgandas eſſe, ſed & totum corpus purificandum, cum ſacrificium offerendum eſſet: verum etiam Chriſtiani, quos ad omnem orationem aquam ſumſiſſe, cum totius quoque corporis lavacro, ex Tertulliano annotat Deſid. Heraldus, digreſſ. II. L. I. Optime vero Porphyrius l. c. ait, puritate animae Deum maxime gaudere, velut ad ejus cognationem genitae. Neque male Plinius, Paneg. ad Trajan. *Animadverto enim, etiam deos ipſos non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & ſanctitate laetari: gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.* Poſſet hic & *pura* intelligi pro *ſola*, ut illud Tertulliani ad Scapulam: *Sacrificamus quomodo praecipit Deus, pura mente.* Ubi vid. V. Cl. Nic. Rigaltium, amicum noſtrum. Sed obſtat illud *praecipue.* Placet itaque interpretatio vulgaris. OPITIUS.

TRIPLICEM hoc facile & aequaliter ſenſum Diſtichon admittit, cujus pro diverſitate & ipſum nobis eſt diverſimode ſpectandum, atque, in alio atque alio veluti poſitu, ſeorſim, ſingulisque vicibus, ut aliud atque aliud, conſiderandum.

VEL enim Cato inde ſtatim ab introitu ſcholae ſuae, inque ipſo limine, filium monere voluit: DEUM, *quum ipſe ſit animus, hoc eſt: mens, non corpus, & conſentaneum ſit, ſimile gaudere ſimili; nimirum potiſſimum eſſe colendum puritate mentis.* Prouti optime eum interpretati ſunt ſenſum Eraſmus, Scaliger & hoc, ejus imitator alias, hic meliora fere adhuc promens, Opitius: quoniam non, ut alter, verbis tantum inhaeſit, ſed ad ipſam usque altius penetravit rerum medullam. Atque is quidem ſenſus maxime planus eſt facilisque &, quam ipſe profitetur; quamque etiam omnes, quibus non niſi optimum quodque ſapit, admirantur in ipſo, divinae illi ſimplicitati, inprimis conveniens. Immo, quidquid ſit aut fiat de binis reliquis, deinde ſtatim ſubſecuturis, hic certe ita aeſtimandus eſt ſenſus, ut qui,

Sed Monoſtichi erat ſententia, non Diſtichi:

Si Deus eſt animus, animi ſit mente colendus,

Εἰ Θεὸς ἐστι νόος, καὶ τῷ νοῒ τόνδε σέβιζε.

Mens animi Plauto & Catullo, pro animo, aut pro mente. SCALIGER, „ qui quae de Planudea, in ſua „ retinuit metaphraſi, ea nos ubique „ verba majuſculis litterarum typis „ exprimi curavimus.

(mel. ἔλεξε) NOYN καλεῖν ΘΕΟΝ, fol. 1028, edit. Petav. Conf. Hieron. Wolf. in Libr. II. Offic. Cic. p. 436. Minut. Fel. fol. 12. & ad eum Elmenhorſt. fol. 27. Henr. Boëthium, de Relig. ethnica, fol. 24. DAUMIUS.

Carmina] dicebantur ſententiae breves ad morum & vitae inſtitutionem pertinentes, quae vulgo diſcebantur & recitabantur, etſi verſibus non conſtabant, ut fuit Catonis carmen de Moribus, &c.

Pura mente] ſ. *nitidis ſenſibus*, quod ait Claudianus, ad quem vid. Barth. p. 156. II. Ed. & conf. p. 626. Quem & adi, Lib. LV. Adverſar. Cap. V. col. 2591. & Lib. LX. Cap. X. col. 2980. Juſtin. Göbler. ad Baſil. M. Homil. πρὸς νέους ſ. de inſtit. ſtud. ratione. p. 111. Weitz de Sever. Endel. v. 119. p. 36. J. H. Urſin. Symb. Theol. Cap. CLXXIV. p. 282. Legantur hic Theophilus ad Autolyc. fol. 70. Porphyrius L. II. περὶ ἀποχ. p. 185. Ed. Fogerclaei, & 233. Id. ſub nomine Malchi, Vita Pythagorae p. 29. Jamblichus Lib. I. de Vita Pythagorae, Cap. XVI. Hierocles p. 25. 289. & ſeqq. Plato paſſim. Plotinus, &c.

IDEM DAUMIUS.

qui, ex mente paterna, a filio eodemque diſcipulo, tamquam primarius magiſtri ſcopus accipiendus, & in quem omnis ab illo mentis acies unice intendenda foret ac dirigenda. Quem tamen, ubi & nos ſemel admiſerimus, tum vero minime *otioſus eſt in Dei nomine*, veluti idem autumavit Scaliger, graeci idiomatis *articulus*; ſed ad probe diſtinguendum inter id, de quo ſermo eſt, atque illud alterum, quod de eo praedicatur, (*Subjectum* & *Praedicatum* vocant *Logici*,) apprime neceſſarius; quomodo & in illo SS. Πνεῦμα Ο ΘΕΟC. *Job.* IV. 24. Ita ut, in eo, ab omni prorſus reprehenſione vacet Planudes, qui, ut vel optime ex inſtituenda poſtmodo a nobis oppoſitione liquebit, & luculenter & quam commodiſſime, hanc in ea verba expreſſerit' ſententiam:

Εἰ ὁ ΘΕΟC νόος ἐστ', ὡς τῶν λογίων πυθόμεσθα.
Si DEUS *eſt animus, nobis ut carmina dicunt.*

VEL, contrariam omnino in partem, ſi verba, ex Auctoris ſententia, ita eſſent diſtinguenda:

Si

Si Deus eſt ANIMUS NOBIS, *ut carmina dicunt.*

In graecis quidem, tranſpoſito articulo, velut in illo *Joh.* I. 1. dicto ſacratiſſimo: καὶ Θεὸς ἦν Ο ΛΟΓΟϹ, tum utique ſic fluerent:

Εἰ Θεός ἐστιν Ο ΝΟΥϹ· Τό δε θέσφατά φησι παλαιῶν.

Non vero, ut, qui hancce tamen ſententiam tuetur, voluit Wachius, tali modo:

Εἰ νόος ἐστὶ Θεός.

Quibus in verbis eadem dictionis maneret ambiguitas, quae & in Scaligeranis:

Εἰ Θεός ἐστι νοῦς.

Utraque enim, deficiente articulo, optima nimirum illa diſtinctionis nota, in utramque, nemine id vetante, accipi poſſent ſententiam, ut quam nihil mutat prior aut poſterior nominum illorum locus. Iſtam vero mentem e Diſtichi verbis, ſive hac, ſive etiam ea, quam uſurpavimus in priore ſenſu, latini textus diſtinguendi ratione, viri eruerunt maxime perſpicaces, Andreas Alciatus & Gisbertus Cuperus, ille jam a Daumio, a Wachio hic, in uberioribus ipſorum ad hoc Diſtichon Notis, cum laude uterque citatus.

ITA namque prior horum Alciatus, Libr. Parergων IV. Cap. XIII. de Catone noſtro: „ Quisquis ille fuerit, ait, „ arbitror minime Chriſtianum fuiſſe. Idque vel primi „ carminis argumento, quo Pythagoricum dogma aſſerit, „ prorſus cum Evangelio pugnans. Exiſtimat Pythagoras, „ ſub finem aurei Carminis, *animos hos hominum* in Deos „ verti:

Ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

h. e. *Tum tu immortalis eris deus, nulli amplius corruptioni fatoque obnoxius.*

„ Quem imitatus Phocylides (verbis, quorum ne harmoniam diſſolveremus, integrum dare voluimus nexum, merentur enim:

Οἱ

Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν,)
„ Λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται·
„ Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
(Πνεῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών,
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμὲν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.

h. e.

Non bonum eſt hominis compagem vinculumque corporis atque animae *diſſolvere.*
Nimirum & nos, e terra, non ita multo poſt, in lucem prodituros ſperamus,
*Noſtri*que *reſiduum, qui inde migraverimus* recepturos. Quae ſibi iterum conjuncta *poſtea dii erunt:*
Etenim animae vel *mortuis incorruptae manent.*
Quandoquidem ſpiritus Dei eſt, cujus uſura tantum *conceſſa mortalibus, ipſiusque imago:*
Corpus namque e terra habemus, & in eam omnes
Soluti, pulvis ſumus: Recepto contra jam *in aetherem Spiritu.*)

„ Inquit ergo (Cato:) *Si animus deus eſt, ut* Carmina
„ (*ſic enim Pythagorica* κατ' ἐξοχὴν *appellantur*) *dicunt: Hic*
„ *tibi praecipue ſit colendus &c.* Duxi autem & hoc explican-
„ dum, quoniam non videtur hic locus vel a quatuor In-
„ terpretibus, qui in hanc diem eum libellum interpretati
„ ſunt, ſatis intellectus. Damnatur ab orthodoxis Tertul-
„ lianus, qui Bonorum animas poſt mortem in Deos ver-
„ ti, Impiorum in daemonas, videtur crediſſe: ſi tamen
„ ita credidit; nihil enim impedit, quin recta interpreta-
„ tione ad verum ſenſum produci id poſſit. Ad ſupra ſcri-
„ pta alluſiſſe videtur etiam Virgilius:

„ — — *Diine hunc ardorem mentibus addunt,*
„ *Euryale? an ſua cuique deus fit dira cupido?*

„ Menander, apud Plutarchum:

„ Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.
„ *Unicuique nam ſuus eſt animus deus.*

„ Unde

" Unde & illud Oraculum: ἕπυ θεῷ, apud Plutarchum Libr.
" de audiendo." Haec ille, qui nobis prius nominatus erat,
Alciatus, prudentiae juris immortale decus.

Jam vero & alter, vir quondam ampliſſimus, Cuperus, non minore ſtudio, eamdem prorſus adſtruit ſententiam, L. II. Obſervationum p. 251. ubi ad Euripidis in Hippolyto verſ. CCXLI.

Ποῖ παρεπλανήθην γνώμας ἀγαθᾶς;

Quo aberravi a ſana mente?

Haec ſequentia, ſedulus Obſervator, commentatur:
" Hanc mentem ut infantibus Dii darent, ea de cauſa
" Mentem Deam colebant. Auguſtinus Lib. VII. Cap. III.
" de Civit. Dei: *Ibi poſuerunt & mentem Deam, quae faciat*
" *pueris bonam mentem, & inter ſelectos, iſta non ponitur,*
" *quaſi quicquam majus praeſtari homini poſſit.* Erat enim &
" haec Dea: Propertius Libr. III. Eleg. XXIII.

" *Mens bona ſi qua Dea eſt, tua me in ſacraria dono,*
" *Exciderant ſurdo tot mea vota Jovi.*

" Quod etiam indicat Cato in Diſtichis: *Si Deus eſt Ani-*
" *mus &c.* Nam inveteratus error eſt, quo hic verſus ali-
" ter exponitur. Conſtruendus enim eſt: *Si Animus eſt*
" *Deus.* Huc tendit totum illud de Moribus carmen, ut
" oſtendat animum eſſe excolendum, ejusque rei ratio-
" nem reddit, quia Deus eſt. Credibile enim non eſt,
" eum voluiſſe docere: *Deum* eſſe *animum*, quod notum
" omnibus, ſaltem doctis. Haec de mente opinio ab utro
" ortum ſumſerit ignoratur, cum eam alii Hermotimo,
" alii Anaxagorae tribuant. Jamblichus, libro de vita Py-
" thagorae Cap. VIII. ὁ νῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς, εἴ τε Ἑρμότι-
" μος, εἴ τε Ἀναξαγόρας εἶπε τῦτο. *Mens nobis Deus, ſive Her-*
" *mot. ſive Anaxag. auctor ſit.* Qua in ſententia etiam Eu-
" ripides; Theon Sophiſta, Cap. V. Progymnaſm. οἷον Εὐ-
" ριπίδης ὁ ποιητὴς τὸν νῦν ἡμῶν ἑκάςυ ἔφησεν εἶναι θεόν. *Quo-*
" *modo Euripides Poëta mentem noſtram uniuscujusque Deum*
" *eſſe dixit.* Hinc & Romani Menti Aedem excitarunt.
" Ovid. VI. Faſtor.

" *Mens quoque numen habet. Menti delubra videmus*
" *Vota, metu belli, perfide Poene, tui.*

" Quae

„ Quae ipſi vota eſt in Capitolio, bello Punico ſecundo, „ ut teſtis Livius, libr. XXII. Dedicata a T. Octacilio „ Craſſo, Duumviro, ejus rei ergo creato, unoque tan- „ tum canali ab Aede Veneris Erycinae diſcreta“. Haec quoque Cuperus.

ACCEDIT ad hoſce Duumviros alius adhuc III Vir Crucius, qui, in ſua horum Carminum editione, totam rem ſic brevibus comprehendit, ſed uti & nos, hiſtorice tantum, quandoquidem

Non noſtrum, inter eos tantas componere lites.

Sic autem ille: „ Poteſt etiam hujus Diſtichi, praeter „ ſenſum, quem tradit Eraſmus, & hic ſenſus eſſe: Quo- „ niam animus noſter deus eſt, id eſt plane divinus, ut „ carmina Poëtarum teſtantur, hic ergo nobis ſemper ex- „ colendus, ac decorandus pura mente, i. e. ut ſit vitiis „ purus & ſcientia & virtutibus ornatus.“

Neque haec uſque adeo abſurda eſt ſententia, ut ita crude atque indigne ſit tractanda, veluti eam vir eruditus quidam nuperrime excepit: *Mihi*, inquiens, *haec nimium contorta videntur. Idem fere eſt, ac ſi quis diceret: animus vel Deus eſt colendus animo vel Deo.* Quidni? DEUS, qui ſpiritus eſt, colendus eſt ſpiritu, qui, ea duntaxat ratione, divinae particeps ſit naturae, id quod ipſae ſacroſanctae teſtantur litterae. Et quid, ſi hoc modo ratiocinari liceret, etiam iſta fieret, idem omnino clamante, Arati ſententia, quam Divus Paullus tam bene in proprios convertit uſus? ΤΟΥ ΓΑΡ ΚΑΙ ΓΕΝΟϹ ΕΣΜΕΝ. *Act. XVII.* 28.

Huic, ſane, opinioni vel ſapientiſſimum quemque debemus Philoſophorum gentilium. Et hic ſaltem, ut ad ſcopum noſtrum & rem redeamus, in ejus favorem militat Diſtichi noſtri vox: CARMINA, quae ita, ſine omni reſtrictionis nota aut Epitheto poſita, non melius, quam pro Pythagoricis illis, quae *Aurea* dicebantur, accipi poteſt.

TERTIUS denique hujus Diſtichi talis ſenſus eſſet, eadem, qua in poſteriore, diſtinguendi ratione, ſed mutato iterum *Subjecti*, quod dicitur, & *Praedicati* ordine, quo iſti magis cum primo conveniret:

Si DEUS *eſt animus nobis, ut carmina dicunt.*

Graece:

Ει

Εἰ Θεὸς ἄμμι νόος· τό δε θέσφατά Φησιν ἅπαντα.

Animus nobis hic Praedicati, DEUS Subjecti locum de novo occuparet: Quem ſenſum, eumque probum minimeque rejiciendum, repertori ejus, amicitiae juribus, ita vendicat Daumius: „ Vir doctus, Amicus noſter cariſſi-
„ mus, nuper acerbo noſtro cum dolore vivis exemtus,
„ M. Joh. Fidlerus, Reichenberga Variſcus, Diſtichon ita
„ legere olim tentabat, interpunctione mutata:

„ *Si* DEUS eſt *animus nobis*, ut carmina dicunt.

„ Eo ſenſu: Nobis animus eſt DEUS. h. e. *Ἐν αὐτῷ ζῶ-*
„ *μεν ϗ κινȣ́μεθα καί ἐσμεν*, docente Paulo Act. XVII. v.
„ 28. Deinde quod Cato ait, *Carmina hoc dicere*, non in
„ genere accipiebat de Poëtis, nec enim ex iſtis tantum
„ innoteſcere nobis, Deum eſſe, eſſe animum, &c. in-
„ quiebat: ſed Catonem reſpexiſſe ad diviniſſimas Veterum
„ ſententias, qualis illa Empedoclis a Germaniae noſtrae
„ Phoenice (Barthium intelligit,) pag. 241. ad Claudia-
„ num prior. Edit. allegata.

IPSE BARTHIUS, tamquam alter Cato, rogatus ſuam, de variis hiſce ſenſibus ſententiam, ſecundum illum, ut ſimplicitati contrarium, modeſte tamen, rejiciens primo tantum adhaeſit. Ejus verba, referente eodem Daumio, ad quem ea Barthius dediſſe videtur, haec erant:
„ Conjecturam in Catonem penitus veram eſſe putarem, ſi
„ congruerent illa: *pura mente ſuum animum quemque colere.*
„ Cum autem mens omnino ipſius quaedam medulla ſit, &
„ ita *mens animi* a multis bonis Auctoribus intelligatur, Ca-
„ tonis alium ſenſum eſſe puto; cui quod ſublimitas vin-
„ dicetur, nihil puto cauſſae eſſe, cum humilitatem contra
„ affectaſſe videatur, & ea mente jam olim ſit puerilibus
„ ſtudiis addictus. Senſus eſt ſimplex & optimus. Cum
„ conſtet ratione & auctoritate Deum animum eſſe, co-
„ lendum ante omnia & quidem pura mente: neceſſe enim
„ talem animum eſſe illud ſummum Bonum, qui nulla re
„ magis, quam puritate gaudeat.

Poſt pauca quaedam, ubi & in laudes excurrit Scaligeri, deinde iterum de Philoſopho noſtro haec ſubnectit Barthius:
„ Scripſit autem Cato ut Pythagoricus, qui Deum purifi-
„ cata mente adeundum ſanxerunt, & longis logis eam

„ purifi-

„ purificationem explicarunt & commendarunt, de qua re „ conſulere potes aurea Commentaria, in Aureum Carmen, Hieroclis, Libri mihi, dum fata Deusque ſinebant, cum paucis commendati. —— Et ſcripſit eo tempore hic Cato, quo Platonica & Pythagorica δόγματα permiſta & conjuncta erant, regnantibus, in tali Philoſophia, Plotino, Jamblicho, Attico, Proclo, Hierocle, Antonino, Juliano, Maximo Tyrio, Themiſtio, Porphyrio & pluribus aliis." Haec ille, quantum eorum ad praeſens pertinet argumentum.

Expositis jam, qua brevitate licuit, virorum doctorum de triplici illo Diſtichi noſtri ſenſu opinionibus, quod hiſtoricorum erat; brevioribus adhuc nobis eſſe licebit, in expromenda & noſtra, de ea re, animi ſententia.

Observavimus a doctioribus quoque Viris tertium eorum ſenſuum, quos expoſuimus ſupra, cum ſecundo ita confundi, quum ſint toto coelo diverſi, quippe in quibus Subjecti & Praedicati ſedes eſt utrimque permutata; ut vel in probando tertio ad Angeli Politiani recurſum fuerit teſtimonium, qui, ſcurrili ut erat animo, certe non eo ſenſu, qui nobis tertius eſt, ſed qui ſecundus, & pejore adhuc, eloquebatur, Lamiae Tomo III. pag. 17. Edit. Gryphii, a. 1533. in hacc verba prorumpens: *Deus eſt animus nobis, Deus profecto, ſive hoc Euripides primus dicere auſus, ſive Hermotimus, ſive Anaxagoras.* Dicere enim, ad tertii noſtri tenorem ſenſus: *nos animari a Deo*, id vero nullo aevo magnae audaciae fuit: Dixere hoc ſaltem Poëtae ſemper, Enthuſiaſmum ſuum affectantes:

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia coeli:
Sedibus aethereis ſpiritus ille venit.

Et:

Eſt Deus in nobis; agitante caleſcimus illo:
Impetus hic ſacrae ſemina mentis habet.

Sed majoris audaciae imo temeritatis vis, in Apotheoſi animae noſtrae, & quidem in corpore adhuc viventis; exerta erat: Quod homo leviſſimus ſenſit ipſe, dum verbis utitur: *qui ea dicere primus* fuerit *auſus*, ſcil. *Animum nobis deum eſſe*, & *deum profecto*; id quod nihil innuit aliud, quam genio eſſe indulgendum, imo beſtiarum ritu vivendum.

 dum.

dum. Hoc vero ne ipſi quidem, quantumlibet iisdem verbis, ſtatuerunt Pythagorei, forte nec Epicurus ipſe, cujus de grege porcus Angelus iſte erat Italus: nedum ut ille ita ſenſerit, vir probus, qui tertium nobis hujus Diſtichi ſenſum in medium protulit. Nihil igitur amplius huic video contrarium, nihil, inquam, quod impediat, quo minus & hic primo illi uniatur, imo, quod plus eſt, quo minus, ſano tamen quodam ſenſu, & tres illi, utut ſibi invicem contrarii hactenus videantur, in unam quaſi compagem, amabili quodam nexus vinculo, coaleſcant. Ita enim omnis ſolvitur ac bene ſecatur nodus: Qui dicit DEUM animae noſtrae animum, vitam vitae; is DEUM & in ſe ipſo, h. e. qua DEUS eſt, eſſe ſpiritum fatetur. Id efficit, ut, quae probanda erant, iis tantum pondus accedat novum. *Eſt* DEUS *animus:* ergo & *animo colendus. Eſt* vero & *animus nobis*, & animo intimus noſtro: ergo

II.

Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto:
Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat.

SENSUS eſt: Cum vita vigilia ſit, juxta Plinium, cavendum eſt, ne maximam vitae partem ſomno perdamus, praeſertim cum e ſomnolentia vitia multa naſcantur & corporis & animi.

ERASMUS.

LAUDAT Paratus, Serm. III. in Epiſtolam I. Adventus, pag. 3. Meginfredus, vulgo Meſret. Parte Aeſtivali, Serm. XXI. qui & crebro Catonis noſtri teſtimoniis utitur. Guil. Brito, Libr. XII. Philippeid. v. 362.

Ne vitiis alimenta quies diuturna miniſtret. DAUMIUS.

PLURA, quae ad ſuperius dicenda adhuc fuiſſent Diſtichon, ne ejus Hiſtoria in nimium excreſceret, ibi abrupta, in hiſce ſequentibus deinceps adjungenda, ordineque proſequenda, atque ita totum in continua quadam ſerie pertractandum opus, melius fore duximus.

ILLUD igitur ſtatim ab initio occurrens Diſt. anſam praebuit M. Z. Boxhornio, ut inter Barbaros referre poſſet Cato-

noſter eum animus praecipue colat, ut ſui vitam. *Eſt* ille *animus puriſſimus*: ergo & hic *purus ſit*, ut ille, (quum ſit conſentaneum, ſimile gaudere ſimili,) *potiſſimum colatur puritate mentis*. Ea nos omnia complecti Tetraſticho conati ſumus, cui & Gallicum, pervenuſtum quidem illud, junximus:

Si Deus eſt animus nobis: Sed & aurea nobis
  Carmina Pythagorae teſtificantur idem;
Hic tibi praecipue ſit, pura mente, colendus:
  Non ſibi diſſimili gaudet amante Deus.

Si c'eſt un pur Esprit que le ſouverain Etre,
Ainſi que dans ſes vers le Poëte l'écrit;
Que ton ſoin principal ſoit de le reconnoître,
L'adorant de Coeur & d'Eſprit.

2.

ΑΓΡΥΠΝΕΙ ΤΟ ΠΛΕΟΝ, ΜΗΘ' ὕπνοις ἔκδοτος ἔστω·
Μακρὸν γὰρ τ' ἀνάπαυμα ΤΡΟΦΗΝ ΠΑΘΕΕΣΣΙ ΧΟΡΗΓΕΙ.

Nihil hic monuit Scaliger, monſtravit autem ſuo ipſe exemplo qua ratione emendandum foret, nec ſibi in graecis iſtud placere latinum: *dedititium eſſe ſomno* vel *ſomnis*.

Convenit cum Lemmatum XXVII. *Quod ſatis eſt, dormi*. Gr. Τὸ ἀποχρῶν καθεῦδε. Quod ſic exponit Erasmus: Hoc eſt, non ad voluptatem, ſed neceſſitatem naturae.

Catonem, accuſandi eum, immeritum certe, Chriſtianiſmi (*a*). Contra quem omnes copias eduxit ſtrenuiſſimus belli litterarii dux & imperator, Henric. Cannegieterus, qui ſuſcepta in ſe Auctoris noſtri cauſſa, variis argumentis, quorum pleraque ſatis ſtringentia ſunt, eum a perſecutione, qua

(*a*) Id quod, ſane, mirum, cum ſupra viderimus Alciatum, ejusdem carminis argumento, in contrariam plane adductum ſententiam.

qua impetitus alteri fuit, fortiter liberavit. De Diſtichi vero illius ſenſu, quem & nos paullo ante vindicavimus, digniſſima ſunt, quae a nobis porro citentur, verba Reſcriptorum Boxhornio Cap. VIII. „ Sed quo dilucidius appareat, quae inter diſcrepantes Gentilium veterum ac Philoſophorum opiniones, de cultu Deorum, mens Dionyſii fuerit, ſciendum eſt, nonnullos illorum magnificis atque opimis victimis Deos placaſſe, alios exiguo, alios nullo. Qui magnificis & opimis; aurum, argentum, gemmas, quaeque praeterea re, aut manu, pretioſa erant & praeſtantia, dabant. Refero etiam huc gregum pecudumque, atque ut generaliter dicam, animalium victimas, de quibus Lactantius II. Cap. VI. (a) Qui exiguo; res inanimatas dabant, ac potiſſimum lac & far, ſed omnium maxime tus. Magnifice ſacrificabat vulgus, id eſt, omnes illi, qui animi impetum magis, quam rationem ſequebantur, nec ſanctioris Philoſophiae ſtudiis eruditi erant. Et quanto quis opibus major, aut flagitiis & ſceleribus contaminatior, tanto lautiora & opulentiora fuerunt ſacra. Quod vero ad Philoſophos attinet, illi graviter hos corripuerunt, Poëtae etiam ſalſe & jucunde riſerunt. Hierocles in aurea Pythagoreorum Carmina pag. 24. Καὶ ἡ τῶν προσφερομένων πολυτέλεια τιμὴ εἰς Θεὸν ȣ̓ γίνεται, εἰ μὴ μετὰ τȣ̃ ἐνθέȣ φρονήματος προσάγοιτο. Δῶρα γὰρ καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων πυρὸς τροφὴ, καὶ ἀναθήματα, ἱεροσύλοις χορηγία. *Ipſa deinde oblationum profuſio honori Deo non cedit, ſi averſo a Divinitate animo offeratur. Dona ſiquidem & hoſtiae ſtultorum hominum, nihil ſunt aliud, quam ignis pabulum, & donaria, ſacrilegorum opes* (b).

Mox deinde pergit eruditiſſimus Reſcriptorum Auctor: Quid Dionyſius noſter? Is mediam viam ingreſſus, in illis nomen ſuum profitetur, qui nec ſplendidis, nec nullis ſacris placandum Deum cenſuerunt, ſed frugalibus ac modicis, ture nempe; grana unius aſſis dicit Tertullianus in Apologetico, Cap. III. Non ergo vitulum, aut opima ſacra voluit, quare Lib. IV. Diſt. XXXVIII.

„ *Ture*

(a) Immo Cap. XVI. *mactantur greges hoſtiarum.*

(b) *Sacrilegorum opes*) ſive potius ſacrilegis, ad eas diripiendas opes, illecebrae & irritamenta.

„ *Ture* Deum placa, *Vitulum* ſine creſcat aratro:
„ Nec credas placare Deum cum caede litatur.

„ Et libro eod. Diſt. XIV.

„ Quum ſis ipſe nocens, moritur cur *Victima* pro te?
„ Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

„ Et tamen ture hactenus placare praecipit, ut non illud in
„ praecipuo cultu ponatur, ſed poſteriore loco habeatur.
„ Monet namque, praecipue Deum colendum animo & men-
„ te; nec tamen quacunque mente, ſed pura: neque hanc
„ mentem adferri vult in aliena cauſſa, ſed a quocunque
„ in ſua. Hic *tibi*, inquit, *praecipue* ſit *pura mente colendus*.
„ Sive autem univerſum hoc Diſtichon conſideres, ſive
„ ſingula ejus membra, nihil in eo deflectit a Philoſopho-
„ rum & graviſſimorum Virorum perſuaſionibus de Deo
„ atque ejus cultu. Hoc praeterea adjicio, verbum in hoc
„ Diſt. nullum eſſe, quin rite expenſum vim ſingularem
„ habeat, quod & obſervatum Eraſmo. Neque tamen id,
„ de hoc ſolum Diſt. apparebit illi, qui diligentius cogita-
„ rit; ſed & de cunctis reliquis: quae plus in receſſu ha-
„ bent, quam in fronte praeferre videntur. Rem ita col-
„ ligit Auctor: Si Deus eſt animus, animo eſt colendus.
„ Deum autem ſimili, i. e. animum animo delectari, du-
„ dum Pythagorei docuerunt, teſte Hierocle in Comment.
„ in aur. Pythag. Carm. ὡς γὰρ φασὶν οἱ πυθαγόρειοι, τι-
„ μήσεις τὸν θεὸν ἄριστα, ἐὰν τῷ θεῷ τὴν διάνοιαν ὁμοιώσῃς.
„ *Deum ajunt Pythagorei, honore adficies quam optime, ſi eidem*
„ *fias* ANIMO SIMILIS. Neque aliter viſum Stoicis,
„ quare ipſe Hierocles, Stoicorum decretis addictus, hanc
„ ſententiam ita corroborat: τὸ δὲ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς
„ ἡδρασμένον συνάπτει θεῷ. Χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ
„ ὅμοιον. *At divinus animus probe confirmatus Deo adjungit, eſt*
„ *enim neceſſe*, QUOD SIMILE EST, AD SIMILE TENDERE. Vi-
„ des hos ſimiliter unum Deum nominare, Pythagoram
„ dico & Stoicos. Sed quid ſolos hic Pythagoreos aut Stoi-
„ cos memoro? Nullus Philoſophorum eſt, certe eorum,
„ qui Deum eſſe crediderunt, quin unum Deum ſummum
„ dixerint. Plato Opificem appellare conſuevit. Κρείττονα
„ δημιουργὸν, Julianus ad Judaeos, ut intelligas eundem eſſe,
„ quem Judaei colebant". Haec hactenus e Reſcriptis.

JAM quod ad hoc noſtrum attinet Diſt. II. ei parum dif-

ficultatis ineſt. Notum eſt ex Cyropaediae Xenophontis L. I. ut Perſarum Sapientes ſuos juvenes, alia inter corporis animique exercitia, etiam vigilando duriter exercuerint. Idem & Jamblichus de Pythagora in ejus vita refert, etiam hoc ab ſuis aſſeclis, ad eamdem illam animi purificationem, de qua ſupra egimus, exigente ac requirente. Alio modo improprio magis, ſed neque proprium hunc & abſque figura excludens, vigilantiam vehementer nobis inculcat Chriſtianismus. Paraphraſtica iterum ea de re adjungimus Tetraſticha:

III.

Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam:
Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

PRIMA, id eſt, ſumma maximaque Virtus eſt, moderari linguam, ne quid temere loquaris. Deus enim qui ſapientiſſimus eſt, raro loquitur, & non niſi neceſſaria, cum nihil non videat, nihil non intelligat. Itaque proximus eſt Deo, qui ſapienter & animi judicio novit tacere.
ERASMUS.

QUI *ſcit ratione tacere.*] *Ratione*, i. e. cum ratione, prudenter. Videtur enim ſextus aliquando caſus vicem adverbii praeſtare. Infra:
Utilitas opibus praeponi tempore *debet. Tempore*, in tempore. Plura annotavit Eruditiſſimus Vir, Auguſtus Buchnerus noſter, ad Hymn. Venantii, de Reſurrectione Domini. OPITIUS.

Proximus ille Deo eſt.] Claudian. Paneg. in Conſul. Mall. Theodor. v. 226.
—— —— *Dis proximus ille eſt,*
Quem ratio, non ira movet, &c.
Id. Claud. III. Paneg. Stil. v. 130.
Proxime Dis Conſul, tantae qui proſpicis Urbi.

Ubi Barthius: *Summa felicitas proximum perhiberi Deo.* DAUMIUS; qui deinde immodicus in colligendis undique & coacervandis huius locutionis exemplis. Gr. ἀγχίθεος, ἰσόθεος, vid. ap. Dacerium ad Hor. L. I. Od. I. v. 30.

ALIA nobis iterum in ſcenam Perſona prodit. Eſt is Joannes Hildebrandus Withofius, non minimum Teutoburgenſis Academiae ornamentum. Quem virum inſignem noſter Diſtichorum Auctor nec parum tenuit ſolicitum. Sed is novam aliquam ſecum umbram adducit. Quandoquidem hic *locus eſt & pluribus umbris.* Q. ea eſt *Sereni Samonici*,

cuius

Tempora diſtribuens, ne Somno deditus eſto:
  Plus vigila: Inde queat creſcere ſumma brevis.
Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat:
  Vitae adimit totidem ſed diuturna quies.

Veille autant que tu peux; & fuyant la moleſſe:
Des douceurs du repos n'uſe que ſobrement;
Car le trop long ſommeil engendre la pareſſe,
Qui ſert au vice d'aliment.

3.

ΠΡΩΤίςην ΑΡΕΤΩΝ οἶμαι τὸ ΓΛΩΣΣΑΝ ΕΠΙΣΧΕΙΝ·
Ἐγγύθι δ' ὄντα ΘΕΟΥ, τὸν σὺν λόγῳ εἰδότα ΣΙΓΑΝ.

VIRTUTEM *primam eſſe puta.*] Planudes PUTO. Impoſuit illi vitioſius codex. Nam ſententiae concipiuntur imperative, non prima perſona. Totum Diſtichon videtur eſſe a Pindaro, Nemeaeo quinto:

οὔτι ἅπασα κερδίων, φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκής.
ϗ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐςὶ σοφώτατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

COMPESCERE *Linguam.*] ἀντὶ τοῦ *continere, cohibere*; tranſlatio a Paſtoribus, pecus iisdem paſcuis continentibus, ducta. Ovidius pro eo dicit: *tenere linguam*, L. II. Triſt. v. 445.

Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo:
Sed linguam *nimio non* tenuiſſe *mero.*
WACHIUS.

Qui ſcit ratione tacere] Ratione tacere καίρια σιγᾶν vertimus. Ut λέγειν τὰ καίρια Aeſchylo. Sed & καιρίαν σιγὴν dixit vetus Poëta.

Ὁ ϗ γέροντι ϗ νέῳ τιμὴν φέρει,
Ἡ γλῶσσα σιγὴν καιρίαν κεκτημένη. SCALIGER. H. e.

Et juvenem condecorat & ſenem Lingua, opportune ſ. in tempore, *praeſtans ſilentium.* Pindari latina ſequuntur in Hiſt. Crit.

cuius bodieque Praecepta ſaluberrima de Medicina, verſibus hexametris conſcripta, in doctorum manibus verſantur. Huic ille omnem gloriam Carminum de moribus, totumque adeo opus, ut in quo medicorum eorumque artis ſaepius fiat mentio, operoſius magis quam verius, vindicare adnititur.

Nobis quidem, integra illa Diſſertatione priore, qua iſtud argumenti tentat, nihil perſuaſit aliud, quam Serenum illum ſuum noſtri huius revera imitatorem fuiſſe, cuius in quibusdam arcte ſatis preſſerit veſtigia. Quid porro poſteriore praeſtiterit Vir doctiſſ. ad ſingula in hac noſtra hiſtoria, ubi res ipſa feret, Diſticha dicturi ſumus. Ceterum cauſſa nobiscum illi communis, in reprimenda Boxhorniana iſta, adverſus hunc auctorem, petulantia. Sic enim de facili nimis Chriſtianiſmi aeſtimatore eo, ejuſque ſequacibus ſentiens: „ Unum, inquit, praeterire non poſſum. Miror „ videlicet, non modo Boxhornium plane in toto hoc negotio a veritate aberrantem, ſed quosdam etiam alios, „ homines nimis ſimplices & pie credulos, ſibi perſuadere, „ primum illud πολυθρύλλητον Diſtichon: *Si Deus eſt animus, nobis* &c. Hoc primum, inquam, Diſtichon ex pietate „ vere Chriſtiana & ſolius fidei noſtrae dogmatibus, proficiſci potuiſſe. Quaſi vero ſapientes tam Poëtae, quam „ Philoſophi inter Gentiles, non millies ita de Deo, velut „ unico, loquantur. Quid facient Tibullo, ita Lib. I. El. X. „ canenti?

„ *Nec tibi celandi ſpes ſit peccare paranti;*
„ *Eſt Deus, occultos qui vetat eſſe dolos.*

„ Aut quid Plauto, in Captiv. Act. II. Sc. II. ita loquenti: *Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus auditque & videt.* Quid centum facient aliis Graecis Latinisque „ Scriptoribus, gentiliſmo penitus immerſis, & tamen millies ita loquentibus? Imo ipſe populus, ipſa plebes tunicata inter gentiles ita ſaepe in quotidianis ſermonibus „ loqui ſolebat. Audi Minutium Felicem in Octavio, Cap. „ XVIII. hoc teſtantem de ipſis graviſſimis Chriſtianae religionis hoſtibus: *Quid?* inquit, *quod omnium de iſto habeo conſenſum. Audi vulgus; quum ad coelum manus tendunt, nihil, nihil aliud quam* DEUM *dicunt: &* DEUS MAGNUS EST, *&* DEUS VERUS EST, *& SI* DEUS DEDERIT. „ *Vulgi ille naturalis ſermo eſt, an confitentis oratio?* Quid? „ nonne Tobias Pfannerus, in Syſtemate Theologiae gentilis purioris, Steuchus Eugubinus, de perenni Philoſophia, (quo aureo Libro patrem ſuum, I. Caeſ. Scaligerum, ab Atheiſmi labe ad veritatem Chriſtianam reductum

fuiſſe,

„ fuiſſe, ejus filius Joſ. Juſt. Scaliger, in egregia ad Jan.
„ Douſam Epiſtola commemorat,) Mutius Pania, de oſcu-
„ lo ethnicae & Chriſtianae Philoſophiae, Samuel Parke-
„ rus, in Diſputationibus de Deo & providentia divina, P.
„ D. Huetius, in Libr. de Concordia rationis & fidei, ali-
„ bique, ac multo plures hujusmodi illuſtres Scriptores,
„ illud, data opera vel obiter, ſed tamen luculenter do-
„ cuerunt? Sane ſi Chriſtianus fuiſſet horum Diſtichorum
„ Auctor, non ad demonſtrationem iſtius veritatis, Deum
„ eſſe animum ſ. ſpiritum, addidiſſet: *nobis ut carmina di-*
„ *cunt*, ſed potius: *nobis ut biblia dicunt*". Haec ille de no-
mine Deus, quod etiam hic iterum ſingulare eſt.

Hoc, ut vidimus, Diſtichon ad Pindarum uſque Scaliger reducit. Illius graeci ſupra laudati verſus latinis haec verbis dicerent: —— —— (*Superſedebo dicere.*) *Non omnis exacta veritas, adaperto apparens vultu, & propterea utilis eſt.* [Inde fortaſſe illud Horatii, ſine cauſſa ſuſpectum: *Quaerere diſtuli: Nec ſcire fas eſt omnia* (a).] *Sed ſaepius ſcire tacere, inter homines eſt ſapientiſſimum.* Idem, qui ſupra, V. C. Withofius huic noſtro praecipue inſiſtit Diſticho, ad probandum Auctoris Pythagoreiſmum: Adde nunc, inquit,
„ totius libelli imaginem, brevibus ſententiis ac moralibus
„ praeceptis conſtantem, qualia inprimis Pythagoras & o-
„ mnes Pythagorei adamabant, ut aureae illae ſententiae a
„ Pythagoreis conſcriptae, & Pythagorae tribui ſolitae, ſa-
„ tis manifeſte docent. Has ſi quis conferat, videbit o-
„ mnia ſibi eſſe invicem ſimillima, verſus autem quatuor
„ priores plane continere eadem, quae quatuor priores
„ ſententiae & primum Diſtichon Auctoris noſtri praeci-
„ piunt, ne de reliquis dicamus. Adde, quod cum inter
„ praecipua diſciplinae Pythagoricae praecepta inprimis
„ decantata illa ἐχεμυθία, ſeu quinque annorum ſilentium
„ eſſet, tamquam certiſſimum hominis ad veram ſapientiam
„ & virtutem idonei experimentum, hinc conſulto horum
„ Diſtichorum, ſtatim initio Libelli, Num. III. hoc memo-
„ rabile praeceptum admodum nervoſe inculcare: *Virtu-*
tem primam eſſe puta &c. Nos id repetemus Tetraſtichis:

Vir-

(a) Carminum Lib. IV. Od. IV. v. 21. Vid. ibi Will. Baxter.

Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam:
Hic erit Alcidae, nec minus artis opus.
Heroum quisquis ſcit cum ratione tacere,
Cum ratione loqui, proximus ille Deo eſt.

IV.

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe:
Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.

Qui ſecum ipſe pugnat, nec ſibi conſtat, hic cum aliis convenire non poteſt. Hoc eſt, qui moribus eſt inaequalibus, nec ullo certo vitae inſtituto, non eſt aptus ad aliorum conſuetudinem. Erasmus.

Vid. Vallam, L. III. Elepant. C. XXIII. *Sperne* i. e. *noli*. Vid. Gronov. L. IV. de Pecunia Vet. Cap. XI. pag. 724. Daumius.

Secum *diſſidet ipſe.*] Ipse eleganter pro *ipſo*. Caſp. Barthius, Vir Doctiſſ. ex ratione oppoſitionis, ſcribendum eſſe exiſtimat *ipſo*. Verum non erat, cur ita ſcribendum cenſeret, [*Et me* Bartiades *judice falſus erat*, Ovid. Tr. V. El. V. 38.] cum hoc loquendi genus ab uſu vulgi fere remotum, perelegans ſit, quod Cato noſter ſaepius uſurpavit; idque imitatione Antiquiorum. Wachius.

Sic hujus Libr. Diſt. XVII. v. 2. Conſcius *ipſe ſibi*. Diſt. XXVII. v. 2. *te ipſe* coerce. Et L. III. Praef. v. 4. *Non me Scriptorem ſed* te *neglexeris* ipſe. Qui ipse emphaſin habet, quam & Aſcenſius agnoſcit. Cicero pro Mur. *Niſi eum*, qui ipſe *miſer eſſet* (i. e. *ut qui*, vel: *quippe qui*) Id. ad Atticum, L. VIII. Ep. XXIII. *Nec me Conſules movent*, qui ipſi *pluma aut folio facilius moventur*. Id. Laelio: Ipſe *enim* ſe quiſque *diligit*. Ibid. *Ita fit, ut aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maxime*, qui ipſe ſibi *aſſentetur & ſe maxime* ipſe *delectat*. Id. II. Philipp. *Tam autem eras excors, ut tota in oratione* tecum ipſe *pugnares*, &c. Ad rem: Rad. Ardens, Homil. CIX. in Evangelia, pag. 379. a. *Quod impatientia turbet pacem, ex hoc apparet. Quia* qui ſe ipſum pati non poteſt, alios pati non poterit. Et qui ſibi diſcors eſt, nemini concors erit. Id. Daum. qui & plura accumulat, ne dicam alios, quos, ſi lubet, adi.

Si hactenus Diſtichorum Auctorem, ſive eum ſuo nobiſcum placet inſignire nomine, Dionyſium Catonem, a Pythagoricorum placitis minime abhorrentem vidimus, ut quod, hac ipſa noſtra in Hiſtoria, ad I. Diſtich. Alciatus & Barthius, ad II. Boxhornio Reſcriptorum Auctor, Cannegieterus, ad III. deinde Withofius, omnes ii Viri in rem litterariam meritis conſpicui & praeclariſſimi, aliique plures, ſatis ſuperque comprobatum dederunt; in ſequentibus tamen

La premiere Vertu de l'homme raiſonnable
Eſt de mettre à ſa langue un frein judicieux.
Il n'eſt rien de plus eſtimable:
L'homme qui ſait ſe taire, eſt preſque égal aux Dieux.

4.

Μὴ ἀντιμάχου σαυτῷ, ΜΗ ΣΑΥΤΩι ΕΝΑΝΤΙΟϹ εἴης· ΟϹ γὰρ ΕΑΥΤΩι μὴ ΣΥΜΦΩΝΕΙ, πῶς ἑτέροισιν;

NIL iterum ad hoc Diſt. Scaliger, cuius tamen verſibus hi Planudei certe languidiores ſunt, quod ab interrogatione in fine adjecta: πῶς ἑτέροισιν; quae ipſa tamen non caret elegantia, fere procedit. Vel enim, ut aliquis legit Vir Doctus: *Convenietne ulli?* pro: *Conveniet nulli*; ita & in ſuo legerit codice Planudes, vel ipſe hunc graecum amaverit idiotiſmum: quem fortaſſe nonniſi ex hoc alius, interrogationis adjecta nota, in latinum tranſtulerit; id vero utrumque aeque parum ad ſenſum refert.

EJUSMODI abruptas ſub finem periodi interrogationes, quae ſpeciem conſtituant argumentationis, quam vocant, a minori ad majus, vel inverſo modo, ſtylo etiam ſacratorum ſcriptorum non infrequentes cernimus. Ita Paullus argumentatur, *1. Tim.* III. 5. Εἰ δέ τις, inquiens, τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ; Imo ipſe generis humani Reparator, *Matth. VI.* 23. Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; Conf. & *Luc. XVI.* 11. *&* 12. Valde quoque id amant Hebraei, ut in illo Sapp. dicterio: אם לא עכשיו אימתי *Quod ſi modo non; ecquando?* Vid. *Perke-Abboth*, in Surenhuſii *Miſchna.* Part. IV. pag. 415. Buxtorfium in Florilegio, nec non Lexico Rabbinico, voce אימתי

tamen nec rarius eum, & inter Stoicae Philoſophorum Sectae adſeclas, ſuo quaſi adſenſu, dogmatumque ſuorum plus quam tacito conſenſu, nomen profitentem poterimus animadvertere. Ita ut, ſi recte hominem pernoſſe voluerimus, numquam nos eorum incedat capiatve oblivio neceſſe erit, quae, in expoſito illo tergemino primi Diſt. ſenſu, explanata ſunt, reliquiſque vel propterea praemiſſa, ea ut ex oculis numquam dimitteremus, fuiſſe ſcil. hunc Noſtrum ejusque vixiſſe Sapientiae conſultum, quae, ſub idem fere tempus, & imperaverit cum Antoninis.

Au-

Aureum iſtud, forte nec injuria, dixerimus Philoſophorum ſaeculum, veluti Auguſtéum fuiſſe conſtat Poëtarum aetatem auream. Jam enim pari modo, ac tum Muſae, ipſa etiam virilis magis graviorque Sapientia, quae Senecae paullo ante aetate, vix tuta tamen, Principum appropinquaverat ſolio, Marco imperante, illud conſcendit. Quid mirum igitur, omnes omnium ſectarum, doctrinarum ac diſciplinarum profeſſores atque Philoſophos in id quaſi certatim incubuiſſe, ſua ut cujuslibet quam profitebatur ſcientia, auguſtiorem veluti indueret habitum: ut ſic, quae rigidiores antea fuerant, paullulum de ſeveritate ſua remitterent, quo facilius cum reliquis in gratiam redire unirique potuerint. Itaque ipſa haec diverſorum dogmatum amica permiſtio atque in unum collectio, plura inter alia, etiam aetatem auctoris comprobat noſtri, vel ipſam Antoninam, vel Antoninae proximam. In hoc Diſticho ad Stoicam magis accedere videtur, iſtam illorum hominum, in Sapiente ſuo Sapientiaque jactatam, glorioſe nimis, Constantiam:

V.

Si vitam inſpicias, hominum ſi denique mores:
Cum culpant alios, nemo ſine crimine vivit.

Mortales aliorum notant vitia; ſua nemo videt: cum nullus vitiis careat, ſi quis propius vitam ac mores excutiat. Erasmus.

Lectio vetuſtiſſimarum Editionum vera eſt: *Cum culpent alios.* Omnes enim eo morbo tenentur, ut nihil non alieni culpent atque ſtrictiſſime examinent, ſuos ad naevos prorſus coeci. Barthius, citante Opitio.

Hoc praecipue male habuit Boxhornium Diſtichon, propterea & ab ipſo habitum peſſime. Nam poſt brevium ſententiarum ſive Lemmatum, itemque Praefationum crimina, hoc ipſi ſe primum objecit, huic totus ſuſtinendus erat ab irato homine factus impetus. Audiamus tamen ipſum, ne ſit pars inaudita altera. Ita autem pugnam inſtruit, pag. 199. Editionis Diſtichorum Janſſonianae, 1646. anni

Jam

Quam & ſaepius deinde inculcat. Conferantur modo, ejus rei gratia, poſtremi libri Diſticha XXV. & XLI. & inter ſe invicem, & cum primi hujus, Diſtichis XXX. ac XXXII. Mitigatiorem tamen, in hac eadem commendanda virtute, tertio ſtatim abhinc Carmine, deprehendemus Philoſophum. Interim habe tibi, Lector,

Tetraſticha.

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe:
  Ne plumae ſimilem te levis aura trahat.
Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe:
  Inviſusque ſuis, omnibus hoſtis, erit.

D'eſprit toûjours égal, jamais ne t'abandonne
A dire ou faire rien, qui ſoit contraire à toi.
Un homme ne ſauroit s'entendre avec perſonne,
Qui n'eſt pas d'accord avec ſoi.

5.

ΗΝ *μερόπων* ΕΠΙΔΗιC ΒΙΟΝ, *ἠδὲ καὶ* ΗΘΕΑ *τῶνδε,*
Ουδέν' ἀναίτιον εἴσῃ, ΚΑιΝ *μέμφοιντό περ* ΑΛΛΟΥC.

[QUUM *culpent alios*] Ita Planudes, & quaedam Editiones. Pithoeana: *culpes.* Quod non ſequimur.
SCALIGER.

VID. Buchnerum, ad Plinii Epiſtolam XXI. Libri VIII. pag. 179.
DAUMIUS.

Jam in ipſis, inquit, *Diſtichis, quam multa ſparſim occurrunt, quae ſine ratione prolata, Latinas purgatasque aures merito offendere deberent. Omnia, quae pro me ſtare video, jam referre, otium meum non patitur. Potiora ſi breviter excuſſero, quis judicio meo aſſenſum non praebebit?* Lib. I. Diſt. V.

Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores,
Cum culpas alios, nemo ſine crimine vivit.

Vix

Vix video, quid ſibi velit. Sententia & conſtructio omnino eſt inepta. Verum quidem hoc, ſi ita neceſſario legendum fuiſſet. Recte igitur & modeſte ſatis adgreſſori reſpondet, qui cauſſam Catonis, pia mente, ſuam fecit, Reſcriptor. Cap. XXIX. ſub initium: „ Scire, ait, cupio, cur pravam „ Lectionem rectae praeferat Boxhornius, imo damnatam „ a Scaligero aliiſque Viris magnis, & praeſtabilioribus Li„ bris; qui habent: *Cum culpent* vel *culpant.* Verum Ni„ hil Videt in ſenſu hujus Diſtichi eruendo. *Vita homi„ num* in verſu priori ſignificat homines viventes, ſive ſae„ culum praeſens. [Illud, quo quiſque vivit hominum.]

„ De qua ſignificatione conſule Cl. Burmannum, in Com„ mentario Novo ad Phaedrum, Lib. I. in Prologo; de ele„ gantia vocis: *denique*, etiam cum uni membro ſubjungi„ tur, Salmaſium, Gruterum, Freinſhemium, Dukerum ad „ Florum, Lib. I. Cap. XVI. n. 3. Vorſtium, ad Sulpicium „ Severum in Hiſtoria Sacra, Lib. I. Cap. XXI. Si quaeris, „ quomodo hic vita & mores differant, reſpondeo, eodem „ modo haec diſtare, quo apud Ciceronem: O *tempora*, „ O *mores*! Aliter diſtinguuntur illae voces in aliis locis, ut in „ illo Ciceronis Lib. XV. Fam. IV. *Non tam res geſtas, quam „ mores, inſtituta, atque vitam imperatorum ſpectare.* Terent. „ in Andr. I. II. 18. *Hic dies aliam vitam adfert, alios mores „ poſtulat.* Vid. Cenſorin. de die Natal. in Praefat.

„ *Cum culpant alios*, i. e. cum homines omnes culpant „ alios, ſive cum alii culpant alios. Haec βραχυλογία eſt, „ cujus exempla compluria exſtant. Vide Voſſium, de arte „ Oratoria, Lib. IV. Cap. XII. Cum autem dicit: *nemo ſine „ crimine vivit*, oſtendit, nec ipſos crimine vacare, qui „ culpant. Fuit, cum ſuſpicarer ſcripſiſſe Dionyſium: *Cum „ culpant omnes*, hoc ſenſu, cum omnes aliquid reprehen„ dant in aliis; ſed nunc minus placet, quod longius abeat „ a veſtigiis ſcripturae, omnibus Libris prolatae". Haec noſtri Patronus Catonis.

Dignissimum vero hîc relatu e Plutarchi libro, de capienda ex inimicis utilitate, illud eſt: Οὐκῶν μηδὲ μοιχὸν λοιδορήσῃς, αὐτὸς ὢν παιδομανής· Μηδ' ἄσωτον, αὐτὸς ὢν ἀνελεύθερος.

Ἀνδροκλόνυ γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς·

Τὸν Ἄδρασον ὁ Ἀλκμαίων, Τί ὖν ἐκεῖνος; ὐκ ἀλλότριον, ἀλλὰ ἴδιον

ἴδιον ἑαυτῷ προσφέρων ὄνειδος,
Σὺ δ' αὐτόχειρας μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

H. e. *Non itaque adulterium objice alteri, ipſe inſano puerorum amore flagrans, neque prodigalitatem, ſordidus ipſe. Alcmaeon Adraſtum hoc maledicto inceſſit:*

Tibi, quae maritum occidit ipſa ſuum, eſt ſoror.

Quid ad haec Adraſtus? Non alienum (h. e. non ſororio aut materno nomine: nam eadem, quae ipſi ſoror, alteri mater erat;) *ſed proprium ei reponit opprobrium:*

Matrem necaſti tu manu tua tuam.

Qui bini verſus, Baylii judicio (in ALCMAEONE fil. Amphiarai) fragmenta ſunt, quae ſola ſuperſunt, ex innumeris illis, de ipſo factis, Tragoediis, quandoquidem, ut ait Barthius in Statium, Tom. II. pag. 449. Hic *Alcmaeon olim Tragicorum pulpita laſſavit cum furore ſuo, nunc nullam ſui nominis fabulam habet.* Audi nunc ipſum de hoc, in quo verſamur, argumento, Baylium ibid. ſic lingua ſibi vernacula, qua plurima conſcripſit elegantiſſime, philoſophantem: *Le lieu commun, que Plutarque touche en cet endroit, eſt plus important qu'on ne penſe: il regarde un défaut, qu'on trouve partout. C'eſt celui de ceux, qui reprochent à leur prochain un vice, qu'ils ont eux-mêmes, ou qui eſt plus petit, que le leur. Alcméon reproche à Adraſte, qu'il eſt frère d'une femme, qui a tué ſon mari: Adraſte lui répond,* & vous, vous avez tué votre propre mere. *Il ne faut point faire le Caton & le Cenſeur, lorſqu'on eſt tout plein de défauts.* Interpretarer haec, ſed cui? Quis enim gallica ignorat hodie? Complectar potius iis Ciceronis verbis, Tuſcul. III. Cap. XXX. *Eſt proprium Stultitiae, aliorum vitia cernere, oblivviſci ſuorum.*

Si vitam inſpicias, hominum ſi denique mores;
Quae non ſunt oculis adſpicienda tuis?
Cum culpent alios; nemo ſine crimine vivit,
Se nemo peragit criminis ipſe reum.

Si tu veux obſerver la conduite des hommes,
Déreglés, ſoumis à leurs ſens,
Avant de les blâmer, penſe à ce que nous ſommes;
Penſe qu'il n'en eſt point, qui vivent innocens.

VI.

VI.

Quae nocitura tenes, quamvis ſint cara, relinque:
Utilitas opibus praeponi tempore debet.

ALIQUOTIES expedit, in loco, res chariſſimas abjicere, ſi periculum adferant, velut gemmas & aurum, quo vita ſit in tuto: aut voluptates, quo valetudini conſulamus. Non enim voluptates ſpectari debent, ſed utilitas.

ERASMUS.

TEMPORE idem eſt, quod Eraſmus hic explicat IN LOCO, cum Cicerone & optimis Auctoribus, ut: *Pecuniam* in loco *negligere maximum interdum eſt lucrum.* Et quod Plautus ait: Eſt etiam, ubi *profecto damnum praeſtet facere, quam lucrum.* Eo ſenſu dicuntur *jacturam facere* naufragi.

VIX erat, quod potuiſſet objici contra breve carmen; idque tam facili, tam plano, ſenſu conceptum, ut nihil ſupra; quod etiam nullis, ne ſcribarum quidem & librariorum variationibus, quale hominum genus ceteroquin ad lapſum tam pronum eſt, locum dedit.

PERTINET autem hoc, quod Diſticho argumentum eſt, ſalutare ſane, ſi ullum aliud, Praeceptum, tum ad generale illud, idque in bina diviſum, Epicteti Praeceptum: ἈΝΕΧΟΥ καὶ ἈΠΕΧΟΥ, ſive: SUSTINE & ABSTINE, & hoc praecipue loco, ad eorum alterum: ἈΠΕΧΟΥ, ABSTINE: Videlicet *abſtine;* ne quid tibi, citra neceſſitatem, ſit alioqui ſuſtinendum, ſufferendumque; tum peculiari quadam ratione, ad VIII. Caput Enchiridii, quod ſummus ille poſt Socratem Philoſophus, divinum plane opuſculum, & ſi, vel Luciano teſte, lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus quondam veniit, omni, profecto, majus pretio, nobis reliquit. Ibi enim hunc in modum, utque ſolet ſtrictim ac ſuccincte, verbis tamen ſucco atque efficacia plenis, ſeſe exſerit, Stoicae Philoſophorum ſectae Reſtaurator optimus: Ἐφ' ἑκάςυ τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ ςεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν ὁποῖόν ἐςιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. [Paraphraſis addit: ἂν ποτήριον ςέργῃς, ὅτι ποτήριον ςέργεις. κατεαγέντος γὰρ αὐτῦ ὐ ταραχ-

6.

Εἰ ΒΛΑΒΕΡΟΝ καλέχεις ΤΙ, ΚΑΙ ΕΙ ΦΙΛΟΝ ἔπλετο, ῥίψον ΔΕΙ γὰρ προκρίνειν τό γε συμφέρον ΕΣΘ' ΟΤΕ ΠΛΟΥΤΟΥ.

Ad haec nihil Scaliger. Qui vero, emendatione ſua, ita feliciter transformavit Diſtichon, ut nihil jam in eo amplius, quod durum ſonet, ſuperſit.

Horatii jam ab aliis citatum exemplum hic vero optime quadrat, ut non ſolum phraſin, ſed & ex parte ſenſum Diſtichi probans: Eſt illud, L. I. Sat. V. v. 47.

Hinc muli Capuae clitellas TEMPORE *ponunt.*
Luſum it Maecenas, dormitum ego Virgiliusque,
Namque pila lippis INIMICUM & LUDERE *crudis.*

ραχθήσῃ.] ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις, κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, [Paraphr. ὅτι Φύσιν ἔχουσα τοῦ κλᾶσθαι] οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς. [P. ἐὰν ἀδελφὸν, ἢ Φίλον, ὅτι ἄνθρωπον θνητὸν ἀγαπᾷς.] ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ. H. e. *In unoquoque eorum, quae aut delectant, aut utilitatem praebent, aut naturali quodam amore diliguntur, memento conſiderare, quale id quidque eſt, incipiens vel a minimis. Si quod poculum diligis, te diligere poculum; ſic erit ut, eo confracto, non animo conturberis. Si ollam diligis, cogita ollam eſſe, quod in pretio babeas: Ea enim, ut quae natura ſua fragilis eſt, confracta, tu tamen non frangéris animo. Si filium tuum deperis, aut uxorem; cogita adeo quod ames, eſſe hominem; ita pariter fratrem aut amicum, quoſcumque ames, eos mortales eſſe: ſic enim, ubi & omnino mori eoſdem contigerit, te iſtud mente tamen ſolida non quatiet.* Ita vero ſapiens rerum aeſtimator ſuo nobis ipſe & dicto & exemplo praeit, ne qualiacumque eorum, quae non ſunt in nobis, ultra verum ac juſtum eorummet ipſorum pretium, diligamus aut aeſtimemus: ſic enim eventurum, ut, jacto hoc veluti fundamento, ea omnia, ſive in poteſtate habeamus noſtra, ſive amittamus & relinquenda ſint ad tempus nobis, ſive iis perpetuo deſtituamur, minus ſemper aut prorſus

ſus

ſus numquam *ſint nocitura.* Jam porro Simplicius, Philoſophus ſi non & ipſe Stoicus, at Epicteti amans, qui in illud pretioſius auro Enchiridion egregia quoque dedit Commentaria, uberioribus eam ipſam rem verbis proſequitur, ad primos, unde derivetur iſta doctrina, fontes ſedulum reducendo auditorem, dictaque illa Sapientiae ulterius explanando. Sic is igitur, ad hoc idem, quod ante citavimus Caput, ordine probo ac diſtincte tradit: *Philoſophum, poſtquam,* inde jam ab initio, *ea diviſerit, quae in noſtra eſſent poteſtate, aut quae non, quorum quippe illa propria, haec aliena putanda, & quo eorum quaelibet pacto tractanda forent, edocuerit, declinandam ſcilicet naturae repugnantiam, appetitionem vero in hoc tempus cohibendam; nunc, quum iis etiam, quae non in noſtra poteſtate, ſaepe tamen utendum; quomodo ergo ea, quamvis aliena, ſine tumultu & moleſtia tractanda ſint, docere. Trifariam illum ea partitum, quae in noſtra minime ſita poteſtate: In ea,* quae nudam praebeant, absque utilitate, voluptatem: *Talia enim eſſe, quae oblectent animum. In* res utiles & fructuoſas: *Et in ea, quae ob neceſſitudinem & affectionem diligantur, etſi neque in ſe utilia, neque fructuoſa. Nam haec,* inquit, *tria:* voluptas, utilitas & naturae neceſſaria caritas, *mortalibus ſaepe aerumnis ac doloribus affigunt animum.* Ea deinde ſingula ſua deducit per exempla. *Horum igitur omnium,* inquit porro, *recordare & in promtu habeto naturam, qualis ea ſit: nempe mortalis, ereptu facilis, non arbitrii noſtri. Nam perpetua naturae horum recordatio, ereptionis eorum eſt meditatio: cui ubi aſſueveris, illa te, cum acciderit, perturbari non ſinet: ſicut & alia conſueta, quantumvis gravia, & corporibus & animis fiunt tolerabilia. Recte autem & hic, & in iis quae ſequuntur, monet, a parvis atque adeo minimis eſſe incipiendum, ne, ut proverbio dicitur, figulinam a dolio auſpicemur.* Verum, *ſi quis in parvis & parvi momenti rebus aſſueverit, naturam eorum, quamque facile poſſint eripi, id illum* ait *hominem in promtu habere. Cujusmodi eſt olla, ob uſum cara, eam eſſe fragilem. Quid vero eſt olla vilius? Ita paullatim progrediendo, & vires acquirendo, tandem etiam inter oſculandum filium, non verbo tantum dicere, aut animo ſibi fingere, ſed per omnem aetatem ita ſentire poterit, ſe hominem oſculari, rem fragilem & caducam. Ita vero ſentiens, ita conſuefactus, ſi is ereptus fuerit, hic non perturbabitur.* Poſt pauca alia de Philoſopho ſuo noſtroque ea adhuc ſubjungit Simplicius: *Recte autem* rerum utilium & cararum *exempla*

exempla poſuit: tantum non digito demonſtrans, *eos*, *qui omnino progredi coepiſſent*, *plane aſpernari oportere illa*, *quae nonnullis ſolius delectationis cauſa ſtudio ſint*, quaeque, ut antea dixerat, *nudam praebeant*, *absque utilitate voluptatem*, ſaepius etiam plane noxia futura.

Quid vero jam Cato noſter? Ille eadem prorſus doctrina imbutus, quum neceſſariam ſubinde carorum, eorumque pariter utilium, privationem viribus ſentiret juvenilibus majorem, nedum puerili aetate, his tamen ipſe monitis obtemperans, atque a minimis exorſurus virtutis diſciplinam, jubet a caris quidem, ſed aliquando nocituris abſtinere, ut major certiſſimae ſemper ratio habeatur utilitatis. Ne tamen, quod vulgus utilitatem vocat, eam & filius ita animo accipiat, occupando monet, illi utilitati ipſas etiam cedere aliquando Opes.

Quae nocitura tenes, quamvis ſint cara, relinque:
Et jactura tibi ſic facienda lucro eſt.
Utilitas Opibus praeponi tempore debet,
Quae vel *Opum* titulos utilitate (a) probant.

Aux Objets les plus chers, lorſqu'ils peuvent te nuire,
Renonce avec facilité:
L'Amour même des biens, pour ne pas nous ſéduire,
Doit ceder à ſon tour à notre utilité.

(a) Videlicet ita dictae ab *opem ferendo*.

VII.

Conſtans & lenis, ſic, ut res poſtulat, eſto.
Temporibus mores ſapiens, ſine crimine, mutat.

PRO TEMPORE licet alios atque alios mores ſumere, ut modo gravis ſis, modo lenis, h. e. placidus ac remiſſus, pro re, proque loco. Vide num legendum ſit *levis*, pro *lenis*. Quod magis reſpondet ad *Conſtans*. Ut ſit ſenſus: Aliquando perſiſtendum in ſententia; aliquando mutandum conſilium pro tempore. Porro verſus conſtabit, ſi legas: *Conſtans & levis, ut res cumque expoſtulat, eſto.* Neque dubitem affirmare hanc germanam eſſe lectionem; tametſi Planudes priorem ſequitur ſententiam, quippe qui vertit in hunc modum: *Severus eſto ac placidus, prout res poſtulant.*

ERASMUS.

CONSTANS & *lenis*] *Conſtans* pertinacem & propoſiti tenacem denotat, ut apud Ovidium de Fortuna:

Et tantum conſtans in levitate ſua eſt.

Et Boëthium, Libr. II. de Conſol. *Servavit circa ſe propriam in ipſa mutabilitate conſtantiam.* BARTHIUS, Lib. XXIV. Adverſar. Cap. IV. col. 1179. Quem vid. & Lib. III. Adverſ. Cap. XIV. col. 136. & Lib. LI. Cap. V. col. 2385. Eraſmus & Goldaſtus ad Columban. p. 118. legunt *levis*, ut & Aſcenſius. Conſtans eſt *pertinax ac rigidus*; vid. Gerard. Voſſium p. 105. ad Vell. Paterculum. DAUMIUS poſt OPITIUM, generalius ſemper citantem.

NEMINI ſe probavit haec ab Eraſmo profecta emendatio, & bene quidem: neque enim ea uno forte laborat naevo. Tantum abeſt, ut ſe veram prodat, aut *germanam eſſe lectionem*. Vid. quae ſtatim dicentur.

JAM SUPERIUS ad III. Diſtichon, laudatus a nobis Joann. Hildebr. Withofius, V. C. criticâ huius, quod tractamus, Diſtichi Hiſtoriâ, earum, de quibus ibi diximus, Diſſertationum alteram ita fere auſpicatur:

„ *Conſtans & lenis* ut res expoſtulat *eſto:* &c.

„ Locus hic varie agitatus & quoque editus fuit. Eraſmus „ & alii quidam ultima ſyllaba τοῦ *lenis* producta, dum vo„ calis ſequitur, offenſi videntur; cum tamen etiam pro„ batiſſimis poëtis non plane inſolitum ſit, ultimam ſyl„ labam brevem, hemiſtichii in caeſura, producere. Era„ ſmus ſatis temere legendum cenſebat: *Levis ut res cumque* „ *expoſtulat*. Nam ut de enormi mutatione taceam, ipſa

„ quo-

7.

'Εμβριθὴς ἔσο καὶ πραΰς, ΩC γε τὰ πράγματ' ἀπαιτεῖ·
Πρὸς γὰρ τοὺς καιροὺς ὁ ΣΟΦΟC μεταβάλλετ' ἀμέμπτως.

TOTUM permutavit hoc Diſt. & merito quidem Scaliger: Neque enim ipſe Sapiens mutari dicitur, dum tempori adcommodat alios atque alios mores,

CEU *res expoſtulat, eſto.*] De vi & ſignificatione τοῦ *expoſtulare* vid. Barthium, Lib. XVI. Adverſ. Cap. XXXIII. col. 856. & Lib. XXIX. Cap. IV. col. 1357. & C. XII. col. 1398. DAUMIUS.

Quaedam Editt. prae ſe ferunt: *ut res expoſtulat, eſto.* Verum ne ſine cauſſa ultimam in *lenis* ſyllabam inciſi beneficio producere ſit neceſſe, lectio, quae in antiquis & pleriſque editionibus habetur, omnino retinenda eſſe videtur, maxime cum *ceu*, uti notum, Poetis non ſit infrequens. Ceterum doctiſſimus Daumius, quod ad τὸ *expoſtulat* attinet, Lectorem ad Barthii Adverſaria relegat. Neſcio tamen, an illa ſignificatio verbi *expoſtulare*, qua de Barthius in libris Adverſarior. mentionem facit, hic attendenda ſit. Potius dixerim, Catonem noſtrum metri cauſſa *expoſtulat* pro *poſtulat* poſuiſſe, uti Diſt. V. Lib. II. canit. Saepe enim probatiſſimi Scriptores, in primis Poëtae, junctis verbis pro ſimplicibus utuntur. Ita Virgilio, L. I. Georg. v. 437. *ſol exoriens* nihil aliud eſt, quam *oriens.* Horatio de Art. Poët. v. 57. *exaudita verba*, quam *audita.* WACHIUS. *Ceu res* &c. edidit quoque Celeberr. Burmann. ad Rutil. L. I. v. 589. de *Editionibus* iſtis *pleriſque* aut *antiquis*, ad quas Wachius provocat, id negat Arntzenius. Ceterum noſtram lectionem: *ſicut res poſtulat*, de qua ſtatim in Hiſt. Crit., tuetur etiam Pariſinus ille novus Editor, cujus ſunt, quae ſub finem ſemper damus, elegantiſſima illa Gallica Tetraſticha.

„ quoque ſententia corrumpitur. Levem eſſe vitioſum eſt,
„ nec cuiquam (*a*) ſuadendum. Ipſe Auctor, Lib. IV. Diſt.
„ XXV. *levitatem* cum *crimine* conjungit; ne illum aliter
„ hic vel ſenſiſſe vel locutum fuiſſe putemus.

„ AT Petrus Scriverius non minori temeritate: *Et levis*
„ *& conſtans*, ordine ſimul verborum mutato, exhibendum
„ curavit. Paulo modeſtius illi, qui tantum *ceu* pro *ut* ma-
„ luerunt, quod ſe Gilberto Wachio probavit. Sed ut ve-
„ rum fatear, altius ulcus ſubeſſe cenſeo. Verbum *expoſtulat*
„ parum

(*a*) [*Cuiquam*] Nedum a gravi Parente filio, in ea aetate conſtituto, quae nimium ex ſe levitati eſt obnoxia *et amata relinquere pernix.*

„ parum convenit huic loco, cum *poſtulat* magis Latine
„ dicendum fuiſſet, ut Auctor fecit alibi. Scribe:

„ *Conſtans & lenis*, ſicut res poſtulat, *eſto*. &c.

„ Haec ſine dubio vera fuit Auctoris ſcriptura. Cum, ne-
„ glectis prioribus litteris *ſic*, ob praecedentes *is* in voce
„ *lenis*, lacuna eſſet orta, ſolaque particula *ut* reſtaret, ad
„ illam ſupplendam, locus fuit interpolatus. Sic vero,
„ non aliter, loquitur Auctor, L. II. Diſt. V. *Dandum ete-*
„ *nim eſt aliquid, cum tempus* poſtulat *aut res*. Ibid. Diſt.
„ XVIII. *Inſipiens eſto, quum tempus* poſtulat *aut res*. L. IV.
„ Diſt. II. *Si fueris contentus eo, quod* poſtulat *uſus*. Et quis
„ non videt, ipſum quoque verſiculum ſic multo rotundio-
„ rem eſſe?

Haec ille, quibus nos, iisdem permoti rationibus, aliisque adhuc, de quibus ſupra in Notis, ſubſcribere nil dubitavimus, ceterisque etiam Viri perſpicacis Correctionibus eadem facilitate aſſenſum, qualiſcumque is, praebituri noſtrum, ubi aequalis per omnia ponderis ac momenti eas eſſe deprehenderimus. De noſtra porro diſtinguendi ratione: ,Sic, ut. vid. Horat. Turſellin. de Particul. Cap. CLXX. n. 1. 2. 3. 4. & 7. not.

Jam ad mentem & ſententiam hujus quod attinet Diſtichi, in eo iterum, ut saepius, Constantiam, quam virtutem omnium Philoſophorum maxime Stoici, & laudibus praedicabant ſummis, & prae ſe ferebant, diſcipulo commendatam videmus; ſed *Conſtantiam* tamen, ita temperatam, ut rebus ſeſe, & aetati, & moribus, & Temporibus Sapienter adcommodet, quaeque nec pertinaciter nimis in eodem ſemper maneat propoſito, nec nimium temere aut quibuſcumque ſe permittendo mutationibus, in turpem ac ridiculam degeneret Levitatem. Ita vero affectam, iisque legum, quas dedimus, circumſcriptam ſeptamque limitibus, hanc virtutem non facile nec ubivis offendemus; non in Stoicorum caſtris: nam qua illi ſe plerumque jactant, de qua tam magnifice gloriantur *Conſtantia*, pertinacia eſt animique & ſententiae obſtinatio, *lenitati* iſti, quam inculcat Noſter, nimium quantum contraria; non in regiis, non principum in aulis ac palatiis: ibi, ἐν τοῖς βασιλείοις, facilius invenias & ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον, & κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον, *homines mollibus mollie-*

mollioreſ ſuis veſtibus & vento quolibet agitatas arundines, ut cum ipſa Veritate loquar. *Luc. VII.* 24. 25. Ubi igitur? Quibus ea lateat in hominibus, iſtud equidem ignoro; at, horum certe in medio extremorum:

Virtus eſt medium vitiorum & utrimque reductum,

Et Stoicus quondam &, per vices, idem aliquando aulicus, graviſſimus idemque lepidiſſimus, teſtatur Horatius. Sed ejusmodi temperiei aliquid non plane fruſtra requiras fortaſſe in Academicis: temperiei tamen ad *Lenitatem*, quam *Conſtantiam*, paullo propenſioris. Omnis nimirum iſta Schola, poſt Socratis mortem, tempori ita ſerviit, veluti M. Tullius, devicto Magno, reipublicae. Adi hunc, qui & ipſe Academiae nomen profeſſus ſuum eſt, & ejus dogmata, per omnem fere vitam, ſuis expreſſit moribus: audies, poſt Caeſaris victoriam, ea tum profitentem quoque, quum M. Marcello ſuadet in patriam reditum. L. IV. ad Fam. Epiſt. IX. *Multa*, inquit, *videbis fortaſſe, quae nolis, non plura tamen, quam audis quotidie. At tibi ipſi dicendum erit aliquid, quod non ſentias, aut faciendum, quod non probes. Primum* TEMPORI CEDERE, *id eſt*, NECESSITATI PARERE, SEMPER SAPIENTIS EST HABITUM. *Deinde, non habet, ut nunc quidem eſt, id vitii res. Dicere fortaſſe, quae ſentias, non licet: tacere plane licet. Omnia enim delata ad unum ſunt. Is utitur conſilio, ne ſuorum quidem, ſed ſuo: quod non multo ſecus fieret, ſi is rempublicam teneret, quem ſecuti ſumus.* Poſt aliquam deinde, nec eam levem, ſui quondam Agamemnonis, vituperationem Pompeii, iſta ſubjicit homo callidus ad perſuadendum, quae ipſe velit: *Omnia ſunt*, inquit, *miſera in bellis civilibus, quae majores noſtri ne ſemel quidem, noſtra aetas ſaepe jam ſenſit; ſed miſerius nihil, quam ipſa victoria: quae etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioresque reddit, ut etiam ſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt. An tu non videbas mecum ſimul, quam illa crudelis eſſet futura victoria? Igitur tunc quoque patria careres, ne quae nolles, videres? Non, inquies, ego enim ipſe tenerem opes & dignitatem meam. At erat tuae virtutis, in minimis res tuas ponere; de republica vehementius laborare. Deinde, qui finis iſtius conſilii eſt? Nam adhuc & factum tuum probatur, &, ut in tali re, etiam fortuna lauda-*

laudatur: factum, quod & initium belli neceſſario ſecutus ſis, & extrema ſapienter perſequi nolueris: fortuna, quod honeſto otio tenueris & ſtatum & famam dignitatis tuae. Nunc vero nec locus tibi ullus dulcior eſſe debet patria, nec eam diligere minus debes, quod deformior eſt, ſed miſereri potius: nec eam, multis claris viris orbatam, privare etiam adſpectu tuo. DENIQUE, SI FUIT MAGNI ANIMI, NON ISSE SUPPLICEM VICTORI; VIDE, NE SUPERBI SIT, ASPERNARI EJUSDEM LIBERALITATEM: ET SI SAPIENTIS EST, CARERE PATRIA, DURI, NON DESIDERARE: ET SI RE PUBLICA NON POSSIS FRUI, STULTUM EST, NOLLE PRIVATA. Haec Cicero, ſapienter quidem; ſed quis non hîc ſentit Philoſophum, amabili illi *Lenitati*, quam durae iſti moroſaeque Stoicorum *Conſtantiae*, impenſius addictum, Virumque, Catonis noſtri, ſi is tum vixiſſet, quam alterius illius, qui aequalis ipſi fuit, Uticenſis Catonis, obſequentiorem futurum conſiliis? Eumdemque porro aulicis hominibus, quam rigidis illis morum doctoribus, ſimiliorem?

IPSE tamen contra Stoicorum ſectae reparator Epictetus, cui noſtrum hunc Dionyſium Catonem fere per omnia aemulum, magis magisque deinceps demonſtrabimus, moderamen illud, *Lenitatem* inter & *Conſtantiam*, ſaniore prorſus ac a neutra harum nimis recedente modo, ita inculcat, ut ſe id ipſum, pulcerrimo ſub adſpectu, omnibus non coecutientibus commendet; neque tamen, ut priſtinorum illorum hominum, qui Stoici dicebantur, de Virtute & Sapientia Φάντασμα, noſtrum plane tactum aut ſenſum omnem effugiat. Ita hic, Enchiridii Cap. XXIX. Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι, ἄφνω φιλόσοφος ἐπανελήλυθε, καὶ, πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρῦν μὲν μὴ σχῇς. Τῶν δὲ βελτίσων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. Μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕσερον θαυμάσουσιν. Ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα. H. e. *Si Philoſophiam cupis, praepara te continuo ut irridearis, ut ſubſanneris a multis; ut dicant: Repente nobis Philoſophus emerſit. Et: Unde nobis hoc ſupercilium? Tu vero ſupercilium quidem ne habe.* Hoc Lenitatis. *Quae vero tibi optima videntur, ita retine, tamquam ſis a Deo in ea ſtatione*

ſtatione collocatus. Hoc Conſtantiae. *Ceterum memento, te, ſi perſiſtes in illis, qui te prius deridebant, iisdem poſtea admirationi fore; ſin iis turpiter ſuccubueris, tum vero dupla irriſione merito affectum iri.* Idem porro, Capite LXXIII. Perſeverantiam in Virtute & Doctrina his praecipit, non ſine efficacia, verbis: Ὅσα προτίθεται, τούτοις ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων παραβησόμενος ἔμμενε. Ὅ, τι δ᾽ ἂν ἐρῇ τις περὶ σου, μὴ ἐπιςρέφου. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ᾽ ἐςὶ σόν. H. e. *Propoſita haec obſerva tamquam leges, iisque citra piaculum non violandis inmorare. Quidquid autem de te dictum fuerit, id te in contraria verſum a propoſito minime abducat. Neque attendas ei: id enim non jam tui amplius eſt arbitrii.* Longus etiam in eadem plus uno loco Simplicius inculcanda eſt, ut quae ad ipſam nos Dei naturam magis adpropinquare faciat. Ipſam enim in coeleſtibus & ſublunaribus inanimatis motionum & mutationum conſtantiam ab immobili eſſe cauſſa, Deo. Quomodo autem & *Lenitas* ei conjungenda ſit, id belle oſtendit Arrianus, Epicteti ſui Libro I. Τί οὖν, inquiens, λέγειν δεῖ ταῦτα πρὸς τοὺς πολλούς; ἵνα τί; οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ αὐτὸν πείθεσθαι; τοῖς γὰρ παιδίοις, ὅταν προσελθόντα κροτῇ καὶ λέγῃ, Σήμερον Σατουρνάλια ἀγαθά, λέγομεν, οὐκ ἔςιν ἀγαθὰ ταῦτα; οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐπικροτοῦμεν. Καί σὺ τοίνυν, ὅταν μεταπεῖσαί τινα μὴ δύνῃ, γίνωσκε ὅτι παιδίον ἐςὶ, καὶ ἐπικρότει αὐτῷ. Ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο θέλῃ, σιώπα λοιπόν. Τούτων δεῖ μεμνῆσθαι· καὶ κληθέντα εἰς τινα τοιαύτην περίςασιν, εἰδέναι, ὅτι ἐλήλυθεν ὁ καιρὸς τοῦ ἀποδεῖξαι, εἰ πεπαιδεύμεθα. H. e. *Quid ergo? Dicenda ſunt haec in vulgus? Cur vero? Annon ſatis eſt tibi ipſi hoc perſuaſum eſſe? Num pueris, cum nos accedunt & geſtientes dicunt: Hodie bona eſſe Saturnalia, ea negamus eſſe bona? Nequaquam, ſed & ipſi una geſtimus. Et tu igitur cum aliquem a ſententia deducere non potueris, ſcito eſſe puerum, eique applaudito. Quod ſi nolueris, ſaltem taceto. Haec tenenda ſunt: & cum in bujuſmodi aliquod diſcrimen devocatus fueris, ſciendum, veniſſe tempus, quo demonſtremus, utrum bene inſtituti ſimus, nec ne?*

Affectarunt tamen & ſaepe hanc utramque virtutem, qui ab ea, aut ſaltem alterutra, erant quam qui maxime alieni. Ne quid enim de inconſtantis aliquando Stoicorum cauſſae Patroni, Juſti Lipſii, integro eoque ſatis egregio dicam Libro: Constantiae prae ſe ferente titulum; ipſe a Chriſtianorum ſacris transfuga, Julianus Im-

perator, in litteris ad Alypium datis, Hieroclis parentem, (Epiſtolarum XXX.) quam ſibi non ambitioſe ſuoque amico pariter, hanc utriuſque arrogat tribuitque Virtutis laudem: Περὶ δὲ τὴν διοίκησιν, inquit, τῶν πραγμάτων, ὅτι δραςηρίως ἅμα καὶ πράως ἅπαντα περαίνειν προθυμῆ συνηδόμεθα. ΜΙΞΑΙ γὰρ ΠΡΑιΟΤΗΤΑ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ ΑΝΔΡΕΙΑι ΚΑΙ ΡΩΜΗι, καὶ ΤΗι ΜΕΝ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐπιεικεςάτους, ΤΗι ΔΕ ἐπὶ τῶν πονηρῶν, ἀπαραιτήτως πρὸς ἐπανόρθωσιν, οὐ μικρᾶς ἐςὶ Φύσεως, οὐδ' ἀρετῆς ἔργον. H. e. ſi modo tam magnifice ea latinis poterunt ediſſeri verbis: *De reipublicae autem adminiſtratione, quod fortiter aeque ac humaniter tranſigere ſtudes omnia, Alypi, id nobis pergratum facis. Etenim* LENITATEM AC MODERATIONEM CUM FORTITUDINE ET ROBORE ITA TEMPERARE, *ut* ILLA *erga bonos*

VIII.

Nil temere uxori de ſervis crede querenti:
Saepe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.

ILLUD uxoribus ferme peculiare eſt, ut maritos inſtigent in ſervos. Unde monet, ne temere fidem habeant hujusmodi querelis.

ERASMUS.

MULIER] hic non ſimpliciter τὸ θῆλυ, ſed ἡ γαμετή. Juriſconſultus D. de legat. tertio L. 93. §2. Semproniae *mulieri* meae. Ita idiotismus Italorum, Hiſpanor. Aquitanor. Tectoſagum, Provincialium. SCAL. Ita & Germanorum.

OPITIUS.

CLARISSIMUS Boxhornio Reſcriptorum Auctor hoc, quo de agimus Diſtichon, cum XIIItio. Libri III. collatum, ut quae utraque leges parum admodum uxorias in ſe continerent, locum duxit opportunum, ex quo de aetate & ſaeculo Auctoris noſtri ſolidum fieri poſſet judicium, de eo diligentius inquirendo. Quodque ſibi adeo proponit, id etiam ſedulus exequitur, Cap. eorumdem XVIII. „ cum „ ut inde, quod ait, iniquitas appareat Boxhornii, ad „ Bar-

viros juſtosque utare; HANC *ad pravos ſevere corrigendos coërcendosque adbibeas, non mediocris ingenii, virtutis, ſane, non vulgaris eſt.* Sed haec hactenus de Lenitate cum Sapientia atque Virtute conjuncta ſufficiant.

Conſtans & lenis ſic, ut res poſtulat, eſto:
Fatum etiam conſtans in levitate ſua eſt.
Temporibus mores Sapiens ſine crimine mutat;
Aut mage ridiculum quid, Sapiente, foret?

Cede, lorsqu'il convient d'uſer de complaiſance:
Sacbe auſſi te montrer ferme en tes ſentimens.
C'eſt un effet de la prudence,
De changer, quand il faut s'accommoder au tems.

8.

ΜΕΜΦΟΜΕΝΗς ἀλόχου ΔΟΥΛΟΥC προπετῶς ΜΗ ἀκούσῃς.
ΠΟΛΛΑΚΙ γὰρ τὸ πόσις φιλέει, στυγέει παράκοιτις.

INEPTE Planudes a maſculino ad neutrum tranſiit:

—— *quod conjunx diligit.*

SCALIG.

QUEM CONJUX *diligit*] *Conjugis* vocabulum frequenter quidem de muliere; ſed aliquando de viro etiam uſurpatur. Virg. Lib. III. Aeneid. *Heu quis te caſus dejectam* Conjuge *tanto Excipit?* Quare *expers conjugis*, apud Prudentium, Hymno Natalitio, eſt *expers viri*, ſive *maris inſcia*, ut Prudentius alibi loquitur; vel *virum neſciens*, ut Sedulius.

DAUMIUS, ap. quem plura.

„ Barbarum ſaeculum eum remittentis, tum ut aliquid fir-
„ mamenti addam, (Cannegieterus eſt, qui loquitur,)
„ dubiae atque ambiguae Virorum doctorum, de aetate
„ Dionyſii ſententiae. Hoc autem liquide a me demon-
„ ſtrari poſſe puto, Conſtantini magni ſaeculo eum prio-
„ rem fuiſſe. Scriptum enim illud Diſtichon (alterum,
„ XIII. L. III.) eo tempore, quo in Imperio Romano, &
„ legibus ejus, licuit, uxorem moleſtam exigere, ſine ullo

„ in-

„ incommodo, niſi ſi quod ex reddenda dote adſerebatur, „ cujus uſumfructum percipiebat maritus. Qua de re co- „ pioſe Jo. Gotl. Heineccius, ad L. Juliam & Papiam „ Lib. II. Cap. XIX. Reddita ergo dote, Maritus, tempore „ Dionyſii, impune & ſine incommodo aut damno, Uxo- „ rem moleſtam domo expellebat. Certe Dionyſius non „ videtur reticere voluiſſe, filio ſuo monita praeſcribens, „ incommoda graviora, ſi qua alia ex re praecepta timen- „ da eſſent. Multo minus credendum, voluiſſe ad vetita „ legibus ſolicitare. Cum autem diu ſub Imperatoribus „ Romae licuit uxorem dimittere impune, dote reddita; „ hoc incommodum atque hanc poenam adjecit Conſtanti- „ nus, ut, quicunque ſine juſta cauſſa eam repudiaret, „ non dotem duntaxat reſtitueret (ni malit domum in- „ vadi ab uxore repudiata, & ductae conjugis dote ſpo- „ liari;) ſed praeterea coelibatum ſubiret perpetuum. „ Recenſet hanc legem Theodoſius, in codice ſuo pri- „ mam de Repudiis. *In maſculis*, inquit, *etiamſi repudium* „ *mittant, haec tria crimina inquiri conveniet, ſi moecham,* „ *vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit.* „ *Nam ſi ab his criminibus liberam ejecerit, omnem dotem re-* „ *ſtituere debet, & aliam non ducere. Quod ſi fecerit, priori* „ *conjugi facultas dabitur, domum ejus invadere, & omnem do-* „ *tem poſterioris Uxoris ad ſemet ipſam transferre, pro injuria* „ *ſibi inlata.* —— —— Tempore autem Dionyſii juſtum „ fuit, uxorem non tantum ſceleratam & criminoſam, „ ſed & moleſtam expellere; addit namque:

„ —— —— *cum coeperit eſſe* MOLESTA.

Poſt pauca idem: „ Aſperum, ſcio, inquit, videbitur hoc „ multis praeceptum, & nimis inhumanum, quo filii te- „ nerum animum imbuit; ut, ob offenſam aliquam aut „ noxam, uxorem continuo res ſuas habere jubeat ac do- „ mo exturbet. Veruntamen eo animo priſci Romani o- „ mnes fuerunt,

„ *Gensque virum truncis & duro robore nata.*

„ Neque alio deinceps illi, qui moribus antiquis vivebant. „ Dictum Catonis majoris eſt apud Gellium, Lib. X. Cap. „ XXIII. *Vir, qui non divortium fecit, mulieri judex pro* „ *cenſore eſt.* IMPERIUM, QUOD VIDETUR, HABET. Sic

„ Sic legendum ex ductu litterarum conjicio, ſed & du-
„ dum idem viſum Cl. Jac. Gronovio. Reddenda & alia
„ vox Gellio, quae excidit paullo ante: *Sed M. Cato non*
„ *ſolum exiſtimatas, ſed multatas quoque a* VIRO *judice* MU-
„ LIERES *refert.* Obſervandum eſt, detracta eſſe illa Cato-
„ nis verba Orationi ejus, quae inſcripta fuit *de Dote.*
„ Credo quod jam illo tempore *dos* Uxorum vetus illud ma-
„ ritorem imperium imminuere incipiebat, quam propterea
„ *maritam* ſcite Plautus dixit in Epidico II. II. in fine.
„ Paulatim vero gliſcente luxuria atque avaritia Romae,
„ ſancta illa coëmtionis ac confarreationis jura, moribus, ac
„ potiſſimum Juriſconſultorum verſutia, ita infirmata, &
„ antiquum maritorum imperium fractum fuit & ruptum;
„ ut hi contra in manum Uxorum, certe earum, quas am-
„ pliſſima dos conciliaverat, conveniſſe viderentur. Quam
„ ſervitutem etiam magna exempla commendarunt. Amicis
„ ſuadentibus, ut Uxorem flagitioſam dimitteret, reſpon-
„ dit M. Antoninus Imperator: *Si Uxorem dimittimus,*
„ REDDAMUS ET DOTEM (ſcil. Imperium Rom.) Au-
„ ctor eſt Julius Capitolinus, in ejus vita Cap. XIX. Salſe
„ igitur, vere tamen, Tertullianus alicubi *maritos dote vena-*
„ *les* ſcripſit. Horatius, Carm. Lib. III. Ode XXIX. 19.
„ DOTATA REGIT VIRUM *Conjux.* ——— ———
„ Quae cauſſa induxit multos, ut dotatas ipſi ſpernerent,
„ aliisque beatiorem vitam quaerentibus, ſpernendas fu-
„ giendaſque praeciperent, ut noſter; ſic & Martialis, Lib.
„ XII. Epigr. VIII.

„ *Uxorem quare* LOCUPLETEM *ducere nolim,*
„ *Quaeritis?* UXORI NUBERE *nolo meae.*

„ Dudum ante Titinnius monuit, ut eſt apud Nonium, in
„ voce *ancillari*: *viros* DOTIBUS *delinitos ultro etiam* UXO-
„ RIBUS ANCILLARI. Poſſis & facilitatem noſtri, in
„ mutanda muliere incommoda, tribuere ſectae Philoſophi-
„ cae, quam amabat, nempe Stoicae, quae ſolutiores pro-
„ babat matrimonii leges; unde non dubitavit Cato mi-
„ nor uxorem ſuam Marciam Hortenſio cedere, iterumque
„ eam dein reducere. Rem narrat Plutarchus in ejus vita
„ atque alii. Notatus autem ob id Cato a Scriptoribus Ec-
„ cleſiaſticis, vide Tertullianum in Apologetico, Cap.
„ XXXIX. & Salvianum, de Gubernatione Dei Lib. VII.

pag.

„ pag. 159. qui exemplo Socratis eum hoc feciſſe ſcribunt. „ Sed quid de matrimoniis Philoſophorum diſputo? cum „ certum ſit, haud paucos eorum promiſcuas & communes uxores, ſine ullo connubii vinculo, probaſſe; vid. „ Lactantium, Inſtitut. Divin. Lib. III. Cap. XX. Clemens „ Alexandrinus Stoicos matrimonium ἀδιαφόροις accenſuiſſe „ tradit, Stromat. Lib. II. pag. 421. Undecunque autem „ hunc animum hauſerit noſter, mollem eum ac mulieroſum nemo dixerit, qui haec ejus praecepta legerit, Lib. „ I. Diſt. VIII.

„ *Nil temere uxori de ſervis crede querenti &c.*

„ Et III. Diſt. XXI.

„ *Conjugis iratae noli lamenta timere:*

„ *Nam lacrymis ſtruit inſidias, quum femina plorat.*

„ Et Diſt. XXIV.

„ *Uxoris linguam, frugi, nec poſſe tacere.*

Haec omnia, praeterquam quod ſunt relatu digniſſima, pluribus etiam alieno, & JCti, & inquilini, perſequi calamo, quam adtingere meo, malui: quoniam & extraneo, & in terris Amazonicis hoſpiti, rerumque ignaro forenſium, facile erat, prae nimio ſtupore, aliquid ut in hoc argumento excideret invenuſti. Audiamus tamen, & poſt leges, noſtrum noſtrique Catonis, κατ' ἐξοχὴν, Philoſophum, qui Cap. LXII. Enchiridii, tamquam non ſui tantum aevi nequitiae teſtis oculatus, ſed quaſi idem & noſtri eſſet, non male tangit notatque veras proximasque forte cauſſas tam mirae rerum Cataſtrophes: Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ΚΥΡΙΑΙ καλοῦνται. Τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν· ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. Προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα αἰσθῶνται, διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ. H. e. *Mulieres ſtatim a decimo quarto anno a viris* Dominae *vocantur. Proinde cum vident, ſe nihil aliud habere muneris, niſi ut cum viris concumbant*: Stoicus hic loquitur, qui homines ſcapham ſcapham appellant. *Comere ſe ergo incipiunt, atque in ornatu ſpem collocant omnem: Virorum culpa ſibi*

ſibi deinceps nimis placent. Monendae igitur ſunt, namque eſt operae pretium, fore ut apud nos in honore ſint, nihil ob aliud, niſi ſi modeſtae ſint & virum revereantur. Aureum ſane, auroque & marmoribus dignum Praeceptum! Sed *quid Leges ſine moribus Vanae proficiunt*? Utinam non coëmeremus tantum undique, ſed & legeremus; non legeremus tantum, ſed & exequeremur, ipſisque Dominabus noſtris ac filiabus legenda, nobisque ſaepius praelegenda, evolvenda, manibusque terenda tradere dignaremur, egregia ea de re FENELONII, ADDISONII, STEELII, minime otioſorum illorum orbis Spectatorum, aliorumque ſcripta, quae ſic melius, quam intacta, exornandae tantum inſervirent ſupellectili librariae!

Nil temere Uxori, de ſervis crede querenti:
  Imperet ancillis, non DOMINA illa tibi.
Saepe etenim mulier, quem Conjux diligit, odit:
  Saepius & DOMINAM, quam ratio, ira movet.

Ne ſois pas trop crédule à tout ce, que déclame
Contre tes ſerviteurs une épouſe en courroux.
On déplaît ſouvent à la femme,
Pour avoir le malheur de trop plaire à l'époux.

IX.

Quum moneas aliquem, nec ſe velit ille moneri,
Si tibi ſit carus, noli deſiſtere coeptis.

NON SATIS eſt leviter admonere peccantem amicum. Urgendus eſt, inſiſtendum, ut vel improbitate vincas, ſi quid erit, quod ad famam illius aut ſalutem pertineat.

ERASMUS.

QUUMQUE *mones aliquem*] Quidam codices, *Quando mones.* Sed Latine non intelligunt, qui haec mutarunt. Quaedam voces ſunt, ut Grammatici loquuntur, & praepoſitivae, & poſtpoſitivae: ut praepoſitivum ποτέ. Sic τίς & τις. Latinis *Quandoque. Illud ſpero quandoque facturum*, poſtpoſitivum. *Quandoque bonus dormitat Homerus*, praepoſitivum. *Quumque*, eodem modo ſignificat ποτὲ & πότε. *Quumque mones aliquem.* praepoſitivum, τὸ πότε·— *Mihi cumque ſalve Rite vocanti*, Χαῖρέ μοι πότε ἐπικαλοῦντι.

SCAL. & ex eo OPIT.

MIRANDUM plane eſt, tot inter hujus Diſtichi Interpretes veram ac genuinam ejus lectionem ſoli ſuboluiſſe Chriſtiano Daumio; omnes enim reliqui, citra neceſſitatem ambages quaerunt, imo nodum, quod ajunt, in ſcirpo. Haec autem ille, in ſua ſuperioris ſaeculi anno LXII. editione in lucem emiſſa: „ Alii, *Si moneas*, inquit, ut „ Pulmannus annotavit. Forte: *Quum moneas.* Sed vulgata „ Lectio eſt apud Jacobum Magnum, Sophologio Lib. IV. „ Cap. IX. pag. 32. a. " Quam ita Daumius conjectura adſecutus eſt, eam vehementer comprobat lectionem laudatus jam ſupra nobis J. Hild. Withofius, Diſſertatione in Catonem hunc, qui illi Serenus eſt Samonicus, poſteriore, ubi haec habet: „ Diſtichon IX. (Lib. I.) autem „ utique emendandum: *Quum moneas aliquem;* quod jam „ Daumio in mentem veniſſe video; ſequitur enim: *nec ſe* „ *velit ille moneri.* Male vulgo, *Quumque mones* exhibetur. „ Nulla ita Diſticha connectuntur; quod intentioni Scri„ ptoris penitus adverſatur, qui ſingula Diſticha, tanquam „ peculiaria, voluit ſeparatim legi & memoriae mandari.

„ Ipſe

9.

Εἰ σὺ παραινεῖς μέν τινι, κεῖνος Δ' ΟΥΚ ΕΠΑΚΟΥει·
Καί ΜΙΝ ἂν ἐς τὰ μάλιστα ΦΙΛῇς, ΜΗ ἀφίστασο τοὔργου.

Planudes: Εἰ σὺ παραινεῖς μέν τινι. Atqui nuſpiam verbum παραινεῖν minus habet locum, quam hic. Παραινεῖν eſt ad aliquid hortari. Hic contra intelligendum eſt dehortationem a re: quod Graece dicitur νουθετεῖν, quod eſt verbis caſtigare. Catullus dixit:

Quare monendus es mihi, bone Egnati.

Νουθετητικός εἶ, non autem παραινετικός.

Παραινέσεις *Praecepta affirmativa* vocant Magiſtri Hebraei *, νουθετήσεις autem *negativa.* ** Phocylidis poëſin νουθετικὴν potiùs, quam παραινετικὴν veteres Critici inſcripſerunt: quia longe plura negativa ſunt praecepta, quam affirmativa, quae ibi pauciſſima ſunt.

Id. Scalig.

מצוות לא תעשה ** מצות עשה *

„ Ipſe hoc in fine Opuſculi non obſcure indicat. (Scil. *ſeſe binos junxiſſe*, *non quaternos*, ut hic certe non peſſime obſervavit Malſchius, male propterea a quodam Editore exceptus, qui: *Quibus credo*, inquit, *ſine rei literariae detrimento carere facile poſſemus.* Equidem crediderim & pluribus aliis.) „ Nec recte, *Quando mones* Scriverius edidit, cum eodem „ nexu *velit* ſequatur. Ex diligentiſſimi Pulmanni Editione „ diſcimus, fuiſſe alios qui *Si moneas* legerint. Sed (ne quid dicamus de inconcinna, quae tum fieret, ejus particulae iteratione) „ τὸ *quum*, Subjunctivo additum, Auctori uſitatiſ- „ ſimum eſt & paſſim occurrit. Omnium peſſime tamen „ Scaliger τὸ *Quumque* defendit. Obſtat enim illud, quod „ diximus, quodque haec Diſticha vocantur Praecepta, i. „ e. Sententiae morales, quarum unaquaeque per ſe ſub- „ ſiſtit." Sane, neque id voluit Scaliger, ut iſtud *Cumque* hoc, cum ſuperioribus, conjungeret Diſtichis; namque quis nexus eſſet huic cum proximo, ubi de uxore ſermo erat & ſervis? niſi velis, *aliquem* innuere famulorum aliquem; ſed eſſet, profecto, nimium voluntarius is ne-

 quam,

quam, qui *nec ab hero ſe vellet moneri*. Verum ille vir magnus, Scaliger, ſubtiliori plane modo ingenium, quo erat, hic exercuit exeruitque ſuum. Fortiter tamen dubito, an peculiaris & unicus iſte nexus lyricus, Carminum Horatii Lib. I. Od. XXXIII. v. 15.

Dulce lenimen, mihi cumque ſalve
Rite vocanti

hîc pari modo poſſit eſſe efficax, aut harmonicus, in breviſſimi ſimpliciſſimique generis carmine, eoque morali, ad ſanctiſſimarum legum compoſito tenorem. Certe hîc locus non eſt argutae lyrae; ſed eo illius ſtilo, ſermoni propiore, heic opus erat, in quo vel ipſe, quantuscumque licet, Flaccus noſter, ſe eſſe Poëtam negabat. Deinde demus, poſſe dici, ſed poëtice, per *Tmeſin* aliquam:

Cumque mones quem, pro: *Quemcumque mones*; at non inde ſequitur, dicendum &: *Cumque aliquem* pro: *Quemcumque*: Nemo enim umquam fando percepit vocem: ALIQUISCUMQUE pro: *Quicumque*. Sed ceſſemus a ſtrepitu; *Quandoque & bonus dormitat* Scaliger, ſuumque illud per ſomnum crepat: *Fuimus Troës*. Verum: *Tros Rutulusve fuat nullo diſcrimine habebit Hiſtoria*.

IPSA utique neceſſitas cogit praeferre illud: *Quum*, reliquis ſemper vitioſis lectionibus, interque ipſas ſe pugnantibus. Neque enim Codd. ubique fere mendis vitiisque ſcatentes ſcribentium, nos etiam ad adoptandum ſuos urgent Soloeciſmos. Cedant igitur auctoritates rationibus, noſque facile velle moneri & ipſos demonſtremus: Hominesque quum ſimus, humani nihil a nobis ceterisque, qui & ipſi ſunt homines, alienum putemus.

QUOD vero ad ſenſum ſpectat, laudanda hîc praecipue, quin & admiranda patris prudentia venit, qui dum, ut quam maxime prae ſe fert, exercendum monitis eſſe numquam intermittendis erga amicum caritatem, filio ſuadet, & ſuis ipſe toties iteratis monitis amicitiae & caritatis & benevolentiae gratiam, modo, quem vocant, *per indirectum*, & quaſi aliud agendo, ſapienter admodum conciliat. Qui, ſine dubio, ſcribentis ſcopus erat primarius, quo omnis ejus mens atque animi intentio & ferebatur & dirigebatur, in eo, mirum quendam in modum, concordans cum Paulino illo caritatis affectu, qui verbis ad *Philipp.*

FLOSCULI POETICI.

Parvula (nam exemplo eſt) magni *formica* laboris,
Ore trahit, quodcunque poteſt, atque addit acervo,
Quem ſtruit, haud ignara ac *non incauta futuri.*
Quae ſimul inverſum contriſtat Aquarius annum,
Non usquam prorepit, & illis UTITUR *ante*
QUAESITIS *ſapiens.* —— —— ——

HORATIUS, *Libr. I. Sat I. v.* 33.

—— —— —— Utile quid ſit,
Proſpiciunt aliquando viri, frigusque *famemque*
Formica tandem *quidam expavere magiſtra.*

JUVENAL. *Sat.* VI. *v* 358.

Pauperies immunda *domus procul abſit.* Ego, utrum
Nave ferar magna aut parva, ferar unus & idem.

HORATIUS, *Libr. II. Ep. II. v.* 199.

Importuna tamen *pauperies abeſt.* —
Contracto melius parva *Cupidine*
Vectigalia porrigam;
Quam ſi Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem. *Multa petentibus*
Deſunt multa. Bene eſt, *cui* Deus obtulit
PARCA, *quod ſatis* eſt, *manu.*

IDEM, *Libr. III. Od* XVI. *v.* 37. *&c.*

Re fruere, ut natus mortalis: *dilige* ſed *rem*,
Tamquam immortalis: Sors eſt in utroque verenda.

AUSONIUS, *Epigr.* CXXXVII. ex MENANDRO.

Utere divitiis, tamquam moriturus, & idem
Tamquam victurus, *parcito divitiis.*

THOMAS MORUS.

Mors velut immineat, praeſentibus *utere: Rebus*
Parce, velut fati ſera ſit hora tui.

G. BUCHANANUS, *Libr. I. Epigr. antepen.*
E Graeco. rel. vid. ad Diſt. XXIX.

(XXV.)

QUOD PRAESTARE POTES, NE BIS PROMISERIS ULLI:

NE SIS VENTOSUS, DUM VIS BONUS IPSE VIDERI.

"Οττι δύνῃ παραχρῆμα δόμεν, τόδε μὴ δὶς ὑπόσχου·
Μὴ κενόδοξος ἔῃς, ἐθέλων φιλότιμος ἀκούειν.

Promiſe not twice a thing within thy Might,
Leſt, whilſt thou would'ſt ſeem kind, thou dost prove light.

Das / was du zugeſagt / ſolt du zu thun dich fleiſſen /
In dem du gut wilt ſeyn / betrieglich nicht zu heiſſen.

Beloof aan niemand ooit uw' Gift ten tweedenmaal:
't Is gulheid niet, zoo 't ſchynt, maar iedel windgepraal.

N'ofrez pas vos bienfaits pluſieurs-fois, en parade:
Ce faux air de bonté tourne en Rodomontade.

VARIANS LECTIO. *dum vis urbanus haberi*, ex Libri III. Diſt. XX.
etiam

FLOSCULI POETICI.

Mobilis Aeſonide, vernaque *incertior aura:*
Cur tua *polliciti pondere verba carent?*

OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. VI. v.* 109.

Ἁ χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις.

ANTHOLOG. *Centur. III. tit.* εἰς εὐχαρίστ. καὶ ἀχαρίστους.

Gratia, quae *tarda* eſt, *ingrata* eſt: Gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

AUSONIUS, *Epig.* LXXXI.

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι. κ. τ. λ.

ANTHOL. *Graec. l. c.*

Si *bene* quid facias, facias *cito*: Nam *cito factum*
Gratum erit: Ingratum gratia tarda facit.

AUSONIUS, *Epigr.* LXXXII.
Ex eadem utrumque

NE SIS VANILOQUUS, pariter res verba ſequantur.

P. ALEX.

Quidquid ab antiquo, Pauline, rogaris amico,
Hoc *te facturum cras* mihi ſemper *ais*.
Visne tibi dignas reddam pro munere grates?
Gratia pro meritis *cras referenda* tibi.

OWENUS, *Libr.* I. *Epigr.* LXXXIX.

Te *dare promittis*, *nec das* mihi munera, Simon:
Nil tibi debebo, ſi mihi tarda dabis.

IDEM, *in Ethicor.* I. *Epigr.* XLVI.

Munera *des laetus*: Corrumpunt taedia donum.
In quo cenſendum eſt quid, niſi dantis amor?

IDEM, *Epigr.* XLVII.

Pollicitus nonnulla, *nihil* mihi, Pontice, *praeſtat*.
Ut Medicus, quamvis nil det, ait: Recipe.

IDEM, *Libr.* I. *Epigr.* CLXI.

Bis *dat*, *qui cito dat*: Nil dat, qui munera tardat.

Verſus Proverbialis.

etiam Anglica. Al. *d. v. bonus eſſe videri.* Cum paucioribus aliis Editio noviſſima Arntzeniana.

(XXVI.)

QUI SIMULAT VERBIS, NEC CORDE EST FIDUS, AMICO

TU QUOQUE FAC SIMILE: SIC ARS DELUDITUR ARTE.

Τόν σοι πλαςὰ λαλοῦντα, καὶ οὔ σοι κηρόθι πιςὸν,
Ἔμπαλι μιμοῦ καὶ σύ. Δόλῳ δόλος ὧδε κρατεῖται.

When one's a Friend in Words, but not in Heart,
Do thou the like, thus Art is mock'd by Art.

Wer gute Worte giebt/ und iſt nicht Freund von Herzen/
Dem thu als wie er dir: So trift man Scherz mit ſcherzen.

Is uwe Vriend niet trouw, zo dat gy 't merken kunt;
Veins ook als hy: Betaal hem met gelyke munt.

Quand l'Ami hipocrite en flattant vous amuſe,
Feignez donc avec lui, rendez ruſe pour ruſe.

VARIANS LECTIO. *Quum ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus; Tu quoque fac ſimules.* Scriverius; ſed nulla auctoritate, ut is plurima, ſuo Marte, mutavit. Quem ſequitur, in poſteriore tantum verſu, Arntzeniana Edit. ſenſu tamen non pleno, ſed hiante & per duriſſimam Ellipſin verborum: *erga*

FLOSCULI POETICI.

Judice me *fraus* eſt *conceſſa*, *repellere fraudem:*
Armaque in armatos ſumere, jura ſinunt.

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. v.* 491.

Fallite fallentes: Ex magna parte profanum
Sunt genus. In laqueos, quos poſuere, cadant.

IDEM, *Libr. I. v.* 647.

Fallit enim *vitium ſpecie virtutis* & umbra,
Cum ſit triſte habitu, vultuque & veſte ſeverum.

JUVENALIS, *Sat. XIV. v.* 109.

Nam jus fasque ſinunt vim vi *propellere*, *fraudem*
Fraude, velut meritum merito penſare decorum eſt.

PALINGENIUS, *Zodiaci vitae Capric. v.* 334.

Quippe homini nunc nulla fides, nunc *omnia plena*
Inſidiis: *ſocio* nunc *quisque imponere tentat.*

IDEM, *Cancro. v.* 398.

Tu ſaltem taceas: Nam *diſſimulare tacendo*
Maxima plerumque *eſt prudentia*. Vivere neſcit,
Ut bene vulgus ait, qui neſcit diſſimulare.

Ibid. v. 633.

——— ——— ——— Tute iſta videbis.
Namque aliis non certa fides: ferme *omnibus eſt mos*
Fallere. Mentiri potius, quam dicere verum,
Cuique *placet*: raros poteris reperire fideles.

IDEM, *Leonis v.* 553.

Diſſimulant; *&* nube cava *ſpeculantur* amicti,
Quae Fortuna viris? ——— ——— ———

VIRGILIUS, *AEneid. Lib.* I. *v.* 516.

Si vitare velis acerba quaedam,
Et triſtes animi cavere morſus;
Nulli te facias nimis ſodalem:
Gaudebis minus, & minus dolebis.

MARTIALIS, *Lib. XII. Epigr. XXXIV. v.* 8.

erga eum fac *ut* &c. demum referciendo. Quod incommodi evitârat Scriverius, ſola particula: *Quum.* Si datur conjecturae locus, forte ita reponeretur: *Amicum Tu quoque fac ſimilem. Sic a. d. a* Vel: *Amico Te quoque fac ſimilem. Tu quoque ſac ſimile:* Etiam habet Pariſina nova.

(XXVII.)

NOLI HOMINES BLANDO NIMIUM SERMONE PROBARE:

FISTULA DULCE CANIT; VOLUCREM DUM DECIPIT AUCEPS.

Ἀνέρας αἱμυλίους καὶ χρηστολόγους μὴ ἐπαίνει·
Ἡ σύριγξ λιγὺ μέλπει, ὅτ' ἰξευς ὄρνεα θέλγει.

Think not too well of Men for fair Words making;
The Pipe ſounds ſweetly, whilſt the Bird is taking.

Vertraue Leuten nicht / die lieblich ſchwätzen wollen.
Die Pfeiffe klinget wohl / wann Vögel eingeh'n ſollen.

Agt Menſchen niet te veel, die ſchoon zyn voor uwe oogen;
Zoet ſpeelt het fluitje; doch het Vogeltje is bedrogen.

Sur-tout n'écoutons point ces voix à-doux-Accents:
L'Oiſeau tient au filet par la douceur des Chants.

VARIANS LECTIO. *Homines blandos nimio ſermone*, *blandos nimium*. Angl. Al. *cum decipit*.

FLOSCULI POETICI.

Nunquam te fallant *animi ſub vulpe latentes.*

HORATIUS, *Arte Poët. v.* 438.

Nec vos decipiant *blandae mendacia linguae.*

OVIDIUS, *Heroid. Epiſt. XV. v.* 55. *citatus ab* ARNTZENIO, *V. C.*

Decipies alios *verbis*, vultuque benigno:
Nam mihi jam *notus diſſimulator* eris.

MARTIALIS, *Libr. IV. Epigr. LXXXVIII. ſub fin.*

Deſine *blanditias* & *verba* potentia quondam,
Perdere: non ego ſum ſtultus, ut ante fui.

OVIDIUS, *Amor. Libr. III. Eleg. XI. v.* 31.

Tuta frequensque via eſt, *per amici fallere nomen*;
Tuta frequensque licet ſit via; crimen habet.

IDEM, *de Arte Lib. I. v.* 587.

Qui te plus ſolito *demulcet carmine blando*,
Te *capere inſidiis nititur* ille ſuis.

OWENUS, *Ethicor. II. Epigr.* XXIX.

Qui ſe *laudari* gaudent *verbis ſubdolis*,
Serae dant poenas turpes poenitentiae.

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XIII. v.* 1.

Habent inſidias hominis *blanditiae* mali.

IDEM, *ibid. Fab. XIX. init.*

Hoc novum eſt AUCUPIUM, ego adeo hanc primus inveni viam.

GNATHO TERENTIANUS, *Gnathonicorum* diſciplinae ſeſe magiſtrum jactitans, *Eunuch. Act. & Sc. II. v.* 16. 32.

Doctus *adulator*, pro vento carbaſa vertens,
Temporibus ſervit ſedulus usque ſuis.

SCHOONHOVIUS, *Emblem. LIII. v.* 3.

Cur mihi *blandiris*, *vulpina veſte*, ſodalis?
Quid toties priſcam *fingis amicitiam*?
Odiſti dudum, nil credo, dextera fallit,
Et didicit caudam flectere laeva manus.

SAMBUCUS, *Emblem. p. m.* 155. *tit.* Animi ſub vulpe latentes.

Non fuit in terris *vocum ſimulantior ales:*
Reddebas *blaeſo* tam bene *verba ſono.*

OVIDIUS, *Amor. Libr. II. El. VI. v.* 23.

(XXVIII.)

QUUM TIBI SUNT NATI, NEC OPES; TUNC ARTIBUS ILLOS

INSTRUE, QUO POSSINT INOPEM DEFENDERE VITAM.

Ἢν σοι παῖδες ἔωσι, καὶ οὐκ ἄφενος, σὺ δὲ τούςδε
Παιδεύειν, ἵν' ἔχωσιν ἀκλήϊον ἦμαρ ἀλαλκεῖν.

If thou haſt Sons, and haſt no Means to give,
Then bring them up to Trades, that they may live.

Sind Kinder / und kein Geld zu'n Kindern dir gegeben;
So unterweiſe ſie / damit ſie können leben.

Heeft Godt u Kinder wel, maar Rykdom niet gegeven;
Geeft hun door Leer' en Kunſt, waar van zy mogen leven.

N'ayant que des Enfans, pour tout votre tréſor,
Inſtruiſez-les aux Arts, qui valent plus que l'Or.

VARIANS LECTIO. *Si tibi ſint n. n. o.* Pauciores, inter quos tamen Editt.

FLOSCULI POETICI.

Diſce bonas artes, moneo, Romana *juventus*.
OVIDIUS, *Art. Libr. I. v.* 461.

Plurimum enim intererit, quibus *artibus* & quibus *hunc tu* (filium)
Moribus *inſtituas* ——— ———
JUVENALIS, *Sat. XIV. v.* 73.

Artibus ingenuis quaeſita *eſt gloria* multis.
OVIDIUS, *Libr. II. de Ponto, Eleg. VII. v.* 47.

At te nocturnis juvat impalleſcere chartis:
Cultor enim es *juvenum*, purgatas *inſeris aures*
*Fruge Cleanthea. Petite hinc Juvenes*que, Seneſque,
Finem animo certum, miſeriſque *viatica* canis!
PERSIUS, *Sat. V. v.* 62.

Quae *monſtrant ipſi pueris*, traduntque *parentes*.
JUVENALIS, *Sat. cit. v.* 3.

——— ——— ——— Sapientia *fructum*
Producit *vitae*, *fert* ipſa *Scientia florem*.
PALINGENIUS, *Sagitt. v.* 692.

Permagni refert etiam *quos* quiſque *parentes*
Accipiat, *quo* ſit *pacto nutritus*, *&* a quo
Inſtructus. Nam quos mores *puer* adbibit, & quas
Artes a teneris *didicit*, *retinebit* adultus.
IDEM, *Capricorn. v.* 76.

Exercere *artem*, ſibi *qua ſuccurrere egenti*
Poſſit, ſi quando infelix patrimonia caſus
Abſtulerit, *ſi quando* ferox *fortuna* malignam
Pauperiem intulerit rebus violenter ademtis;
Ne mendicus eat, patiens friguſque famemque.
Ibid. v. 337.

Blanda *patrum ſegnes facit indulgentia natos.*
J. B. MANTUAN. *Parthen. Lib. I.*

Editt. Pariſ. & Londinenſ. novae. *qui poſſint.* Solus Scriverius, ut adſolet. Al. *queis poſſint.* It. al. *quo poſſunt*, languide.

(XXIX.)

QUOD VILE EST, CARUM; QUOD CARUM EST, VILE PUTATO:

SIC TIBI NEC CUPIDUS, NEC AVARUS HABEBERIS ULLI.

Τοὐτελὲς ἔντιμον, τὸ δὲ τίμιον εὐτελὲς ἡγοῦ·
Οὕτως οὐ φαίνοιο φιλάργυρος, οὐδὲ σὺ κίμβιξ.

What cheap is, dear; what dear is, cheap eſteem:
So ſhalt thou never baſe or griping ſeem.

Das ſchlechte ſey dir lieb / das liebe ſchlecht allein.
So wirſt du weder dir noch andern geitzig ſeyn.

Op dat gy gierig, noch begerig word gezegt;
Waardeer een kleintje hoog; wat duur is, agt het ſlecht.

Fuyant & l'Avarice & toute Avidité,
Rien ne vous ſoit trop cher, ni rien trop bon-marché.

VARIANS LECTIO. *Quod carum, vile.* Plures MS8. Codd. & ex iis Arntzen. Sed noviſſ. Pariſ. retinuit utrumque *eſt.*
Sic tu nec cupidus &c. Scriverius, pro more. *Sic mihi nec c.* Malſc. ſuo ex ingenio.

FLOSCULI POETICI.

Virtus eſt *medium* vitiorum & *utrimque reductum.*
HORATIUS, *Libr. I. Epiſt. XVIII. v.* 9.

Auream quiſquis *mediocritatem*
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret invidenda,
Sobrius, aula.
IDEM, *Libr. II. Od. x. v.* 5.

Redditum Cyri ſolio Phraaten
Diſſidens plebi numero beatorum
Eximit *Virtus*: Populumque falſis
Dedocet uti
Vocibus: Regnum & diadema tutum
Deferens uni propriamque laurum,
Quiſquis ingentes, oculo irretorto,
Spectat acervos.
Ibid. Od. II. v. 17.

Judice, quem noſti, *populo*, *qui ſtultus* honores
Saepe dat indignis, *&* famae ſervit *ineptus*,
Qui ſtupet in titulis & imaginibus: quid *oportet*
Nos facere *a vulgo longe lateque remotos?*
IDEM, *Libr. I. Sat. VI, v.* 15. *cum antecedd.*

Nonne *cupidinibus ſtatuit natura modum?*
Ibid. Sat. II v. 111. *cum ſeqq.*

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.
Ibid. Sat. I. v. 106.

—— —— —— —— Quirites,
Hoc, puto, non juſtum eſt: illud male: rectius illud,
Scis etenim *juſtum gemina ſuſpendere lance*
Ancipitis librae, rectum diſcernis, ubi inter
Curva ſubit, vel cum fallit pede regula varo.
PERSIUS, *Sat. IV, v.* 8. &c.

Vere etenim *ſapiens* eſt is, *qui certum* adhibere
Novit avaritiae luxuriaeque modum.
BUCHANAN, *Libr. I. Epigr. antepenult.*

Non ſemper *ea ſunt quae videntur*: Decipit
Frons prima multos. —— ——
PHAEDRUS, *Libr. IV Fab. I. Praef. v.* 5.

Difficile eſt nimium, artificis pernoſcere mentem.
PALINGEN *Scorp. v.* 6 2.

Sic tibi nec parcus, nec avarus habeberis ulli. Eraſmus, & plures cum, vel utroque, ut Anglica, vel poſteriore ſaltem verſus membro, ſecuti.
Nec avarus noſceris ulli. Amtzeniana, poſt plures Editt. alias.

XXX.

(XXX.)

QUAE CULPARE SOLES, EA TU NE FECERIS IPSE:

TURPE EST DOCTORI, CUM CULPA REDARGUIT IPSUM.

Μὴ ῥέξον τὶ τέων εἰθισμένος ἐσσὶ κακίζειν·
Αἰσχρὸν ὑφηγητῇ γ᾽ ὅτ᾽ ἐλέγχεται αὐτὸς ἁμαρτών.

Do not thyſelf what thou art wont to blame.
When his Faults check him, 'tis the Teacher's Shame.

Was du zu tadeln pflegſt / das thu auch ſelber nicht.
Schand' iſt's / wenn ſelbſt dein Thun der Lehre widerſpricht.

Bedryf geen dingen, die g' in and'ren plagt te laken:
Schand is 't, als Daden zelfs des Leeraars Woord verzaken.

Vous, Cenſeur des Pêcheurs, n'adoptez pas leurs crimes.
C'eſt honte à tout docteur, d'enfraindre ſes maximes.

VARIANS LECTIO, *Culpare voles*, Scriver. it. pro voluntate ſua lubituque.

quam nemo poſſit hominum domare: hoc merito monſtrum, cum Jacobo, Malum dixeris *effraenatum.* Et nobiscum:

— compeſcere Linguam,
Hic erit Alcidae, nec minus artis opus.

Hujus igitur Hydrae novum caput, *novis* evitandis, ut graece Scaliger ait, *Rumoribus*, quantum in ſe erat, praeſecat amputatque Noſter, atque ita omnino reſecandum ſapienter docet hortaturque & hic, & porro Diſt. XX. Lib. II. Nam ſi cum illa mille capitum beſtia

Luctere; multa proruet integrum
Cum laude victorem, geretque
Praelia, Conjugibus loquenda.

Nec erat, ut aliqui hîc tricas necterent, dicendo: „Hoc „ dictum ἁπλῶς & per omnia non eſt verum, cum non „ minus tacendo, quam loquendo quis peccare poſſit. „ Namque hoc ipſe Auctor, ſuo dicet loco, L. III. Diſt. XVI.

Quod noſti haud recte factum, nolito silere:
Ne videare Malos imitari velle, tacendo.

Imo & perverſa quadam ratione *taciturnos* vehementer exoſus ipſe videtur, ut L. IV. Diſt. XXXI.

Demiſſos animo ac tacitos *vitare memento.*

Quid igitur ei ſumus ante tempus moleſti? Evaneſcet illa omnis fruſtra efficta Objectio ad ſequentem, in Tetraſticho, Paraphraſin:

Ne novus incipias Auctor Rumoris haberi;
Tu fuge Rumorem & qualiacumque Nova.
Talia ſaepe nocet temere nimis eſſe locutum:
Rumores nulli sed tacuisse nocet.

Ne prens point part aux bruits, que ſeme le vulgaire,
De crainte de paſſer pour en être l'auteur.
On ne riſque rien à ſe taire;
Et ſouvent pour parler on cauſe ſon malheur.

XIII.

XIII.

Spem tibi promiſſi certam promittere noli.
Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.

Noli certo promittere cuiquam, alieni promiſſi fiducia.

Quod in te ſitum eſt, id praeſtare poteſ: alienam fidem praeſtare non poteſ. Et vulgus hominum ad pollicendum faciliimum, in praeſtando ſaepe fallit.

Erasmus.

Spem tibi] Scal. ex editione Pithana.

Rara fides ideo eſt] Phaedrus lib. III. Fab. XLVIII. *Vulgare amici nomen; ſed rara eſt fides.* Opit.

Multi multa loq.] Plerumque vulgus ait deditum rumoribus ſaltim fabulis capi, ideoque fidem eſſe raram. Hallucinantur, qui ſecus iſta exponunt. Eod. *citante*, Barthius.

Nondum mittit e manibus Heros ille noſter prehenſam ſemel, ut proſterneret, eamdem hanc, de qua ante diximus, belluam, LINGUAE INTEMPERANTIAM, cui videlicet perpetuum indixit bellum, in puerorum aeque ac ſeniorum animis, jam inde a pueris annisque tenerioribus, ad aetatem provectiorem uſque, & porro, pertinaciter gerendum. Recte enim Vir magnus Barthius, jam bis ſupra in notis, Opitio, Daumioque citatus, Adverſarior. Lib. XLV. Cap. V. col. 2063. ubi ipſa hujus Diſtichi verba profert, iis exponendis ſequentia ſubnectit: *Hoc eſt:* EFFRAENATA & INCONSULTA LINGUA *eſt* VULGI, *nec meminerunt plerique hodie homines, quid promittant, quid negent.* Quos propterea merito Horatius VULGUS vocat INFIDUM, cui non niſi *meretricia* ſit *Fides.* Carmin. L. I. Od. XXXV. v. 25.

At vulgus infidum & meretrix retro
Perjura cedit. ——— ———

Haec igitur in tempore noſſe atque in promtu deinde ſemper habere convenit, ne ſero nimis, ſtolida decepti eorum fiducia, quae aliena, noſtrique non ſunt arbitrii, & in noſtris ipſi damnum patiamur; ad tenorem etiam illius pruden-

13.

Στεῦτο τί σοι τίς, ΜΗ σύ τό δ' αὖ ἑτέρῳ καθυπόσχῃ·
Η ΠΙΣΤΙC ΣΠΑΝΙα Γὰρ, πλείστων πλεῖστα λεγόντων.

SPEM *tibi promiſſi certam promittere noli.*] Ita habet editio Pithoeana, quam lectionem ad verbum Graece expreſſimus. Diſerte monet, rem promiſſam non ſtatim pro certa habendam, quod multi multa loquantur & multa polliceantur, quae praeſtaturi non ſunt. Vulgata lectio, quam Planud. ſequitur, ita habet: *Rem tibi promiſſam certo promittere noli.* Quam plane reddere poſſumus: Ἀσφαλέως μὴ ὑφίστασθαι, ὅ, τι πίστει ὑπίσχῃ. Planudea hiulca ſunt. Praeterea τὸ πολυυποσχέσθαι, quo utitur, invenuſtiſſimum & obſcuriſſimum. SCALIG. *Multi* Latinis ſtolidi ſunt, ut notant Viri Docti ad Plautum. It. BARTH. citante DAUMIO.

dentiſſime concinnati ὑπομνήματος Epicteti, quod eſt Enchiridii Caput III. Μέμνησο οὖν, ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα (dixerat autem antea, Cap. II. τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ; ἀλλότρια,) ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ ΤΑ ΑΛΛΟΤΡΙΑ, ΙΔΙΑ, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ' ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. H. e. *Si quae natura ſunt ſerva*, (ea vero jam ante eſſe evicerat *omnia, quae non in nobis, neque arbitrii eſſent noſtri*, eaque vocaverat: *imbecilla, ſerva, quae probiberi poſſent, atque aliena*) *ſi igitur*, inquit, *ea libera putabis, &* PROPRIA, QUAE SUNT ALIENA; *impedieris, dolebis, turbaberis, incuſabis deos atque homines. Si vero, quod tuum eſt, id ſolum tuum eſſe putabis, & alienum, quod revera eſt alienum; nemo te coget umquam, nemo probibebit, neminem accuſabis, invitus nihil ages, nemo te laedet, inimicum non habebis, neque enim fallacibus noxiisque futuris te permiſeris, aut fidem umquam babueris.* Conf. porro cum Diſticho hinc decimo (XXIII.)

CUIUS ſeverioris atque a vulgi captu paullo remotioris doctrinae aditum primum pandens, penitioremque deinde

patefacturus introitum filio, adhuc in ephebis conſtituto, ſub magiſtris Grammaticis; ecce vero, quam prudenter ſapiens genitor a rebus paſſim obviis, clarisque per ſe, ſumit exempla, quibus eamdem ſublimiorem arduioremque veritatem tali etiam ingenio inculcet, atque ad huius captum adcommodet! Spem tibi forte, (eſt veluti diceret,) ſodalium tuorum aliquis alicujus fecit rei, quam ne tu propterea firmam ſtatim certamque tibi eſſe exiſtimes, valde cave; ſed diſce, mi fili, noſſe ſaeculum, noſſe homines; horumque mores, illius indolem: Plena fraudibus ſunt omnia, mortaliumque nequitiis. Quae *multi multa loquuntur*, ea *noſtri non ſunt arbitrii*, (quam Epicteteam & in ſequentibus formulam aperte adhibet, dicendo: *Arbitrii non eſt noſtri, quid quiſque loquatur*;) Nihil nimirum noſtrum, quod extra nos, noſtrique juris non eſt. Tu proinde, ut tam facile non decipiaris, ne cuique fidem ſine diſcrimine habeas, vide. Nonne tu, o lepidum caput, e Poëtis didiciſti tuis: RARA FIDES? Bene, rectiſſime habet; ſed: RARA FIDES *ideo* EST, (ideo a Poëtis ita depingitur, uti & illud: EST *Occaſio calva*,) *quia multi multa loquuntur*.

QUID jam his planius eſſe poſſit, quid apertius? Habes philoſophantem cum filio, huius tamen pro captu, patrem, eumque altercantem Stoicorum, quin imo Socratico more, diſputantemque ex Epicteto, de maximi momenti rebus, ſermone vero humili, depreſſo & ad venuſtisſimam compoſito ſimplicitatem, in quo, profecto, admirabilis noſter ubique eſt Dionyſius, modo ne contra ſenſum ſuum, in alia omnia transducatur ab aliis. TIBI illud percommode cum utraque promittendi voce poteſt conjungi: *Promiſſum tibi* ab aliis *noli* & *ipſe tibi*, pro *certo*, *promittere*; neque opus eſt, cum interpretum pluribus, iterum alios ſubſtituere, quibus & ipſe polliceatur promiſſa ſibi ab aliis. Quo enim haec, aut unde petita?

CETERUM legi ſane merentur quae Boxhornio Reſcripta, eorum IX. Capite, (p. 405. Ed. Arntz. novae) in medium hîc affert auctor clariſſimus. Poſtquam enim Poëtarum praelectionem jam olim pueris fieri ſolitam, abunde illuſtraverat, ut vel maxime inde probaret: CARMINA illa, Diſtichi I. eſſe Poëtarum in univerſum, ſingulatim vero Virgilii ſententias, (cui nos non nimium refragamur, certi ut ſumus, quae huc facerent, & ipſum Maronem, pariter ac

in

in Metamorphoſi Ovidium, e Pythagora transſcripſiſſe,) ita rem perſequitur: „ Non autem credibile eſt, integros ſem„ per Poëtas fuiſſe enarratos diſcipulis, multo minus me„ moriae mandatos, ſed, ut canit Lucretius:

„ *Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant.*

„ Sic omnia undique Grammatici depaſcebantur aurea dicta, „ quae diſcenda pueris dabant. Quales Livii verſus Hora„ tio dictare ſolitus Orbilius, vid. Lib. II. Epiſt. I. 69. „ Neſcio, an huc pertineat Ennii dictum elegans, quod „ puero ſibi lectum ſcribit Phaedrus, Lib. IV. fabula ultima. „ Qui mos etiam Syri mimi aliorumque ſententias dedit. „ Quin imo ad talia Poëtarum dicta reſpici puto Diſt. XIII. „ Lib. I.

„ *Rem tibi promiſſam certo promittere noli:*
„ *Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.*

„ Didicerat puer ex Horatio Lib. I. Carm. XXXV. 21.

„ *Te Spes, & albo* RARA FIDES *colit*
„ *Velata panno, nec comitem abnegat* &c.

„ Horatiani verſus ſenſum declarat pater in illo Diſticho. „ Auſim inde *Spem* in verſu ejus primo, quod nonnulli „ ſcripti & editi libri habent, praeferre, ſi in altero pro „ *ideo* ſubſtituere liceat, ex Horatii verſu altero, *comes.* Certe „ Horatius Spem & Fidem comites facit Fortunae; atque „ adeo & comites inter ſe. Dicit hoc modo Dionyſius, „ fidem eſſe raram comitem ſpei, quia multi pollicentur in„ certa multa & vana. *Multi multa* dicebatur, cum res cer„ tae atque incertae, verae & falſae fama vulgi ferebantur. „ Martialis Lib. VI. Epigr. LVI.

„ *Quae ratio eſt? inquis. Scis* MULTOS *dicere* MULTA.

„ *Loqui* autem jactare, polliceri ſignificat. Plura docui ad „ Aviani fabulam I." Haec ille optimus Aviani Editor.

AD Poëtas, porro, qui raram vel plane nullam in terris decantavere fidem, Ovidius quoque accedit, Metamorph. L. I. v. 90.

Aurea prima ſata eſt aetas, quae vindice nullo,
Sponte ſua, ſine lege, FIDEM RECTUM*que colebat.* Et v. 128.

——— ——— ——— *De duro eſt ultima ferro.*
Protinus irrupit venae pejoris in aevum
Omne nefas: fugere PUDOR, VERUMQUE, FIDESQUE:
In quorum ſubiere locum fraudes*que*, doli*que*,
Inſidiae*que*, & vis, & amor *ſceleratus* habendi.

Praeter eos, quos jam Opitius, Daumius aliique ſuis in notis ad partes vocarunt. Nos igitur hîc pedem ſiſtimus, ad idem redituri Propoſitum, Diſticho XXV.

XIV.

Quum te aliquis laudat, judex tuus eſſe memento:
Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli.

NE te ipſum aeſtimaveris aliorum laudatione, ſed tua ipſius conſcientia. Te ipſum interroga, qualis ſis: & ſi animus tibi reſponderit, te longe alium eſſe, quam hic aut ille te facit, magis credere debes tibi ipſi, cui notior es, quam aliis.

ERASMUS.

PLUS *aliis de te, &c.*] Utitur hoc Catonis Nicol. Lyra introductoriis verſibus in Biblia. Laudat etiam & alludit Radulph. Ardens, Homil. III. Adv. XVI. a. *Et ad hoc inducitur, ut plus aliis de ſe credat, quam ſibi, cum ſcriptum ſit: Plus aliis de te, qu. t. t. cr. noli.* Id. Homil. XL. Dom. III. Quadrag. p. 136. b. *Sed nos, fratres, ut detractores, ita & adulatores fortiter contemnamus, & plus nobis, quam aliis de nobis, credamus, & ſemper de peccatis noſtris timeamus.* Vid. & Homil. CXII. p. 393. a.

DAUMIUS, poſt OPITIUM.

ADHUC in vitiis haeret recenſendis inque caſtiganda ulterius IMPOTENTIA LINGUAE, jam rixoſae nimis & verbis pro telo ſagittisve utentis, quibus inprudenter indeſinenterque emiſſis, omnes ſine diſcrimine eminus feriat adverſarios, vel quoscumque ad teli jactum ſibi adpropinquantes; veluti eam depinxit Diſticho X. jam porro nimium intemperantis, in proferendis, augendisque ſua garrulitate, novis rumoribus, quibus, tamquam veneno referta, inficiat, coinquinetque famam alterius; veluti hunc *peſtilentem detrahendi modum* (Gallis *la médiſance* dictum,) acriter perſtrinxit Diſticho XII. Modo promtam nimis facilem-

Spem tibi Promiſſi certam promittere noli:
Quam cito mortales res animique labant!
Pollicitis largi quia multi multa loquuntur,
Verbaque dant, ideo tam quoque Rara Fides.

Ce qu'on t'aura promis d'un air de certitude,
Ne vas pas le promettre, avant de l'obtenir.
Combien dans leur parole ont peu d'exactitude!
Beaucoup ſavent promettre & peu ſavent tenir.

14.

Εἴ τε ΤΙϹ ΑΙΝΕΙῃ ΣΕ, ΔΙΚΑΣΤΗϹ ἴσθι Σεαυτοῦ,
ΜΗδ' ἑτέροις πείθου ΠΛΕΟΝ Η ΣΑΥΤΩι ΠΕΡΙ ΣαυτΟΥ.

Plus—*tu tibi.*] Caſſianus Praefatione in Libros de Incarn. Dom. *Malo enim, de me ipſo, tibi, quam mihi, credere*, &c. Aen. Sylvius, Ep. XLV. fol. 530. *Sed credo plus alii, quam tibi, de te.* Daumius idem.

Quemadmodum Poëta non erat Planudes, ita nec, ingratam auribus, evitabat triplicem illam eiusdem ferme ſoni vocisque repetitionem. Terſius ea profert & rotundius, ut ſolet, Scaliger.

Quorum tamen exemplorum haec ultima hic aliena ſunt, ut fere Expoſitores verborum convenientiam magis anxie quaerunt, quam rerum. Quae & nos maxime induxit cauſſa, quum tantum hactenus ſcriptum diſputatumque ſit de verbis Auctoris noſtri, aliquando & de rebus cogitare.

cilemque deſcripſit in promittendis iis, quibus nulla fides, factis ſit acceſſura: namque & ſic *effraenatam & inconſultam* Diſtichon nobis dedit proxime ſuperius XIII. Modo, & nunc quidem, ut pari ratione *infidam* eamdem exhibet ſiſtitque nobis, in laudando alterum, eique, molli quadam oratione blandiendo, cui propterea neque plus fidei, quam falſa promittenti, ſit tribuendum: Eſt enim, ut plurimum, talis perſonata facies, larvaque pulcra quidem, ſed ſcenica, &, ut illa Phaedri, *cerebrum non habens;* ita neque haec, verbis animi ſenſum affectumque conſonum. Sed quoniam haec ipſa Lingua, melle ſeſamoque quaſi perlita,

& ſimulata tamen, ut ſuo loco deinceps, hujus in Libri Diſtichis XXVI. & XXVII. iterum propiusque conſideranda venit, nos huic jam diutius non inmorabimur; ſed cauſſam tantum quare, diſſuadente noſtro paterni animi Philoſopho, minus ſit credendum laudatoris vel adulatoris vocibus, breviter luſtrabimus.

Ea vero non eſt alia, quam ipſa eadem, qua, nulla in re umquam aliis plus vult tribui, ac tribuendum ſit nobismet ipſis, a nobis. Eadem, inquam, eſt illa, quam & deinde, ſaepius tactam obiter, brevibus iisque ultimis I. huius Libri ita verbis comprehendit:

SEMPER TIBI PROXIMUS ESTO.

Proximus autem tali non ſolum modo, quali ſupra dixerat Diſt. XI.

UT SIS TIBI CARUS AMICUS.

Sed etiam eo, quem nunc opportune admodum adjungit:

JUDEX TUUS ESSE MEMENTO.

Quia videlicet nemo tibi te ipſo proximior intimiorque eſt.

XV.

Officium alterius multis narrare memento:
Atque aliis quum tu benefeceris ipſe, ſileto.

BENEFICII accepti meminiſſe oportet, oblivifci dati. Qui dat beneficium, ejus eſt, diſſimulare ſe dediſſe; ne commemorando videatur exprobrare. Ejus qui accepit, eſt, paſſim praedicare; ne videatur ingratus & immemor.

ERASMUS.

ALIIS *quum tu benefeceris, ipſe ſileto.*] τὸ *ipſe* plebeium eſt, in hac quidem ſcriptura (ſive: diſtinguendi ratione.) At ego auctor ſim, vetuſtiſſimae editionis Florentinae, quae & Romanam illam alias principem anticipavit, auctoritate reponendum:

Atque aliis quantum benefeceris ipſe, ſileto.

Stat tamen a vulgata Planudes.

BARTHIUS & ex eo primum

OPITIUS.

Tiſ

Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ; Quis enim hominum ſcit hominis negotia, niſi hominis Spiritus, qui in eo eſt? Quod dictum Pauli Apoſtoli, I. Cor. II. 11. optime huic rei congruit. Vult igitur iterum plane Epicteteo genio, ne noſtri exiſtimationem pendere ſinamus ab aliorum arbitrio, ſed a noſtra ipſorum conſcientia. Pendet autem ea & ab aliis, ubi eorum in nos impenſis laudationibus plus juſto tribuimus, veluti ſic: Honor non honorati esse, sed esse honoranti s, recte praedicatur. Ceterum, de Judicio in ſe cujuslibet, conf. Libri III. Diſt. XVIII.

Quum te aliquis laudat, judex tuus eſſe memento:
  Te melius, num te noverit ullus homo?
Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli:
  Scire alia, atque aliis credere, ſtultitiae eſt.

Lorſqu'on parle à ton avantage,
Sache alors te juger toi-même à la rigueur:
Au ſentiment d'autrui n'en croi pas davantage,
Qu'au témoignage de ton coeur.

15.

Εὐποιΐην ἑτέροιο διεξέρχου πολέεσιν·
ΕΥ ΔΕ *σὺ ποιήσας ἕτερον, σιγῇ τόδε* ΚΕΥΘΕ.

ΠΟΛΕΕΣΣΙΝ ἀντὶ τοῦ πολλοῖς, Imperite Plan. ſine adjuncto uſurpat. Nam abſolute aliquis ἀπὸ τῆς πόλεως deduxerit. Vix eſt, ut peritus Helleniſmi, ſi Latina non viderit, aliter interpretaturus ſit *. Sententiam hanc Auſonius lepidiſſimo Diſticho comprehendit, & Chiloni attribuit:

Officium, i. e. *Beneficium.* Saepius ita & Antiquiores hoc verbum, ea notione uſurpant, & in illis Cicero cum primis, qui in ſuo de Amicitia Libro (Laelio, Cap. XIX.) ſententiam hujus Diſtichi egregie expreſſit: *Officia*, inquiens, *meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit.* Wachius.

Tu bene ſi quid facies, non meminiſſe fas eſt.
Quae bene facta accipies, perpetuo MEMENTO.

Sed Graeci claudunt rotundiſſime proverbiali Jambico:
Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου. Scaliger.

* Sed quid vetat h. l. & eo ſenſu, ut *oppidatim vicatim*, accipi?

Nec totus tamen in id, aut unice, incumbit Auctor, Linguae ut perſtringat percenſeatque vitia, idque adeo, ut ex adverſo ejusdem oblivioni tradita praetereat officia. In eo ſimilis futurus ſatyricorum iſtorum hominum, niſi mavis Satyrorum, qui ſibi tantum in retegendis palamque faciendis criminum ſordibus, ad inſtar ſuis in coeni volutabro, placent, numquam vero meliora, aut verbis aut exemplis perdocent traduntque ipſi. Noſtri vero omnia vel ad communem omnium, vel ad peculiarem ſui, quem ad bonos formabat mores, filii comparata ſunt utilitatem. Noluit itaque inutilem ei eſſe linguam, aut cetera, diſtinguentia a brutis hominem, proferendi ſermonis organa. Docet proinde jam, & in ſequentibus ſaepius docebit, Linguae humanae potiora quaedam officia. Quae mihi vel maxime videtur, ſuo ipſe in animo, ſecundum *triplex* illud antiquiſſimorum Rhetorum *in dicendo Genus* diſtribuiſſe: *Demonſtrativum* puta, *Deliberativum* & *Judiciale*. Ad ea enim quam commodiſſime aptiſſimeque referri poſſunt omnia. Quorum quidem primum, *Demonſtrativum* videlicet, ut quod in *laudando* verſatur & *vituperando*, occaſionem ipſi praebuit (totam ut rem brevia per exempla inluſtremus) ad praeſcribendum ea filio, quae Praecepta continent: *ut laudentur* quaevis *laudabilia*, uti hoc ipſo loco, nec non Lib. IV. Diſticho XLII. Beneficia, officiaque alterius, eaque tam exigua, veluti huius Libri Diſticho ad id hortatur XX., quam magna; *non ut* autem *laudentur* a nobis noſtra, quod nimirum pariter hic reprobat, & L. II. Diſt. XVI. Contra vero: *ut vituperentur* illaudabilia quaevis, nec noſtris ipſorum facinoribus exceptis, id quod innuit ſtatim proxime ſecuturo Diſticho XVI. Re tamen haec, quam verbis, magis &, vitam emendando, quam perſtringendo palam; quo pertinent Lib. II. Diſt. VII. XVI. XXI. Lib. III. Diſt. XVIII. & omnium praecipue Lib. IV. Diſt. XL. Rurſum; *non* ut *vituperentur* carpanturque aliorum dicta aut facta, vid. Lib. III. Diſt. VIII. *Non*, quae alias ipſi laudaverimus, Lib. IV. Diſt. XXV: qua de re vult, ut ſemper & laudemus parce, ibid. Diſt. XXVIII. & quae damnamus ipſi, ea ut ſerio conſtanterque evitemus. L. I. Diſt. XXX. *Non* denique *culpandi*, noſtri qui fuerint aut inimici, Lib. II. Diſt. XV. aut, qui amici. Lib.

Lib. IV. Diſt. XLI. Sic etiam ea *Linguae munia* per dicendi *genus* luſtrat deducitque *Deliberativum*, quod in *ſuadendo* conſiſtit atque *diſſuadendo*. Ad hoc vero ſunt referenda, quibus & vult *peti* a nobis *juſta* & *honeſta*, uti Lib. I. Diſt. XXXI. conſulique tum a nobis aliis, tum ab iis nobis, Lib. II. Diſt. XXII. & ut meliora nobis, vel a quibuscumque, facile perſuaderi ſinamus, quale eſt Lib. III. Diſt. XI. *Ut*, contra, *diſſuadeantur* & nobiſmet ipſis, & aliis, *inhoneſta* quaevis & *noxia* futura, veluti ſupra monuit, Diſt. VI. utque in monendis amicis, ſine taedio, perſiſtamus, prouti pariter ſupra dictum, Diſt. IX. Quin & omnia huc pertinent, quae ad Epicharmeum illud: *non facile cuivis eſſe credendum*, aliquo modo adludunt, qualia ſunt ſupra Diſt. VIII. & XIV. & infra Lib. II. Diſt. XII. multaque praeterea alia, in eo his ſimilia.

Sic & *genus* dicendi *judiciale*, in *accuſando* & *defendendo* occupatum, ſuo videbimus ordine & loco, ne plura heic & aliquibus jam fortaſſe nimia, adcumulemus. Ea vero omnia ad *Linguae* adtinent *munera officiaque*, in quibus prae ceteris bene multus eſt Cato noſter, ut qui formare filium ad rem voluiſſe publicam videtur. Conf. huc L. II. Diſt. XIV.

IN PRAESENTI jam Diſticho pulcre ſibi mutuo opponit, quae, ratione amicitiae & neceſſitudinis officiorum, vel ſint frequenter & cum laude commemoranda, vel minus, contraque vero plane reticenda. Illa nimirum, quae ſint ab aliis in nos collata beneficia; haec autem, in alios noſtra. Qua quippe duplici & dicendi & tacendi viciſſitudine, veluti hinc & inde per vices crebro trahendo, adtrahatur arctius commune iſtud amicitiae vinculum. Si igitur umquam alias, hic certe illud MEMENTO, quod cum aliis morum monitoribus, in primis cum Epicteto, commune paſſim uſurpat adhibetque Cato noſter, ſingularem quamdam gratiam habet atque emphaſin, cum clauſulae ſequentis verſus: SILETO, & ipſum in fine prioris collocatum, non ſine elegantia in omnibus opponitur, &, quod eſt grati animi palmarium, memorem eſſe officii, ex quo derivanda deinde ejus erga alios commemoratio, illud jam in ſe ipſo complectitur. Ita fere & Auguſtinus, ſed non tam pure caſteque, ut noſter, cum: *Beneficii*, ait, *grata recordatio eſt ad plus dandum invitatio.*

Officium alterius multis narrare MEMENTO:
 Quod potes, haec dictis facta referto tuis.
At, quam tute aliis bene feceris ipſe, SILETO;
 Ut referant ſoli, quos tua facta juvant.

XVI.

Multorum quum facta ſenex & dicta recenſes,
Fac tibi ſuccurrant, juvenis quae feceris ipſe.

SENES, qui multa viderunt & audierunt, multorum dicta factaque ſolent referre. Sed curandum eſt, ut ita nos geramus in juventute, ut in ſenectute ſuccurrat nobis, non ſolum quid alii recte dixerint aut fecerint, verum etiam quid nos ipſi.

ERASMUS.

MULTORUM] *Recenſes* hoc loco a *cenſendo* ſeu judicando, non a narrando aut repetendo ductum exiſtimat Nobiliſſimus Barthius. Nos, antequam hanc ejus ſententiam vidimus, Planudis & Scaligeri interpretationem ſequuti ſumus.

OPITIUS.

OSTENDIMUS jam in proxime ſuperiore, nexum hujus Diſtichi cum reliquis, ſive vitia, ſive munera atque officia LINGUAE tractantibus. Ejus quod ad verba adtinet, optime, laudatus jam ab Opitio, Barthius, Adverſarior. Lib. XXIV. Cap. IV. col. 1179. „ *Recenſes*, ait, hoc loco „ non eſt *narras* aut *repetis*, ut Planudes & Scaliger, alii„ que enarratores ſcripſerunt; ſed a *cenſendo* ſeu judicando „ ductum. Senes enim mirum in modum juniorum vitiis „ cenſendis & notandis ſunt ingenioſi. Ergo ait vitio iſti ita „ ſenibus indulgendum, ut memores maneant geſtorum a „ ſe ipſis annis viridioribus. Haec niſi ſententia eſt, (non „ autem erit gnaris antiquitatis alia,) omnino non vulga„ ris, ſed plane inepta eſt. Poteſt enim tam VITIOSAE „ LAUDIS MONITOR eſſe, quam ſibi ſenes alioqui facile „ indulgent, quam MERITI PRAECONII. Quod ab alio „ tamen exſpectandum.“ Haec ille. Qui mihi ſane ſolus hic ſtrenuum egiſſe videtur Oedipoda, recte & dilucide hoc qui Aenigma enodaverit. Jam meum iterum facile agnoſco Catonem, non illum rigidae frontis horridique adſpectus

Ne diſſimule point le bien qu'on t'a ſû faire:
En public nommes-en l'auteur.
Celui que tu feras, ſois habile à le taire:
Fais ſentir le bienfait; cache le bienfaiteur.

16.

ΕΡΓΑ ΛΟΓΟΥΣ ΤΕ *διηγήσῃ* ΠΟΛΛΩΝ *περὶ γήρας.*
Τοῖά δε γοῦν, ΝΕΟΣ ΩΝ, *ἔρδ'*, *ὄφρα λέγῃς τὰ σὰ τῆμος.*

MULTORUM] Hic in Planudeanis ſtrenuo Oedipo opus eſt. Et magna me inceſſit admiratio hominis hallucinantis. Ne minimum quidem odoratus eſt, quid vellet auctor. Ut taceam *λέξιν βαρβαρίζουσαν καὶ ἀπεμφαίνουσαν*.

SCALIGER.

QUAERAT ſibi ſane alium hic defenſorem Planudes; nemo ei facile adverſus Scaligerum patrocinabitur. Senſus tamen verborum ejus, & ſine Oedipo, talis eſt: *Erit, ut in ſenectute enarres facta dictaque multorum: Quid igitur? Fac talia jam juvenis, quae pro tuis tunc* (ſine rubore) *agnoſcas.*

ſpectus Philoſophum, ſed Micioni Terentiano, quam hujus fratri ſimiliorem, quique ut ipſe temperatam lenitate atque clementia ſeveritatem in omnibus & ubique profitetur ac patefacit in ſe, ita & filium in tempore non ad exemplum Timaei iſtius *τοῦ μισανθρώπου*, ſed ad clementiores atque humaniores formare mores ſatagit. Vult itaque eum jam a teneris adſueſcere lenitati per omnia ac manſuetudini, cum primis in ferendo de aliis judicio, ne deinceps, ut bene monet ipſe Cato Major, in Ciceronis de ſenectute Dialogo, morum potius, quam aetatis vitio, in ejusmodi moroſum evadat ſenem, qualem egregie deſcripſit Horatius, verbis, & floſculis noſtris, ſupra ad hoc Diſtichon, innexis, qui ſit *Difficilis*, CENSOR CASTIGATORQUE *minorum*. Quid enim aliter adtineret, puerum de futura ejus, & incerta quidem, tam longo ante tempore, praemonere Senectute? Niſi quod, cum juvenilis aetas hujusmodi cogitationibns ipſa ſua pateat ſponte indulgeatque, ut credat, ſecum mitius acturos fore ſenes, ſi ipſi ante actorum ſemper recordarentur; inde dicendi arripiat occaſionem,

neque

neque id plane injuria ſenioribus objicere juvenes. Tu igitur, fili, erat quaſi diceret, iſta jam cogitata ita animo infige tuo, ut eorum & in ſenectute porro memineris, hoc modo affectus, parcius & moderatius de factis dictisque alienis, ad aequitatis normam, forte judicabis. „ Huc &
„ omnino pertinere videntur, (recte ſic animadvertit Gilb.
Wachius, utut tamquam rerum vulgarium notator aliquibus, non ſuis civibus, aliquando notatus,) quae Plu-
„ tarchus diſputat, Libro περὶ παίδων ἀγωγῆς, ſeu de libero-
„ rum educatione, p. m. 13. Οὐδὲ γὰρ αὖ πάλιν, inquiens,
„ τοὺς πατέρας ἔγωγε ἀξιῶ, τελέως σκληροὺς καὶ τραχεῖς εἶναι
„ τὴν φύσιν, ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ συγχωρῆσαί τινα τῷ νεωτέρῳ
„ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ΕΑΥΤΟΥϹ ΑΝΑΜΙΜΝΗ-
„ ΣΚΕΙΝ ΟΤΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΝΕΟΙ. Quae verba Xy-
„ lander ita vertit: *Nam & Parentes viciſſim ego nolim uſ-*

XVII.

Ne cures, ſi quis tacito ſermone loquatur.
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici.

CUM videris, quosdam inter ſe ſecreto colloqui, ne ſtatim ſuſpiceris, eos male de te loqui: Nam id ſignum eſt hominis male ſibi conſcii.

ERASMUS.

CONSCIUS IPSE SIBI.] Freydanck. Proverbiis Cap. XXVII. v. 9.

Fur de re tacita, ſi quando loquuntur amici,
Conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici.

DAUMIUS.

FACILE intellectu planumque eſt, quam ſi quod maxime, hoc Diſtichon, ut multa cujusquam explanatione non indigeat. Qui enim tot, quot inſpeximus jam, inſpecturi & deinceps atque aliqua luce colluſtraturi eorum alia, circa propriae cuique munia LINGUAE, Praecepta tradidit Philoſophus, nec ea omnino negligenda fore duxit OFFICIA, quae pariter *circa* LINGUAM *nos* ALIENAM *obſervare* conveniret. Quique, non eſſe curanda aliorum de nobis

„ *quequaque duro eſſe & aſpero ingenio ; ſed ſaepenumero eos*
„ *quorundam peccatorum gratiam facere adoleſcentibus, ſibique*
„ *ipſis* SUAM ADOLESCENTIAM REVOCARE IN ME-
„ MORIAM.

Multorum quum facta ſenex & dicta recenſes,
Se pueris ut amant acta relata ſenes:
Fac tibi ſuccurrant, juvenis quae feceris ipſe.
Haec memorans linguam ſic cohibeto tuam.

Lorsque ton ſouvenir rappelle en ta vieilleſſe
Des faits, que tu veux raconter:
Penſe à ce que tu fis toi-même en ta jeuneſſe;
Et du bien & du mal tâche de profiter.

17.

ΜΗ ΜΕΛΕΤΩ͂ ΣΟΙ εἴ ΤΙΝΙ τὶς ΚΡΥΦᾷ ΚΟΙΝΟΛΟΓῆται· ΠΑ͂ς γὰρ ὑπαίτιος ὢν ʼΑΥΤΟΥ πέρι ΠΑΝΘʼ ΥΦΟΡΑται.

MERUIT tandem; ex parte ſibi, hic noſter Monachus adſtipulantem, ſi non verbis apertis, at exemplo, Scaligerum, quem etiam, ſemel aut iterum, verbis, aliquando ſubſcribentem Planudeanis videbimus.

CONSCIUS uſurpatur hic in malam partem: Terentius contra in bonam adhibet, Eun. Act. I. Sc. II. v. 119. *Ego pol, quae mihi ſum* conſcia, *hoc certo ſcio, neque me finxiſſe falſi quidquam, neque meo cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria.*

WACHIUS.

bis in publicum prolata dicteria, ex illo Epicteteae morum ſapientiae principio, quod illa eſſent ἀλλότρια nobis, neque noſtri ipſorum res arbitrii, Lib. III. Diſt. III. deducit adſtruitque verbis, numquam nimis frequenter repetendis:

Quum recte vivas, ne cures verba malorum:
Arbitrii non eſt noſtri, *quid quiſque loquatur.*

Is facile, neque curanda eſſe, quae alii nobis reticeant, clam.

clamque a nobis teneant verba, ex eodem fonte, & argumentandi modo, quem *a majori ad minus* Rhetores vocant, derivabit. Nam ut recte Poëta:

Quod latet ignotum eſt: ignoti nulla cupido

aut eſſe deberet, aut ad eum pertineret *Curioſitatis abuſum*, de quo, hos ante annos viginti *, in Ludoviciana Cattorum Academia, quum publicam Philoſophiae Profeſſoris, in eadem, auſpicaremur provinciam, verba tum fecimus. Ceterum bella reſultat ex comparatione binorum illorum Noſtri Diſtichorum oppoſitio: Qui recte ſibi conſcius eſt, neque publica is aliorum de ſe male dicta, ut rem a ſe alienam, curabit; Qui contra male ſibi ipſe conſcius, is &, quae alii preſſa voce loquuntur, ea ut maxime aliena, in ſe dicta putabit, &, ut Phaedrus ait, *rapiet ad ſe, quod erit commune omnium* & *ſtulte nudabit animi conſcientiam.* Quae, cum pluribus aliis, huc pertinentibus, vid. ſupr. in floſcul. poëtic. quibus hic & philoſophicum adde Ciceronis effatum, Paradoxorum V. *Ex conſcientia peccatorum timor; quam eſt illa miſera, quam dura ſervitus?* Et illud alterum: *Magna vis eſt Conſcientiae, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil admiſerint, & poenam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint.*

* A. 1734.

XVIII.

Quum fueris felix, quae ſunt adverſa, caveto:
Non eodem curſu reſpondent ultima primis.

In rebus ſecundis ne quid accidat adverſi cavendum eſt. Solet enim fortuna ſaepius verti in diverſum, & laetis initiis addere triſtem exitum. Ergo cum res ſecundae ſunt maxime, tum maxime medicandum eſt, quo pacto adverſam fortunam feras. Ne ſi inexpectata venerit, & improviſum te oppreſſerit calamitas, ſuccumbas.

ERASMUS.

Quis non videt Eraſmum hic alluſiſſe ad illa Terentiana verba: *Omnes, quum ſecundae res ſunt maxime, tum maxime meditandum ſecum oportet, quo pacto adverſam aerumnam ferant.* Et tamen haec ipſa allegatio eum, in recentiore Editione, loco ſuo pepulit.

MI-

MIRUM tamen, adeo praevaluiſſe rationi conſuetudinem, hodie ut contra Decorum bonosque mores graviter impegiſſe videantur, aliis qui praeſentibus, ad evitandam ſuſpicionem quantumlibet ridiculam, ab antiquo illo capita conferendi more ſe non abſtineant. Id quod eo uſque etiam invaluit, ut, qui aliena reliquiſque ignota inter ſe lingua utuntur, hos vero omni illo tempore, quo adſunt alii, torquere ſe ſilentio neceſſe ſit, poenasque luere alienae aut inſcitiae, aut ſtolidae ſuſpicionis.

Ne cures, ſi quis tacito ſermone loquatur:
    Scire ſit occultum nulla cupido tibi.
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici,
    Vultque videri aliis conſcius eſſe ſibi.

Ne t'inquiete point, lorſque tu verras dire
Quelque choſe en ſecret à l'oreille d'autrui:
Celui, dont la conduite offre le plus à rire,
Croit toûjours qu'on parle de lui.

18.

Εὖ πράτ]ων σύ γε, καὶ τ'αναντία πάντα φυλάσσου·
ΟΥ γὰρ ΑΕΙ ΤΑγε ΛΟΙΣΘΙΑ ΤΟΙC προτέροισι ΣΥΝᾴδει.

PRIORIS verſus ne unum verbulum quidem, e poſteriore pauca in ſuis retinuit Scaliger. Quem his ipſum confer.

Non eodem curſu] Συνεκφώνησις; ut γραμματικῶν παῖδες loquuntur, nec Veteribus inuſitata. Virg. Lib. XII. Aeneid. v. 847.

Uno eodemque *tulit partu, paribusque revinxit*
Serpentum ſpiris, ventoſasque addidit alas.

Exempla bene multa vid. in libello Erythraei de lic. & diligent. Carm. Virgil. Editioni ejus praemiſſo, pag. 38. nec non in mantiſſa Lucretiana ex collectaneis Ob. Giſanii, Editioni Danielis Parei annexa. WACHIUS.

QUAM

QUAM INIQUUS, imo quam, ipſa praejudicatae opinionis ſuae iniquitate perverſus in judicando fuerit Boxhornius, vel ex eo pateret ſolo, quod auctori, gnomologo, ſaepius iteratam eorumdem fere monitorum, & ſaepiſſime tamen non plane eorumdem, Noſtro, tam acerbe objiciat repetitionem, ut non minore jure, quam *imberbis* ille Horatii *juvenis*, dici mereatur: MONITORIBUS ASPER. Verba ejus contra has, ut vult ille, Tautologias clamantis, in famoſa iſta Diſſertatione, ſunt, quae hic damus: *Fixum igitur*, (ſed quam male fixum!) *eſto*, *Chriſtianum hunc Auctorem fuiſſe. Reſtat, ut videamus, ſitne tam elegans, Latinum, accuratum, gnomologicum hoc opuſculum, ut volunt Eruditi. Dixi, tantum ab ea laude abeſſe, ut ad infima fere Barbarorum ſubſellia debeat damnari.* JUDICIUM ID MIHI EXTORSERE CONTINUA TAUTOLOGIA, *& tam dictionis, quam rerum & rationum, quae adducuntur, ineptiae.* TAUTOLOGIA *paſſim occurrit. Idem dicitur diſtichis XVIII. Lib. I. & XXVII. Lib. IV. Nec aliter ſe habent XXII. Lib. I. & IV. Lib. II. XXIV. Lib. I. & XVIII. Lib. II. Et quid opus eſt omnia ejusmodi exempla hic a me coacervari? Diligens lector ipſe per ſe obſervabit. Satis mihi eſt indicaſſe. Id interea adſeverare audeo, ex quatuor diſtichorum libellis, vix unum juſti numeri ſuperfuturum, ſi ſupervacuae omnes eorundem monitorum repetitiones tollerentur. Nempe mos hic poſterioris & inſulſi aevi ſcriptorum fuit, ut non tam rerum, quam verborum copiam oſtentarent.* Verum hoc eſt poſtremum: At Cato noſter non tam verbis abundat, quae ipſi nuda ſunt & ſimplicia & aliquando repetita, quoniam nullis ſeſe artis regulis nimium adſtrinxit, nec ullum in eloquio affectavit artificium; ſed ex abundante paterni animi, ut res ferebat, ita ſcripſit affectu: Ergo totum Boxhornii corruit ratiocinium. Quem, ſane, neque quid eſſet affectus, noſſe, & multo adhuc minus ejus ſenſum habuiſſe oportet; adeo ſtraminea, adeo exſucca atque arida ejus omnia ſunt argumenta. Repetitiones crebras, (*ſi magna licet contendere parvis*,) & ipſi verbis pariter ac rebus abundantiſſimo objecere Homero, genii Boxhorniano ſimiles & minorum gentium dii, illud Agamemnonis ſomnium, ter repetitum verbis iisdem, aliaque ejusdem tenoris, ſaepe crepantes: An propterea, cum Vulcano ſuo, *ad infima Barbarorum ſubſellia*

ſellia e coelo detruſus fuit Homerus? Dii facerent, clementiores in ſe, quam Criticos tales, expertus ut fuiſſet Philoſophos! Sed

Quid domini facerent, audent cum talia *ſervi*?

Homerum quidem abunde vindicarunt Gallica ejus interpres Anna Daceria & Anglus, ipſe Homerus alter, Alexander Popius; ſed Catonem noſtrum jam per integrum ſaeculum, & quod excurrit, indignum detinuit inter Barbaros exilium. Redeat in priſtinam aliquando, Muſis propitiis, dignitatem! Noſtrum jam eſt, nam alii ejus vindices id negotii fere integrum nobis reliquerunt, abſtergere ei ταυτολογίας labem, quae vel ſola, & *continua* quidem, ut ait, mitiſſimo nempe Boxhornio tam inclemens *extorſit Judicium*. Jam vero primum, ſi id peccatum eſt, pater ut eadem, pro re nata, ſuum ſaepius moneat filium; dabimus illud Cenſori, eum fuiſſe ſolum, reliquos inter *Eruditos*, quos notat ipſe, Sapientem. Sed paternum eſt & laudabile, monitis erga liberos in eam potius peccare partem, quae nimiae curae, quam quae nimiae negligentiae atque incuriae eſſe videatur. Id quod ſenſere &, ſine dubio, Eruditi reliqui, unum praeter hunc Catonis adverſarium, qui negligentiores mavult eſſe Parentes, ne frequentioribus ſuis monitis in TAUTOLOGIAE Crimen incurrentes, dirum ipſi *Judicium extorqueant*, Dictatori ſcil. cui providendum eſt, ne quid reſpublica detrimenti capiat. Quae enim major peſtis, patribus ταυτολόγοις, filios eadem tam crebro, imo *continue* monentibus? Vicerit ergo hic Boxhornius: nam, quod negari minime nequit, haec eadem mens inſedit Noſtro, inde a primo Diſticho, ad ultimum uſque, eadem, ad Virtutem ducentia, iterum iterumque & de novo rurſus monendi, inculcandi atque urgendi. Peccat igitur & admittit vere CONTINUUM TAUTOLOGIAE SOLOECISMUM. En tibi confitentem reum! Deinde vidimus ipſum ſupra Diſticho IX. non vulgari quadam providentia, ejusmodi inſultuum ictus jam praevertentem atque occupantem, contraque ea hoſtium praeviſa tela ſe ſuaque monita ita praemunientem ſufficere, ut noſtrae fere nihil amplius operae relictum in eo ſit. Denique igitur tantum perluſtremus paullo attentius ea, quae ipſe nobis Boxhornius, tam-

 quam

quam Tautologiae illius quaedam illuſtria exempla, indicat ac ſuppeditat, & de reliquis quidem uti ſuo diſpiciemus loco, ita bina illa prima & palmaria, quae accuſatorem nimium offenderunt, jam ſub aequitatis examen vocabimus, interque ſe, quod *confrontationem* vocant Juris adſeclae, exacte comparabimus. Quorum alterum hoc praeſens noſtrum eſt, alterum e IV. Libro petitum, ejusque nobis Diſtich. XXVI. (nam a Praefatione numerum inchoabat Boxhornius, quare ipſi eſt XXVII.) Quibus, ut ſumus & in inimicum liberales, tertium noſtra ſponte adjungemus ipſi, ejusdem criminis reum, omiſſum aut neglectum ab adverſario, XXV. ſcilicet Libri II.

Ecce jam vobis ternos horrendae illius, ταυτολογίας ſub inſignibus, factae conſpirationis ſatellites:

I. *Quum fueris felix, quae ſunt adverſa, caveto:*
Non eodem curſu reſpondent ultima primis.

II. *Rebus in adverſis animum ſubmittere noli;*
Spem retine: Spes una hominem nec morte relinquit.

Ergo, ſubductis probe rationibus:

III. *Tranquillis in rebus, iis adverſa timeto.* Quod erat I.
Rebus in adverſis, melius ſperare memento. Quod erat II.

Quis vero, praeter unicum in Orbe Boxhornium, haec tria vocabit eadem, aut ejusdem argumenti Diſticha? Jam enim I. non eſt II. ſed ſunt ea ſibi prorſus atque ita contraria, ut dies & nox, lux & tenebrae. Illud in proſperitate monet cavendum eſſe, & Croeſo alicui aut Polycrati dicitur, auditu valde durum, horridum, averſandum. Alterum, in calamitate, laetum ſane nuncium, apportat ſpem, Iro alicui, aut ſi quis inter homines alius ſit infortunatiſſimus: Eſtque jucundiſſimum auditu, ut quod plenum conſolatione. Quae ſibi nam forent umquam magis oppoſita? Haec, ut contraria illa, juxta ſe poſita, eo facilius eluceſcant in III., ſingula ſeorſum antea poſita quae erant, quibusque inter ſe nihil eſſet commune, ſibi invicem, propius adponendo, pulcre opponuntur. Iſta ut efficiatur oppoſitio, aliquid certe in III. conveniat *Primo*, ſed & aliquid ſimiliter *Secundo*, neceſſe eſt. In quantum porro illi convenit, non tautologicum huic eſſe poterit, quoniam utraque ſibi contraria: Et ſic vice inverſa. Sed dimidium tan-

tantum huius alterutri illorum, aliqua ſaltem ratione, convenit; multo diverſum tamen quum ſit alterum: Neutri ergo illorum examuſſim convenit, quippe quae toties jam animadvertimus eſſe contraria. Ubi quaeſo demum eſt illa TAUTOLOGIAE Umbra, tam ferociter antea objectae? Quamcumque vero accuſet partem hoc crimine Adverſarius; nos ei opponemus alteram, quae, tantum abeſt ut ſit *Tautologia*, ut etiam Contrarium ſit alterius.

ABI nunc Boxhorni, nam & interire in ſcriptis adhuc tuis potes, &, ſi merito tuo plectendus es, debes, qui digniorem te multo ſcriptorem tam indignis modis proſcindere, fruſtra quidem, adlaboraveris. Abi, inquam, & antea quam, ut iniqui ſolent judices, ſententiam *tibi* porro *extorqueri* ſinas, judicanda melius inſpice, compara, cauſſam cognoſce, examina, vel, ut Noſter tibi ipſe *breviſſimam*, pro ſententia tua, repoſuit *ſententiam*: AEQUUM JUDICA.

QUOD reliquum eſt, non injucundum fuerit, floſculos a nobis excerptos legentibus poëticos, interque ſe invicem comparantibus ſparſos ad utrumque horum Diſtichorum, quae *Tautologiae* ipſe accuſabat adverſarius, videre atque obſervare, ut optimus quiſque Poëtarum latinorum, eumdem, ſecundum Boxhornium, in eodem hoc argumento, erraverit errorem: qui omnes propterea, ſed cum primis Seneca & Horatius, noſtro Catoni comites, *ad infima* erunt *Barbarorum* ablegandi *ſubſellia*, ut ex omnibus demum aurei Latinitatis aevi monumentis ſola nobis ſuperſutura ſint oracula Boxhorniana.

Quum fueris felix, quae ſunt adverſa caveto:
  Omnia ut Orbis enim, ſic quoque fata rotant.
Non eodem curſu reſpondent ultima primis;
  In reditu, egreſſis non eademque via eſt.

Quand pour toi la fortune eſt la plus liberale,
Redoute en ſes faveurs quelque revers fatal.
Elle change ſouvent, & ſa courſe inégale,
Commençant bien, peut finir mal.

XIX.

Quum dubia & fragilis ſit nobis vita tributa;
In mortem alterius ſpem tu tibi ponere noli.

LEGENDUM eſt hoc haeredipetis, & qui teſtamentis inhiant. Fit enim ſaepenumero, ut, qui mortem alterius expectabat, prior ipſe moriatur, etiam ſi junior aut robuſtior fuerit. Nam ipſa hominum vita fragilis & incerta res eſt, & quovis caſu abrumpitur.

ERASMUS.

PULCERRIME ſibi hoc opponuntur loco: *Vita* primum & *Mors*; tum *Spes*, quae dubia & in *Vita noſtra*, nedum in *aliorum morte* fallax. Itemque: *Nos* & *alter*; *nobis* & *tibi*. Denique iterum *alter* & *tu*., cum *tibi* eleganter admodum conjunctum.

DATA quos opera & in unum quaſi collata falſe nimis & mordaciter traducunt Satyricorum, Poëtarum dicam? an & Philoſophorum ſui generis principes, Horatius, Sermonum quidem Libro II. (*a*) Juvenalis (*b*) porro, ac Per-

(*a*) Horatii ſelectiſſima ſunt, plura inter alia, haec verba: L. II. Sat. V. v. 21.

——— ——— ——— Tu protinus, unde
Divitias, aerisque ruam, dic, Augur, acervos?
Dixi equidem, & dico: Captes aſtutus ubique
Teſtamenta ſenum: neu, ſi vafer unus & alter
Inſidiatorem praeroſo fugerit hamo,
Aut ſpem deponas, aut artem illuſus omittas.

(*b*) Juvenalis, Sat. V. v. 97.

Inſtruit ergo focum provincia: ſumitur illinc
Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.
Virroni muraena datur, quae maxima venit Gurgite de Siculo.

Et, v. 132.

Quadringenta tibi ſi quis Deus, aut ſimilis Diis,
Et melior fatis donaret, homuncio quantus
Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus!
Da Trebio. Pone ad Trebium. Vis, Frater, ab ipſis
Ilibus? O nummi, vobis hunc praeſtat honorem,
Vos eſtis fratres: dominus tamen, & domini rex
Si vis tu fieri, nullus tibi parvulus aula
Luſerit Aeneas, nec filia, dulcior illo.
Jucundum & charum ſterilis facit uxor amicum.

Conf.

19.

'Αμφιβόλου τε ΚΑΙ ἀδρανέος ΒΙΟυ ἄμμι δοθέντος,
Εἰν ἑτέρου θανάτῳ ΜΗ ΕΛΠΙΔΑ σὴν ποτὲ θείης.

IN HOC graece vertendo Diſticho nihil utrique Interpreti inter ſe fere commune eſt, praeter neceſſaria illa VITAE & SPEI nomina. Superior ſine controverſia Scaliger, dormit Juno.

IN MORTE *alterius.*] Citat Salesber. Epiſt. CLXXI. pag. 276. Confer cum Diſticho XIV. Lib. IV.

DAUMIUS.

Erasmo, ut ſolet, ad rem ipſam tendenti, ſubſtituerunt quidam mera grammatica, eaque de unica vocula: IN. Hi ſunt homines, qui meliora ſapiunt & Erasmis, quibus & ſtultus eſt, perſonatus ille *μωρίας* Encomiaſtes.

Perſius, (*c*) & hic, & iſte, & ille, Satyrarum quiſque ſuarum quinta, Captatores nempe, ditiſſimi cujuſque hereditatem ac legata ambientes, eamque ſolam ob rem ſenes, ſed orbos tantum atque locupletes, ſectari ſolitos, ſibique

Conf. & Baylium, in Domitio Afro, haec ultima verba citantem, uti & Plinii, ex Epiſt. XVIII. Lib VIII. *Alii laudibus ferunt, quod ſit fruſtratus improbas ſpes hominum, quos ſic decipere, pro moribus temporum, prudentia eſt.*

(*c*) Perſii, Sat. V. v. 75.

——— Heu ſteriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit. Hic Dama eſt non treſſis agaſo,
Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax:
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama. papae! Marco ſpondente, recuſas
Credere tu nummos? Marco ſub judice palles?
Marcus dixit: ita eſt. Adſigna, Marce, tabellas,
Haec mera libertas, hoc nobis pilea donant.

Adde & Martialis: Lib. IV. Epigr. LVI.

Munera quod ſenibus viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem.
Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius uno,
Qui potes inſidias dona vocare tuas.
Sic avidis fallax indulget piſcibus hamus:
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras. &c.

que hos conciliare, ſimulato obſequio, devincire ac delinire, inſidioſis munuſculis, adſuetos, eos, ſive, nequitiarum ut vocat Arbiter, Petronius (*d*): *turbam heredipetarum*; nam & hic eam graphice depinxit, & in orcum uſque Sarcaſmis ſuis proſecutus eſt Lucianus (*e*), deorum ille hominumque & vitiorum pariter ac virtutum, ſui ipſe impotens, deriſor; eos, inquam, ſervata melius gravitate muneriſque ſui & officii dignitate, noſter hic Philoſophus, idem Pater, brevibus quidem, ſed ſummam rei complectentibus verbis, aut forte abſolventibus, ita perſtringit, ut non tam ridiculos reddat, quam, ſi fieri poſſit, meliores; atque id ſi nequeat, alios ut, ſuumque in primis filium, a perverſis perditiſque eorum moribus abſterreat. In eo, ut videtur, propoſito magni veſtigia premens Marci Tullii, qui, in Paradoxorum ſuorum quinto: ὅτι σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι, ſive: *Quod ſapientes liberi, & ſtulti ſervi*, hoc ipſum argumentum graviter tangit: *An eorum ſervitus*, ait, *dubia eſt, qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duriſſimae ſervitutis?* Hereditatis Spes *quid iniquitatis in ſerviendo non ſuſcipit, quem nutum locupletis, orbi, ſenis, non obſervat? Loquitur ad voluntatem: quidquid nuntiatum ſit, facit. Aſſentatur, aſſidet, miratur. Quid horum eſt liberi? Quid denique non ſervi inertis?* Haec ille, ad optima quaeque & praeſtantiſſima Stoicorum placita. Noſter, ut qui, ad Epicteti praeſcriptum, in melius & ipſam refingentis Stoicorum ſectam, nihil nobis vult quaeri extra nos, ſereno placidoque nobis vultu ob oculos ponit rerum omnium humanarum inſtabilitatem fragilitatemque, quae nihil certi cuiquam in vita ſua, nedum ut alterius in morte, promittere permittat. Ea Veſania potius, quam Spes, & in Evangelica ex-

(*d*) Petronius, in deſcriptione Crotoniatarum, ſub ingreſſum eorum urbis, nec non Satyrici ſub finem ſui: *Matrona*, inquiens, *inter primas honeſta, Philomela nomine, quae multas ſaepe hereditates officio aetatis extorſerat, tum anus & floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis ſenibus, & per hanc ſucceſſionem artem ſuam perſeverabat extendere. Ea ergo ad Eumolpum venit, & commendare liberos ſuos ejus prudentiae, bonitatique credere ſe & vota ſua.*

(*e*) Lucianus paſſim, & in Timone ſuo, ſpe fruſtratos fundere querelas fingit heredipetas. Οἷος αὐτοὺς ὁ θύννος ἐκ μυχοῦ τῆς σαγήνης διέφυγεν. *Qualis quantusque thynnus e retibus cratibusque ipſorum enataſſet*, &c. Edit. Salmur. p. 73. C. Tom. I.

exploditur doctrina : Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔςαι; Luc. XII. 20. & male ſedulam illam captatorum patientiam foediſſimamque humilitatem acriter quoque perſtringunt Tertullianus, lib. de Patientia, ac Hieronymus, Epiſt. ad Nepotianum, de Inſtitutione Clericorum: *namque hos ipſos*, monente Fabro, qui & adlegat utrumque, *ſcabies iſta jam tum infeſtabat.* Quid hodie demum uterque dicturus?

Quum dubia & fragilis ſit nobis vita tributa, &
Hora ferat ſecum proxima, poſſe mori:
In mortem alterius ſpem tu tibi ponere noli;
Qui tibi defuncto forte ſuperſtes erit.

La Vie étant fragile & peu ſûre à tout âge,
Quelque bonne ſanté dont tu puiſſes jouir,
Ne compte point ſur l'héritage,
Qu'à la mort d'un parent tu pourrois obtenir.

HERE DIPE TAE.

XX.

Exiguum munus quum dat tibi pauper amicus,
Accipito placide, plene & laudare memento.

MUNERA ſunt aeſtimanda, non ſuo pretio, ſed animo donantis. Ita legimus, ſummos principes aquam manu cava hauſtam, & malum oblatum, ſumma cum alacritate, perinde ut maximum munus, accepiſſe. *Accipito placide*] alacri vultu, ut oſtendas tibi gratum eſſe. *Et plene*] id eſt, non maligne, ſed candide. Ut prae te feras, pro exiguo munere te multum debere.

ERASMUS.

ACCIPITO *placide, plene & laudare memento.*] Scribe: *plene at.* Placide cape, at plene lauda. Captavit alliterationem vocum. BARTHIUS. Ita Philiſtion, ſeu Philemon potius, in commiſſione cum Menandro:

Ἅπαν διδόμενον δῶρον, εἰ καὶ μικρὸν ᾖ,
Μέγιστόν ἐστι μετ᾽ εὐνοίας διδόμενον.

Quodcumque munus, quamlibet id exile ſit,
Animo benigno ſi datur, ſit maximum,

Interprete Rutgerſio. OPITIUS.

ALLUDIT hoc, quod vidimus ſupra Diſtichon, ad varia quaedam eaque pervetuſta Adagia, tum Graecis celebrata, tum Latinis, diverſis quidem verbis, idem fere dicentia, e quibus haec conflata veluti ſententia atque inſigni cum judicio compoſita eſſe videtur. Penes Lectorem ſit ea inter ſe comparandi cum poteſtate arbitrium, ut certe hoc noſtro Scriptore, maxima ex parte vetuſtiora, neque ipſi ut ignota fuiſſent, tam facile credenda.

Primum eſto illud:

ΞΕΝΙΩΝ ΔΕ ΤΕ ΘΥΜΟϹ ΑΡΙΣΤΟϹ.
MUNERUM AUTEM ET ANIMUS OPTIMUS.

Quod ita explanat in Chiliadibus Eraſmus, n. MDCIIII. *Hemiſtichion proverbiale, quo ſignificatur, in amicorum muneribus non eſſe ſpectandum rei miſſae precium, ſed mittentis potius animum, ut Xerxes ille aquam manibus hauſtam a ruſtico libenter accepit, & Chriſtus viduae nummulos omnibus divitum muneribus praetulit. Et quidam monet :* EXIGUUM MUNUS, A TENUI MISSUM AMICO, PERINDE UT MAXIMUM, BONI CONSULERE. *Plinius, in praefatione, diverſa*

ex-

20.

ΕΙ ΣΟΙ ΔΩΡα πένης ΦΙΛΟC ΕΥΤΕΛῆ ἐγγυαλίξοι,
ΔΕΧΝΥΣό τ' ἀσπασίως, κἀκείνῳ δὴ χάριν ἴσχειν.

Exiguum munus] Et hic quoque βαρβαρίζει. Δῶρον ἐγγυαλίξαι, ἀντὶ τοῦ δωρήσασθαι. Certe, ego poſſum donare librum Sempronio, & tradere Maevio, qui Sempronio ferat. Quantum differunt! Scaliger. Poſſum tamen & ipſe tradere ei, cui dono do. Neque tantum erit amplius diſcrimen.

Utitur hoc Diſticho Paulus Geraeander, Lib. III. Epiſtolarum Eobani Heſſi, a Camerario editarum (Litt.) O. (Fol.) 8. (col.) b.

Daumius.

Si in primo parum Graecus, in ſecundo, ſane, Diſtichi verſu frigidiſſimus eſt Planudes.

extulit metaphora. Verum & Diis lacte ruſtici multaeque gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura. Quin hodieque tritiſſimum eſt, ut qui munus aliquod offerant, animum jubeant ſpectari, non rem. Refertur adagium a Phornuto, in opere de natura Deorum.

II. eſt illud Homeri: (Odyſſ. Z.)

ΔΟΣΙC Δ' ΟΛΙΓΗ ΤΕ, ΦΙΛΗ ΤΕ.

EXIGUUM MUNUS, GRATUM TAMEN.

Citabimus illud, eodem docente Interprete, n. MMDCCCLXV. *cum munus indicabimus, precio quidem perpuſillum, ſed tamen accipienti pro tempore gratiſſimum: veluti ſi quis panem porrigat de vita periclitanti:* Munus exiguum, dicendo, Sed opportunum. Aut ſi mavis verſui incluſum:

Muneribus parvis gratia major ineſt.

III. ΔΩΡΟΝ Δ' Ο, ΤΙ ΔΩι ΤΙC, ΕΠΑΙΝΕΙ.

DONUM, QUODCUMQUE DAT ALIQUIS, PROBA.

ſive: *Donum quodcumque probato*, & quod ait hic noſter: PLE-

NE LAUDARE MEMENTO. Quocum inchoat quarta Chilias Eraſm. *Proverbium* & hoc *admonet*, *boni conſulendum eſſe munus*, *aut officium*, *conſiliumve*, *quod offertur ab amico. Unde natum ſit*, *indicat Strabo Geographus*, *Lib. VI. Cum Achivi* (Troja reduces) *juſſi eſſent oraculo Crotonem condere*, *miſſus eſt Myſcellus quidam*, *qui civitatis futurum locum conſideraret. Is*, *cum jam Sybarin aedificatam cerneret*, *videreturque is locus magis idoneus*, *repetiit oraculum*, *conſuluitque deum*, *num fas eſſet*, *hanc pro illa condere. Numen ad hunc modum reſpondit:*

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο ματεύων,
Κλάσματα θηρεύεις· ὀρθὸν δ' ὅτι δῷ 'τις ἐπαίνει.

Eos verſus interpres vertit in hunc modum:

Terga brevis Myſcelle, tuo de pectore mitte
Cetera perquirens fruſtra, venaris iniqua.
At rectum QUODCUMQUE DATUR, TU LAUDE PROBATO.

Extat idem in Collectaneis adagiorum, *ſed multo depravatiſſimum. Quamquam ex vocum veluti ruinis hujusmodi lectio colligi poterit:*

Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων
Οὔδαλα θηρέυεις. ΔΩΡΟΝ Δ'Ο, ΤΙ ΔΩι ΤΙϹ ΕΠΑΙΝΕΙ.

Diverſa inquirens a numine, MYSCELE gibber,
Captas frivola, QUOD DATUR, AEQUI CONSULE DONUM.

IV. iterum Homericum: (Odyſſ. Σ.)
ΟΥ ΓΑΡ ΚΑΛΟΝ ΑΝΗΝΑΣΘΑΙ ΔΟΣΙΝ ΕΣΤΙΝ.
DONUM REIICERE HAUDQUAQUAM DECET. vel:

Nihil recuſandum quod donatur. Eraſm. MMDCCCCXVII. ita applicandum docet: *Conveniet*, inquit, *ſi quando dices*, *nullum eſſe recuſandum munus*, *quodcumque offertur*, *aut arripiendam eſſe*, *quoties obtigerit alicujus occaſio commoditatis.* Id quod dicit noſter verbis: ACCIPITO PLACIDE.

V. *Solemnis eſt*, eodem teſte MMDCCCXLI. *multisque locis iteratus verſiculus hic* ejusdem Poëtae:

ΟΙ Δ'ΕΠ'ΟΝΕΙΑΘ'ΕΤΟΙΜΑ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΑ ΧΕΙΡΑϹ ΙΑΛΛΟΝ.
QUISQUE SIBI ADPOSITIS, SI QUID FORET UTILE, PROMPTAS

AD-

ADMOVERE MANUS. Ex quo deducitur illud: *Arripienda, quae offeruntur.* Sed Eraſmus ipſe non niſi in malam trahit partem.

VI. Ceterum in *Amicum pauperem* & hoc Plautinum quadrat:

UBI AMICI, IBI OPES. Eraſm. MCCXXII.

Plautus in Truculento. Verum eſt verbum quod memoratur: Ubi amici ibidem & opes. *Citatur & a Fabio proverbii vice, libro oratoriarum inſtitutionum quinto. Senſus eſt:* Potiores eſſe amicos, quam pecuniam, *& ad vitae praeſidium plus habere momenti*, amicos citra pecuniam, quam abſque amicis opes. *Unde & apud Scythas, autore Luciano, is habetur ditiſſimus, qui certiſſimos & optimos amicos poſſideat. Verum ſi quis ad hujus ſaeculi mores reſpiciat, adagium invertendum exiſtimabit:*

UBI OPES, IBI AMICI. Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

VII. Denique aliquis & iſtud huc facile adcommodet: MMDCCCCXIV. PAUPER, SED INGENIOSUS. *In hominem tenui cultu*, ait Interpres, *ſed egregio tamen corpore, quadrabit illud, ex Odyſſeae Σ.*

ΟΙΗΝ ΕΚ ΡΑΚΕΩΝ Ο ΓΕΡΩΝ ΕΠΙΓΟΥΝΙΔΑ ΦΑΙΝΕΙ.

QUOS PROFERT SENIOR PANNIS E VILIBUS ARMOS!

Dictum eſt de Ulyſſe certaturo cum Iro. Quod ipſum & certamen, Sapientiae cum egeſtate conflictum, allegorico quodam modo, poterit repraeſentare: Quem in ſenſum etiam conſpirabit tritiſſimum illud: *Ut ſaepe ſumma ingenia in occulto latent!*

OMNIA quidem illa cum ingenio eſſe dicta quis negabit? Sed reliqua omnia, de hoc argumento, ſapienter dicta longe ſuperat illud divinorum vatum poëtarumque regis, Davidis, Pſ. XLI. 2. ubi non, ut reliqui, pauperibus tantum adtribuit, ſed eorum vult eſſe ingenium, quibus cum tenuibus vivendum amicis eſt, dicendo:

אשרי משכיל אל דל

H. e. *Quater beatus ille, qui cum Paupere Verſabitur ingenioſe.*

BEATUS, QUI PRUDENTER AGIT ERGA INOPEM ET EGENUM, eo ſcilicet modo, imo variis iis diverſisque,

que, neque id ſine artificio, rationibus efficiendo, ut ille non ſolum propriam minus ſentiat egeſtatem, ſed neque ſe pro paupere aut indigente haberi aeſtimarique. Ejus igitur tam generoſae tamque ſublimis aliquid charitatis in animo habuiſſe & Cato noſter videtur, in eo mirum in modum concordans cum Terentii illo, tenuium infirmorumque potentiore amico ac patrono, Hegione, ſui prorſus ſimilem ita alloquente Micionem, Adelph. Act. IV. Scen. III. v. 13.

Egomet narrabo, quae mihi dixti, pauperculis. M. *imo ego*
ibo. H. bene facis.
Omnes, quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt, neſcio
quo modo,
Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.
Quapropter te ipſum purgare ipſi coram, placabilius eſt.

Memento, quae vox ſola reſtabat, & hîc eamdem gratiam habet atque ἐνέργειαν, quam ſupra, Diſt. XV. *Gratiam*, ait

XXI.

Infantem nudum quum te Natura crearit,
Paupertatis onus patienter ferre memento.

Cum natura nudos produxerit, ſatis intelligere poſſumus, divitias alienas eſſe, neque ſecundum hominis naturam. Si membrum perdis, eſt fortaſſe quod doleas: aliquid tui deceſſit. Sin opes auferuntur aut non contingunt, noli valde cruciari. Siquidem in his, quae vere ſunt hominis, nihilo plus habent reges, quam tu pauper. Vis ſcire, quid vere tuum ſit; cogita, quid habueris, cum naſcereris.

Erasmus.

Prius Diſtichi membrum originem ſuam & ortum paganismo debere, hoc certe contra Boxhorn. dicere non vereor. Quod probo verbis Ciceron. in Paradox. I. Cap. IV. *Tu, cum tibi ſive Deus, ſive Mater, ut ita dicam, rerum omnium*, Natura, *dederit animum, quo nihil eſt praeſtantius, neque divinius: Sic te ipſe abjicies atque proſternes, ut nihil inter te atque quadrupedem aliquem putes intereſſe?* Id. Caton. Maj. Cap. II. *In hoc ſumus ſapientes, quod* Naturam *optimam ducem, tanquam Deum ſequimur.*

Arntzen.

Inſ

ait Cicero, *& qui refert, habet; & qui habet, refert.* Dixerim paene contra:

Gratia, pro meritis, quam rara refertur habendo!
Et referunt, nec habent: Quique habet, ille refert.

Quo in Aenigmate ſubſiſtam: Et jam in nimiae fere molis menſuram hoc video adcreviſſe Diſtichon, quod, ut moris eſt noſtri, ecce tibi redit hîc in Tetraſtichis:

Exiguum munus quum dat tibi pauper amicus,
Si ſibi ſint, monſtrans pluraque velle dare:
Accipito placide, plene & laudare memento,
Ut, ſi, quae vellet, cuncta dediſſet amor.

Le préſent, qu'un ami t'offre en ſon indigence,
Quelque petit qu'il ſoit, reçois-le avec bonté;
Et, pour premier effet de ta reconnoiſſance,
Vante ſa liberalité.

21.

ΓΥΜΝΟΝ ἐπεί ΣΕ ΦΥΣΙΣ μήτηρ ΒΡΕΦΟΣ ἔπλασεν, ὦ 'τὰν
Μνώεό μοι πενίης κρατερώτατα φόρτον ἀείρειν.

INFANTEM *nudum*] Nihil laudabile in Planudeanis. Rurſus βαρβαρίζει, quum φέρτον ἀείρειν, quod eſt onus tollere, ponit pro tolerare, quae eſt ἀνυπόφορα non ferenda. Diſcrimen Tollendi & Tolerandi pulcre nos docet Heſiodus in verbis φέρειν καὶ ἀείρειν.

HOC UNUM certe laudandum in Planudaeo Diſticho, quod Latinum MEMENTO, neglectum a Scaligero, graece expreſſerit: ut quod & hoc loco minime otioſum eſſe cenſendum eſt. Cum totius Sententiae hoc ſit quaſi palmarium, Conditionis noſtrae, in qua nati ſimus, aſſidua RECORDATIO.

——— ——— ——— κεύθειν μὲν ἀείρει
Ῥεῖα μάλ᾽, ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ᾽ ἀποθέσθαι.

SCALIGER.

ΓΥ-

ΓΥΜΝΟϹ ΩϹ ΕΚ ΜΗΤΡΟϹ. NUDUS UT EX MATRE. *Proverbialis*, inquit Eraſmus, Proverbior. MDCCXLIIII. *Hyperbole* eſt, *de vehementer paupere. Nudiſſimi enim naſcimur, ac ne pilis quidem tecti, nedum veſtibus, quod non item in caeteris animantibus accidit.* Ergo ſi alius omnis paupertatis ſtatus ſit hyperbolicus, ubi ejus paupertatis nomen & deſcriptionem affectat, in qua nati ſumus omnes, hanc neceſſario extremam eſſe oportet. Hanc itaque in quacumque egeſtatis conditione conſtitutis ob oculos ponit Auctor, ut omnem aliam levem & facilius perferendam aeſtiment, prae illa ipſa, quam primum naſcentes adierint, omnium rerum indigentia.

Cl. Cannegieterus, Cap. Reſcriptorum VIII. in iis pergens, quae de UNO Paganorum Philoſophorum DEO erudite ſatis diſputaverat, a nobis etiam jam ſupra ad Diſtichon II. ex parte citatis: *Stoici*, inquit, *hunc* NATURAM *nominabant*, *quo nomine etiam noſter deſignat*, provocando ad hoc praeſens Diſtichon. Quibus deinde addit: „ Ex qua re, ut & ex indiciis aliis quam plurimis, ſuſpicamur, Catonem hunc a Stoica ſecta non alienum fuiſſe, „ *quae aevo ejus prae ceteris excolebatur*, vide Voſſium, de „ Philoſophorum ſectis, Cap. XIX. Convenienter itaque „ vitae ſuae, & diſciplinae, quam profitebatur Dionyſius, „ *unum* ſemper *Deum* appellat: quod inſtitutum tenuit „ etiam Antoninus Imperator, in aureo de ſe libello, nec „ raro infeſtiſſimus Chriſtiano nomini hoſtis Symmachus, „ de quo Juretus in Miſcellan. Lib. V. Epiſt. XIII. Taedet in hoc genere plura proferre; & tamen devoranda „ taedia, quae Boxhornii iniquitas imperat. Nam quid „ notum perſpectumque magis hominibus, non plane imperitis, quam Deum animum mentemque dici Philoſophis, & praecipue Stoicis? Et tamen cum hos, ut ſolet, ſecutus Cato idem dicat, Boxhornio inde Chriſtianus eſt deprehenſus. Opportune deinde provocat ad Lactantii de ea re teſtimonium, divin. Inſtit. Lib. I. Cap. V. ad Ciceron. Lib. I. Cap. XII. de nat. deor. ad Lipſium, de Philoſoph. Stoica, L. itid. I. Cap. IX. Ad Stobaeum porro, qui Poſidonium jam ſcripſiſſe tradat: *Θεὸς εἶναι πνεῦμα διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου. Deum eſſe* SPIRITUM PERMEANTEM *per totum mundum*: Ad Tertullianum, quae de Cleanthe habet

bet Philoſopho, in Apologet. Cap. XXI. ad Virgilii denique verſus, in notis ad Diſt. I. jam citatos Opitio, quibus congruat Manilius, Lib. II.

———— ———— Cum Spiritus unus
Per cunctas habitat partes, atque irrigat orbem.

Quamque ſententiam Pythagorae adſcribant Quinctilianus, Inſtitut. oratoriar. Lib. VII. Cap. III. Lactantius de Ira, Cap. II. & Salvianus de Gubernatione Dei.

Iterum ad hoc ipſum recurrit Diſtichon, ſub finem Cap. XXII. Reſcriptor. Ubi conjunguntur nonnulla Diſticha, ab aliis praeterita, quae Ethnicum fuiſſe noſtrum, contra Boxhornium evincunt. „ Paganitatem etiam, in„ quit, & Scholam redolet Stoicam illud: *Infantem nudum* „ *cum te* Natura *crearit.* Cui adde porro Lib. II. Diſt. IX. „ *Conſilio pollet, cui vim* Natura *negavit.* Naturam hic „ Deum accipe ex Stoicorum ſententia, de qua vide Se„ necam, de Beneficiis Lib. IV. Cap. VIII. Abhorret ea a „ Philoſophia Chriſtiana, quare illam omni opum vi op„ pugnat Lactantius divin. Inſtitt. Lib. II. Cap. VIII. Lib. „ III. Cap. XXVII. XXVIII. & Lib. VI. Cap. XV.

Denique noviſſimo illo Cap. XXXIII. quod nuperae Catonis editioni Arntzenianae ab integro acceſſit, haec huc pertinentia de novo viſum erat adjungere ante dictis nobiliſſimo Reſcriptorum Auctori: „ Lib. I. Diſt. XXI. *In*„ *fantem nudum* &c. Serenus Samonicus de Medicina, pag. „ 34. ubi de infantibus dentientibus:

„ *Nudum hominem primum mater Natura profudit.*

„ Nequaquam in eo verſu negligendam puto codicum ve„ tuſtorum lectionem, quos conſuluit Rob. Keuchenius:

„ *Nudum hominem* mundi mater *Natura profudit.*

„ Dictum hoc vulgare & gentium commune fuit. Jobus „ Cap. I. vs. 21. *Nudus egreſſus ſum de utero matris meae, nu*„ *dus etiam illo revertar. Dominus dederat & Dominus abſtu*„ *lit, laudetur nomen Domini.* Eccleſiaſtes, Cap. V. v. 14. „ *Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuae, ſic revertetur* „ *& nihil auferet ſecum de labore ſuo.* Mitto alia divinorum „ Scriptorum loca. Soliti nonnulli trita in populo verba

„ addere

„ addere cippis ſepulcralibus, in quibus etiam hoc apud „ Gudium Inſcript. pag. 317. n. 9.

VOS EGO NUNC MONEO
SEMPER QUI VIVITIS
AVARE NUDUS NATUR
FUERAS A MATRE
CREATUS NULLUS ERIS
OBITIS GRATIA NULLA
DATUR.

„ Graecis in ore fuit: γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός. *Nudus tamquam* „ *ex matre.* —— Recenſuit Eraſm. pag. 562. (ut ſupra vi- „ dimus.) Hoc propterea addidi, quod Celeb. Withofius „ Sereno Samonico ex illo verſu, quem dixi, Catonis „ Diſticha vindicat. Illud certe ei argumentum palmarium „ eſt, quod nequaquam perſuadet. Atque haec hactenus Cl. Cannegieterus: Sed pagina jungat Amicos.

TANDEM enim & aliquando noviſſimus horum Diſtichorum Editor, Cl. Arntzenius aliquid, quod proprie ad mentem faciat interioraque ſententiae, huc confert. Ita namque ſubjungit iis ipſe, quae in notis ſupra dederat: „ Et „ ad mentem Diſtichi ait Plin. Prooem. Lib. VII. Hiſt. „ Nat. *Hominem tantum* nudum *& in* nuda *humo natali die* „ *abjicit ad ploratum* &c. Et deinde de *Paupertate* tamquam *onere*: „ *Paupertatis onus* graviſſimum eſſe, teſtatur ille, „ qui ſcripſit: Οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον. *Onus pau-* „ *pertatis* autem non ſine elegantia dixit. Sic Terent. Phor- „ mion. Act. I. Sc. II. v. 44. Paupertas *mihi* onus *viſum eſt* „ *& miſerum & grave.* Ubi vid. quae notantur. Adde Cice- „ ron. Tuſcul. Lib. III. Cap. LVI. *Ut de* paupertate *non-* „ *numquam, cujus* onus, *diſputando levamus, docentes, quam* „ *parva & quam pauca ſint, quae natura deſideret.* —— Per „ *paupertatem* vero non tantum h. l. mediocrem fortunam, „ ut praecedenti Diſticho, ſed etiam egeſtatem intelli- „ gendam exiſtimo; non ſolum etenim *paupertatem*, ſed & „ *onus paupertatis*, quod τῷ *nudus* in altero verſu reſpondet, „ patienter ferendum docet. Quo ſenſu *onus* & *miſeriam* „ conjungit Saluſtius, Catil. Cap. X. §. 2". Sed ibi quidem in hujus contrario. Haec vero probe immo rectiſſime ſunt notata, & ſi reliqua eodem modo omnia; tum forte nemi-

nem

nem praeteriti teneret deſiderium Erasmi. Alias autem, ut eſt in quodam hujus Epitaphio: *Invida Fatorum* &c. ſic quaedam Parodia canitur:

Invida Doctorum ſeries expunxit *Eraſmum*;
Sed DESIDERIUM tollere non potuit.

Ceterum de Doctoribus & ſerioris aevi, qui Naturae viribus omnia tribuerint, verba, partim ex Gabriele Naudaeo deſumta, Baylii legi merentur, ſub fin. Articuli: Alchindus, (Vol. I. p. 136. nov. Edit.) de quo ſqq. ſcribit: *Son deſſein n'a été autre, que de rapporter à la Nature tout ce que l'on attribuë aux Anges bons ou mauvais; c'eſt ce qu'ont fait, depuis lui, Pierre d'Apono & Pomponace. Ces gens-là, pour trouver leur compte, ſuppoſent que les choſes ſublunaires dépendent entierement des Cieux, & qu'elles reçoivent toutes leurs proprietés les unes des autres, & que chacune les reçoit du total, par le moïen de certains raïons corporels, qui, paſſant des plus petites juſques aux plus grandes, ſont la cauſe, à ce qu'ils diſent, de tout ce qui ſe fait dans la nature.* Nonne haec pulcra eſt Demonſtratio Naturae, ut quidam eam vocant, ſive *naturantis*, ſive *naturatae*? *Faciunt*, *nae*, ut ait Terentius, in Andriae Prol. v. 17. *intelligendo, ut nihil intelligant.*

Infantem nudum quum te Natura creârit;
Ipſa ſtatum voluit pauperis eſſe tuum.
Paupertatis onus patienter ferre memento:
Quae, ſi vel nolis, jure ferenda tibi eſt.

Tu vois, que la nature, au jour de ta naiſſance,
T'a mis au monde pauvre & dans la nudité;
Souffre donc ſans impatience
Les rigueurs de la pauvreté.

XXII.

Ne timeas illam, quae vitae eſt ultima finis:
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipſum.

QUI MORTEM timet, non ſolum non effugit mortem, ſed inſuper hoc ipſum vitae, quod datur, perdit: Nam anxie vivere, non eſt vivere.

ERASMUS.

NE TIMEAS] Eadem prorſus mens Diſtichi IV. Lib. II. infra.

Quae vitae eſt ultima finis] Haec paganorum de morte ſententia erat, quo alludit Crinagoras, Anthol. cent. III. tit. Εἰς θάνατον καὶ εἰς θανόντας.

Μὴ εἴποις θάνατον βιοτῆς ὅρον. Ne dixeris mortem vitae finem. OPITIUS.

SECUNDUM hoc fecit Boxhornius ταυτολογίας, in Auctore noſtro, exemplum, ut ſupra vidimus, ad Diſt. XVIII. h. L. Cui ſequentia jam regeſſit Erudítiſſ. Reſcriptor. Cap. XXIII. „ Non viſum eſt mihi, inquiens, acrius hoc „ loco diſceptare, an Diſticha illa, notata ob tautologiam „ a Boxhornio, eo nomine ſint arguenda, & an ſententia „ eorum in omnibus partibus conveniat. Comperi nam„ que, multa, quae idem monere videbantur, ubi adcu„ ratius adſpexi, & ad membra ſingula vocesque cogitavi, „ haud exiguam habere diſcrepantiam. Unum exemplum „ adjiciam. Scribit Boxh. idem doceri Diſt. XXII. Libri I. „ (quod hoc noſtrum eſt) & XXII. Lib. IV.

Ne multum cures venturi tempora fati:
Non metuit mortem, qui ſcit contemnere vitam.

„ At vero ſi utriusque ſententiam majore diligentia explo„ raveris; intelliges, hoc doceri modum contemnendi „ mortem: illo vero exponi cauſſam, cur ea non me„ tuenda. Cauſſa autem eſt, quod metuens mortis id ip„ ſum perdit, quod vivat. Nam hac unica littera eſt ad„ juvanda ſententia, ut *vivat* legatur pro *vivit*. Longe „ fugit verus Diſtichi hujus ſenſus Boxhornium, imo in„ terpretes, quod ſcio, omnes. *Quod vivat* autem ſigni„ ficat, quod vivere poſſit. Vivere, non h. l. notat, ſpi„ ritum ducere, ſed jucunde vivere. Aerumnoſam enim „ vitam

22.

ΜΗ τρομέειν θάνατον, ΒΙΟτῆς ΠΕΡΑΣ ὕϛατον ὄντα·
ΟΣ γὰρ τόν δε ΔΕΔΟΙΚΕ, ΚΑΙ Ο ΖΗι πᾶν ΑΠΟΒΑΛΛΕΙ.

Uterque Verſus hic omni reprehenſione vacat; id quod etiam ipſa imitatione ſua tacite comprobatum dedit Scaliger.

Finis Catoni noſtro genere foemineo uſurpatur, ut & aliis Poëtis paſſim, inprimis autem Lucretio.

Wachius.

Quae *vit. eſt ult. f.*] Vid. Goldaſt. ad Petron. pag. 654.

Qui mort. met.] Utitur hoc verſu Roderic. Zamor. II. Spec. Vitae hum. Cap. VII.

Daumius.

„ vitam veteres, vitam non arbitrabantur; ſed duratio-
„ nem & moram. Pertinet huc titulus tumuli neſcio cu-
„ jus, VIXIT *annos tot*, DURAVIT *autem tot*, vide Cor-
„ nutum, aut quocumque nomine Scholiaſtes Perſii eſt di-
„ cendus, ſub initio Satyrae II. ubi & de Cretenſibus nar-
„ rat, eos ſolitos dicere VIXISSE *dies*, *quos* LAETOS
„ *viderant*; dierum vero triſtium rationem nullam ha-
„ buiſſe.

Haec quidem omnia egregie, ut nihil ſupra, & tamen, quod pace dixerim Viri tam inſignis, in iis omne & oleum perdidit, & operam: neque enim diſſimulanda ſunt a nobis, id quod & ipſe nusquam facit incl. Reſcriptorum Auctor, quae vel communis noſtri cauſſam aliquantulum juvare poſſint adverſarii. Si itaque, quod eſt, dicendum; iſta omnia aut omnino non, aut parum feriunt Boxhornium. Quod ſi enim is haec duo inter ſe comparaſſet Diſticha, eodem ſub tautologiae nomine comprehenſa, tum, certe, facilis nimis iſta foret, quae cum ipſo facta compoſitio, & acriorem is multo meruiſſet reprehenſionem: quis enim non videt, haec inter ſe eſſe quam maxime diverſa? Sed & hoc ipſe vidit Boxhornius, neque enim accuſaverat hoc noſtrum XXII. huius Libri, cum XXII. Libri ultimi comparandum Diſtichon, quorum poſterius & alioquin, ſui pro ratione calculi, *viceſimum tertium libri quarti* nuncupaſſet; ſed cum *quarto Diſticho ſecundi libri*, quod nobis, ex-

cludentibus a Diſtichorum numero praefationes, fit *tertium.* Ita enim ejus ipſius verba habent, jam ſupra a nobis, uti dictum, in medium allata, & hoc ea ſunt modo ordinata:

Nec aliter ſe habent, diſtichon *XXII. libri I. & IV.* (i. e. quartum diſtichon) *libri II.* Non vero, ut, per errorem, legi placuit:

Nec aliter ſe habent diſticha, utrimque viceſimum ſecundum, & *primo* & *quarto* libro. Quod tamen minime patiuntur, quae ibi ſequuntur reliqua. Eadem igitur, quantum ad hoc adtinet, & Boxhornio erat inimico mens, quae & Opitio, in Notis ſupra, & quae aliis, Catoni noſtro amiciſſimis: conſpirare ſcilicet hoc, de quo agimus, cum illo diſticho, quod clamat:

Linque metum leti; nam ſtultum eſt, tempore in omni
Dum mortem metuas, amittere gaudia vitae.

Et ſic, ſane, multo ſpecioſior evadit illa, qua utrumque hoc inpetit, tautologiae criminis accuſatio. Quam vero juſta, jam diſpicere noſtrum erit.

Ajo igitur adfirmoque, adſcito & hic, ut paullo ante, in duodeviceſimi Diſtichi Hiſtoria, tertio aliquo carmine, pro inſtituenda eo facilius expeditiusque binorum inter ſe illorum comparatione: TRIA eſſe, utut IN EADEM RE, PRAECEPTA tamen, quam quae maxime, DIVERSA.

TERTIUM jam, quod hiſce duobus aliunde adſciſco ſceleris ſocium, eſto Libri III. Diſt. XXIII.

Fac tibi proponas, mortem non eſſe timendam:
Quae bona ſi non eſt, finis tamen illa malorum eſt.

EADEM vero RES, & cardo, circa quem, in TRIBUS iſtis PRAECEPTIS, vertuntur omnia, doctrina eſt, in hoc tertio, verbis ita expoſita:

MORTEM NON ESSE TIMENDAM.

Huic enim conſentit & in primo, quod noſtrum jam eſt, illud ſtatim exordium:

NE TIMEAS ILLAM.

Et in ſecundo, ejusdem criminis acto, alterum illud paullo intenſius propoſitum:

LIN-

LINQUE METUM LETI.

Poſita igitur in ſingulis hac EADEM, de qua ſermo eſt ubique, RE, (veluti in omnibus, iisque multo pluribus, *de lingua* Praeceptis: LINGUA. Ut: *compeſcere linguam. Uxoris linguam*, & ſic porro) reliqua DIVERSA ſunt omnia.

I. Dicitque primum:

MORTEM *non eſſe timendam:* Quoniam ea in ſe nihil ſit aliud, quam ultimum quaſi vivendi. Vivere extremum. Uti & in Codd. aliquo legitur: —— *Vita eſt ultima.*

Ne perdas igitur propter extremum, id quod vitae eſt in medio.

II. Secundum, propter animi imbecillitatem forte, quam deprehendit ſuo in filio pater, impenſius urget:

MORTEM non modo *non eſſe timendam;* ſed praecipue ejus continuum metum, utpote vitae maxime noxium, plane abjiciendum, ut *ſtultum:* propter id, quod ſemel accidat & in puncto temporis, *omni* illo *tempore*, quo metuas, & ſic perpetuo, cruciari, &, quod a Chriſto alienis omnibus ipſum adſcribit Chriſti Evangelium, Hebr. II. 15. ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. Mortis metu, *per omnem vitam*, ſervituti eſſe obnoxios.

Praeſtare itaque, quod & Caeſar dictitare crebro ſolebat:

SEMEL *mori*, QUAM SEMPER *in timore verſari.*

III. Tertium contra vult:

MORTEM propterea *non eſſe timendam*, quod ea *finis* ſit omnium *malorum*, & propter id expetenda potius, quam ut ſit abhorrenda.

Hoc ergo ſibi ſemel firmiterque eſſe proponendum, contra omnem leti timorem: *Fac tibi proponas*, Mortem non eſſe timendam. *Et*, quod ait Juvenalis:

Spatium vitae extremum inter munera ponas Naturae.

ADESDUM jam, me jubente, quisquis hodieque a Boxhornii ſtabis ſententia, meque, ſi potes, coargue *tautologiae*, quam, ſub hiſce tribus inſignibus notisque I. II. & III. in iis, quae diverſa eſſe contendebam antea, ipſe admiſerim. Quodſi non fui ego, neque Auctor meus eſt ΤΑΥΤΟΛΟΓΟΣ. Ejus enim expoſui mentem, non meam: Qui, qua Chriſtianus, contra *primum* eorum dicerem:

 rem:

rem: Verum id non eſſe, neque mortem vitae extremum, ſed nobis aliam praeterea ſupereſſe vitam. Pari modo & *ſecundum* negarem, minimeque ſtultum eſſe contenderem, per omnem vitam, eum formidare tranſitum, qui ſemel in aliam contingat vitam, aeternum duraturam. Adverſum *tertium* autem, mortem eſſe omnibus malorum ultimum, id certe pertinaciter abnuerem. Sic, eadem opera, utrumque contra Boxhornium evictum darem, Catonem noſtrum neque in diſciplina noſtratem, neque ταυτολογίας criminis, quod ipſi objicit ille, fuiſſe reum.

Quam nimium ergo prompti & noſtrorum nonnulli, deſperata quaſi cauſſa, horum Diſtichorum aliquod, quae tamen & ſingula ſuo ſunt Auctore digniſſima, jamjam abjecturi; atque ita ut dicam, relicta non bene parmula, arma manusque hoſtibus ipſi ſuis tradituri fuiſſent!

Vero ſi jam vis e fonte haurire, quippe quo ex ipſo dulcius ſemper aquae bibuntur, Noſtri hanc de morte doctrinam; adi Epictetum, qui, Enchiridii ſui capite X. limpidam tibi miniſtrabit: Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, inquiens, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. Οἷον θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν. Ὅταν οὖν ἐμποδιζόμεθα, ἢ ταραττόμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. Ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς,

XXIII.

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus;
Incuſare Deum noli: ſed te ipſe coërce.

Nihil eſt acerbius, quam amicus ingratus. Quod tamen ſi acciderit, non eſt imputandum Deo, tamquam illius acciderit culpa, quin potius te ipſum coërce, ne denuo benefacias ingratis. Quidam enim ſi benefacientibus fortuna non reſpondeat, ſuperos incuſant, dicentes: eos non habere rationem recte factorum, cum ejus acciderit culpa, qui ſine delectu contulit beneficium.

Erasmus.

Te ipse] Vide dicta ad Diſt. IV. Lib. I. *qui ſecum diſſidet ipſe.* Hoc, ſcilicet, loquendi genus, ab uſu vulgi fere remotum, perelegans tamen, ſaepius uſurpatum Catoni noſtro, Antiquiorum imitatione. Terent. Prol. Adelph. *De*

Non

κακῶς· ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήτ' ἑαυτῷ. H. E. *Perturbant homines non res ipſae, ſed rerum opiniones. Ut mors nihil terribile, alioquin & Socrati ita viſa foret. Sed quia opinio eſt de morte, tamquam terribili, id ſolum ideo eſt terribile. Cum igitur aut impediamur, aut perturbemur,* (Politianus addit: *aut doleamus,*) *nunquam alium accuſemus, ſed nos ipſos, hoc eſt, opiniones noſtras. Ineruditi eſt, alios culpare, cum quid male agat. Ejus, qui jam coepit erudiri, ſe ipſum: Eruditi, neque alium, neque ſe ipſum.* Verum de hoc, *non eſſe alium a nobis accuſandum; ſed nos coërcendos ipſos*, ſtatim videbimus ſequenti Diſticho: Eumdem enim iterum uterque, & Philoſophus ille, & Auctor hic noſter, faciunt in doctrina tranſitum, id quod, ſane, eamdem prorſus & utrique communem arguit diſciplinam.

Ne timeas illam, quae vitae eſt ultima, finem:
Currenti ad metam continuanda via eſt.
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipſum,
Et moritur vecors ſaepius, ante diem.

Penſe ſans t'effrayer à cette derniere heure,
Où tu dois terminer ton cours.
Trembler inceſſamment de crainte qu'on ne meure,
C'eſt renoncer à vivre, & mourir tous les jours.

23.

ΕΙ ΣΟΙ ΜΗδεὶς εὖ ΤΙ ΠΑΘΩΝ παρὰ ΣΟΥ ΧΑΡΙΝ ἴσχει,
ΜΗ σύ γε ΜΕΜΦΕΟ μοι ΘΕΟΝ, ἀλλὰ γὰρ ἄγχε ΣΕΑΥΤΟΝ.

SED *te ipſe coërce*] Planudes:
— — ἄγχε σεαυτόν,
Strangula te ipſum. Quis hoc ferendum putet?

SCALIGER.

Reſpondeat huic Henr. Stephanus voce: ΑΓΧΩ. „ Accipitur & pro: „ quovis modo conſtringo, ſive „ COERCEO. Pro περισφίγγω, ſive „ θλίβω. Greg. Lucian. Heſychius „ exponit etiam FRAENO.

De ſe ipſe *judicio erit.* Cic. Epiſt. IV. Lib. II. ad Attic. *Neque mihi umquam veniet in mentem Craſſo invidere, neque poenitere, quod a* me ipſe *non deſciverim.* Senec. Epiſt. XLII. *Haec ergo* tecum ipſe *verſa.* Id. Ep. LXXII & LXXVIII.

WACHIUS.

Non erat, cur Vir Celeb. Withoſius, jam ſaepius nobis pro meritis, ubi res ferebat, laudatus, hoc vero loco nimium a recepta lectione debuiſſet diſcedere, ultima verba hujus, in quo verſamur, Diſtichi:

Te ipſe coërce.

Ita transmutando in haec prorſus aliena:

Te erige contra.

Quam, certo, legendi rationem neque neceſſitas poſtulat, neque, aut alterius lectionis durities, aut cujuscumque demum generis inconcinnitas, neque ſua ipſius commendat elegantia. Friget enim, ne quid dicam amplius, hoc ultimo poſitum loco Adverbium. Poſſent fere huc retorqueri ipſa auctoris illius verba, jam alio loco (Diſt. VII.) a nobis adlegata: *Nam ut de enormi mutatione taceam, ipſa quoque ſententia corrumpitur.* Sed vereor, ne huic retorſioni, quam vocant JCti, ſaepius adhuc in ſequentibus locus ſit futurus. Quod ſi adtendere voluiſſet vir praeclarus ad id, quod, appoſitis ubique luculentiſſimisque exemplis, comprobatum damus, ut ſcilicet Auctor noſter preſſo quaſi pede Philoſophum per omnia ſecutus fuerit Epictetum; ſic ſane, quod ait ipſe, *Ultima* huius Diſtichi *verba* obſcura non fuiſſent, nedum *obſcuriſſima.* Scribit enim:

Sed te ipſe coërce.

Ultima verba obſcuriſſima ſunt. Fac, fuerint vel maxime aliquando: At, quam diximus, Philoſophia lucem iis affundit haud mediocrem. Vidimus namque & ſub proxime ſuperiore Diſticho eumdem plane moniti ex Enchiridio deprompti nexum: *Numquam alium accuſemus; ſed nos ipſos*, qui & in praeſentiarum, iisdem fere verbis occurrit:

Incuſare Deum noli; ſed te ipſe coërce.

Ibidemque iterum: *Ineruditi eſt, alios culpare: Ejus, qui jam coepit erudiri, ſe ipſum.* Talis igitur, qualem Cato ſuum vult eſſe filium, *non alios culpabit*, multo minus *incuſabit Deum;* (nam & alius a nobis Deus eſt) *ſed ſe coërcebit ipſe.* Quin & explicite magis, de *non incuſando Deo* praeceptum, propius ex Epicteteae ſapientiae fontibus petitum, jam ſupra hauſimus, ad Diſt. XIII. ubi in ea verba caſtiſſimum

ſtiſſimum erumpentem audivimus ſenem : *Si tu propria putabis, quae* SUNT ALIENA, (Veluti hoc loco, ut amicitiae tuae ex merito reſpondeatur,) *impedieris, dolebis, turbaberis,* INCUSABIS DEOS ATQUE HOMINES. *Si vero quod tuum eſt, id ſolum tuum eſſe putabis, & alienum, quod revera alienum;* NEMINEM ACCUSABIS, NEMO TE LAEDET (Amicus,) INIMICUM NON HABEBIS. Te igitur ipſe coërce, ſi te permiſeris alienis. Haec tua culpa eſt.

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus;
An pariter pietas abjicienda tibi eſt?
Incuſare Deum noli; ſed te ipſe coërce:
Talibus ut ſociis, qui, male tutus, eas.

Si tes bienfaits & tes ſervices
N'ont pu te procurer un ami, comme il faut:
Ne t'en prens point au Ciel, l'accuſant d'injuſtices;
Et ne blâme que ton défaut.

XXIV.

Ne tibi quid deſit, quaeſitis utere parce:
Utque, quod eſt, ſerves, ſemper tibi deeſſe putato.

UTERE *parce*] id eſt, modice, non profuſe, *quaeſitis*, id eſt partis. Et ut ſerves quod habes, ſemper imaginare tibi deeſſe, ut ſemper aliquid addas. Sera autem (ut inquit Heſiodus) in fundo parſimonia eſt.

ERASMUS.

QUAESITIS pro *acquiſitis.* Cicero Paradox. VI. *Quis hunc non putet confiteri, ſibi* quaeſito *opus eſſe?* Sic *quaerere* pro *acquirere* optimis quibusque Scriptoribus, in primis autem Juſtino eſt frequens.

WACHIUS.

OECONOMICUM hoc eſt, ut unusquisque facile pervidet, ſive prudentiae familiaris & domeſticae praeceptum, qualia deinceps plura in poſtremis horum Diſtichorum libris erunt obvia, quae, quia magis ad inſtitutionem vitae communis ſpectare videntur, ſi non ſatis congrua forte aeſtimentur philoſophantium dignitati, auctoritati certe patrisfamilias ſunt graviſſima. Jam vero & Cato noſter iſto nobis duplici eſt nomine ſpectandus: Quo quidem, ut prudente patrefamilias, minime indignum eſſe cenſendum eſt, admonere ſuos, quos caros habeat tuerique debeat, ut rebus ii recte utantur. *Quae* ſuorum cujusque *cura*, ut ait Cicero in Officiis, eodem & ipſe munere fungens, *exſuſcitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit.*

SED QUONIAM hîc omnia plana prorſus ſunt & aperta, colluctandum jam nobis tertio congreſſu cum illo erit, in quem hoc quondam ex Virgilio joculare dictum erat, & Germanis noſtris Batavisque commune:

Occurſare Capro, cornu *ferit ille, caveto**.

Cum *Tragocerote*, quod pariter ac illi Maurae, de qua canit Auſonius: *Nomen*

* Vid. Baylium, ſub nomine ZUERIUS, IV. Volum. Dictionarii Critici, pag. 562. col. b. ibid. & Reineſii citantem epiſtolas ad Hoffmannum datas & Rupertum.

24.

ΟΦΡΑ ΤΙ ΜΗ σπανίσῃς, ΣΕο ΧΡΗΜΑΣΙ ΦΕΙΔΟΜΕΝΩC ΧΡΩ·
Ὄφρα ΤΑ ΟΝΤΑ δὲ ΤΗΡΗι, ΑΕΙ σπανίσειν τὰ ΝΟΜΙΖΕ.

Res ipſa loquitur ſi non in omnibus pro Planude, at non multa certe adverſus ipſum. Imitandum potius, quam accuſandum, hic duxit Scaliger.

Concordat cum illo poëtae:
Non minor eſt virtus, quam
QUAERERE, PARTA TUERI.
Vide id aliaque in noſtris floſculis, parte priore.

Nomen huic joculare datum, (cute fuſca quod olim
Aequales inter Maura vocata fuit.)

Uno nomine, ſive vero, ſive, ex adoptione in matris facta familiam, Marci illius Zuerii, tantum adſcito: cum BOXHORNIO. Quippe qui hoc, de quo agimus, cum XVII. (vel ipſius calculo XVIII.) Libri II. Diſticho collatum, tertium adlegavit TAUTOLOGIARUM in Auctore noſtro exemplum *, quo diſcuſſo infirmatoque, totum hoc trium quaſi cornuum robur debilitatum fractumque erit. Sed nos etiam triplici ſemper inſtructi acie in occurſum ipſi tendere ſoliti, binis hiſce ab illo accuſatis, quorum ſic habet alterum:

Utere quaeſitis modice. Quum ſumtus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Tertium, more noſtro, adjungemus, III. ſcilicet Libri Diſt. XXII.

Utere quaeſitis, ſed ne videaris abuti:
Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur.

Diſ-

* *Vid. ſupra Diſtichi XVIII. Hiſtoriam & deinde XXII.*

Differunt haec tria, ut tria tempora: PRAESENS, PRAETERITUM & FUTURUM. Ad primum hoc ipſum pertinet, quod jam eſt noſtrum; alterum illud, de eo, *quod partum eſt tempore longo*, ad ſecundum; ad tertium denique hoc ultimo loco poſitum.

QUIBUS, ut in ſe liquidis, jam non inmorabimur diutius. Valeat igitur nunc aeternum nobis, una cum ſuis, ſive tautologiarum, ſive ineptiarum quisquiliis, Boxhornius. De reliquis decernent cum ipſo, hac in Hiſtoria, alii.

Ne

XXV.

Quod praeſtare potes, ne bis promiſeris ulli;
Ne ſis ventoſus, dum vis bonus ipſe videri.

QUOD NON poſſis efficere, ne ſemel quidem eſt promittendum, ne temere facias. Porro quod praeſtare poſſis, id iterum atque iterum promittere, jactantiae eſt, non humanitatis. Moleſta eſt verboſa promiſſio, moleſtior exprobratio.

ERASMUS.

QUOD *praeſtare potes, ne bis promiſeris ulli.*]

Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι—
Celeres gratiae dulciores.

Ut eſt in Epigrammate Luciani Anthol. Cent. III. tit. εἰς εὐχαρίστους καὶ ἀχαρίστους.

OPITIUS.

QUI NOLEBAT, aliis facile quidvis de re quaque pollicentibus fidem, qua omnino careant ipſi, haberi ullam, ut ſupra vidimus audivimusque monentem, Diſticho XIII. is, ne in eamdem illorum incidat Linguae intemperantiam filius, fidemque ea opera pariter amittat, aut ventoſi cognomen vaniloquique hominis lucretur, hîc providus, quantum in ſe eſt, cavet parens. Vult igitur, ut vel plane nihil de ſe promittat, & ea certe numquam, quae dare effecta, penes ipſum non ſit; vel, ubi quid, praeſtare quod & maxime valeat, promiſerit, ut iſtud, fieri ſi poſſit, citius effectum det, ſeque promiſſi vinculis ſolvat quamprimum liberetque, ante id tempus, quo alter, quaſi oblivioni tradita, in memoriam ipſi forte ſit promiſſa revocaturus. Vetatque, ne is ſua ſponte, citraque omnem neces-

Ne tibi quid deſit, quaeſitis utere parce:
  Saepius a nimiis uſibus uſus abeſt.
Utque, quod eſt, ſerves; ſemper tibi deeſſe putato:
  Sic ſua ineſt modicis uſibus utilitas.

Contre la pauvreté le plus ſûr des remedes
Eſt, d'uſer ſobrement du bien, qu'on t'a laiſſé:
Pour garder ce que tu poſſedes,
Penſe à tous les beſoins, dont l'homme eſt menacé.

25.

Πᾶν Ο ΔΥΝΗι τινὶ δοῦναι, ΜΗποτε ΔΙC καὶ ΥΠΟΣΧῃ·
ΜΗτι καλὸς δοκέειν ΕΘΕΛΩΝ ἀνεμώλιος εἴης.

Dum vis *bonus ipſe videri.*] Bonus χρηστὸς. Φιλότιμος. Quidam Codices:

— — *dum vis urbanus haberi.*

Scaliger.

Etiam Planud. ſequitur hanc quorumd. Codd. lectionem & *urbanus* reddit: καλὸς, venuſtus, lepidus.

Dum vis *bonus eſſe videri.*] Nam ſit legendum. *Eſſe videtur*, frequens Ciceroni, ut notatum Criticis antiquis, vid. Auctorem Dialogi de Oratore Cap. XXIII. Quinctilianum, Lib. IX. Cap IV. Cannegieterus, Reſcript. Cap. XXVII.

neceſſitatem, ne quidem ab altero, cujus interſit promiſſa ſervari, eorum commonefactus, quae ſemel ſerioque ſit pollicitus, iterato, ſe id quam certiſſime facturum, ſpondeat, quum jam praeſtiterit, ea factis comprobaſſe &, quam rata ſint, quae promittere ſoleat, ipſa re demonſtraſſe. Quum vero nec ſemel iterari factam ſtipulationem jubeat, ne prior illa ullo modo in dubium vocari, fidesque, quam exigere ab aliis poſſis, aliquantiſper jam eſſe labefactata videatur; multo minus profecto eſſe ferendum judicat, ut quis eadem iterum atque iterum ſubinde promittat, quod vel amiſſae, dubiae certe, fidei, quam ipſe ſentias, indicium, vel, ut Erasmus ait, *jactantiae eſt, non humanitatis.* Sunt enim homines, qui, quo dare minus aut praeſtare velint, eo plus ſe praeſtituros aut daturos eſſe, ante

ante tempus, ſtolide vaneque gloriantur, ut ſi non benefactis, benefactorum ſaltem promiſſionibus ſibi alios devinciant. Talis erat Antigonus Macedoniae rex, qui, quoniam, quae numquam eſſet daturus, ſe daturum uſque crepabat, inde ΔΩΣΩΝ, ET ADHUC DATURUS, non ſine dedecore, cognominatus eſt. Id hominum genus noſter merito VENTOSUM vocat; PROMISSORES, ſed de Poëtis tantum loquendo, appellat Horatius, Art. P. v. 136.

Nec ſic incipies, ut ſcriptor cyclicus olim:
FORTUNAM PRIAMI CANTABO ET NOBILE BELLUM.
Quid dignum tanto feret hic PROMISSOR *hiatu?*
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

Id quod egregie imitatus eſt Fontanus, Poëta Gallus. (*De la Fontaine*, L. II. Fab. LXXXVIII. prior. Editt.)

Une Montagne en mal d'enfant
Jettoit une clameur ſi haute,
Que chacun au bruit accourant
Crut qu'elle accoucheroit, ſans faute,
D'une Cité plus groſſe que Paris;
Elle accoucha d'une Souris.

Quand

XXVI.

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus, amico
Tu quoque fac ſimile: Sic ars deluditur arte.

ERGA EUM, qui fuco utitur, tu item contra utere fuco, & juxta proverbium:

CRETIZA CONTRA CRETENSEM.

Satius eſt nonnumquam retinere ſimulatum amicum, quam reddere apertum inimicum. Id enim fiet, ſi oſtenderis te ſentire fucum.

ERASMUS.

QUI SIMULAT] Ita & Proverbium jubet: ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Et ita Horatius monet:

Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.

Hos homines a Graecis λαθιφθέγγους & λαθροδήκτας ſive κρυφοδήκτας vocari, ad Theophraſti Characteres Ethicos notat Caſaubonus. (pag. 104.)

OPITIUS.

COM-

Quand je ſonge à cette Fable,
Dont le recit eſt menteur
Et le ſens eſt veritable,
Je me figure un Auteur,
Qui dit : Je chanterai la guerre,
Que firent les Titans au Maître du tonnerre.
C'eſt promettre beaucoup ; mais qu'en ſort - il ſouvent?
Du vent. Ecce tibi ventosum!

Ne ſis ventoſus, dum vis bonus ipſe videri;
Addere pollicitis pondera ſemper ames.
Largus & in verbis, ne bis promiſeris ulli,
Quod praeſtare ſemel, reque probante, potes.

Oblige promptement dès que tu peux le faire,
Sans promettre deux - fois un bienfait trop vanté;
On paſſe pour vain d'ordinaire,
En faiſant trop valoir ſa générosité.

26.

ΤΟΝ σαίνοντα λόγοις, μηδ' ὄντα φίλον κραδίηθεν·
ΚΑΙ ΣΥ δρᾶσον ὅμοια· τέχνη γὰρ τέχνην παίζει.

Tu quoque *fac ſimile*] Verſus παροιμιώδης·
Λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.

Sic ars deluditur arte] Planudes τέχνη γὰρ τέχνην παίζει. Neque Graecus homo haec intellexerit, neque a Graeco dictum exiſtimaverit. Eſt autem, ut nemo neſcit, proverbium : ἧλῳ τὸν ἧλον, πασσάλῳ τὸν πάσσαλον.
Scaliger.

Probo, quod in Florentina Editione invenio : *Tu quoque fac ſimile.* Planud. καί συ δρᾶσον ὅμοιον.
Simile eſt adverbium *ſimiliter*; uſurpante ita Cicerone. Barthius. col. 1179. & Adverſ. Lib. LVIII. Cap. XIII. col. 2794. & Sciopp. I. Suſp. Lect. Ep. X. p. 32. Ganfred. Angl. Poëtr. nov. Cap. IX.
Lex eſt aequa dolum referire dolore doloſum In caput, unde fuit egreſſus habere regreſſum. Daumius.

Commentatores nos hujus Diſtichi, nec minus ipſe Auctor, ad varias digitum intendendo proverbiales priſcorum ſententias, earum & ad ulteriorem manu quaſi ducunt inveſtigationem. Sunt autem quae huc faciant omnino XIV.

I. Verbo tenus amicus. Eraſmi MMDCCCCXVI. *In eum*, inquit ille, *qui ſimulat oratione benevolentiam, ceterum longe diverſa parans in animo, quadrabit & illud ex* Homeri Odyſſea:

—— —— ΘΕΛΓΕ ΔΕ ΘΥΜΟΝ
ΜΕΙΛΙΧΙΟΙϹ ΕΠΕΕϹϹΙ. ΝΟΟϹ ΔΕ ΟΙ ΑΛΛΑ
ΜΕΜΝΟΙΝΑ.

—— —— ANIMUM PRAEMOLLIBUS ILLI
LENIBAT DICTIS: AT MENS DIVERSA
PARABAT.

II. ΙΣΟΝ ΙΣΩι ΕΠΙΦΕΡΕΙΝ.
PAR PARI REFERRE.

Terentius in Eunucho paroemiam, referente eodem, Chiliad. I. n. XXXV. *uſurpat*: Par pari referto. *Qua monemur, ut tales ſimus in alios, quales in nos illos experimur. Ac juxta Medeam Euripideam:* „Amicis ſimus amici, inimicis infeſti, in per„fidos perfidi, parcos parci, clamoſos clamoſi, impuden„tes improbi. Denique utcunque meritum merito ſimili „retaliemus. *Idem in Prologo Phormionis:* Quod ab ipſo al„latum eſt, ſibi id eſſe relatum putet. *Non inconcinne tum quoque uſurpaverimus*, si quando verba verbis, blanditias blanditiis, promissa promissis pensamus. *Huc pertinet illud non illepidum, quod refert Ariſtoteles, libro moralium nono*: „Dionyſius citharoe„dum accerſiverat, ut ſibi caneret in nuptiis, atque cum „eo his pactus eſt legibus, ut quo doctius meliusque ca„neret, hoc copioſiorem ferret mercedem. Annixus eſt „omni artificio citharoedus, uti quam ſcitiſſime caneret, „ſperans ampliſſimum praemium. At poſtridie pactam mer„cedem repoſcenti muſico, qui conduxerat, ait jam per„ſolviſſe ſeſe, quod eſſet pollicitus. Nempe *par pari retu*-

„ *liſſe*,

„ *liſſe*, proque voluptate repoſuiſſe voluptatem, ſpem lu„ cri ſignificans, quae quidem hoc major fuerat, quo ma„ gis ex arte cantaſſet". *Verum hoc loco negat Philoſophus* par pari relatum. *Propterea quod alter id quod volebat accepit, alter eo quod expectabat fruſtratus eſt.* (Fateor id quidem, ſed utcumque ſit, ad noſtram tamen rem facit, eſtque citharoedi illius ſimilis, blando ſermone amicus, de qualibus; proximo ſtatim Diſticho, noſter ait Dionyſius: Fistula dulce canit. Illos, ut inani amicitiae ſono, nomine & ſpe alios lactare ſolitos, ſimili modo ineſcare, ſuo docet exemplo, Dionyſius tyrannus. Neque id ſemper tyrannorum fuit, qui plerumque ipſi ita malunt ab amicis decipi adulatoribus.) *Huc & videtur reſpexiſſe Euripides, cum ait in Andromache:*

ΣΟΦΡΩΝ ΚΑΘ' ΗΜΑΣ ΣΟΦΡΟΝ' ΑΝΤΙΛΕΨΕΤΑΙ·
ΘΥΜΟΥΜΕΝΟΣ ΔΕ ΤΕΥΞΕΤΑΙ ΘΥΜΟΥΜΕΝΩΝ.

MODESTUS IN NOS SENTIET MODESTUM ITEM:
COMMOTUS AUTEM ME REPERIET CONCITUM.

Porro proverbium natum videri poteſt a compotationibus veterum Graecorum, apud quos aequalibus cyathis bibere mos erat. Archippus, in Amphitryone ſecunda, apud Athenaeum:

ΤΙΣ ΕΚΕΡΑΣΕ ΣΦΩΝ, Ω ΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝ, ΙΣΟΝ ΙΣΩι;

QUIS PAR, SCELESTE, MISCUIT VOBIS PARI?

Item Cratinus, in Pytine:

ΤΟΝ Δ' ΙΣΟΝ ΙΣΩι ΦΕΡΟΝΤ' ΕΓΩ ΔΕ ΚΤΗΣΟΜΑΙ.

AT PAR PARI REDDENTEM, EGO AUTEM ACCEPERO.

Erat haec vox: ΙΣΩΝ ΙΣΩι, *ſolemnis inter propinandum, ut ex eodem autore facile liquet.*

III. ΛΟΓΟΥΣ ΓΑΡ ΕΡΜΟΔΩΡΟΣ ΕΜΠΟΡΕΥΕΤΑΙ.

QUAE VENDIT, VOX SUNT, PRAETEREAQUE NIHIL.

n. MDC. Verba Hermodorus importat, *in eum dicebatur, qui praeter verba nihil adferret. Quemadmodum Laches in Hecyra Terentiana Pamphilum filium rogat:* num unam duntaxat ſententiam ſecum e Lemno reportaſſet. *Aut in eos, qui verba vendunt pecunia, quod in poëtas, advocatos, fumi venditores, atque in id genus homines recte dici poterit. Natum ajunt ab Hermodoro quodam, Platonis auditore, qui commentarios ab illo conſcriptos in Siciliam deportare conſueverit, atque inibi venditare. Unde Sicuii, ut ſunt dicaces, rem in proverbium verterunt, dicentes:* Hermodorum pro mercibus importare verba.

IV. Ο ΚΡΗΣ ΤΟΝ ΚΡΗΤΑ.

CRETENSIS CRETENSEM.

n. CXXV. *Subaudi, quod erit commodum ſententiae:* provocat, conatur circumvenire, *aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumtum adagium a Cretenſium moribus, quos plurimis conviciis inceſſivit antiquitas.* Ita & ſequentia. *Eandem* enim *obtinet ſententiam:*

V. ΚΡΗΣ ΠΡΟΣ ΑΙΓΙΝΙΤΗΝ.

CRETENSIS CUM AEGINITA.

n. CXXVI. *Subaudiendum:* agit. *Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter ſe fallaciis agunt. Nam Aeginitae quoque olim male audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam editum putant:* Οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι. i. e. His (Cretenſi & Aeginitae) neque tertius aliquis ſimilis repertus eſt, nedum quartus. Ut equidem arbitror.

VI. ΑΛΩΠΕΚΙΖΕΙΝ ΠΡΟΣ ΕΤΕΡΑΝ ΑΛΩΠΕΚΑ.

CUM VULPE VULPINARE TU QUOQUE IN VICEM.

n. CXXVII. *Senarius eſt proverbialis. Cum aſtutis aſtutiis agito.*

agito. Horatius: Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes. *Quod autem nos ἀλωπεκίζειν vertimus*: Vulpinari, *ne quis hoc verbi, tanquam noſtrum ac novum aſpernetur, citatur ex M. Varrone a Nonio Marcello*: ſic enim auſus eſt dicere Varro *Vulpinari* pro ἀλωπεκίζειν· quemadmodum Horatius *Juvenari* dixit pro νεανίζειν.

VII. ΠΡΟΣ ΚΡΗΤΑ ΚΡΗΤΙΖΕΙΝ.

ADVERSUS CRETENSEM CRETIZA.

n. CXXVIII. ad quod & ipſe ſupra provocat in Expoſitione ſua Eraſmus, veluti ad ſuperius, in notis Opitius. *Id eſt: Adverſus mendacem mendaciis utere. Propterea quod Cretenſium vanitas, de Jovis apud ſe ſepulchro, multaque id genus mentientium, in vulgi fabulam abierit: id quod palam teſtatur Epimenidis ille verſiculus, quem Paulus etiam Apoſtolus citat*:

ΚΡΗΤΕΣ ΑΕΙ ΨΕΥΣΤΑΙ, ΚΑΚΑ ΘΗΡΙΑ, ΓΑΣΤΕΡΕΣ ΑΡΓΑΙ.

CRES SEMPER MENDAX, MALA BESTIA, VENTER INERS EST.

Quo reſpiciens Ovidius: Nec fingunt, *inquit*, omnia Cretes. Unde κρητίζειν Graeci pro *mentiri* dicunt. *Suidas aliam adagionis cauſam indicat, ſcribens*: „Idomeneum Cretenſem, „cum illi negocium eſſet datum, ut aes Laphyrorum „Graecis diſtribueret, ipſum ſibi partem longe optimam „delegiſſe". *Unde congruere videtur etiam in illos, qui fraudant alios, ſuisque commodis impenſius ubique ſtudent. Idem putat adagium quadrare etiam in eos, qui fruſtra mendaciis agunt adverſus artificem mentiendi: Quemadmodum vulgo dicunt difficilimum eſſe furari apud fures; ita difficilimum mendaciis imponere mendacibus.*

Quod autem pariter citat in notis Scaliger, eſto:

VIII. ΗΛΩι ΤΟΝ ΗΛΟΝ ΕΚΚΡΟΥΕΙΝ. H. e.

CLAVUM CLAVO PELLERE. Eraſm. n. CIII.

Καὶ πάτταλον παττάλῳ ἐξέκρουσας, paxillum paxillo pepuliſti, *i. e.* malum alio malo depuliſti. *Lucianus in Philopſeude*: καὶ ἥλῳ, φασὶν, ἐκκρούεις τὸν ἧλον. Et clavo, quod aiunt, extundis clavum. *Idem in apologia*: Δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ἐπιφερομένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν καταευρίσκωμαι, ἥλῳ

φασὶν ἐκκρούων τὸν ἧλον, τῷ μείζονι τὸ σμικρότερον. „ Vercor, „ ne ſi ad intentatum crimen etiam adulationis accuſatio- „ nem adiunxero„ Clavum, quod aiunt, clavo pellere vi- „ dear, maiore minus". *Ariſtoteles, libro politicorum quinto, ſcribit*, tyrannis amicos eſſe viros improbos & adulatores. „ Nam hos demum illis utiles eſſe, quippe malos ad mala". Clavus enim, *inquit*, clavo, *ſubaudi* truditur. —— *Julius Pollux in nono libro ſcribit, adagium eſſe natum a luſu quodam, qui* κινδαλισμὸς *vocetur, quo paxillum argilloſae terrae infixum altero impacto paxillo excutiebant. Citatque ſenarium hunc proverbialem:*

ΗΛΩι ΤΟΝ ΗΛΟΝ, ΠΑΤΤΑΛΩι ΤΟΝ ΠΑΤΤΑΛΟΝ.
CLAVUM EXCUTIT CLAVO, EXCUTIT TRABEM TRABE.

Locus igitur adagio non modo, cum vitium vitio, malum malo, DOLUM DOLO, *vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus, verum etiam, quoties rem utcunque moleſtam diverſa moleſtia profligamus.* Sed de hoc nos alias, ibi nempe, ubi Auctor noſter

VULNERA inquit DUM SANAS, DOLOR EST MEDICINA DOLORIS.

Quibus ſequentia viſum eſt adjungere:

IX. ΥΠΟΧΑΛΚΟΝ ΧΡΥΣΙΟΝ.
AURUM SUBAERATUM.

Eraſm. MMMCCXXXVIII. Subaeratum aurum, *dicetur homo nequaquam ſincerus, ſed aliud prae ſe ferens, aliud intus occulens, ſumtum a nomiſmatis adulteratis.* Et huic materiae eo profecto aptius magisque conſonum, quo & ibi minus ad VERBA TITULOSQUE & EXTERNAM NUMMI FORMAM, interiora, quae latent, verumque rei pretium, quod intrinſecum vulgo valorem vocamus, conſtituentia, reſpondeant: Veluti neque MENS & COR AMICI, QUI VERBIS tantum SIMULAT; ad eam, quam prae ſe fert, ſpeciem.

X. ALTERA MANU FERT LAPIDEM, ALTERA PANEM OSTENTAT.

n. DCCXXVIII. Primae Chiliadis & Editionis, quam ubique ſequimur, Aldinae, anno MDXIIII. factae. *Qui*

coram

coram blandiuntur, clam obtrectantes; palam amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic proſunt, illic laedunt; falſam beneficii ſpem oſtentant, ut nacti occaſionem funditus perdant, ii dicuntur altera manu portare lapidem, altera panem oſtentare. *Translatum ab iis, qui canes oſtentato pane pelliciunt, deinde accedentibus ſaxum illidunt. Euclio Plautinus in Aulularia:* Nunc petit, cum pollicetur, aurum inhiat, ut devoret. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. —— *Eodem eleganter alluſit Hieronymus ad Rufinum ſcribens:* An tibi ideo panem non damus, quia haereticorum cerebro lapidem illidimus?

XI. MELLE LITUS GLADIUS. Ibid. n. DCCLVII.

In pernicioſam adulationem dici ſolitum. Div. Hieronymus idem *ad Aurel. Auguſtinum:* „ Nonnulli familiares mei & vaſa „ Chriſti, quorum Hieroſolymis & in ſanctis locis permagna copia eſt, ſuggerebant, non ſimplici animo a te tactum, ſed laudem atque rumuſculos & gloriolam populi requirentem, ut de nobis creſceres, ut multi cognoſcerent, te provocare, me timere. Te ſcribere, ut doctum; me tacere, ut imperitum, & tandem reperiſſe, qui garrulitati meae modum imponeret. Ego autem, (ut ſimpliciter fatear,) dignationi tuae primum idcirco reſpondere nolui, quia tuam liquido epiſtolam non credebam, & (ut vulgi de quibusdam proverbium eſt,) MELLE LITUM GLADIUM". *Si locus hic mendo vacat, Hieronymus Auguſtini epiſtolam* melle litum gladium *appellat propterea, quod pariter & reprehenſionem haberet, quaſi gladium, quo jugularet, & blandimenta, quibus reprehenſionis aſperitatem diſſimularet. Porro proverbium Auguſtinus reſpondens palam explicat, videlicet deprecans atque abominans inſidioſum blandiloquium.*

XII. ΘΑΝΑΣΙΜΟΝ ΜΕΛΙΚΡΑΤΟΝ.
LETALE MULSUM.

Ibid. DCCLVIII. *Eandem habet ſententiam. Diogenes Laërtius formoſa ſcorta* θανάσιμον μελίκρατον, i. e. letiferum mulſum *appellare conſuevit, tametſi nihil vetabit, & in aſſentationem*, ut *in foedas voluptates torquere, breviter, quicquid ita jucundum eſt, ut idem ſit pernitioſum. Legimus & mellitum venenum apud Plinium, & idem Diogenes orationem ad gratiam comparatam, auriumque pruritum:* Μελιτίνην ἀγχόνην i. e. melleam

leam praefocationem *appellabat, quod aſſentatione quidem delectaret, caeterum mendacio ſtrangularet admittentem. Quod illi Hieronymiano ſimillimum eſt, adeo ut ſuboleat mendum ineſſe in exemplaribus, & pro* GLADIO, LAQUEUM *legi debere.*

XIII. ΑΚΑΙΡΟC ΕΥΝΟΙ' ΟΥΔΕΝ ΕΧΘΡΑC ΔΙΑΦΕΡΕΙ.

PAR ODIO IMPORTUNA BENEVOLENTIA. n. DCLXIX.

Senarius eſt graecis proverbii vice celebratus. Quadrabit in eos, qui dum officioſi ſtudent eſſe, non habita temporis ratione, nocent aut moleſti ſunt ſedulitate. Fertur & alter huic conſimilis:

ΦΙΛΟC ΜΕ ΒΛΑΠΤΩΝ ΟΥΔΕΝ ΕΧΘΡΟΥ ΔΙΑΦΕΡΕΙ.

CUM NOCET AMICUS NIHIL AB HOSTE DISCREPAT.

Huc reſpexit Horatius in Epiſtolis:

NIL MOROR OFFICIUM, QUOD ME GRAVAT.

Rurſum alibi:

SEDULITAS autem QUEM STULTE DILIGIT, URGET.

XIV. Denique claudat agmen, n. MMCVIII.

ΕΥΝΟΥC Ο ΣΦΑΚΤΗC.
BENEVOLUS OCCISOR.

Nempe, ſi Dis placet, benevolus. *Convenit*, inquit Eraſm. *in hos, qui cum ſummam adferant perniciem, tamen benevolentiae ſpeciem admiſcent. Tractum aiunt ab Oreſte, qui trucidata matre Clytemneſtra parentale convivium, velut in illius honorem exhibuit. Quidam & ad Antigonum regem referunt, qui poſtea quam Semelen e medio ſuſtuliſſet, oſſa tamen illius, ſummo cum honore, curavit ad matrem deportanda. Sunt, quibus magis placet, ut adagium ad Ptolemaeum Philopatoris fil. referatur, is matrem Berſenicem in carcerem Megaris coniectam Soſibio tradidit adſervandam, ubi illa non ferens eam filii contumeliam, ſumto veneno interiit. At ille, perturbatus in ſomniis, monimentum in medio urbis extruxit, quod nunc ſepulcrum appellatur, in hoc una*

una cum matre maiores omnes ſuos compoſuit, & inter hos Alexandrum Magnum. Nec hoc contentus officio, vir pius, templum eidem conſtituit in Aegialis, cui nomen inditum Berſenicae Servatricis. *Haec ferme Zenodotus.* Notiſſimum eſt etiam illud Baſſiani Caracallae, in fratris a ſe occiſi, Getae Caeſaris Apotheoſin, σαρκαςικῶς, quam pie, magis jactum dicterium: SIT DIVUS, DUMMODO NON VIVUS. Ita multi, *qui*, ut Cato inquit noſter, *ſimulant verbis*, amicis ſuis gaudia adprecantur, ſed poſt eorum obitum, ſempiterna.

FACILE duplicaremus numerum, niſi ea quae adtulimus, plura inter alia ſelecta, ſufficere huic propoſito rati eſſemus, quod nobis ſemper eſt idem, ut mens & ſententia Diſtichi, quod tractamus, magis ſit in apricum poſita, cui rei, quam id quod maxime, inſerviunt exempla, quae ſuppeditare, Hiſtoriae eſt.

CETERUM ſaepius a nobis celebratus Teutoburgenſis ille doctor, Withofius, qui & in ſuperiore Diſt. pro ea lectione pugnat: *dum vis urbanus haberi*, etſi hoc, ut ait ipſe, hemiſtichium infra recurrat; praeſens etiam ita ſtatuit emendandum eſſe unice:

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus,
Huic *quoque fac* ſimules: *ſic ars deluditur arte.*

„ Poſtea vidi, inquit, etiam ſic edidiſſe Adrianum Cocquium, Ethic. Sacr. Lib. III. Cap. III. non ſtudio, ſed mero, ut ſane videtur, caſu. —— Quis autem non videt, illud Diſtichon gentilis, non Chriſtiani hominis indicium eſſe"? Rectiſſime quidem, quantum ad poſtremum hoc: Ad priora vero quod adtinet, medentur ea utique Arntzenianae lectionis defectui: Melius tamen adhuc arrideret ea, quam ipſe Cl. Arntzenius ab alio Viro Docto refert, margini Dreuxianae editionis, in uſum Eraſmiani Lycei concinnatae, adſcriptam:

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus; amicum
Huic *quoque fac ſimules*, &c.

Niſi quod TU h. l. emphaſeos cujusdam eſſe neceſſariae videatur. Mallem ergo, ſi iſta placuerit emendatio:

Amicum Huic quoque tu ſimules.

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amico:
O utinam in terris rara futurus avis!
Huic quoque tu ſimules. Sic ars deluditur arte:
Quae petit auctorem, fraus erit illa pia.

Lors-

XXVII.

Noli homines blando nimium ſermone probare:
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

SEMPER ſuſpecta ſit tibi blandiloquentia, nec aeſtimes homines ex bonis dictis, ſed ex bene factis. Inſidiatur tibi, quisquis admodum blandus eſt. Memento, ſic capi & illici aves; videlicet imitatione vocis. Et aſſentatione maxima pars hominum capitur, dum adulator ſeſe ad omnes affectus attemperat.

ERASMUS.

HOMINES *blando ſermone*] Ita *homo moribus antiquus* & mille talia. BARTHIUS. col. 1180.

Fiſtula dulce canit] Martialis (Lib. XIV. Epigramm. CCXVIII.)

Non ſolum calamis, ſed cantu fallitur ales.

Vide Salmaſium, ad hunc Martialis locum, in Exercitationibus Plinianis p. 221.

OPITIUS.

IDEM ILLE, quisquis etiam fuerit is genius, qui inſpiravit Euripidi, Tragicorum principi Poëtarum, iſtos verſiculos (Helenae verſu 1634.)

——— ——— *Σώφρονος δ' ἀπιςίας*
Οὐκ ἔςιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς.

Quos alii jam ita fecerunt latinos:

——— *Prudente diffidentia*
Haud alia res utilior eſt mortalibus.

Et qui Epicharmo Siculo, notiſſimum illud civilis Dogma prudentiae, Ciceroni ſaepius laudatum, inter alia ad Atticum Lib. I. Ep. XVIII. Edit. Manutianae: *atque ita tamen novis amicitiis implicati ſumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illam ſuam:* Νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπιςεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Quod ipſe alibi Quincto fratri,

Lorsque quelqu'un te jure une amitié fidelle,
Portant la haine dans le coeur:
Ne le rebute point: montre-lui même Zêle.
L'artifice eſt permis pour tromper le trompeur.

27.

ΜΗ σφόδρα μαλακοῖσι βροτοὺς ἐπέεσσι μετέρχου·
Ὅττι καὶ. ΙΞΕΥτὴς ΟΡΝιν ἀπατῶν γλυκὺ ΜΕΛΠΕΙ.

NOLI *homines blando*] Homines blando ſermone τοὺς χρηστολόγους intelligit: ut

— *Domus ſanie dapibusque cruentis.*
Cicero magna eloquentia, &c.

Planudes ridicule, tanquam Auctor dixerit: Noli probare homines ex ſermone blando. Sed & τὸ μετέρχεσθαι, quo utitur, in quem ſenſum accipi poſſit, non video.

SCALIGER.

DULCE] i. e. *dulciter*. Saepiſſime enim probatiſſimi lat. Linguae Scriptores adjectiva neutra, more Graecorum ἐπιῤῥηματικῶς ponunt. Sic Catull. Epig. LXII. pag. 97. Edit. Graev. Dulce *rideat ad patrem*. Et Epigr. LXIV. pag. 1 4 *Tibicen ubi canit Phryx curvo* grave *calamo*. Statius, Lib. V. Thebaid. v. 48: Dulce loqui *miſeris veteresque reducere queſtus*. Alia in Hellenolexia ſua Daniel Vechnerus congeſſit. (Lib. I. Cap. VIII. pag. 129. ſqq.) WACHIUS.

fratri, qui non tam atticus erat homo, quam Atticus, ita latine expoſuit: *Epicharmeum illud teneto:* Nervos atque artus eſſe Sapientiae, NON TEMERE CREDERE. Idem, inquam, ille & eamdem prudentiae praeceptiunculam, filio ut inculcaret, ſaepiſſime noſtro inſuſurravit inſpiravitque auctori. Sic enim in iis, quae tractavimus hactenus Diſtichis, toties jam vetuit illud: TEMERE CREDERE; veluti octavo, explicite: NIL TEMERE CREDE. Implicite vero XII. RUMOREM FUGE. Porro XIII. SPEM CERTAM PROMITTERE NOLI. RARA FIDES. MULTI MULTA. Continuo, iterumque expreſſe, XIV. CREDERE NOLI. Denique & idem vult hiſce binis ſeſe ſtatim ſequentibus Diſtichis XXVI. & XXVII. SIMULAT VERBIS AMICUS. &: BLANDO SERMONE. FISTULA DECIPIT. Quibus nec infrequentiora in ſequentibus accedent. Ita, ut facile quis, nec injuria, Noſtrum, *prudentis* illius

Diffidentiae magiſtrum, *adverſum aliorum* praecipue *Linguam*, appellaverit, uti eum ſupra jam obſervavimus eſſe ſapientem *Officiorum Linguae* doctorem, nec injuſtum paſſim Cenſorem *Linguae vitiorum.*

TRADITA autem pariter & ſupra eſt, in Diſtichorum XIII. & XIV. Hiſtoria, quae vera ejus Diffidentiae erga aliorum ſermones conſtituenda cauſſa commovens, ratioque & origo ſit: Ut ſcilicet noſtri nihil apud alios quaeramus, noſque illis eorumque opinionibus numquam ita permittamus, ut ALIENA facile, NOSTRA judicemus, noſtroque ipſi judicio ab aliorum arbitrio pendeamus. Quod, ſi Sapientia magiſtra, dedidicerimus ſemel,

Numquam, profecto, *nos fallent animi ſub vulpe latentes*

Adulatorum, ſeu inſidiatorum potius. Eorum enim eſt, quod antea vidimus in proverbiis, *melle litus* ſive *gladius* ſive *laqueus*, quo nos, aucupii in morem, illaqueent: Eorum & *letale mulſum* eſt: Sive, quod Anaſtaſius quondam Imperator in ore crebro habuerat: MELLITUM VENENUM BLANDA ORATIO EST. Noſtrae igitur Utilitatis cauſſa diffidendum nimis blandientibus.

EGREGIUS ea de re, quae ipſi caput quoddam, & ubique fere, & ibi in primis eſt, ubi adverſus illam adulatorum peſtem hoc ipſum ad partes vocat Catonis teſtimonium, Joann. Sareſberienſis, Policratici ſui Lib. III. Cap. X. p. 153. *Hic porro*, inquiens, *nullae ſunt partes verae aut ingenuae libertatis, ubi totum ſibi adulatio vendicat, vanitas totum, nihilque veritati relinquitur, aut virtuti.* ADULATIONEM *vero* SINE DOLO ESSE *non dubitas*, (ſed ſcis, NON SINE EO ESSE,) *cum in Adulatorum perſona de ſe confiteatur Gnatho*, quia CUM MAXIME DECIPIO TUNC TRIUMPHO. *Sicut enim finis Oratoris eſt, perſuaſiſſe dictione; medici, curaſſe medicina: ſic adulatoris finis eſt, ſuaviloquio decepiſſe. Nam &*

Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps:

Et venena propinantur melle circumlita, quo citius noceant.

Verum: Non eſt in medico, ſemper releuetur ut aeger,

Et finem ſuum, qui in altero eſt, orator non ſemper aſſequitur: Sic adulator quidem non ſemper decipit, aut de amico triumphat:

Fine

Fine tamen ſuo non deſtituitur, ſi ex contingentibus nihil omiſerit. Nec enim Ulyxes Sirenum voces evaſit, quod eis aliquid ſuavitatis deeſſet ad gratiam, ſed quia ſtimulis voluptatis, & meretricantibus illecebris vanitatis ſolidae virtutis oppoſuerat robur.

RESPEXERAT jam ad haec ipſa verba, Commentatores inter horum Diſtichorum, Doctiſſ. Daumius, neque tamen ea cum Lectoribus communicaverat; nos, quae huic inſererentur Catoniano operi, maxime digna judicavimus.

Noli homines blando nimium ſermone probare,
Credule, te illaqueet ne ſonus, inſtar avis.
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps:
Tu quoque blanditiis ne capiare, cave.

Fui ces diſcours flatteurs, qui tendent à ſéduire:
On ne flatte que pour duper.
Au doux ſon de ſa flutte un oiſeleur attire
L'oiſeau, que dans le piége il tâche d'attraper.

XXVIII.

Quum tibi ſint nati, nec opes; tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.

ARTEM, ut habet proverbium, non ſolum quaevis terra, ſed quaevis etiam alit fortuna. Unde certiſſimum viaticum eſt ars: quae, quocunque terrarum venias, defendit ab egeſtate. At nunc vulgus liberos ſuos, divitum aut principum miniſteriis dedicat: ubi duo ſimul maxima diſcant mala, luxum & otium. Porro quod hic praecipit pauperibus eſſe faciendum, id ego ſuaſerim divitibus quoque: ut liberos ſuos jubeant artem aliquam diſcere, unde geminum commodum conſequantur. Primum, prima illa aetas, artificio occupata, longe paucioribus inficietur vitiis. Deinde, ſi fortuna abſtulerit opes, non erit, cur vel mendicent, vel ad ſordidas aut foedas artes adigantur. Puta turpe miniſterium, aut militiam.

ERASMUS.

QUO POSSINT *inopem defendere vitam.*] *Defendere eſt arcere, prohibere.* Horat. I. Od. XVII. Defendit *aeſtatem Capellis.* Vide Scholiaſt. Cruquii, & Lambinum &c. ad hunc locum. Et ſic leges in Emmae Angliae Reginae Encomio inter Scriptores Normannicos Quercetani, fol. 166. Vide, ne omnia exſcribamus, A. Gellium L. IX. C. I. Nonium C. IV. §. 113. Petr. Victorium L. XXX. Var. Lect. XII. Jan. Gulielm. III. Veriſ. XXV. Lipſium II. Var. Lection. XXII. Brantium ad L. I. Caeſ. de B. G. p. 435. Alb. Gentil. Lect. Virg. C. XIV. p. 129. Taubm. ad Virg. VII. Ecl. p. 73. ad X. Aeneid. p. 956. & ad Plauti Moſt. Act. IV. III. Barthium ad Calpum. p. 353. Lib. XXIX. Adverſar. XVII. col. 393. ad Claudian. ſec. Edit. p. 375. 661. 977. 1338. & ad Statium, I. Thebaid. v. 409. p. 141. ad IV. Theb. v. 402. p. 1059. ad IX. Theb. v. 318. p. 985. Pareum, Lex. Crit. pag. 321. &c. &c.

DAUMIUS.

DAMUS hoc loco, quae ſuppeditat nobis, novo in illo Reſcriptorum Cap. XXXIII. veterum appendice, Celeb. eorum Auctor, quaeque illuſtrandae antiquitati, vel Catonianae aetati ejusque moribus & hic quodammodo poſſunt inſervire. „ Romani priſci, ibi ſcribens ait, ex agris vive„ bant, idque *tum* unice honeſtum & decorum. Opera aut „ ars mercenaria, inhoneſta, ſordida. Verum alia Romano„ rum vita fuit ſub Imperatoribus. Tum Romae & praeci„ pue in coloniis & municipiis, etiam ex ordinibus nonnulli, „ artibus tolerabant vitam, neque Grammatica tantum, „ Rhetorica, Sophiſtica, quibus publice mercedes fuerunt „ conſtitutae; ſed & Oratoria ſive patrocinio Advocati, „ quibus jam inde per legem Cinciam licuit accipere.

„ In

28.

Εἴ ΣΟΙ τέκνα πενητεύοντι πέλει, Τά ΔΕ τέχναις
Γυμνάζειν, βίον ὄφρα πένητα σχοῖεν ἀπῶσαι.

DEFENDERE ἀντὶ τοῦ *depellere, prohibere.* Propria haec vocis eſt ſignificatio, vulgo fere neglecta, ad exemplum graecae ἀμύνειν, quae & *propulſare* & *tueri* ſonat, facta, optimis quibusque Scriptoribus uſurpata, ut in aliis Auctoribus, Clariſſimo Daumio citatis, etiam Daniel Vechnerus aliquot exemplis oſtendit: quibus illud Lucretii Lib. V. v. 1428. adjicio:

—— At nos nil laedit veſte carere
Purpurea, atq. auro ſignisq. ingentibus apta
Dum plebeja tamen ſit, quae defendere
poſſit. WACHIUS.

Cui nos unicum adhuc illud Horatii addimus, tot inter alia praetermiſſum, Serm. L. I. Sat. III. v. 14.

Concha ſalis puri, & toga, quae defendere
frigus,
Quamvis craſſa queat. ——

ARTES hoc loco ſignificant *quamcumque profeſſionem honeſtam.* Potiſſimum autem per *artes* intelligimus negotiationem: quemadmodum ſic dicimus, *ars cretaria, ars lintearia, ars macellaria.* Vid. Gruter. Corp. Inſcript. p. DCXLVII. n. 5.

MEMORIAE. AETERNAE
MATTONI. RESTITUTI. AVIS
TRIBOCI. NEGOTIATORIS
ARTIS. MACELLARIAE &c. &c.

Et quae plura addi poſſent ex Gruteri Indice Inſcript. Cap. de Artib. Profeſſ. & Negotiationibus. &c.

QUO. Pro eo Vir Doct. in margine conjecerat *queis*: male. *Quo* h. l. eſt, *quo negotio*, nec obſtat τὸ *artibus*; quis neſcit enim, ſaepe generalia eſſe relativa, nec ſubſtantivo praemiſſo convenire? ARNTZENIUS.

Imo, brevius: *quo* eſt cauſſale, pro Conjunctione *ut*. Vel: eo fine, *quo poſſint* &c.

„ In municipiis & coloniis ne honeſtiores quidem ab opificiis abſtinebant, vid. Reineſii Syntagm. Inſcript. p. 144. „ Illud propterea moneo, ne quis ex hoc Diſt. ſecius de „ aetate & patria Catonis hujus opinetur". De aetate quidem; ne quis eum propterea recentiorem nimis credat: de patria vero, ne municipem. Eminet autem ipſe inter inluſtres patres, qui ſuos bene inſtituerunt liberos, quales erant M. Cato, M. Cicero, libris de Officiis, itemque Horatii Flacci pater, quamvis libertinus, quem eo nomine laudat filius, Lib. I. Sat. IV. 105. Vult igitur & ipſum hoc, quod ei praebet exemplum, ſuum imitari, cum Parens fuerit, filium, ut alibi generalius monet: —— *Indoctos ipſe doceto:*

Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.

Quod

Quod vero in Expoſitione Eraſmus: *ſi*, inquiens, *fortuna abſtulerit opes, non erit cur mendicent.* Rel. Id pariter ipſe Noſter alio in loco:

Diſce aliquid: nam quum ſubito Fortuna receſſit,
ARS REMANET, *vitamque hominis non deſerit umquam.*

Quod idem & heic loci innuit docenti, ut illic diſcentibus. Quum

XXIX.

Quod vile eſt, carum; quod carum eſt, vile putato:
Sic tibi nec cupidus, nec avarus habeberis ulli.

QUOD Vulgus magni facit tu contemne: quod vulgus negligit, tu magni facito. Ita fiet, ut nec tibi ſis parcus: audebis enim uti, quae non magni facis. Neque cuiquam videaris avarus, cum non expetes avide, neque ſervabis attente, quae cupiunt illi. Vulgus plurimi facit divitias, minimi facit probitatem & eruditionem Tu inverte aeſtimationem. Res autem cuique tales ſunt, qualis eſt de his opinio. Vulgus lautam putat rem pavonem, aut rhombum: tu contra vilem rem putato, & puta rem eſſe lautiſſimam ovum gallinae recens, lactucam, pullum gallinaceum. Ita nec tibi videberis ſordidus, cum habeas lauta tuo judicio, nec aliorum expetes lautitias, quae tibi viles ſunt.

ERASMUS.

Tò TIBI opponitur τῷ ULLI. Qua elegantia hic auctor nitet potiſſimum. Hoc ſatis apparet ex vi vocabulorum *cupidus* & *avarus*. Qua de multis egit, qui omnino hic legi debet, Eleg. Broukh. ad Tibull. Lib. I. Eleg. I. v. 90. *aliique*. Si quis jam ad harum vocum ſignificationem acute attenderit, ſenſum hujus Diſt. talem &, ut videtur, non inelegantem percipiet. Tu, ſi carum putes, quod vile eſt, non tibi noſceris cupidus; i. e. tu rebus tuis quas caras putes, vilibus licet, contentus, aliena, licet etiam cariora ſint, animo tuo non adpetes. Aliena etenim adpetere, ut Broukh. docuit, proprie crimen cupidi eſt, non avari. Si vero vile putes, quod carum eſt, non ulli noſceris avarus; ſed contra cara illa, quae vilia putas, ubicumque opus ſit, honeſte abſumere audebis. Quod qui non faciunt, proprie *avari* dicuntur.

O. ARNTZENIUS.

ALTERUM hoc ab illo eſt, quod ſupra expoſuimus, quarto & viceſimo hujus Libri Diſticho, praeceptum Oeconomi-

Quum tibi ſint nati, nec opum ſit copia larga:
Inſtrue tunc natos artibus ingenuis.
Armis quo poſſint inopem defendere vitam,
Quae nemo vivis eripuiſſe queat.

Ayant nombre d'enfans avec peu de richeſſe,
Fais-leur apprendre un art, qui puiſſe les nourrir,
Afin qu'au moins par leur adreſſe
Ils évitent la faim, qu'ils auroient à ſouffrir.

29.

Εἰ ΤΟ γε ΤΙΜΙΟΝ ΕΥΤΕΛΕΣ ὡς ΔΕ καὶ ἔμπαλιν αἰεί·
ΟΥτ' οὖν φειδωλὸς δόξῃς, ΟΥτ' αὖ πλεονέκτης.

Quod *vile eſt, carum.*] Ἐλιπὲς τ' οὐδὲν ὀχιὲς Planudes.

Scaliger.

Melius vero Mylius, imo quatuor inter illos, qui hoc cum aliis graecum dederunt Diſtichon, optime: Hoc enim ille modo:

Εὐτελὲς ἔντιμον, τὸ δὲ τίμιον εὐτελὲς ἡγοῦ·
Ὡς ἀγλίσχρος ἔσῃ σαυτῷ, ἀφιλάργυρος ἄλλοις.

Sic tibi *nec cupidus, nec avarus habeberis ulli.*] Hanc lectionem praefero aliis, qui *naſceris ulli* exhibent, aut etiam *parcus* pro *cupidus*, ut Eraſmi Editio, & in Praefatione Malſchius. Male etiam Planudes & Scaliger in Verſione omiſerunt emphaſin verborum nec tibi, nec ulli; absque qua oppoſitione putida tautologia foret. Melius, illam Matth. Zuberus & Joh. Mylius nec non Mart. Opitius, in ſuis Graecis Germanicisque Verſionibus obſervarunt. Horat. Lib. I. Sat. II. v. 10.

Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi.

Withofius.

Alia ratio, quae & nos, ut hanc praeferremus lectionem, permovit: Praeceſſerat enim jam, in Imperativo modo, Futurum.

nomicum & in hoc mire conſonum Epicharmeae illi alteri ad rei quoque familiaris prudentiam pertinenti ſententiae, quae

quae ſic clamat : *Emas, non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt: Quod non opus eſt, aſſe carum eſt.* Vult enim in ea, ſive vafer ille Siculus Epicharmus, ſive quicumque primus hoc oraculi edidit, emi neceſſaria eaque quantivis demum pretii. Ita Cic. ad Attic. *Sed quanti quanti bene emitur, quod neceſſe eſt.* Atque id eſt, quod ait Noſter: Omne, *quod* ita *carum eſt*, ut ſimul tamen ſit tibi neceſſarium, id *vile putato; nec avarus habeberis ulli*, vel ejusmodi nimium attentus ad rem, i. e. ad pretium, ſordidusque homuncio, qui vel maxime neceſſariarum ſe ipſe rerum privet uſu. Ut ille, quem Horatius, ſub medici perſona, ſic adloquitur:

Tu ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium orizae.
QUANTI *emtae? parvo.* QUANTI ERGO? *octo aſſibus.*
  EHEU!
Quid refert, morbo, an furtis, pereamne rapinis?

Porro quod Sententiae inquit Auctor: *Quod non opus eſt, aſſe carum eſſe*, id fere iisdem verbis Cato ait: *Quod vile eſt, carum putato; ſic tibi non* eris *cupidus rerum minus neceſſariarum.* Haec vera & primaria Diſtichi mens, cujus ſe expoſitio ipſa ſua, tum perſpicuitate, tum ſimplicitate, facile commendabit omnibus: cum alia multa etiam hîc non deſint ἑλικτὰ, quod ait Scaliger.

VERUM negari nequit, & hoc eſſe eorum e numero, quae plus in receſſu habeant, quam quod prima fronte appareat. Probat enim & omnino id, quod inde infert magnus in omnibus Eraſmus: *Res, ſcilicet, eſſe cuique tales, qualis ſit de illis opinio.* Quam veluti ſummam quamdam Epicteteae doctrinae ſupra vidimus, ſub finem Hiſtoriae Diſt. XXII. ubi Sapiens ille: *Perturbant homines*, ajebat, *non res ipſae, ſed rerum opiniones.* Quare & Enchiridii ſui Cap. XX. ita ratiocinatur idem: Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ἐπ᾽ ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν, εἰς τὸ περιποιῆσαι, ἢ ἀφελέσθαι. Ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ᾽ ἄλλοις, εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη. H. e. *Dominus cujusque eſt is, qui quae ille vult, aut non vult, poteſt aut dare, aut auferre. Quisquis igitur liber eſſe volet,* NEQUE CUPIAT QUIDQUAM, *neque averſetur eorum, quae penes alios ſunt. Sin minus, ſervire neceſſe erit.* Sic etiam hîc innuit Noſter: Si tu rerum pretia ad aliorum exigas aeſtimationem atque arbitrium, ut in eo his ſervias neceſſe eſt. Potes autem, ſi vis, pro re nata, in-

invertere aeſtimationem, nec Jura vetant, eſſe tibi aliquod *affectionis*, quod appellant, *pretium* etiam iis in rebus, quae nihili ſunt aliis: Et eſſe contra in nullo apud te pretio, flocci, nihili, quae illis ſunt pretioſiſſima. Hac tua utere libertate.

Ita quondam, in hoc, hominum inſaniam Cynicus ille Diogenes, recenſente Diogene Laërtio, Lib. VI. in vita ejus, p. m. 211. acriter redarguebat, *quod res pretioſas minimo emerent venderentque; viliſſimas plurimo.* Τὰ πολλοῦ ἄξια τοῦ μηδενὸς ἔλεγε πιπράσκεσθαι, καὶ ἔμπαλιν. Ἀνδριάντα γοῦν τρισχιλίων πιπράσκεσθαι, χοίνικα δὲ ἀλφίτων, δύο χαλκῶν. *Statuam enim tribus nummûm millibus emi, quum farinae choenix duobus aereis veniret.* At ſtatua nihil opus ad vitam; ſine farina vivere non licere. Convenire igitur farinam multo ſtatuis pluribus eſſe cariorem: Si quidem Philoſophus pretia rerum aeſtimet uſu naturali; ſtulta ut perſuaſione vulgus hominum. Crates, certe, ejusdem diſciplinae Philoſophus, ut hanc notaret hominum ſtultitiam, qui in res honeſtas & cum primis neceſſarias minimum facerent inpendii, quum ad turpiſſima quaeque eſſent prodigi, hanc ridicule deſcripſit celebratam priſcis ephemerin, de qua ita Laërtius, eod. l. pag. 229. Edit. Henr. Steph. a. 1570. Ἐστι καὶ ἐφημερὶς ἡ θρυλλουμένη, οὕτως ἔχουσα· Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκα, ἰατρῷ δραχμὴν, κόλακι τάλαντα δέκα, συμβούλῳ καπνὸν, πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον. Quam, donec aliquis ad noſtros mores, reductam & noſtrae ad pecuniae modum, adcommodet, interea verbotenus ſic habeto Latinam: *Ponito* Coquo *minas decem;* Medico *drachmam*: Adulatori *talenta decem*; Conſiliario *fumum* (q. d. pro verbis verba reponens): Scorto *talentum*; Philoſopho *triobolum.* Pulcra, profecto, aeſtimatio!

Denique nec parum lucis ex hoc Diſticho accedet ſexto ab eo, nempe XXXV.

Ne dubites, cum magna petas, inpendere parva.

Quod nequidquam crucem fixit multis, veluti id ſuo parebit loco. *Parva* autem ibi ſunt eadem, quae hic jubet *reputari vilia*, licet non paucis admodum cara: Et vice verſa quae hic *cara* cenſet aeſtimanda, utut a multis flocci habita, ibi *magna* dicuntur: Quod etiam vel ſic breviter praecepiſſe juvabit.

Ne nimis eſto tenax: Quod carum eſt, vile putato;
Quod vile eſt, carum ſufficiensque tibi.
Sic tibi nec cupidus, nec avarus habeberis ulli:
Sed vir eris, juſta pondera lance probans.

Tiens

XXX.

Quae culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe:
Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.

TURPE eſt committere te, quod doces alios non eſſe committendum. Vita turpis abrogat auctoritatem docenti.

ERASMUS.

DOCTORI h. l. eſt *monitori*, *reprehenſori*. *Redarguere* vero, ut obſervat Vir Doctus ad Doctiſſ. Dreuxii Edit. notat *viciſſim arguere*, ſive *culpantem viciſſim culpare*. Recte.

O. ARNTZENIUS.

QUONIAM haec dicta ſunt Doctoribus, non niſi magna & egregia tantisque digna Viris in medium proferemus: Bina conjungentes doctrinae capita ab eodem illo traditae Philoſopho, quem adeo preſſo quaſi pede inſequitur noſter. Eorum alterum (Enchiridii LXXIII.) ſic habet: Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτὸν, ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος ἐφ' ᾧ σεμνύνεται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. Ζητῶ οὖν, τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος; καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα; ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον. Καὶ μέχρι τούτων οὔπω σεμνὸν οὐδὲν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται ΧΡΗΣΘΑΙ ΤΟΙϹ ΠΑΡΗΓΓΕΛΜΕΝΟΙϹ· ΤΟΥΤΟ ΑΥΤΟ ΜΟΝΟΝ ΣΕΜΝΟΝ ΕΣΤΙΝ. Ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην, ἀντὶ φιλοσόφου; πλήνγε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππον ἐξηγούμενος. Μᾶλλον οὖν ὅταν τις εἴπῃ μοι, ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ΟΜΟΙΑ ΤΑ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΣΥΜΦΩΝΑ ΕΠΙΔΕΙΚΝΥΕΙΝ ΤΟΙϹ ΛΟΓΟΙϹ. H. e.

Ubi

Tiens pour vil choſe chere; & priſe comme rare
Ce qui par le vulgaire eſt le moins recherché:
Par l'un tu fuis le nom d'avare;
Par l'autre des faux biens ton coeur eſt détaché.

30.

Πᾶν, ὅ σὺ μέμφεσθαι ἔθος ἴσχεις, ΜΗ ποτὲ ΡΕΞῃς·
Παιδοτρίβῃσι γὰρ ΑΙΣΧος ΕΛΕΓΧΕσθαι πταίοντας.

TURPE *eſt doctori*] Doctorem παιδοτρίβην vertit Planudes. Atqui nemo ſanus ita omnem doctorem vocaverit; ſed τὸν τῶν παλαιςῶν διδάσκαλον. Quare ridicula eſt interpretatio. SCALIGER.

CUM HOC conſpirat in eumdem ſenſum Doctorum quorumdam Theologorum Regula *homiletica*, his verbis efformata: AURIS ORI PROXIMA.

Ubi quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chryſippi gloriatur, ipſe tecum ſic ſtatue: Niſi obſcure ſcripſiſſet Chryſippus, nihil prorſus hic haberet, unde gloriaretur. Ego vero quid cognoſcere laboro? Nempe Naturam, & hanc ſequi unice. Quaerendus igitur mihi hujus erat interpres, & audito, Chryſippum eſſe, hac mente eum convenio. At ſcripta non intelligo: Quaero igitur & horum enarratorem. Atque hactenus quidem nihil praeclari. Jam vero & enarratore invento, OMNE QUOD RELIQUUM, EST UTI PRAECEPTIS, ID QUOD ET REVERA SOLUM EST PRAECLARUM. *Sin ipſam duntaxat enarrationem admiratus, ei ſoli inhaeſero, quid aliud niſi pro Philoſopho Grammaticus evaſero? In eo tantum diverſus, quod pro Homero Chryſippum enarro. Magis igitur, cum quis a me petierit praelegi ſibi Chryſippum, erubeſco: quotieſcumque nequeo* SIMILIA VERBIS ET CONSENTANEA PRAESTARE OPERE: Sive, ut loquitur Cicero: AEQUALEM AC PAREM VERBIS VITAM AGERE. Id quod praecipuum & mens eſt Diſtichi hujus. Ang. Politianus nimiam ſibi hoc in transferendo Cap. permiſit libertatem; ita enim ille: „ *Sed ſcripſit Chryſippus, non ut quis eum interpretaretur*: (antea

tea tamen *obſcure ſcripſiſſe* & ipſe dedit:) „ *ſed ut ſecundum* „ *ſe operaretur. Si ergo ſcriptis utar, tum eorum bonum fuero* „ *conſecutus: ſi autem interpretantem admirer, aut etiam ipſe* „ *interpretari poſſim, grammaticum, non philoſophum admirer,* „ *aut agam. Quid autem prodeſt, medicamenta quaedam inveniſſe* „ *deſcripta, eaque intelligere, atque aliis tradere, ipſummet* „ *aegrotantem minime eis uti?* Vera tametſi haec & ad rem etiam noſtram admodum facientia; at in graecis, hoc quidem loco, non extant, ex Simplicii nempe deſumta Commentario.

Alterum, quod promiſimus, hoc ſequens eſt (Enchirid. Cap. LXXVI.) ΠΡΩΤΟϹ ΚΑΙ ΑΝΑΓΚΑΙΟΤΑΤΟϹ ΤΟΠΟϹ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑι, Ο ΤΗϹ ΧΡΗΣΕΩϹ ΤΩΝ ΘΕΩΡΗΜΑΤΩΝ (Al. ΔΟΓΜΑΤΩΝ.) Οἷον, ὁ ΤΟΥ ΜΗ ΨΕΥΔΕΣΘΑΙ. Δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν οὐ δεῖ ψεύδεσθαι. Τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεϐαιωτικὸς καὶ διαρθρωτικός· οἷον, πόθεν ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις; τί γάρ ἐςιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; οὐκοῦν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον, ὁ δὲ δεύτερος διὰ τὸν πρῶτον. Ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. Ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν ποιοῦμεν. Ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίϐομεν, καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐςιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή· τοῦ δὲ πρώτου, παντελῶς ἀμελοῦμεν. Τοιγαροῦν ψευδόμεθα μὲν, πῶς δὲ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, πρόχειρον ἔχομεν. H. e. Primus ac maxime necessarius in philosophia locus est is, qui ad usum speculationum (vel doctrinarum) pertinet; *veluti* de non mentiendo. *Secundus, qui ad Demonſtrationes; veluti, cur non ſit mentiendum? Tertius, qui ad has ipſas confirmandas ſpectat ac diſtinguendas: veluti, qui fiat, ut iſta ſit demonſtratio? In quo ea conſiſtat? Quae ejus ſit conſequentia? Quae in contrariam partem argumenta? Denique quid conſtanter verum? Quid falſum? Igitur tertius quidem locus neceſſarius eſt ob ſecundum, ſecundus ob primum: maxime vero omnium neceſſarius, & in quo quieſcere oporteat, primus eſt. Nos autem contra facimus: tertio enim loco inmoramur, inque eo noſtrum omne ſtudium conterimus: primum vero prorſus negligimus. Proinde* mentimur *quidem, &* quomodo *tamen* demonstretur non esse mentiendum, id in promptu habemus. Τοὺς Ῥήτορας, ait Diogenes, in Laërtio p. 209. *τὰ δίκαια μὲν ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς. Eſſe* *Oratores*

Oratores de eo, quod juſtum ſit, verba faciendi peritia inſtructiſſimos, juſte vero agendi, non item. Sum verus? Nonne haec magnos magna, imo maximos condecorant in orbe Doctores, eruditosque omnes, omnia ſua ut dogmata, ſpeculationes omnes, omnem denique doctrinam in vitae communis ſuaeque inprimis convertant uſum? Quod niſi fiat, ſera nimis, nimiumque triſtis eſt illa quorumdam ante obitum confeſſio: *ſe non vixiſſe, ſed fructum vitae omnem, male agendo, perdidiſſe.* Magis tamen adhuc funeſta illa eſt, quam, binis comprehenſam Diſtichis, duo magni quondam nominis doctores, in ipſo loco ſupplicii, diverſo tempore, de utroque ſumti, ita pronunciaſſe perhibentur. Alter quidem:

Diſce meo exemplo mandato munere fungi,
Et fuge, ceu peſtem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

Alter vero magis adhuc παθητικῶς digneque meliore cathedra:

Quid juvat innumeros ſcire atque evolvere caſus,
Si facienda fugis; ſi fugienda facis?

Vid. Zincgrefii Apophthegmata, Ed. Lugd. pagg. 235. 236. & Koenigii Biblioth. Vet. & Nov. pag. 323. a. Ea nos jam in noſtros vertamus uſus.

Quae culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe:
Ne tua te damnet vox peragatque reum.
Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum;
Quum fugienda facit; quum facienda fugit.

Fui le mal, dont ſouvent tu blâmes la prâtique;
Fais le bien, dont tu veux être le défenſeur.
Quelle bonte pour toi, Docteur, dans ta critique,
Si le vice étoit ton cenſeur!

XXXI.

Quod juſtum eſt, petito, vel quod videatur honeſtum: Nam ſtultum eſt petere id, quod poſſit jure negari.

Quod inhoneſtum eſt, a nemine petendum eſt. Nullus enim debet cuiquam in re turpi morem gerere. Aut ſic: Quod injuſtum eſt, i. e. quod non debetur, jure negari poteſt. Ergo non a quovis petas, ſed ab eo, cujus officium eſt, praeſtare quod petis: neque quidvis, ſed quod cum honeſtate conjunctum eſt. Nam id petitur aliquando, & ab his qui non debent. Erasmus.

Vel quod *videatur honeſtum*] I. e. *ſit honeſtum*, *Videri* enim non raro Latinis ſonat *eſſe*, ut δοκεῖν Graecis εἶναι. Juſtin. Lib. XXXVI. Cap. II. *Nam & prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit, nihilque divini juris humanique ei incognitum* videbatur. Wachius.

Vel hujus quodcumque eſt ad privam ſpectat hominis in vita privata conſtituti a Deo, aut ab amico aliquo factam, extra publici forum judicii petitionem: vel ad publice factam faciendamve in republica: vel denique ad quamlibet actionem fori. A Deo vero petere injuſta nihil eſt aliud, quam quantum in nobis ſitum, noſtrae ipſorum injuſtitiae reddere illum velle participem, id quod re vera ſummae eſſet malitiae. Neque tamen culpa vacat, qui & injuſta poſtulat ab amico: ſi enim impetrat, ſuam ipſe conduplicat injuſtitiam; ſin minus, nequidquam amicitiae jura diſſcindit, quae ſane diu ſubſiſtere, aequum inter & iniquum, non poterunt. Idem, immo magis adhuc de petitione publica dicendum eſt: Legi tamen meretur Ciceronis de petendo Conſulatu libellus. Ergo in omni re, & publica & privata, non niſi ea petenda, quae juſta ſunt, & cohibendus retrahendusque in tempore animus ab omnium eorum eſt deſiderio, quae citra iniquitatem aut aliorum injuriam, ſive quaeri, ſive obtineri, nequeunt. Ei rei nos aſſuefacit Philoſophia, eoque pertinet quod rurſum Epictetus monet noſter, Cap. XIII. Μὴ ζήτει, inquiens, τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνε-

31.

ΑΙΤει ἀεὶ ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ ΟΝ, ἢ ΤΟ δοκοῦν ΚΑΛὸν εἶναι.
Ὡς ΑΜΑΘΕC ΑΙΤΕΙΝ γὰρ, ὃν ἂν τὰ δίκαιον ἀπείπῃ.

AD MENTEM hujus Epigramm. egregie pertinet, quod dixit Cicero de Amicitia, Cap. XX. *Atqui in omni re conſiderandum eſt, & quid poſtules ab amico, & quid patiare a te impetrari.* Et ibidem: *Haec igitur prima lex amicitiae ſanciatur, ut ab amicis* honeſta *petamus.*

O. ARNTZENIUS.

ID, hoc loco emphaſi non carere ſua, cum ſit pro: *tale quid* adhibitum, quis inficiabitur, niſi cui potius ipſi, quam Auctori noſtro, metri Caeſura brevis nimium quantum ſit in deliciis? Quae tamen hic neſcio quid aſperum durumque ſonat.

γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις (al. εὐροήσεις.) Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. Χώλανσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. Καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σοῦ δὲ οὔ. I. e. *Ne poſtules quae fiunt fieri ut velis; ſed ut fiunt, ita velis ea fieri: Sic omnia tibi proſpere cadent. Morbus corporis eſt impedimentum; propoſiti non item, niſi ipſum velit. Claudicatio pedis impedimentum eſt, minime vero propoſiti. Atque hoc in quocumque incidentium conſidera: invenieſque id alterius cujuſpiam, non tui, eſſe impedimentum.* Ad quae optime Hieronymus Wolfius: „ Sic, inquit, quo plura & majora
„ fuerint impedimenta corporis, eo MAGIS APPETITUM
„ CONTRAHES, paucioraque *petes* & ſuſcipies. At iſtud
„ ipſum, inquis, eſt inſtituti impedimentum, eoque mo-
„ leſtiſſimum. Negat Epictetus eſſe impedimentum NI-
„ HIL TEMERE ET FRUSTRA APPETERE: Sed id
„ Philoſophi proprium eſſe munus affirmat. Illud certe vel
„ ſtultus intelligit, praeſtare appetitum rationi obedientem
„ praebere, quam IRRITIS CUPIDITATIBUS AESTU-
„ ARE. — Illud tamen Epict. non vetat, quo minus
„ commodis tuis, quatenus & natura poſtulet, ET HO-

„ NESTE POSSIS (h. e. abſque alterius incommodo,) „ conſulas". Haec ille.

V. CL. H. CANNEGIETERUS hoc Diſtichon praecipue de Actione forenſi atque adeo totum quantum eſt, ex jure ſtatuit eſſe Romano exponendum. Qui, poſtea quam ex eodem brevibus illis Sententiis, ſive Diſtichorum Lemmatibus, inter alia his: *Foro te para*, ut ipſe legit; *Ad Praetorium ſtato; In Judicium adeſto; Conſultus eſto; Ad Conſilium antequam voceris ne acceſſeris; Aequum judica;* lucem affundebat haud exiguam, poſita inprimis *Juris* & *Aequi* magna illa & veriſſima differentia, Capite Reſcriptorum XXVII. ita pergit: „ Vidimus, qualem velit filium in judicando: videbimus etiam mox, qualem eum cupiat in „ Advocatione, ſive in cauſſis agendis. Sequitur namque „ in iisdem ſententiis: *Illud ſtude agere, quod juſtum eſt.* „ Quid ſit AGERE in judicio, nemo neſcit. *Juſtum* au„ tem dicitur, quod jure & legibus eſt conſtitutum, ſeu „ datum. Sic juſtus pater, filius, tutor: juſta uxor, ju„ ſtum matrimonium, & multa alia, quae ex jure Roma„ no intelliguntur. Atque ita Dionyſius, Lib. I. Diſt. XXXI. „ JUSTUM PETERE dicit, *quod jure petitur*, ut *injuſtum*, „ QUOD JURE NEGATUR:

Quod juſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum: &c.

„ Dicerem ſententiam hanc praeliminarem, ut Boxhorn. „ vocat, in qua interpretanda nunc verſamur, lemma eſſe „ hujus Diſtichi, ſi in priori verſu legeretur:

Quod juſtum eſt AGITO.

„ Imo vero retine: *petito* —— nihilo ſecius lemmati iſti „ reſpondebit. Nam *petere* verbum juris eſt, atque idem, „ quod *agere*, notat. Inde *qui petit*, & *unde petitur*, verba „ antiqua & probatiſſima in foro Romano, quae nec Te„ rentius Comicus ignoravit, vide Eunuchi prologum „ v. 11. 12.

——— ——— ——— *Cauſſam dicere*
Prius, UNDE PETITUR, *aurum quare ſit ſuum:*
Quam ille QUI PETIT.

„ Jura Juſtinianea frequentius illos Actores ſive Petitores, „ hos Reos nominant. *Petere* ergo, in illo Diſticho, ut

„ *Agere*

„ *Agere* in Lemmate, eſt in judicio petere & cauſſam
„ agere. Hoc ergo filium monet pater, ut cum ad cauſſas
„ agendas acceſſerit in judicio, cauſſae nulli patrocinium
„ ſuum adcommodet, niſi quae *juſta* ſit, aut ſaltem *honeſta*
„ eſſe *videatur*. *Videatur* autem, in illo verſu, ſignificat *exi-*
„ *ſtimetur*, ut Diſt. XXV. *Vis bonus videri*. *Honeſtum* ſpecio-
„ ſum notat & probabile. Notum eſt illud Terentii: *Ho-*
„ *neſta oratio*, id quod & crebro uſurpatum a Cicerone, vid.
„ Ferrarium ad Philippicam VIII. Cap. IV. Juſtae vero aut
„ ſaltem probabiles cauſſae ſint, neceſſe eſt, quae a pa-
„ tronis & JCtis non improbis ſuſcipiebantur. Cicero de
„ Officiis Lib. II. Cap. XIV. *Judicis eſt, ſemper in cauſſis*
„ *verum ſequi*: PATRONI, *nonnunquam* VEROSIMILE,
„ *etiamſi minus ſit verum, defendere*. Quod ipſum idem ſaepe
„ alias monet. (Adde pro Cluent. Cap. L.) De Antonio
„ Oratore vide Valerium Maximum, Lib. VII. Cap. III.

NIHIL his repugno: Et ſane negari nequit, quae ad jura legesque pertinent, ea hunc ſaepius ſub oculis habuiſſe patrem, filiumque paullatim iis adſuefacere voluiſſe. Praecipue tamen illa loquendi formula: *Vel quod videatur honeſtum*, aliter hiulca aut ſubobſcura, lucem inde lucratur haud mediocrem. Cauſſam itaque & hic tuetur Patronus maxime veroſimilem. Neque tamen ab hoc judiciali dicendi genere ſenſus ille naturalis omnibusque communis excludi penitus credendus eſt.

Quod juſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum:
 Sic laudemque dator, tuque petita feres.
Nam ſtultum eſt petere id, quod poſſit jure negari;
 Soli dedecori eſt illa repulſa tibi.

Ne demande jamais que ce que la juſtice
 Ou bien l'honnêteté peuvent autoriſer.
Le Sage ne doit point demander par caprice
 Tout ce que la Raiſon a droit de refuſer.

XXXII.

Ignotum tibi tu noli praeponere notis:
Cognita judicio conſtant, incognita caſu.

Ne facile commutes nota ignotis. Puta amicum, vel rem, vel vitae genus. Notis enim commodius uteris, de quibus judicare potes. Quae ſi bona ſunt, rectius uteris: ſin mala, facilius tolerabis: Quandoquidem, juxta Plautum, nota mala, mala non ſunt. Ignota verò cujuſmodi futura ſint, incertum eſt. Fit autem ſaepenumero, ut quae in expetendo putaris prima, in experiendo repudies.

Erasmus.

Recte putat Eraſm. Auctorem noſtrum non tantum ad res, ſed & ad amicos reſpexiſſe, id ſatis adparet ex Cicerone, de Amicitia Cap. XIX. *Non enim amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum ſatietates. Veterrima quaeque (ut ea vina, quae vetuſtatem ferunt,) eſſe debent ſuaviſſima: Verumque illud eſt, quod dicitur,* multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiae munus expletum ſit. *Novitates autem, ſi ſpem adferunt, ut, tamquam in herbis non fallacibus fructus adpareat, Non ſunt illae quidem repudiandae. Vetuſtas tamen ſuo loco conſervanda eſt.*

Otto Arntzenius.

Totum hoc ad Stoicorum pertinet diſciplinam Praeceptum, ut qui homines, nihil prorſus dantes & relinquentes fortunae aut caſui, omnia ab animi viribus, quibus fere nimium tribuerunt, a judicii proſpicientia, a voluntatis arbitriique omnimodo ſibi ipſis adſerta libertate, pendere voluerunt ac ſtatuerunt. In hoc igitur conſpirat cum tertio Libri quarti Diſticho:

Quum ſis incautus, nec rem ratione gubernes;
Noli Fortunam, quae non eſt, dicere coecam.

Cumque aliis pluribus, quae ſuo venient conſideranda ordine locoque.

Etiam atque etiam vero eſſe cavendum, ne viſa quaelibet nova atque inſueta aſſenſum nobis ſtatim, necdum ſolicito ſubjecta examini, extorqueant, id Epicteteae morum diſciplinae quoddam inter primaria eſt monitum; ita ut mihi equidem facile perſuaſerim, hoc quod tractamus Diſtichon duorum, quarti nimirum & quinti, in Enchiridio Capitum aliquam, ad puerilem captum adcommodatam, Epitomen

32.

ΜΗ ποτ᾽ ΑΓΝΩΤΑ ΠΡΟΤΙΜότερον ΓΝΩΣΤΟῖο λογίσῃ·
Τὸν γὰρ ΓΝΩΣΤὸν ἔγνως κρίνας· ΤΑ δ᾽ ΑΓΝΩΣΤΑ ΤΥΧΗΡά,

IGNOTUM.] Barbare Planudes προτιμότερον, ἀντὶ τοῦ προτιμητέον.

Cognita judicio] Dum γνώμην in χρείαν mutat Planudes, leporem ſententiae obſoleſecit, & praeterea obſcuritatem hac innovatione vitare non potuit. SCALIGER.

Ignotus autem vel *ignotum* eſt, *qui* vel *quod ignoratur*, *quod nondum habemus exploratum.* Virg. Aen. I. v. 359.

—— Ignotum *argenti pondus & auri.* Ubi: *tantum, quantum nullus umquam novit*, id exponit Servius, eodem recenſente, qui nobis juxta nominatur.

JUDICIO] *Sapientia, conſilio.* DAUMIUS.

Dubito equidem an Doctiſſ. Daumius recte ſatis expoſuerit. Cum nobis nihil aliud adnotare videatur, quam *uſu* & *cognitione.* Cicero de Amicitia. Cap. XVII. *Sunt igitur firmi & ſtabiles & conſtantes eligendi: Cujus generis eſt magna penuria, & judicare difficile eſt ſane, niſi expertum. Ita praecurrit amicitia* judicium, *tollitque experiendi poteſtatem.*

OTTO ARNTZENIUS.

tomen eſſe metricam. Illorum jam prius hoc tenore fluit: Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δὲ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. Ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ᾽ αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. Πάντως γε μὲν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι᾽ ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται. Quod Politianus ſic latinum fecit: *Si ergo talia expetis, memento, non oportere modice commotum ea attingere, ſed partim omnino dimittere, partim in praeſentia rejicere, ac primo tui ipſius curam agere. Si autem & haec ipſa velis; regnare ſcilicet, dives eſſe, & domeſticos dirigere: fortaſſe neque haec ipſa conſequeris, quia priora quoque expetis. Illa vero nullo modo conſequeris, quae ſola homini felicitatem pariunt.* Ubi Caſaubonus minime opus eſſe cenſet illa, ut ex Simplicio petita, additione: καὶ τὰ οἰκεῖα εὐθύνειν *& domeſticos dirigere*, quae verba melius, *inquit*, abſint, cum in iſtis, ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα (PROPRIA BONA ſcilicet) καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν (EXTERNA BONA) manifeſta ſit oppoſitio. Mox poſterius, quintum ordine, ea ex praecedenti-

cedentibus infert, quae ſequuntur : Εὐθὺς οὖν πάσῃ Φαντασίᾳ [τραχείᾳ ἢ καὶ λείᾳ] μελέτα ἐπιλέγειν· ὅτι Φαντασία εἶ, [ἐςὶ,] καὶ οὐ πάντως τὸ Φαινόμενον. Ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις. Πρώτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιςα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐςὶν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔςω τὸ, διότι οὐδὲν πρός σε. Quaeque latine ita loquuntur: *Continuo igitur in quavis imaginatione* (rerum ſive aſperarum, ſive ex earum numero, quae alliciunt,) *diſce conſiderare, imaginationem eſſe illam, neque id omnino eſſe, quod videtur. Deinde ſcrutare id & examina his regulis, quas habes. Primaque hac, & maxime, utrum circa ea ſit, quae ſunt in nobis, an quae non ſunt.* (Sic enim ea *cognita*, quod Cato ait noſter, JUDICIO CONSTANT.) *Quod ſi circa aliquod eorum ſit, quae in nobis non ſunt, promptum hoc eſto*: NIHIL AD ME. Atque haec quidem de *cognitis*, iisque quae certo *conſtant judicio*. De incertis autem, nec dum ſatis cognitis atque intellectis, Zenonis & Epicteti & eorum utrique adſurgentis Dionyſii noſtri iſta Doctrina eſt : Πρὸς τὸ ἄδηλον ἐπέχειν, *in incertis aſſenſum eſſe ſuſtinendum cobibendumque.* Audiamus jam de hoc Arrianum, Epicteti ſui Libro III. Cap. III. ab initio ſtatim ſic diſputantem : Ὕλη τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τὸ ἴδιον ἡγεμονικόν· τὸ σῶμα δ' ἰατροῦ καὶ ἀλείπτου, ὁ ἀγρὸς γεωργοῦ ὕλη. Ἔργον δὲ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τὸ χρῆσθαι ταῖς Φαντασίαις κατὰ Φύσιν. Πέφυκε δὲ πᾶσα ψυχὴ, ὥσπερ τῷ ἀληθεῖ ἐπινεύειν, πρὸς τὸ ψεῦδος ἀνανεύειν, ΠΡΟϹ ΤΟ ΑΔΗΛΟΝ ΕΠΕΧΕΙΝ, οὕτω πρὸς μὲν τὸ ἀγαθὸν ὀρεκτικῶς κινεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸ κακὸν ἐκκλιτικῶς, πρὸς δὲ τὸ μήτ' ἀγαθὸν μήτε κακὸν, οὐδετέρως. κ. τ. λ. Quae quidem huius ſunt ſententiae: *Materia pulcri & boni eſt ſua cujusque mens ſ. Intellectus agens : Corpus medici & aliptae : ager agricolae materia. Opus autem, in quo Bonum atque Honeſtum conſiſtit*, (Al. Viri autem boni & honeſti munus eſt,) *eſt viſis ad naturae praeſcriptum uti. Sic vero natura comparatum eſt, ut quivis animus, quemadmodum veris annuit, falſa abnuit*, IN INCERTIS ASSENSUM SUSTINET; *ſic & bonum expetat, & malum averſetur: Erga id vero, quod neque bonum neque malum eſt, neutro modo afficiatur.* Et quae ſequuntur. Plura etenim, imo permulta huc admodum facientia, ex eodem hoc egregio Philoſopho, Philoſophi ſaltem ſanctiſſimi ſectatore, citarem Arriano, niſi ne nimis longus forem vererer. Neque enim haec, ſat ſcio, ſapiunt omnibus.

NON

NON TAMEN eſt, ut poſtulem Catonem mihi explanandum horum Philoſophorum ope Stoicorum, ut Epicteti & ſimilium: Sic namque minime effugerem crimen, non dicam ejus, qui obſcurum dilucidare voluiſſet per id, quod aeque eſſet obſcurum; ſed ejus, qui in ſe clara ſuaque luce radiantia illuſtraturus per obſcuriora fuiſſet: nam in noſtro certe Auctore parum obſcuritatis ſupereſt, in Philoſophis his aliisque permultum. Verum iſtud hac vice meum eſt, idque mihi ſumo: oſtendere videlicet, quam pulcre, quamque feliciter Cato noſter, quae abſtruſiora paullo atque a vulgi captu remotiora ac recondita fuiſſent, e Philoſophorum ſcholis tranſtulerit, eaque, familiariſſimorum ope exemplorum, vel puerili adcommodata ſenſui, in uſus primum domeſticos, dehinc publicos, Muſis quoque adſpirantibus, converterit: id quod effici, citra comparationem cum Philoſophorum effatis inſtituendam, nullo modo poterit. Quod quemadmodum ſupra ſaepius, & ad Diſtich. XIII. praecipue, ita & in hoc praeſenti Diſticho, ſed digito tantum viam, ut ſic dicam, praemonſtrante, factum eſt, ſaepiusque & deinde fieri ut queat idem, non deerit opportunitas.

Ignotum tibi tu noli praeponere notis.
    Quis furor, in coecam ſe dare perniciem?
Cognita judicio conſtant, incognita caſu:
    Mille praeit, caſſis lumine, quisque videns.

Des choſes que tu ſais parle avec aſſurance:
    QUAND TU DOUTES, SOIS RETENU *.
On juge en ſûreté, quand on a connoiſſance:
On décide au hazard ſur un fait inconnu.

* Secundus in Tetraſticho, gallice ſcripto, verſus optime exprimit Stoicorum τὸ ἘΠΈΧΕΙΝ; Primus vero utut nobis, at noſtro non ſatisfacit Catoni.

XXXIII.

XXXIII.

Quum dubia in certis verſetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quocumque laboras.

Cum igitur Vita per ſe incerta verſetur in periculis incertis, unumquemque vitae diem in lucro deputa; unusquisque enim dies poterat eſſe ultimus & incertum erat an tibi contingeret. Ergo in tot vitae periculis quicunque dies non eripitur, is in lucro eſt deputandus.

Quicunque laboras] i. e. quicunque ſolicitus es, & angeris hujus vitae malis. Tametſi, ut dixi, non ignoro Planudem ſecus expoſuiſſe. Sed non eſt ſententia illum per omnia ſequi. Nam mihi magis probatur, ut legamus *incertis* unica dictione, ad hunc modum: Cum vita dubia verſetur, i. e. jactetur incertis periculis i. e. caſibus. Nam pericula hoc minus a nobis vitari poſſunt, quod incerta ſunt. Vitaſti naufragium, non vitaſti ruinam. Vitaſti bellum, incidis in latrones. Vitaſti peſtem, morderis a vipera. Mille periculis obnoxia eſt hominis vita, atque his quidem incertis & ob id inevitabilibus. Erasmus.

Quum *dubia*] Scalig. pro *laborai*, *ſequetur* reponit verſu ſecundo. Barthius vero ita haec exponit: [*Non eſt locus in hoc Scriptore ſummis Viris viſus difficilior. —— At clara eſt ſententia, ſi modo nos non coecutiamus.*] *Cum ipſa vita in dubio ſemper ſit, ſummis a morte periculis perpetuo imminentibus, pro lucro aeſtimare debemus eum diem, quo laboramus; quo non evertimur imminenti nece: Ita, ſi maiora pericula, quibus circumfundimur, conſideramus, minora illa, ut laborem, ſine quo vita noſtra non eſt, pro lucro habere decet.* Haec ille. Et ſic prorſus Horat. Lib. I. Od. IX. v. 14.

Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone —— Et idem, Epod. XIII.
—— —— *Rapiamus, amici,*
Occaſionem de die.

Epigramma vetus:

Vivite felices, moneo: mors omnibus inſtat.

Opitius.

Tertium tantum aut quartum, binaque praeterea noviſſima ex hoc Diſticho vocabula in diſceptationem venerunt.

Prius illud quod adtinet, pari jure quo mors, omnium iſtud periculorum extremum, & cujus demum cauſſa atque reſpectu reliqua omnia cenſenda ſunt eſſe pericula, diverſo tamen intuitu, certa ſimul & incerta dici poteſt; etiam illa in univerſum, ſive jam majoris, ſive minoris momenti pericula, aut certa appellari merentur, aut, ſi mavis, incerta quoque. Certiſſimum enim eſt, quam quod maxime, vitam mortalium in continuo verſari diſcrimine: Ergo certa

33.

Τοῦ ΒΙΟυ ἀμφιβόλου φανεροῖς ἐπὶ πήμασιν ὄντος,
ΠΑ͂ς μοχθῶν πρὸς ΚΕΡΔΟΣ, καιροῦ ὅπερ ζῇς, ἡγοῦ.

Quum vita] Praeter eam interpretationem, quam dedimus, potes etiam ita:

Εἰ δὲ ἀπείρομαρτοι βίοτον κλεύσουσι ἀγῶνες.

Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras.] Ita habent omnes editiones, ut & nos vertimus. Sed nobis conſtat Auctorem ſcripſiſſe:

—— —— *quicunque ſequetur.*

Quum vita incerta ſit; quemcunque diem Deus apponet praeſenti, illum tu appone lucro. Quare ita graece concipientur:

Ἦμαρ ἐπερχόμενον πᾶν κέρδεος ἀντιλογίζου.

Planudeana nihil praeter ſolitum, dura, hiulca, inconcinna.

Scaliger.

Quocumque. Vetus Gloſſa MS. *quocunque laboras*, i. e. *quocunque die opere faciendo vitam teris.* — Sumſiſſe autem noſter Cato videtur ex illo Senecae Epiſt. XII. *Craſtinum ſi adjecerit Deus, laeti recipiamus. Ille beatiſſimus eſt & ſecurus ſui poſſeſſor, qui craſtinum ſine ſolicitudine exſpectat. Quiſquis dixit: Vixi, quotidie ad lucrum ſurgit.*

Daumius.

Ad quae verba ex Seneca citata nemini uni Interpretum in mentem veniſſe miror illa Horatiana, Lib. III. Od. XXIX. v. 41. & ſeqq. ejuſdem omnino argumenti, majoris adhuc efficaciae. Vid. ea in floſculis noſtr. poëticis ad h. D.

certa ſunt, per omnem vitam, varia variique generis pericula & eorum ultimum, vitae finis. Incertum eſt, quaenam & cujus praecipue generis ante alia quam proxime immineant, quae prius, quaeque poſterius: quando aegrotatio, quando orbitas, quo denique tempore mors? Et hujus quidem reſpectu ea incerta ſunt, coeca, incognita. Utrumque ſenſit animoque ſecum volutavit Noſter, dum vitam ipſam pronuntiat dubiam &, durationem ſeu ſpectes, ſeu jucunditatem, ſive alia qualiacumque naturae munera, incertam; diſcrimina vero, in quibus ea verſetur, declarat eſſe certiſſima. Sic nempe oppoſitionis poſtulabat ratio, ut

ut poſtquam vitam, quatenus ea Bonum eſt, vocavit dubiam ſive incertam; vitae pericula, quae Malum ſunt, ea vero diceret certa minimeque dubia.

Alterum in quo multum Critici laborarunt illud eſt: *quicumque* vel *quocumque laboras*. Eique ultimam adhuc nuperrime admovit manum Celeb. Withoſius, cujus ipſius verba, eo quod brevem illorum continent bellorum hiſtoriam, huc transſcribam integra: „ —— *quicunque laboras* Inſigne
„ hic ulcus occurrit. MSS. & Editiones Veteres ita habue-
„ runt omnes; niſi quod, Daumio teſte, Gloſſae MSS. *quo-*
„ *cunque* praeferant, quod bene notandum eſt. Joſephus
„ Scaliger ſane temere *quicunque ſequetur* corrigebat, quem
„ Chriſtianus Daumius & Gilb. Wachius ſequuntur, tanti
„ Viri auctoritate decepti. *Laboras* in Libris fuit, quod
„ Barthius Daumiusque in Notis explicant: *vivis*, vel *va-*
„ *les*; ſane coacte & Latinae Linguae uſu obſtante, etſi
„ Sebaſt. Brantius jam in ſua Verſione eum ſenſum quoque
„ expreſſerit. Ad Gratii Cynegetic. v. 94. vero Barthius
„ corrigit: *quocunque labor ſtat*, male quidem ipſe; ſed
„ Scaligeri mutationem merito audaciſſimam vocat, vicis-
„ ſim deinde poenas daturus (adeo a Scaligero, vel cum
„ praefatione honoris, diſſentire piaculum videbatur mo-
„ roſis admiratoribus,) Jano Vlitio, haec λήρους & nugas
„ vocanti, Comment. ad Rei Cynegeticae Scriptores pag.
„ 133. ſed veram lectionem aeque ignoranti. Auctor ſic
„ veriſſime emendandus eſt:

Quum dubia incertis verſetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quocunque potiris.

„ Nempe ex τῷ *potiris* facili mutatione *laboras* eſt deprava-
„ tum, non vero *ſequetur*. Illud *quocunque* in MS. exiſtens
„ huc quoque tendebat. Manifeſta eſt imitatio loci Hora-
„ tiani Lib. I. Od. IX. *Quem ſors dierum cunque dabit, lucro*
„ *Appone*. Nam *quocunque potiris* idem valet, ac ſi dictum
„ eſſet, ex Flacci forma, *quemcunque ſors dedit*. Praeterea
„ verbum praeſentis temporis huc quadrat melius, quam
„ futuri. Juvenal. Sat. X. v. 358. *Qui ſpatium vitae extre-*
„ *mum inter munera ponat*. Ceterum alii duabus vocibus *in*
„ *certis* teſte Eraſmo legerunt, etiam non inſcite, propter
„ oppoſitionis gratiam, *dubia in certis*. Sed utrumque bene
„ explicari poteſt; certe melius, quam idem Eraſmus de-

„ prava-

„ pravatum illud *laboras* interpretatur: angi vel ſollicitum „ eſſe hujus vitae malis, quod praeſenti huic Diſticho & „ Auctoris ſententiae minime quadrat". Hactenus ille.

EQUIDEM non inficior, pulcram eſſe hanc, laudemque promereri emendationem, ſi modo emendatione opus fuerat, ut conjecturam ſaltem, nec futilem, neque inutilem. Quae ſi obtineret, etiam in eo conveniret huic Diſticho cum duplici illa ex Seneca & Horatio ſententia, a Daumio nobiſque paullo ante in notis citata. Quod enim Seneca ajebat: *Ille beatiſſimus eſt & ſecurus* SUI POSSESSOR, *qui* —— *dixit* VIXI, *quotidie ad lucrum ſurgit*: Et jam ante illum Horatius:

—— —— *Ille* POTENS SUI
Laetusque deget, cui licet in diem
Dixiſſe: VIXI &c.

Id noſter poſt utrumque diceret: *Diem, quocumque* POTIRIS, *pro lucro tibi pone*, ut cujus compos factus eſſes, ſimul & ſecurus tui poſſeſſor. Haec quum fatear, nihil tamen video tam urgens, tamque cogens, iſtam ut neceſſariam faciat correctionem. Immo plus dicit textus Catonis receptus, quam quod vel in hoc, vel in illo altero eſt Horatiano loco, quem omnes huic contulerunt Diſticho interpretes, & cujus hoc *manifeſtam eſſe imitationem* ipſe teſtatur praeſtantiſſ. Withofius. Id quod & vir egregius, Caſp. Barthius jam animadvertit, Adverſarior. L. XXIV. Cap. IV. col. 1179. de utroque dicto ita ſcribens: *Eadem enim ſententia eſt, licet paullo aliter cadant verba.* Quem diem fortuna tibi vitae addet, ponas pro lucro, cum incertiſſima vita ipſa ſit; *addit Cato*: etiamſi illa ipſa dies non ſit ſine labore. Optime ſane; quidquid & idem Vir Doct. dicat alibi.

LABORARE certe, abſolute poſitum, nihil dicit aliud, quam in afflictione eſſe, deque iis uſurpatur, quibus cum anguſtia aliqua aut re qualicumque gravi & difficili eſt conflictandum. Sic *laborantes* vocat *utero puellas* Lib. III. Od. XXII. Horatius. Et magis adhuc abſolute Phaedrus: *Humiles* laborare, ait, *ubi potentes diſſideant.* Lib. I. Fab. XXX. Egerunt id pluribus, quorum erat in diverſos verborum inquirere ſignificatus. Docet igitur Noſter in ipſa adverſitate petere tibi e rebus adjunctis ſolatium. Fac,

 diem

diem in anguſtia te peregiſſe; at tranſactus eſt ruſus: *Pro lucro tibi* reputa DIEM hunc ipſum. Sic omne, quidquid eſt, duas habet anſas, tradente id noſtri magiſtro, Epicteto. Audiamus ipſum Cap. LXV. Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβὰς, τὴν μὲν φορητὴν, τὴν δὲ ἀφόρητον. Ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ· ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς, ὅτι ἀδικεῖ· αὕτη γάρ λαβή ἐστιν αὐτοῦ οὐ φορητή· ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφος· καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ᾽ ὃ φορητόν ἐστιν. H. e. *Omnis res duas habet anſas, alteram qua ferri poſſit, alteram qua non poſſit. Frater ſi injurius ſit, ne eum inde capias, quatenus eſt injurius. Haec enim ejus anſa eſt, qua ferri non poſſit. Sed inde magis, quod frater eſt, quod tecum educatus; atque ita inde eum capies, unde ferri poſſit.* Tu jam transfer idem & ad hoc praeſens adcommoda negotium: Vivis in anguſtiis; at vivis tamen. Id tibi ſufficere debet, *quum* praeſertim *dubia* ſemper ſit & in

XXXIV.

Vincere quum poſſis, interdum cede ſodali:
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.

NIHIL hoc Diſticho elegantius fingi potuit. Obſecundandum aliquoties amicis, & de tuo jure concedendum. Siquidem ea facilitas ac morigeratio retinet amicos in amicitia. Contra quidam dum obſtinate rixentur de lana caprina, malunt amicitiam reſcindere, quam ulla in re obſequi animo amici.

ERASMUS.

HUC facit locus Ciceronis de Amicitia Cap. IX. *Quamquam confirmatur amor & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto & conſuetudine adjuncta. Dulcis* autem elegans eſt epitheton amici. Vid. Horatium Lib. I. Serm. III. v. 69. & 169. Id. Lib. I. Epiſt. VII. v. 12. Ovid. I. d. P. Ep. VIII. v. 31. adde Cicer. de Amic. Cap. XXIV. in fin.

O. ARNTZENIUS.

QUAE PORRO in hoc ſequuntur traduntur que libro, fere omnia ad amicitiae pertinent colenda jura, eamque, quae nobis intercedit cum aliis conſuetudinem, aut quocumque denique nomine neceſſitudinem. Quo de argumento nemo quidquam amplius deſiderabit, perlecto illo amabili

in certis vita periculis verſetur. Inde cape, qua vita eſt, non qua laborum plena. Sic omnia aperta ſunt, plana omnia: *Quotidie*, Seneca it. monente, *morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitae, & tunc quoque, quum creſcimus, vita decreſcit: Hunc ipſum, quem agimus, diem cum morte dividimus.*

Quum dubia in certis verſetur vita periclis,
Et ſit in incerto poſtera cuique dies:
Pro lucro tibi pone diem, quocumque laboras.
Viventis dolor eſt. Vita labore viget.

Voyant qu'au cours de cette Vie
De facheux accidens ſe mêlent tour à tour:
Pour compenſer les maux, dont le Ciel l'a remplie,
Eſtime un très grand bien le don de chaque jour.

34.

Ἐσθ' ὅτε ΝΙΚΑΙΝ οἷός τ' ὢν, ἑτάροις ΥΠΟΕΙΚΕ·
Καὶ ΓΑΡ μετριότητι φίλοι γλυκεροὶ συνέχονται.

Obsequio *quoniam dulces vincuntur amici*] In Ajace:

φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται φίλοι.

Et nos vertentes imitati ſumus. Ἀκυρολόγως Planudes obſequium vertit μετριότητι. Ridiculum!

Scaliger.

Comprobat itaque & ſuo Scaliger, (nam ſic vertere maluit: — [illegible]) & eo; quod in medium affert exemplo, lectionem illam, quam nos inter variantes dedimus:

Obſequio — *vincuntur amicis*

Planudes vero legerat: *retinentur.*

bili & jucundiſſimo Ciceronis Laelio: quem neque ignorare potuit Dionyſius noſter; ſed in praeſcribendis amicitiae regulis, quas reliquis omnibus, per hoſce quatuor libros, frequentiſſime interſperſerat, in oculis habuiſſe videtur. Et hoc praeſens quidem levidenſe, nec magni adeo

eſſe momenti facile nonnulli ſint judicaturi, ubi ſingulis magis inhaerere verbis, quam ad integram eorum compagem mentis intendere aciem, voluerint. Illa vero plane perſpecta, non mirabuntur Eraſmum veluti in admirationem raptum ſic exclamaviſſe, ut ſupra vidimus atque audivimus.

Sunt enim homines, adeo parum ſociabiles, ut & tenaciſſimo conjunctas glutino reſcindere malint amicitias, quam vel minima in re morem aliquando gerere aut obſecundare amicis. Sunt iterum alii, quibus, ut ita dicam, ilia disrumperentur, ſi reticendum foret aliquod intra pectora ingenioſe conceptum dicterium, quo tamquam per jocum amicos inpetant, ſaepius non ſine graviore quoque offenſa. Sunt &, qui de rebus altercando leviſſimis, ubi quid ſe certo ſcire & pernoſſe arbitrantur, ne minimum quidem amicis, contrariam propugnantibus ſententiam, quantovis etiam pretio, concedere vellent: Victos enim ſe cauſſa ſua, vel quam ſuam ſibi feciſſent, iſtud quum facerent, excidiſſe exiſtimarent. Tali vero lubentius nos ut abſtineamus victoria, Cato nobis auctor eſt: Fore enim ali-

XXXV.

Ne dubites, quum magna petas, inpendere parva:
His etenim rebus conjungit Gratia caros.

Amicitia conſtat officiis mutuis, & juxta proverbium: Manus manum fricat. Gratiam hic vocat Deam benevolentiae.

Erasmus.

Tres, uti numerantur Gratiae, ita una ſemper averſa, pingebatur, reliquae duae nos reſpicientes, quod nempe profecta a nobis Gratia, i. e. beneficium alteri praeſtitum, duplex soleat reverti. O. Arntzenius.

Cavillatur ut ſolet Boxhornius, ſed hic praecipue tamen non amarulentis magis, quam ineptis riſibus, quibus & ſe potius ipſe aliis deridendum praebeat, quam Auctorem hunc noſtrum, dum, in infeliciſſimo iſto ingenii ſui

aliquando, ut amicus, cujus in gratiam de jure noſtro ſic ſponte deceſſerimus, id ipſe percipiat, nobisque illius nomine obſequii eo arctius devinciatur.

INTERDUM tamen, nec vero ſemper iſtud fieri debere prudenter innuit: mutua namque ſunt & reciproca amicitiae officia. Quique nec ipſe viciſſim aliquid, pro re nata, vult de jure ſuo concedere, tam obſequioſis indignum ſemet ipſe declarat eſſe amicis.

Vincere quum poſſis, interdum cede ſodali.
Cedere, quum nequeas vincere, qualis honos?
Obſequio quoniam dulces retinentur amici:
Major, in his pulſis, gloria; an Obſequii?

Pouvant ſur tes amis remporter l'avantage,
Mets ton honneur à leur ceder:
Un peu de complaiſance ainſi miſe en uſage
Te ſoûmettra les cœurs, que tu veux poſſeder.

35.

ΜΗ ὄκνει ΜΕΓΑΛ' ΑΙΤΙΖων, τάγε μικρὰ προέσθαι.
Ὅττι ΧΑΡΙϹ ΦΙΛέοντας, ἐν ἀλλήλοισι ΣΥΝΑΠΤΕΙ.

NIHIL adverſum haec monuit Scaliger: Duas etiam aut tres ex his Phraſes in ſuis ipſe retinuit, reliquis merito rejectis.

HIS *etenim rebus*] Qua, ſi quid ſentio, Formula etiam haec bina Diſticha * ſuaviter connectuntur.

* XXXIV. & XXXV.

ſui foetu, Diſſertatione, qua eum ſolus ſolum adortus eſt, verborum telis, quae contra quintum hujus Libri Diſtich. ante direxerat, haec ſequentia deinde ſubnectit convitia —— —— & pila minantia pilis.

Ait

Ait enim: *Nec aliter ſentio de Diſticho* XXXV. *ejuſdem libri:*

Ne dubita, cum magna petas, impendere parva:
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Ergo ſummum, ſi Diis placet, amicitiae vinculum eſt, petere magna, & parva praeſtare. Quibus infeſtis obvia ſignis ſigna ut ordinaret, Clariſſimo viſum eſt Cannegietero, Reſcriptorum ſuorum Cap. XXIX. talia regerere: „ Verum „ tu *cum* muta in *cui*, neque quidquam ſuperfuerit, quod „ merito increpes. Docet in commodum amici non par„ cendum eſſe pecuniae; certe erogandum eſſe de tuo „ aliquid, ſi magna illi conciliare poſſis. Horatii eſt Lib. „ II. (non I. ut irrepſit in noviſſimam editionem) Epiſt. I. „ v. 125.

——— PARVIS *quoque rebus* MAGNA *juvari.*

Haec Vir praeſtans ille, qui eam etiam lectionem iterato commendat Cap. eorumdem poſtremo, ſive XXXIII.

Ne dubites, cui magna petis, impendere parva;
His & enim rebus conjungit gratia caros.

„ Ita namque, repetens ait, legendum in verſu priore, „ ut oſtendi ſupra Cap. XXIX. in quo Diſticho idem „ paene, quod in hoc, quo de agimus, (erat autem id „ XLII. Libr. IV. *Gratior officiis, quo ſis mage carior* &c.) „ docuit: *Beneficiis amicitiam augeri & caritatem comparari.* Cui deinceps ſubjungit admodum adpoſite ultimum hujus Libri Diſtichon ſcil. XL. *Dapſilis interdum notis* &c. veluti, hinc non multo procul, id ſuo videbimus loco.

QUAM QUIDEM ſine optimo, nec ſine conſueto ſolemnique ingenii acumine tentatam emendationem non plane rejiciendam putamus, ipſi potius quoque eamdem admiſſuri, ubi de ejus neceſſitate melius conſtiterit: Hanc vero ipſam necdum videmus, neque agnoſcimus, nec tantum Boxhornio eſſe dandum arbitramur, qui ſupra jam in Diſtichi Hiſtoria XXIX. ſatis puto evidenter oſtenderimus: Quaenam ſint illa PARVA, quae, ex Auctoris noſtri mente ſententiaque ſapientiſſima, non ſine honore in nos inde redundante, inpendere lubentes debeamus, ut MAGNA ex iis, pari cum honore, ſemotaque procul omni avaritiae ſuſpicione, lucremur. Scilicet idem, quod ibi *vile* cen-

cenſet eſſe reputandum, hic eorum numero includit, quae liberali animo & ſponte noſtra inpendenda ſint ut PARVA; & quae hic MAGNA vocat, eadem illic eſſe *cara* putanda, docuit. Teſtis mearum denuo ſententiarum Epictetus ejus Philoſophus, qui paſſim inter eadem PARVA, eademque MAGNA Comparationem inſtituit, quae utraque & ejus aemulus innuit Cato. *Magna* nempe ea tantum vocat, per quae ſola libertas & beata vita comparetur, ut Sapientiae ſtudium. Deque iis in haec verba erumpentem jam ſupra audivimus in hiſtoria Diſt. XXXII. Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος; κ. τ. λ. *Cum igitur* TANTAS RES *appetas*, & quae ibi ſequebantur. *Parva* autem, quae ſunt ipſi omnia reliqua, ad illorum tantum adquiſitionem vult adhiberi inque proprios advocari uſus, vel, ut noſter ait, facile *inpendi*. Sic Enchiridii Cap. XVII. Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. Ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία. Προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. κ. τ. λ. H. E. A PARVIS *propterea auſpicare. Effuſum eſt oleum, ablatum vinum:* (In Graecis hic meras audias imminuendi formulas, quaſi dicentis: Sed *quam parva* haec ſunt!) *Conſidera* TANTI *conſtare quietem ac tranquillitatem*, TANTI *ſecuritatem animi. Gratis autem adquiri nihil.* Ergo: *Ne dubites, quum* magna *petas, inpendere* parva. Sic in Apophthegmatis apud Stobaeum idem ait Philoſophus, pag. 123. Ἐὰν θαυμάζῃς τὰ ΜΙΚΡΑ, πρῶτον ΜΕΓΑΛΩΝ ἀναξιωθήσῃ. Ἐὰν δὲ καταφρονήσῃς τῶν ΜΙΚΡΩΝ, ΜΕΓΑΛΩC θαυμασθήσῃ. Οὐδὲν ΜΙΚΡΟΤΕΡΟΝ φιληδονίας, καὶ φιλοκερδίας, καὶ ἀλαζονείας. Οὐδὲν ΚΡΕΙΣΣΟΝ μεγαλοψυχίας, καὶ πραότητος, φιλανθρωπίας τε καὶ εὐποιΐας. H. e. *Si initio* PARVA *admireris*, MAGNIS *te praebebis indignum. Sin* PARVA *contemſeris, in* MAGNIS *admirationi eris. Nihil* MINUTIUS *eſt ſtudio voluptatis, avaritia, arrogantia. Nihil* PRAESTANTIUS, *magnitudine animi, clementia, humanitate &* BENEFICENTIA. His magnis ſublimibusque veritatibus Noſter jam familiaria, pro more ſuo, petit coordinataque exempla. Vis tamen & de amicitiae pretio inaeſtimabili eumdem diſſerentem audire Stoicum, ecce hoc ejus dictum conſervavit nobis ibidemque tradidit Stobaeus: Ἀντὶ βοῶν ἀγέλης, πειρῶ φίλων ἀγέλας ἐναγελάζεσθαί σου τῇ οἰκίᾳ, *Pro multorum boum armentis, congregato domi tuae, ſi poteris, Amicorum greges. Praeſtet* jam haec *parva*, ſi poterit, Boxhornius, luatque pro frivolo judicio Hecatomben.

Ne dubites, cum magna petas, inpendere parva.
Pluris amicitia eſt, quolibet officio.
Hanc petis, haec referas: Conjungit Gratia caros
His etenim rebus, ſuntque in amore vices.

Ne

XXXVI.

Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta eſt:
Ira odium generat. Concordia nutrit amorem.

CAVENDUM eſt, ne per inimicitiam lis incidat cum amico, propterea quod ex jurgio reſident in animo veſtigia quaedam, quae benevolentiam vertunt aliquoties in odium. Et non optime coire ſolet ſemel reſciſſa concordia. Ergo moroſitas omnis & aſperitas debet abeſſe ab amicitia.
ERASMUS.

SIC Auctor inf. Lib. II. Diſt. IX.
Lis *minimis verbis interdum maxima creſcit.*

Immo *jurgium* pro *lite*, & *jurgari* pro *litigare* a Scriptoribus uſurpatum, egregie nuper docuit Cl. Canneg. in Diſſ. de Stil. Aviani Cap. XXI. pag. 312. Qui ſubtilius etiam inter haec verba diſtinguit, ut *jurgium* ſit de jure actio, *lis* de re. O. ARNTZENIUS.

TERNA ſic ea Diſticha, quorum hoc ipſum eſt poſtremum, trium Gratiarum inſtar conjunctiſſima, in ejusdem argumenti ac ſententiae quaſi circulo, peramabiles ducunt choreas. Prima enim harum nobis Gratiarum ita occinit:

OBSEQUIO RETINENTUR AMICI.

Secunda vero:

CONIUNGIT GRATIA CAROS.

Tertia ſola canit:

CUM QUO TIBI GRATIA JUNCTA EST.

Et omnes ſimul, una voce, unanimique conſenſu, reſponſant ſibi ipſae iterantque illud:

CONCORDIA NUTRIT AMOREM.

Hic enim eſt earum ille communis circulus, in quo omnia, veluti circum rotando alternisque amicitiae viciſſitudinibus

ſeſe

Ne refuſe jamais de donner peu de choſe
A ceux dont tu prétens beaucoup plus obtenir.
Un don fait à propos diſpoſe
Et fournit à deux coeurs les moyens de s'unir.

36.

ΝΕΙΚΕΑ ΤΟΙϹ ΕΤΑΡΟΙΣι κομίζειν ΠΑΓΧΥ ΦΥΛΑΣΣΟΥ·
ΜΙΣΟϹ ΓΑΡ ΤΡΕΦΕΙ ΟΡΓΗ, ΟΜΟΦΡΟΣΥΝΗ ΦΙΛΙΑΝ ΔΕ,

LITEM *inferre cave*] Νείκεα κομίζειν dixit Planudes. Quis intelligit? In noſtra verſione potes etiam, ſi ita videtur, legere:

—— —— Φιλίην δ' ὁμόνοια τρέφει.

SCALIGER.

PRAETER unicam illam voculam, quam in Planude reprehendit, omnia ejus reliqua, in duplici verſione ſua, ipſe retinuit Scaliger. Altera enim ſic habet:

Τοῖς ἑτάροις ἐπιάγειν κακὰ Νείκεα πάγχυ φυλάσσου·
Μῖσος γὰρ τρέφει ὀργὴ, ὁμοφροσύνη δὲ φιλίην.

ſeſe mutuo excipiendo, continentur. Fingamus inter illas nobis ipſum medium Amorem, ab omnibus aequaliter eum demulcentibus allectum, inque floridis detentum vinculis ſertorum, earum ſingulis mira dulcedine reblandientem, adridentem huic, illi colludentem: Neque erit Virgiliana Ecloga eorum, qui ſe mutuo provocabant verbis:

Alterni cantemus: amant alterna Camoenae!

Jucundior hiſce tribus Catonis noſtri carminibus breviſſimis, neque, quod magis delectet, aliud. Sed & idem

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

ET REVERA, ut redeamus a luſu & in noſtram quoque regrediamur orbitam, quodnam fortius validiusque eſt animorum vinculum, CONCORDIA & unanimi illo, ſed &, quod caput eſt rei, numquam interrupto perpetuoque amicorum in idem conſenſu, Juſtum ſcilicet & Honeſtum: Qui

Quî enim aliter poſſit eſſe perpetuus? Hujus mirabiles amores vult excitare Noſter, atque in eo ipſe propoſito eſt mirabilis, quippe ad quod idem continuo & frequenter adeo, mutatis tamen verborum nexibus, revertitur. Diceres, in eo argumento, divini paene aemulum Platonis, atque in ſermonis tantum & modorum ab illo diverſum compendio. *Iram* igitur & *Lites* ex Amicitiae proſcribit republica.

Laudatus ſupra jam in Notis H. Cannegieterus hoc, de quo agitur, Diſt. cum XXXIV. Lib. IV. comparans, ad iſtius verba:

——— Deus injuſtas ulciſcitur iras.

Haec ſubjungit: „ Iras dicit, ſed lites intellige. Vox minus frequens hoc ſenſu; placuit tamen ea Dionyſio noſtro, qui cum lite diſerte commutat, Lib. I. Diſt. XXXVI. Litem *inferre* &c. Ira *odium* &c. Hujusmodi ſunt ſuae cuique locutiones. Quas qui in antiquis Scriptoribus non „ ani-

XXXVII.

Servorum culpis quum te dolor urget in iram,
Ipſe tibi moderare, tuis ut parcere poſſis.

Ne punias ſervum, aut diſcipulum, quamdiu ſenſeris te ira commotum. Peſſimus enim auctor rerum gerendarum ira; ſed prius temperes animo tuo, ut, ſedata iracundia, vel ignoſcas, vel mitius punias. Ita Philoſophus quidam: Punirem te (inquit ſervo) ni iratus eſſem. Et Plato ſublato in ſervum baculo, rogatus quid ageret: Ego, inquit, caſtigabo hunc intemperantem; ſe ipſum ſignificans, ira concitum.

Erasmus.

Vetus Editio ſuperius laudata: *Servorum ob culpam.* Opitius ex Barthii Lib. XXIV. Cap. IV. col. 1180. Ita & Sebaſt. Branti Edit. Anni 1498. Lipſienſis 1524 Baſilienſis, cum comment. Roberti de Euromodio, Monachi Claraevallis, Anni 1486. Colon. 1505. & Pulmanni Anni 1561. Adhibe ad hoc Diſt. Collectanea pone Hiſt. 143. Jocoſerioa Melandri, Tom. III. pag. 151. Daumius, qui ipſe tamen, uti nos, edidit.

„ animadvertit, aut hoſpes in iis eſt, aut ingenio hebeti.
„ Placuit tamen vox illa eo ſenſu etiam Auctori Queroli
„ pag. 33. *Nonne iſte irarum cauſſas quaeritat?* Ante dixe-
„ rat *lites*. Auctor hujus fabulae, ſive, ut ego exiſtimo,
„ Satyrae, nullo loco habetur a multis; verum hi tales
„ ſunt, qui illum non intelligunt. Quod qui & hujus re-
ſpectu Auctoris noſtri dixerit, quem omnes ſibi pulcre in-
telligere videntur, non multum, ſane, a Vero aberraverit.

Litem inferre cave cum quo tibi gratia juncta eſt:
Imbellis ſtrepitum Gratia quemque fugit.
Sancta, nimis tenerum, Concordia nutrit Amorem;
Ira odium generat. Dic mihi, praeſtet utra?

Prens garde que l'amour du procès ne t'entraine
A diviſer un Tout, dont tu fais la moitié:
La colere engendre la haine,
Et par l'eſprit de paix on nourrit l'Amitié.

37.

ΕΙ' ΣΕ ΠΡΟΣ ΟΡΓΗΝ ΑΜΠΑΛΚΙη δμώων ὀροξύνει·
Σαυτὸν μαλθάσσειν, ὡς ΤΩΝ ΟΙΚΕΙΩΝ ΦΕΙΣΗι.

VETERES Editiones, ſummis Viris Barthio & Daumio teſtibus, habent: *Servorum ob culpam.* Recte tamen iidem illi vulgatam lectionem *Servorum culpis* ſunt ſecuti: Quae vera ſinceraque omnino eſſe videtur, cum ſatis conſtet, Scriptoribus optimis caſum ſextum ſaepius cauſſam denotare. — Conf. hac de re Clariſſ. Viros, Auguſt. Buchnerum, ad Plinium Min. L. II. Ep. I. & Jo. Fr. Gronov. ad Sen. p. 162. 163. Obſerv. Lib. IV. Cap. XVII. Qui alia & multa hujus generis exempla annotarunt.

WACHIUS.

SERVORUM OB *culpam*] Turbant Editiones. Ita Erasmus, Scriverius aliique. Nonnulli *iras* exhibent; multi quoque *Servorum culpis.* Legerim potius: *Servorum ob* culpas *quum te dolor urget in iram.* Hoc ut magis eſt conveniens, ita turbis occaſionem potiſſimam dediſſe videtur, ut *culpa* omiſſo τῷ *ob* ſcriberetur. WITHOFIUS. Non adſtipulamur hic Viro Doctiſſ. multo minus tamen in ea Diſtichi XXXV. transformatione: Sic enim crebro *conjungit gratia caros.*

IDEM

Idem qui & Amicitiae Amicorumque erga ſe invicem, & omnium erga omnes Officia, luculentiſſime deſcripſit, M. ille Tullius, jam ante Noſtrum, etiam humanitatis officiorum erga ſervos mentionem injecit, ubi de eo egerat juſtitiae fundamento, ad quam referenda eſſent omnia. *Meminerimus autem*, inquit, *& adverſus infimos juſtitiam eſſe ſervandam. Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum: quibus non male praecipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis ad operam exigendam & juſta praebenda.* Quem non male expreſſit Noſter, & hoc de quo agimus, & XLIV. ultimi Libri Diſticho:

Quum famulos fueris proprios mercatus in uſus,
Ut ſervos dicas, homines tamen eſſe memento.

Hic tamen vere non tam ſervorum curam habet, quam animi filii ſui, ne is iracundiae nimium indulgeat, neque externis a rebus perturbetur nimis. Idque fere eodem modo, quo & caveri voluit Philoſophus noſter, Epictetus, Capp. XVI. & XVII. Enchiridii: Εἰ προκόψαι θέλεις, inquiens, ἄφες τοὺς τοιούτους διαλογισμούς· ἐαν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρὸς ἔσαι. Κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον. Κρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σε κακοδαίμονα. Pergit deinde: ὅταν (οὖν) καλῇς τόν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι, καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. Καὶ οὐχ οὕτως ἐςὶν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε ταραχθῆναι. H. e. *Si proficere vis, dimitte has conſiderationes: Si rem meam neglexero, non erit unde vivam: Niſi puerum caſtigaro malus erit. Praeſtat enim fame obire, ſine dolore & metu, quam in affluentia vivere cum perturbatione. Praeſtat & puerum malum eſſe, quam te infelicem dominari.* Mox iterum: *Quod ſi ergo voces aliquando puerum, fieri poſſe cogita, illum dicto non eſſe audientem. Fieri poſſe, ut praeſto non ſit: &, ut ſit, nihil agat ex animi tui ſententia. Neque vero ei tam bene ſit, tuarum ut perturbationum habeat ille poteſtatem.* Idem ſentit & Noſter. Neque tamen ſervili propterea nequitiae aut hic patrocinatur, aut ille, quamvis & ipſe aliquando ſervus, ſive potius ſub infimae iſtius fortunae habitu, animus, ut qui umquam maxime, ingenuus, in occulto, veluti aurum in ſtercore, delituiſſet. De quo ita Juſtus Lipſius, Manuductionis ad Stoicam Philoſo-

loſophiam, Lib. I. Diſſert. XIX. „ De Seneca, inquit,
„ habes. Clarum aliud ſidus ſe oſtendit, EPICTETUS:
„ aevo, non merito poſterior, & ſcriptorum pondere, ſi
„ non numero comparandus, vita praeponendus. Ille vir
„ totus a ſe & a Deo, nihil a Fortuna fuit. *Origine vilis*
„ & INTER SERVOS; corpore claudus ac debilis; men-
„ te nobiliſſimus, & inter omnis aevi lumina refulſit. Ipſe
„ de ſe Epigrammation hoc ſcripſit:

ΔΟΥΛΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΓΕΝΟΜΗΝ. ΚΑΙ
ΣΩΜΑΤΙ ΠΗΡΟΣ.
ΚΑΙ ΠΕΝΙΗΝ ΙΡΟΣ. ΚΑΙ ΦΙΛΟΣ ΑΘΑ-
ΝΑΤΟΙΣ.

„ SERVUS EPICTETUS SUM NATUS.
„ CORPORE CLAUDUS.
„ IRUS PAUPERIE". JUNCTUS AMORE
DIIS. („ *Deliciæ superûm*".)

„ Ipſe, inquam, ſive de ipſo alius: Sed confeſſionem in-
„ genuam vides, & generoſum in fine additum, de amicitia
„ divina". Haec merito Lipſius. Quod vero ait Cato: *Ipſe tibi moderare, tuis ut parcere poſſis.* Eadem tibi opera & ſapienter his innuit ſcitum illud diſciplinae morum, veriſſimum idem & peregregium: *Qui ſibi ipſe temperare nequeat iraeque ſuae, eum nec eſſe idoneum, qui aliis praeſit moderandis, ſive in republica, ſive in rebus privatis ac domeſticis.* Sed de iracundia refraenanda ſaepius deinde.

Quae porro Cl. huc confert Cannegieterus, pro adſerenda lectione: *Servorum culpis*, ea pone Diſt. XIII. Lib. II. locum ſibi debitum invenient.

Servorum ob culpas quum te dolor urget in iram,
Tu culpam culpis accumulare cave.
Ipſe tibi moderare, tuis ut parcere poſſis,
Dignaque te, dignus non quibus alter, adi.

Ton domeſtique a-t-il merité quelque blâme?
Modere le courroux, qui s'aigrit contre lui.
Ce n'eſt, qu'en poſſedant ton ame,
Que tu peux compatir aux foibleſſes d'autrui.

XXXVIII.

XXXVIII.

Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo:
Maxima enim morum ſemper patientia virtus.

MAXIMI animi eſt, cum poſſis vincere, pati tamen ut vincaris & negligere adverſarium. Hac virtute inter mortales non eſt alia praeſtantior.

ERASMUS.

VIDE BARTHIUM ad Prudentii Pſychom. v. 177. pag. 690. & alibi. Cui tamen aliquando in mentem veniebat, *Patientiam morum* pro δυσκολίας (moroſitatis) patientia eſſe capiendam.

DAUMIUS.

SIC TENDIT AD ARDUA VIRTUS.

Poſſet jamjam idem ſupra videri dixiſſe, Diſt. XXXIV. & ſane mirum, Boxhornio non in mentem veniſſe binorum horum Epigrammatum, ut homo ante ſenium moroſus, ſibi diſſimillimum, ab omni videlicet aſperitate virum, a tali etiam morum ruſticitate alieniſſimum, hoc veluti manifeſto indicio, eadem bis dixiſſe, accuſare potuiſſet. Viciſſet tamen Noſter iterum ferendo: Nec ſemper eadem ſunt, quae videntur. Ibi enim, Diſticho puta ſupra dicto, aliquam ſaltem tempeſtive amicis praeſtando promiſit obſequio utilitatem, ab ipſis ſodalibus, eo tibi conjunctioribus futuris. Hic nullam pollicetur, niſi quae in ipſa Virtutis eſt praeſtantia, aut mercedem, aut lucrum:

Ipſa etenim Virtus ſibimet pulcerrima merces.

Eamque ſimul, quam ſupra, latius extendit, neque in amicos tantum ac ſodales, conjunctiſſima tibi pectora, quorum in gratiam facile quid aliquando ſuſtineas & patiaris, ſed in alios quoque tetricis & moroſis praeditos moribus, neque tibi ita conjunctos, & *quos* cetera facile *ſuperare poſſis*, adeo ut iis cedere tamen in tempore, *eos ferre* & mores pati eorum, res ſit non coacti, ſed deliberati animi ac propoſiti. Ad eam igitur ipſe paullatim exſurgens, ad eamdem & ſponte ſuſcipiendam ſuos alioſque excitat. Haec eſt illa, unico dicta vocabulo, ΑΝΕΞΙΚΑΚΙΑ, ſive *Mali patientia*; in qua ſuum generalius Praeſcriptum: ΑΝΕ-

38.

Οὖ κρατέειν ΔΥΝῃ, ἔσθ' ὅτε ΚΑΡΤΕΡΙΗι ΠΕΡΙΓΙΓΝΟΥ·
ΚΑΡΤΕΡΙΗ γὰρ ΑΕΙ ΑΡΕΤΑΩΝ ΕΣΤΙ ΜΕΓΙΣΤΗ.

In hoc Diſticho verba Planudis, quae hiabant, reconcinnavimus & quaedam mutavimus.

Scaliger.

Huc facit illud R. Immanuelis * : הכבל כילה גדולה *Patientia eſt Virtus maxima.*

Wachius.

* Poëtae inter Hebraeos primarii.

ΑΝΕΧΟΥ, sustine, diſtincte magis deſcribit, & ad incidentia quaevis ejus perpetuo applicandi modum, ſuaviter non minus, quam graviter, docet Epictetus, ut paſſim fere, ita praecipue Cap. (Enchiridii) XIV. Ἐφ' ἑκάςου τῶν προσπιπτόντων, μέμνησο ἐπιςρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. Ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλὴν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. [Τοῦτο μὲν πρὸς τὸ ΑΠΕΧΟΥ.] Ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις ΚΑΡΤΕΡΙΑΝ. Ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ΑΝΕΞΙΚΑΚΙΑΝ. [Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ΑΝΕΧΟΥ.] Καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ Φαντασίαι Hoc eſt: *In quocumque incidentium momento apud animum tuum inquirere, qua facultate ſis ad uſum ejus inſtructus. Si quid formoſi, ſi quam videris venuſtulam, ad ea maxime valebit uſumque tibi praecipuum praeſtabit continentia.* (Haec de abstinentiae Praecepto.) *Si labor offeratur, fac ut in promtu ſit* tolerantia. *Si convitium; adſit malorum* patientia. (Haec de sustinendo.) *Atque hoc pacto adſuetus ab imaginationibus in transverſum non abripieris.*

„ Vult autem Auctor noſter *interdum vincere ferendo,* „ *& ſemper pati*". Ait Cl. Arntzenius, pergitque ita: „ At „ dicat quis, quomodo ei, cui praecipit *ſemper patientiam*, „ poteſt praecipere, ut *interdum vincat*? Inconcinne omni„ no Malim itaque, cum Cl. Cannegietero, pro *interdum*, „ levi admodum mutatione ſcribere *infeſtum*". Equidem non facile in hanc ſubſcriberem mutationem : Nihil enim

in-

inconcinni in textu videre poſſum: Et dicam, quare? Patientia *ſemper* quidem ipſi nosmet vincimus; at non niſi *interdum* & alios, ita, ut noſtra ſe vinci patientia agnoſcant ipſi confiteanturque. Non igitur id tamquam perpetuo eventurum pollicetur, ut de amicis ſupra; ſed pollicetur hic, in ipſa Virtute, praemium Virtuti perpetuum atque inconcuſſum futurum. Sive igitur illud *interdum* junxeris verbis binis prioribus, ſive poſterioribus, & rurſum ei oppoſitum *ſemper*, vel ſubintelligendo Verbo, quod dicitur, ſubſtantivo, vel nomini ſequenti *patientia*, utrimque maxime concinno optimoque ſenſu ſcatebit Diſtichon, quem attento ipſi Lectori extricandum relinquimus, omnia enim expedita fore, ſubſtrato eo, quod ſupra jecimus fundamento,

XXXIX.

Conſerva potius, quae ſunt jam parta, labore.
Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

FACILIUS ac tutius eſt, ſervare quod tuo labore quaeſitum eſt, quam ſarcire quod profuſione diminueris ac detriveris. Cum enim laboratur integra re, facile defenditur inopia: Verum quum laboratur in damno ſarciendo, increſcit & obruit nos egeſtas. ERASMUS.

PRIOR verſus ſententiam ita non ineptam habet: at ſecundus intricate loquitur. Quum in damno eſt labor, creſcit paupertas, neſcio an Latine loqui poſſis. Elegans &, ut videtur genuina lectio, ſententia certe, diſtinctione poteſt reſtitui perfacile:

Conſerva potius, quae jam ſunt parta, labore,
Quum labor in damno eſt, creſc. mort. egeſt.

Labore ipſo creſcit egeſtas, quum laboras ut damnum facias, h. e. perdas luxu & delitiis jam parta. Ita plane locutus eſt Petronius, Bello civili:

—— —— inde Lucrinis
Eruta litteribus vendunt conchylia coenas,
Ut renovent per damna famem. —— ——

Et Manilius, initio Lib. IV.

Et ſummum cenſus pretium eſt, effundere cenſum.

BARTHIUS, col. 1180. & ex eo noſter OPITIUS.

DESUDARUNT hoc in LABORE permulti, quo tamen ſuperſedere facile licuiſſet, ſi Auctoris mentem ex ipſo potius;

to, confidimus. Ceterum placent exempla jam a laudato Editore noviſſimo, ad verſum Diſtichi poſteriorem, in medium allata, quae apud ipſum videantur.

Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo:
Ferre neceſſe tibi quem ſuperare nequis.
Maxima enim morum ſemper patientia virtus:
Hac quoque ſi careas, quid ſuperaſſe juvet?

Si tu veux vaincre autrui, cede par complaiſance:
Rien de plus glorieux; que de vaincre en cedant.
Car entre les vertus c'eſt à la patience,
Qu'on doit donner le premier rang.

39.

Φρούρει ὅτῖι μάλιςα, ΤΑΠΕΡ ΚΑΜΑΤΟΙC ΕΠΟΡΙΣαο
Ἐν ζημίῃ Γαρ ΚΑΜΑΤΟC, ΠΕΝΙΗΝ ἐπΟΦΕΛΛΕΙ.

CONSERVA *potius.*] Totum Diſtichon Planudis non eſt nauci. Verbum praeterea Φρουρεῖν, quo utitur, ineptiſſimum, & huic loco alieniſſimum.

SCALIGER.

EO, QUOD labore tibi jam partum eſt, & ad victum ſufficit, eſto potius contentus, quam ut plura accumulare labore ulteriore velis. Is enim labor ſi damnoſus eſt, nec lucri quid affert, indies decreſcit res tua. Eſto potius paucis contentus, quam ut pluribus accumulandis allabores. Nam qui cum damno labori incumbit, rem non facit.

DAUMIUS.

POTIUS, LABORE. Alterum à priore poteſt eſſe rectum. Prae omni novo *labore*, ſit tibi *potius* hoc: CONSERVARE QUOD HABES. Niſi enim conſervaveris, ſi & fortaſſe ſimul in illo *Labore damnum* feceris; ſubito pauper eris.

potius, quam aliunde, diſcere atque pernoſcere ſtuduiſſent. Nemine recuſante tamen Oeconomicum hoc eſt praeceptum:

ptum: Verum in omnibus iis, quae ad rei familiaris pertinent prudentiam, juſtum Noſter ubique vult ſemperque ſervari medium & veram, quantum id fieri poſſit, utrimque ex aequo adhiberi temperiem, hinc inter damnoſam luxus profuſionem, illinc vero ſordidam avaritiae tenacitatem. Veluti igitur, ea mente, ſupra jam monuerat, Diſt. h. L. XXIV. *Ne tibi quid deſit, q. u. p. Utque quod eſt ſerves, s. t. d. p.*

Itemque Diſt. XXIX. *Quod vile eſt carum q. car. e. v. p.*
Sic tibi nec cupidus nec avarus hab. ulli.

Ita & in ſequentibus ſuum diſerte praemunit contra horum vitiorum utrumque junctim, ut Lib. II. Diſt. XIX.

Luxuriam fugito; ſimul & vitare memento
Crimen avaritiae: Nam ſunt contraria famae.

Seorſum vero, modo contra prodigentiam, ut ejusd. Lib. Diſt. XVII.

Utere quaeſitis modice; quum ſumtus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

It. Lib. III. Diſt. IX.

Quod tibi ſors dederit, tabulis ſuprema notato,
Augendo ſerva; ne ſis, quem fama loquatur. Et denique,

Ejusdem Diſt. XXII.

Utere quaeſitis, ſed ne videaris abuti:
Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur.

Modo contra avaritiam ſolam, ut Lib. III. Diſt. X.

Quum tibi divitiae ſuperant in fine ſenectae,
Munificus facito vivas, non parcus amicis.

It. Lib. IV. Diſt. I.

Deſpice divitias, ſi vis animo eſſe beatus;
Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper avari. Et denique,

Ejusd. Diſt. XVI.

Utere quaeſitis opibus: fuge nomen avari:
Quid tibi divitiae, ſi ſemper pauper abundas?

Quo & pertinent Diſticha XXXV. & XXXVI. ejusd. itemque Libri II. V. & XXVI. cum Libri IV. Diſticho collatum XLV. quae tantum indicaſſe ſufficiat. Eam vero tem-

temperiem juſtam, aurea obtineri docet mediocritate, & ubi contentus fueris praeſentibus, quibus utare, rebus, ſine aliarum earumque incertarum cupiditate. Quod innuit Lib. III. Diſt. XII. v. 2.

Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.

Et toto II, Libri IV.

Commoda naturae nullo tibi tempore deërunt,
Si fueris contentus eo, quod poſtulat uſus.

Idem proinde ipſi ſenſus & in hoc, quod praeſto eſt, Diſticho, nec ullus alius eſſe poteſt. Docetque re vera illud ipſum his, quod & eloquentiſſimus poſt Platonem Philoſophus M. Cicero, iis verbis: *Contentum eſſe rebus ſuis, maximae ſunt certiſſimaeque divitiae.* Idemque rurſus aliis: *Non intelligunt*, inquiens, *homines, quam magnum vectigal ſit* PARSIMONIA i. e. *animus ſua ſorte contentus.* Illud tamen & ex verborum contextu probandum.

NIMIRUM ſunt homines, nec ulla defuerunt aetate, qui tum maxime, quum cupiunt maxime ſtudentque omnibus diteſcere viribus, prae nimia aviditate incidunt in pauperiem, non multum, in ea re, diſſimiles cani iſti Aeſopico, cujus, ut bene Phaedrus ait:

—— —— decepta aviditas
Et quem tenebat ore, demiſit cibum,
Nec quem petebat adeo, potuit adtingere.

Quorum in gratiam & miſerabile illud locum invenit beneficium, *Bonorum ceſſio*, hodie tamen, propter nefandum ejus ſceleratumque abuſum, idem deteſtandum magis, quam miſerandum, & maleficio ſaepe propius accedens, quam beneficio. Ejusmodi ergo homines dum iis, quas in poteſtate habuerunt, non contenti divitiis, auri argentique acervos alios ſuper alios accumulare, per fas atque nefas, laborant, dum ejus rei gratia infima miſcent ſummis, ſaepius tamen multum trepide movendo nihil promovent, quum ſpe majoris lucri illecti, interdum & ea tentant, quae fieri efficique nullo modo, nullo labore, poſſunt; interdum etiam nimium, quam par eſt, fidentes fortunae luſibus, incertam ſpem pretio emunt plus quam mediocri, quo fit, ut & hoc & illam, eadem temere jacta alea, non-

numquam unâ perdant. *Amittit*, enim, *merito proprium*, *qui alienum adpetit.*

Irus & eſt ſubito, qui modo Croeſus erat.

Atque hi ſunt illi homines, quorum exempla morum omni ſtudio fugienda filio proponit Auctor, dicendo, ut in Lemmatibus: ALEAM FUGE; ſed & iſtam *fuge* Fortunae *aleam* &:

Conſerva potius, quae ſunt jam parta, labore. I. E.

Potior tibi ſit & praecipuus labor, quae jam in poteſtate ſunt tua, ea omni cura conſervandi, quam ut de acquirendis aliis ſis ſolicitus. *Conſerva potius* omni *labore* tua, *quae jam* habes, quam ut quaeras alia, quae, ſisne umquam habiturus, nec ne? incertum eſt: quoniam a fortunae pendent arbitrio, quam Stoicus homo contemnit. Pergit idem: Sin tu feceris contra; in futurum laboraveris damnum. Non enim jam amplius tui juris es, ſed & ipſe a fortuna pendes, qua ſemel, ut ſane levis eſt, averſa, ſubductis in fine rationibus, damnum invenies pro lucro. Ubi tum deinde omnis ille tuus, fruſtra impenſus labor? Damno accepto periit. In fumum abiit. Agricolae labor cum fructu iterum percipitur: tuum, quem, ubi incertum erat, in lucrone collocaveris, an in damno? hoc accedente, *in damno*, ſi potes, iterum recipito.

Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris,
Si illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit,
Iſtud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

Id vero quo minus fiat, obſtare ait Noſter diram egeſtatis neceſſitatem, & eſſe ſaepe damna, nulla arte reparabilia.

Quum labor in damno eſt (periit,) *creſcit mortalis egeſtas.*

At dicunt: *in damno eſſe laborem*, non eſſe latinum loquendi modum. Ii homines, niſi ſemel ſcripſiſſet Virgilius: *In tenui labor eſt*, jam nobis etiam perſuaderent: *In tenui eſſe laborem*, minus latine dictum eſſe. Quo ſe non verterunt Viri docti, ut iſta in hoc Diſt. conciliarent, quae duriora ipſis videbantur, quoniam minus obvia? Taedet ac piget omnia referre aut enarrare tot, tantorum Virorum, *ἁμαρτήματα*. Solus fere rem tetigit Daumius, quem ſupra exſcriptum dedimus.

mus. Dabimus & adhuc ingenioſam Cel. Withofii conjecturam, ut liberum ſit, eam amplecti, volentibus: „ Tò „ POTIUS, ait, *nihil habet, quo referatur.* Puto *ſcriptum ita* „ *fuiſſe ab Auctore:*

> Conſerva potius, quae jam ſunt parta, *labore*
> *Quam labor & damno creſcat* mortalis egeſtas.

„ *Jam* (pergit) *nexus eſt, qualis requiritur, balbuties ſublata,* „ τὸ potius *habet quo referatur, & omnia Latine ſunt dicta,* „ *poſtremo verſus etiam mollior.* &c." Nobis idem plane dicit Auctor & in textu recepto. Et τὸ POTIUS, ut in Notis propoſuimus, verbum LABORE, *quo referatur, habet.* „ *At* „ in damno eſſe, (Vir idem Doct. ait,) *plane inſolens videtur, aeque ac* in utilitate, in dedecore, in probro eſſe, & „ *ſimilia hujusmodi plura*". Sed, pace Viri inſignis: Nonne quis Latine dixerit: *Et aliquando lucrum* in damno *eſt*? Verum id certe eſt. At eodem plane modo & hic intelligo ejus contrarium: *Labor*, ſive fructus laboris tui, *in damno eſt* & *damno periit.*

Expoſitio porro Cl. Cannegieteri Libro IV. in Diſtichi VIII. quod cum hoc ſcite comparat, critica commemorabitur Hiſtoriae.

> Conſerva potius, quae ſunt jam parta, labore:
> Quaerere non major, quam retinere, labor.
> Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas,
> Dum, ceu vere nives, diminuuntur opes.

> *As-tu des biens en abondance,*
> *Garde-les pour le tems où ceſſent les travaux:*
> *Où le travail finit, la pauvreté commence,*
> *Et dévient le plus grand des maux.*

XL.

Dapſilis interdum notis, & carus amicis,
Quum fueris felix; ſemper tibi proximus eſto.

Cum tu felix h. e. lauta fortuna *fueris, interdum dapſilis*, i. e. liberalis *notis, charis & amicis*; notis, ut vicinis: charis, quos diligis: amicis, ut cognatis. Semper tibi proximus eſto. Interdum in illos ſis beneficus, in te ſemper. Et ita amicis ſis amicus, ut tibi ipſi ſis amiciſſimus.

Erasmus.

Quum fueris felix. Scalig. non dubitat ab auctore ſcriptum: *Quum fueris dando.* Quum dando multa amicis dapſilis audiveris & liberalis: tamen memineris, te tibi proximum eſſe.

Opitius.

Tibi proximus eſto] Bern. Geyſtenſis, Lib. II. Palponiſtae, v. 156.

Nonne Catone docente refers: tibi proximus
eſto?

Daumius.

Dandum eſſe aliquid, ſed plane ut & Noſter ait, interdum, conſuetudinibus, ſic, uti in ceteris familiaritatum rationibus, in conviviis quoque mutuis, aliisque hujusmodi rebus, quae inter notos, propinquos porro atque amicos intercedere poſſint ac ſoleant, nec ipſe prorſus abnuit Epictetus, rigidus ille, ut vulgo habetur, Stoicus: Tantum iis in rebus cautione eſſe opus, pariter & ipſe docet. Sic enim is Enchiridii ſui Cap. XLV. Ἑςιάσεις inquit, τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικάς, διακρούου. Ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποῤῥυῆς εἰς ἰδιωτισμόν. Ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναντριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός. Quae hunc in modum latine enuntiat Politianus: *Convivia cum extraneis ac vulgaribus reſpue.* Quod si quando tempus incidat, *intentum habe animum, ne in vulgarium ſtatum defluas. Scias enim, neceſſarium eſſe, qui cum inquinato conflictetur, & ipſum inquinari.* Ex quo intelligimus etiam, quaenam praeter ea, quae ſuperius jam a nobis dicta ſunt, ad Diſt. huj. Lib. XI. Auctoris noſtri in iis verbis primaria mens ſit atque ſententia: Semper tibi proxi-

40.

Εὐπραγίων, εὐεργετικὸς μὲν πολλάκι γίγνου

Σεῖο ΦΙΛΟΙϹ· ΣΑΥΤΩι Δ' εὐεργετικώτατος αἰεί.

QUUM FUERIS FELIX. Ita reddidimus, cum in Pithoeana editione ita conceptum ſit. Sed non dubitamus ab auctore ſcriptum: *Quum fueris dando*. Quum dando multa amicis, dapſilis audiveris & liberalis, tamen memineris te tibi proximum eſſe. Itaque pro illis: ὄλβιος εὐτυχέων, ſi huic emendationi ſubſcribis, potes ita ſubſtituere:

Δῶρα χαριζόμενος.

SCALIGER.

HANC SCALIGERI Emendationem etiam probaſſe videtur Opitius. — Sed ut, quod ſentio, dicam, praeterquam quod nimium a ductu literarum recedit Scaliger, ſenſus horum verborum eſt elegantiſſimus & apertiſſimus. Nec quidquam etiam mutant M S S. vel Editi. Solus Cod. Turicenſis: *Dum fueris felix.*

O. ARNTZENIUS.

PROXIMUS ESTO. Scilicet: Curam age praecipuam animi tui, quem τὸ ἡγεμονικὸν vocat alias, conf. cum Cap. LX. ne *is laedatur rebus externis*, ne accidat, *ut foras promineas*, ἔξω σε γραφῆναι, (vid. & Cap. XXX.) & ſic, aliorum in gratiam iisque ſubſerviendo, *de tua dejiciaris ſtatione.* Id quod & pulcre monuit Perſius: NE TE QUAESIVERIS EXTRA. Sed haec adultioribus & ad altiora tendentibus dicta ſcriptaque ſunt. Aliter enim legunt pueri, aliter Grotius.

AB APOPHTHEGMATUM priſcorum Graeciae Sapientum compilatoribus, ut Conrado Lycoſthene, aliisque refertur Bion ille, decem inter cognomines ſibi Biones, diſtinctionis cauſſa, dictus Boryſthenites, ſemper dicere ſolitus: *Eſſe optabilius, ſuam meſſem alteri largiri, quam alienam decerpere.* Atque ita ſenſiſſe: FELICIUS ESSE DARE, QUAM ACCIPERE. Id quod plane eſſet Euangelicum. Citatur etiam illis Laërtius, Lib IV. Cap. VII. Verum in meo Laërtio, quem ſupra indicavi, Stephaniano, pag. 157. ſub fin. totum iſtud his verbis conceptum video: Ἔλεγε δὲ συνεχὲς ὅτι αἱρετώτερόν ἐστι τὴν ὥραν ἄλλῳ χαρίζεσθαι, ἢ ἀλλοτρίας ἀποδρέπεσθαι.

 καὶ

καὶ γὰρ εἰς σῶμα βλάπτεσθαι, καὶ εἰς ψυχήν. Quod, quam, ſcilicet, egregie Belgicus quidam Laërtii interpres patrio ſermone expreſſerit, vid. in margine *. Legunt fortaſſe alii ΧΩΡΑΝ pro ΩΡΑΝ. Niſi *ὥρα*, ut a Galeno, ſpeciatim pro *aeſtate* & *meſſe* ſumatur, unde *maturi fructus* *ὡραῖοι* dicuntur: Quod fere crediderim magis. Viderint id, quibus eſt otium majus, & viderint praeſertim in Menagiano, optarim, Laërtio; cujus mihi nunc copia non eſt. Idem tamen Bion, paullo ante, quod aeque huc ſpectat, argute dixit in prodigum quemdam: *Amphiaraum quidem a terra fuiſſe abſorptum, ab hoc hominis vero, terram.* Verba ipſa ejusdem auctoris ſic habent: *Πρὸς τὸν τὰ χωρία κατεδηδοκότα, Τὸν μὲν Ἀμφιάραον, ἔφη, ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν.* Porro, *ne quid* ſit *nimis* etiam in HOSPITALITATE, Aelianus, Lib. pariter & Cap. XIV. *Var. Hiſtor.* exemplo monet Stratonici: *Στρατόνικον τὸν κιθαρῳδὸν ὑπεδέξατό τις ἀμφιλαφῶς· ὁ δὲ ὑπερήσθη τῇ κλήσει. —— ὑπερησπάζετο γοῦν τὸν ἄνδρα, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς κοινωνίας τῆς κατὰ τὴν στέγην. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλον εἶδεν εἰσιόντα, καὶ ἄλλον, καὶ τρόπον τινὰ, ἄκλειστον αὐτοῦ τὴν οἰκίαν πᾶσι τοῖς καταλύειν προῃρημένοις, ἐνταῦθα ὁ Στρατόνικος ἔφη πρὸς τὸν ἀκόλουθον, ἀπίωμεν ἐντεῦθεν, ὦ παῖ. ἐοίκαμεν γὰρ ἀντὶ περιστερᾶς ἔχειν φάτταν, ὑπὲρ οἰκίας εὑρόντες πανδοχεῖον.* H. e. *Quum Stratonicum citharoedum perhumaniter & laute quidam excepiſſet, mirum in modum is gaviſus eſt invitatione. — Proinde maximas homini gratias habuit, quod ipſum ſui tecti participem feciſſet. Quum vero mox videret alium ſuper alium introire, atque hoc modo nulli divertere volenti domum illius non patere. Faceſſamus, o puer, hinc, inquit ad ſuum famulum. Etenim pro columba palumbum nacti eſſe videmur, quum pro hoſpitio pandocheum invenerimus.* Vid. quae ibi amplius de *hoſpitalitate ſine judicio & delectu exercita*, in editione Aeliani ab Lederlino procurata, ex Hom. Iliad. Ξ. & Odyſſ. Α. itemque ex Euſtathio, Homeri commentatore, hoc ipſum fere & dictum & factum Platoni tribuente, doctiſſime in medium adferat Joachimus Kühnius, Edit. ejusd. Argentorat. a. CIƆIƆCCXIII. pagg. 736. & 737. lectu, ſane, digniſſima, nobis jam vero, de eodem propoſito, ultra modum exeuntia & ferme nimia. DE

* Dat het ook wenſchelyker was, zyn ſchoonheyd aan andere te geven, dan eens anders onkuyſchelyk te beminnen; dewyl yemand, dit doende, aan Ziel en Lichaam beſchadigt wierd.
Ziet het *Kort Begryp van Diogenes Laertius, by-een-gebragt door P. D. F.* Tot Rotterdam, by Jo. Naeranus, 1655. Bladzyde 46.

De conjunctionum gradibus, qui & hic conſiderandi veniunt, ad ſequens Diſtichon, proximi Libri primum, (nam fere violenter haec bina Diſticha a ſe invicem diſtracta credimus,) aliquid ex Cicerone dicendum erit: Hic ea cum legentibus noſtra communicamus, quae Cl. Cannegieterus, Reſcriptor. Cap. noviſſimo, huic porro Diſticho ſubnexuit: „ Vult filium dapſilem eſſe notis, quoniam ea „ liberalitate conglutinatur amicitia, & notus fit amicus, „ amicus vero caritate, i. e. praeſtatione pietatis & officio„ rum, quae propinquis aliisque neceſſariis debemus, fit „ carus. Apprime congruit huic Diſticho cippus Reineſii „ Syntagm. Inſcr. XX. n. 33.

LARGUS. PAUPERIBUS. TIBI. DIVES.
CARUS. AMICIS

„ In Muratorii Cippo, pag. 1863. n. 7. ita eſt:

FUERIS. QUI. CARUS. AMICIS

„ Apud eundem Muratorium, pag. 558. n. 5.

DULCIS. AMICUS. CARUS. SUIS

„ In quo nil muto; quod ſi autem in hoc lapide *amicis* „ legatur, eadem eſt, quae Diſtichi ſententia, dulcis enim „ amicis is erit, quibus dapſilis". Haec ille. Non eſt igitur ut, quod Cel. exiſtimat Withofius, *Carus* ſit neceſſario mutandum in *Largus*, idem enim jam dixerat priore iſta voce, *Dapſilis*.

Dapſilis interdum notis & carus amicis,
Si fueris felix, ne tibi damna ſtruas;
Tecum habitato tamen: Semper tibi proximus eſto.
Nemo propinquorum eſt, qui tua damna ferat.

Tu fais goûter les fruits d'une largeſſe extrême
A tous ceux, que tu mets au rang de tes amis:
Sois encor meilleur à toi-même
Dans l'Etat d'opulence où le Deſtin t'a mis.

FINIS HISTORIAE CRITICAE
LIBRI DISTICHORUM I.

DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM.

LIBER II.

PRAEFATIO.

Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus,
Virgilium legito. Quod ſi mage noſſe laboras
Herbarum vires, Macer has tibi carmine dicet,
(Corporis ut cunctos poſſis depellere morbos.)
Si Romana cupis & civica noſcere bella,
Lucanum quaeras, qui Martis praelia dixit.
Si quid amare libet, vel diſcere amare, legendo,
Naſonem petito. Sin autem cura tibi haec eſt,
Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis;
Per quae ſemotum vitiis deducitur aevum.
Ergo ades: &, quae ſit Sapientia, diſce legendo.

ΚΑΤΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΔΙΣΤΙΧΟΙ,

ΜΕΤΕΝΕΓΚΑΝΤΟΣ ΑΥΤΑΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΔΙΑΛΕΚΤΟΝ ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΕΙ μὲν ΓΗΠΟΝΙΑΣ ΕΘΕΛΕΙΣ μαθέειν πολυκάρπους,
Ἡσίοδον μέτιθι κλυτόν. Εἰ Δ' αὖ εἰδέναι ΑΙΡῇ
Τὰς ΒΟΤΑΝΩΝ δυνάμεις, Νίκανδρος τάς σε διδάξει·
ΕΙ ΔΕ Φρυγῶν ΠΟΘΕΕΙΣ Δαναῶν Τε ΔΑΗΝΑΙ ΑΓΩΝΑΣ,
ΔΙΖΕο θεῖον Ὅμηρον, ΟΣ ΑΡΕΟΣ ΕΡΓ' ἀγορεύει·
ΕΙ Δέ γ' ΕΡΑΝ ΒΟΥΛει, τοῦ ΕΡᾶν τε τέχνην ἐπιγνῶναι,
Σίτεχε Θεόκριτον ἀμφὶ γυναιμανῆ. ΕΙ ΔΕ μέλοι σοι,
Σὺν σοφίῃ ζώειν, ΚΛΥθι ΜΟΙ κείνων, ἃ μαθεῖν χρή,
ΩΝ ΔΙὰ ΠΑΣ βίοτον παθέων ΔΙΧΑ πάντα διοικεῖ·
ΔΕΥΡ' ἴθι γοῦν ΚΑΙ ΤΙ πέλει ΣΟΦΙΗ σύ γε μυοῦ.

PRO-

H. e. EX ALIIS POETIS alia licebit cognoſcere. Virgilius in libris Georgic. docet agriculturam. Macer tradit vires herbarum: quanquam alius quispiam fuit hic Macer, quam is, quem habemus vulgo, ni fallor. Lucanus narrat Romanorum civilia bella: ubi legendum arbitror, *civica* pro *Punica*. Nihil enim de Punicis bellis ſcripſiſſe legitur Lucanus. Ovidius tradit artem amandi, & in elegiis docet amores. Quod ſi cupis artem, & rationem recte beateque vivendi cognoſcere, hunc librum legito, is te docebit non vulgares artes & nugas, ſed quo pacto vitam exigas ſemotam, i. e. liberam & immunem a vitiis.

ERASMUS.

MACER. Aemilius Macer, de quo Ovidius, Lib. IV. de Triſtib. Eleg. IX.

Saepe ſuas volucres legit mihi grandior aevo,
Quaeque nocet ſerpens, quae juvat herba, Macer.

Et cujus nomine tres de Medicina libelli falſo circumferuntur. Verſum illum:

Corporis ut cunctos poſſis depellere morbos

quem ex Pithoeano laudant Scaliger & Barthius, Planudes non agnoſcit, neque Eraſmi, Corderii, Scipionis Lentuli interpretis Itali, aut aliae editiones expreſſerunt; quas nos, ut verum fateamur, ratione carminis Germanici imitati ſumus, quum rhythmorum numerum aequalem eſſe neceſſe ſit.

OPITIUS.

Si Romana cupis] Vetuſtiſſima editio non *Civica*, ſed *Punica* bella, claris prorſus literis habet. Unde neſcio an dicendum ſit, excidiſſe quae ad Silium aut Naevium Enniumve referenda fuerint. Sane Lucanus Romana bella cognituris non ſufficit, qui particulam eorum vix deſcribit. Sufficiat Ennius, qui Annales, ut alii quoque, texuit. OPITIUS, quantum ad haec ultima, ex BARTH. Adverſar. Lib. XXI. Cap. XXI. col. 1064. Quem & ipſe, ut paſſim, & deinde iterum in ſequentibus citat.

AUT TITULUS ille generalis, Operi huic praefixus: D. nempe CATONIS DISTICHA *de Moribus ad Filium*, ſuppoſititius & mendax eſt; aut haec in IV. libros Sententiarum facta diſtributio, eorumque ſingulis a quocumque demum praemiſſae PRAEFATIUNCULAE, verae & genuinae, ſive, quod eſt idem, ab Auctore eſſe noſtro profectae nequeunt. Neque enim ille niſi *Diſticha*, eaque *de moribus* ſingula, atque *ad Filium* duntaxat, non alium quemcumque, perſcripta promittebat titulus, minime vero Carmina qualiscumque generis alia, ac diverſa ab his, pluriumque quam binorum verſuum Epigrammata; nihilque admittit omnino, quod non ad meros uniceque pertineat mores, morumque diſciplinam, nihil, inquam, quod non rectâ, ſine omni circuitione, tendat ad filium, eumque optimis & ſanctiſſimis inſtituendum moribus: Neque idem ullam, ſive IV. horum, ſive abſque numeri commemoratione,

PROLOGUM hunc totum retexuit Planudes, dum nomina Latinorum poëtarum nominibus Graecorum commutare vult. Nos ad verbum omnia expreſſimus, neque vel latum unguem a Latinis diſceſſimus. Planudea fere omnia abſurda.

Macer tibi carmine] Scribe: *Macer has tibi*: niſi ſcripſerit auctor: *Macri tibi carmina dicent.* Vix eſt, ut aliter ſcripſerit Gnomologus.

Corporis ut cunctos] Hunc verſum Pithoeana editio habet. Caeterae non habent, & Planudes non agnoſcit.

SCALIGER.

Romana bella.] Romanorum bellorum vel maximum praeconem Lucanum facit Dionyſius Cato, antiquior ſcriptor Theodoſianis temporibus L. II.

Si Romana cupis & civica noſcere bella,
Lucanum quaeras, qui Martia praelia dicet.

Ita legendum hoc de Lucano teſtimonium, languidum & repens humi vulgo. BARTHIUS, Lib. LIII. Cap. VI. col. 2489. citavit primus it. OPITIUS, deinde plures, uti & ſequentia.

SI QUIS *amare velit, vel diſcere amare legendo*] ταυτόλογα haec ſunt: Nam amare velle, & diſcere amare, quid differunt, ubi Poëtae recenſentur? Alia lectio in ultima editione eſt:

Si quid amare libet. ——

Et alluduntur notiſſimi verſus Ovidii:

Principio quod amare velis, reperire labora, &c.

BARTHIUS, col. 1065.

Eandem lectionem repraeſentant Vetus Lipſienſis, Baſilienſ. Aſcenſii, Brantii, Friſii, Lentuli, Corderii & Pulmanni Editiones. DAUMIUS.

Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis.] Rurſus veram ſcripturam puto Editionis, vel primae omnium, vel proximae principi:

—— —— *Audi, quo diſcere poſſis.*

Audire enim abſolute capiendum, velut verbum τεχνικὸν, quod neceſſarium diſcere volenti. Sic *Audire Cratippum*, apud Ciceronem, & mille Scriptorum locis, capiendum Id. qui ſupra BARTHIUS, Lib. XXI. Cap. XXI. col. 1065. Praeferunt & eam Friſii, Corderii, Lentuli & Pulmanni Editiones.

DAUMIUS.

tione, Librorum ſaltem, immo ne Libri quidem, tamquam unici, quod plane mirum, injecit mentionem titulus, ex induſtria, ut videtur, & auctore ſibi forte in memoriam revocante illud Martialis:

DISTICHA *qui ſcribit, puto, vult* Brevitate *placere*:
Quid prodeſt Brevitas, *dic mihi, ſi* LIBER *eſt?*

Quare & ipſe ſub finem profitetur:

Hos Brevitas *ſenſus fecit conjungere* BINOS.

Conſulto igitur a Libri, nedum librorum, appellatione in inſcriptione illa omnium generali abſtinet. Quidquid igitur non binis conſtat verſibus, iisque arctiſſimo atque indiſſolubili nexu ſibi mutuo conjunctis; quidquid non ad mores unice ſpectat, tenditque recto tramite, ſine ambagibus, ad Dionyſium juniorem, Catonis fil. Quidquid denique

nique redolet Librum, aut in plures unico libello, quaſi ſtudio factam & arte diviſionem; id omne titulus ille reſpuit, id Auctor ſuum non agnoſcit, id omnino ſpurium, adſcitum undecumque atque adulterinum, id ſeriore aetate operi aliunde demum intruſum eſſe, cenſendum eſt. Sed nos ſupra jam eum Operi titulum adſeruimus, quo pro & ipſa res, Diſticha puta ſingula, Diſtichorumque argumenta & concinnitas contextorum, ſenſusque brevitas militant, & ratio denique pugnat omnis: Nihil igitur nobis eſt cum iſta, undecumque etiam petita, in Libros diſtributione IV. nihil cum Praefationibus negotii, a *quocumque* demum, & ad *quemcumque*, praeſcriptis eorum ſingulis. Niſi quod hoc damus recepto mori, atque conſuetudini, Uſusque tyrannidi, *Quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi*, ut, & propter eorum vetuſtatem, hos pretioſae pulcerrimaeque quaſi veſti purpureae adſutos diverſosque ab ea pannos, quales ii cumque ſint, tales etiam conſervemus, ut vel ipſa certius inde conſtet, inque omnium ſenſus oculosque magis harum incurrat laciniarum, ab illa purpura, diverſitas.

Minime ergo mirandum eſt, Boxhornium nil praeter vitia in hoc Diſtichorum opuſculo venantem, fallere non potuiſſe, largam quae occurrit in hiſce Praefatiunculis, eorum ſegetem: Sed eſt utique mirandum, ea tam longo tempore fefelliſſe tot, tantosque ac tam claros eruditione Viros, ut minus praeſtare apud illos valuerit benevolentia favorque, quo Auctorem merito proſecuti ſunt noſtrum, quam malevolum adverſus eumdem odium, apud iſtum, qui, in Diſſertatione ſua ſaepius citata, ſic ſentiebat: *Praefationes quod concernit, illa, quae praefixa libro II. non video, quomodo ad rem faciat. Annon ineptirem, ſi amorem rei militaris filio inſtillaturus ſic ordirer: Si gulae tuae proſpectum voles, fili, lege Caelium Apicium, ſummum medicinae adulatricis artificem. Si ad ſtruendas aedes magnificas animum tuum appellere decreveris, ea evolve, quae Vitruvius de architectura veterum conſignavit. At vero ſi ad militiam te componas, conſule Vegetium, Frontinum, aliosque, qui de militia & ſtratagematis veterum praeclara multa prodidere. A riſu abſtinere non poſſum, dum haec ſcribo. Idem tamen Cato eo, quem dixi, loco agit.* Id vero eſt, quod negamus nos, qui in his a Catone profectum nihil plane agnoſcimus. Sed pergat Boxhornius, cujus tela nos noſtrumque minime feriunt: *Cur Georgi-*

Georgicorum, inquit, *Virgilii*, *Botanologiae Macri*, *Pharſalidos Lucani*, *Naſonis amorum mentionem facit; de cordatis vitae morumque praeceptis acturus? An non ineptus eſt verſiculus eadem praefatione:*

Si quis amare velis, vel diſcere amare legendo.

An non putidum eſt, ibidem verſu antepenultimo legere:

Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis.

Et ultimo verſu idem repetere:

Ergo ades, & quae ſit ſapientia diſce legendo.

Reliquorum librorum praefationes non tam libros, quibus praefixae ſunt, quam totum opuſculum concernunt. Quod non poteſt non reprehendere, qui ſolido judicio inſtructus ad legendum accedit.

„ Haec vere Boxhornius". Cenſente ita Cannegietero, qui Cap. XXVIII. ea illi porro reſcribit: „ Praefationibus „ enim illis nihil ineptius, aut inſulſius eſt. Neque eas „ tantum dico, quae carmine conſtant, ſed & illam, quae „ libello praefixa eſt. —— Verum hoc nequaquam do eidem Viro Cl. ineptias has Catonis eſſe, ſed a monachis „ & inſulſis vilium hominum ingeniis eſſe profectas. Exiſtimarunt illi mutilum eſſe opus ad filium ſcriptum, quod „ praefatione careret. Volumina etiam inania & imperfecta credebant, quae commendatione aliqua deſtituerentur". Poſt pauca, de Aviano ſuo, eodem hoc κακοζήλῳ paſſim excepto, pergit V. Cl. „ Nam quid opus „ praefationibus illis, ſi tamen praefationes, ac non potius jejunae commendatiunculae ſunt appellandae? non „ diſſimiles illis, quas libris priſcis fere omnibus praefixas „ reperimus a Librariis, merces ſuas extrudere cupientibus; quam conſuetudinem etiam ſecuti ſunt antiquiſſimi „ typographi. Neque enim, ut ſolent praefationes juſtae „ & decorae, operis argumenta habent, aut conſilium „ enarrant; ſed libri utilitatem praedicant. Eam autem ſi „ praedicare ipſe Auctor voluit, cur non una ille praefatione defunctus eſt? Cur quatuor ejusdem argumenti „ voluit in Libro, brevitate commendabili? Imo cum iterum iterumque, & ſaepius etiam laudes libri ſui venditet, an non ipſum doctorem, quod turpe eſſe monet „ Lib. I. D. XXX. ſua culpa redarguit, quum negat ho-

„ minem

„ minem recte a ſe collaudari, Diſt. XVI. Lib. II.? Mitto
„ ſermonis balbutiem, ſtribliginem, ſoloecismos, ἀνακό-
„ λουθα, quaeque alia ſunt ex infima plebe hominum in
„ loquendo dehoneſtamenta; quorum exempla ex una illa
„ praefatione, operi praemiſſa, facile colliguntur. Praefa-
„ tio Lib. II. qualis? Leve eſt priorem ſyllabam in *Macer*
„ eſſe productam: cui quidem errori ſuccurrere ſtuduerunt
„ Viri docti, qui notis ſuis eam ſunt dignati, ſubſtituendo
„ *Macer bas*, aut *Macri*. Sed quia Libri antiqui omnes hic
„ tacent, imperiti Auctoris hoc dedecus eſt, non Librarii
„ peccatum. —— Leve etiam, eadem praefationis *Punica*
„ *bella* Lucano tribui, quae Silius cantavit; nam homo
„ Barbarus *Punica bella*, forte, pro quibusvis gravioribus
„ bellis poſuit. Quid autem magis ridiculum, imo quid
„ magis contrarium paternae Auctoris noſtri curae ac ſa-
„ pientiae, in fingendis filii moribus, quam ablegare eum
„ ad Ovidii libros, ut artem amandi ex iis diſcat; a qui-
„ bus ipſe Ovidius filium, ſi quem habuiſſet, aetate prima
„ haud dubie abſterruiſſet? Repulit certe ab iis matronas,
„ notiſſimo verſu:

„ *Eſte procul vittae tenues.*

„ Quanta autem Artis illius invidia flagrarit, ipſe docet,
„ cum ſcribit, Triſtium Lib. II. 212.

„ *Arguor obſcoeni* DOCTOR ADULTERII.

„ Auguſto quoque dignus color eſt viſus, cur eum ab urbe
„ in extremas & ultima barbarie horridas terras relegaret.
„ Et tamen Dionyſius, ſi credimus, filium ſuum, quem
„ moribus cultiſſimum eſſe voluit, quaſi manu ad hunc
„ doctorem ducit. Sed anne ſic plane oblitus fuerit, ne-
„ ceſſe eſt, praecepti, quod paulo ante tradiderat: *mere-*
„ *tricem fuge*? Imo vero non oblivioſum, ſed inſanum vere
„ dixerit Dionyſium, qui eum Auctorem praefationis illius
„ aeſtimarit. Verum & aliud praeterea eſt, quo tanquam
„ certiſſimo argumento intelligimus, non ab illo ſcriptum
„ eſſe, quicquid ejus libellis ineſt praefationum. Cato ille
„ Dionyſius Libros Diſtichorum filio ſcripſit, aut certe vi-
„ deri voluit huic ſcripſiſſe, non homini cuicunque. Eſt
„ enim titulus DE MORIBUS AD FILIUM. Hoc autem
„ propoſitum ita ſervat, ut in Diſtichis ubique hunc com-
„ pellet unum. Et hinc paſſim *Tu*, *Te*, *Tibi*. Nusquam

„ incer-

„ incertum adfatur, aut, ut Grammatici loquuntur, per-
„ ſonam tertiam. Immemor hujus Auctor praefationum,
„ non filio ſcripta arguit, ſed omnibus. Ita namque in
„ limine librorum: *Quum animadverterem, quamplurimos*
„ *homines errare graviter in via morum; ſuccurrendum errori*
„ *& conſulendum opinioni eorum exiſtimavi; maxime ut glorioſe*
„ *viverent, & honorem contingerent.* Quibus ergo in hoc
„ libro conſulere voluit? Si hanc orationis partem reſpi-
„ cis; non filio, ſed aliis, aut ſaltem omnibus. Hos vult
„ glorioſe vivere, honorem contingere. Praefatio Libri
„ tertii ita habet:

„ *Hoc* QUICUNQUE *cupis carmen cognoſcere lector.*

„ Libri quarti hoc modo:

„ *Securam* QUICUNQUE *cupis traducere vitam*, &c.

Ex quibus omnibus hanc denique, & merito quidem, pronuntiat infertque ſententiam: „ Quare ab hoc Dionyſii
„ libello propellantur longe, atque ad ſcholaſticorum,
„ quorum ſimiles praefationes exſtant in alios poëtas, ac
„ potiſſimum Virgilium, exercitationes ablegentur. Niſi
„ mavis ad librarios referre —— qui Catoni haec ſupple-
„ menta fabricabantur". Haec ille perſpicaci omnino Critico digna in commune contulit Reſcriptor.

Ego valde ſuſpicor *Magnum* ſaepe in minutulis *Auſonium* & diſtributionis in IV. factae libros, & harum iis praemiſſarum Praefatiuncularum verum fuiſſe parentem, proptereaque & totius Diſtichorum de Moribus Opuſculi diu creditum aeſtimatumque Auctorem. Quidquid vero de iis fiat, aut factum eſſe judicetur, fruſtra nos ergo ſumus atque incaſſum laboramus in Catoni noſtro eas, qualicumque denique ratione, emendatius reſtituendi propoſito. Quo quidem labore ſe omnibus numeris jam abſolutiſſime defunctum Vir Cel. arbitrabatur, Jo. Hildebr. Withofius, de hac Libri II. Praefatione ſigillatim inter alia ita ſcribens: *Totus locus ſic capitaliter & tamen, ſicut oportet, pudenter ac verecunde emendandus eſt:*

Si Romana cupis, & Punica noſcere bella,
Lucanum quaeras, cui *Martis* & alea dicta.

Scilicet, & Silium Italicum, in quem cadat hoc poſterius.

Porro: *Si quis amare* velis, *vel diſcere* amore levari,
Naſonem petito: Sin autem cura tibi haec eſt,
Ut ſapiens vivas, audi, quae diſcere poſſis,
Per quae ſemotum vitiis traducitur *aevum.*

Addit enim deinde ipſe: *Jam omnia ſunt, niſi fallor, eximia.* Pluribusque hanc ſuam defendit emendationem, quae videantur apud ipſum, in Diſſertatione ejus, quam ſaepius citavimus, poſteriore. Nos quaſi ludibundi, ne locus hic inter Epigrammatia noſtra vacuus exiſtat, praefatiunculam hanc elegiacae numerorum formae adſtrictam reddimus.

Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus,
Virgilium legito, cui quoque magna, Pales.
Herbarum vires quod ſi mage noſſe laboras,
Carminibus dicet quas tibi, diſce, Macer.
Si Romana cupis, ſi civica noſcere bella,
Lucanum quaeras; arma viroſque canet.
Si quid amare libet, vel diſcere amare, legenti,
Naſonem petito: Naſo magiſter erit.
Ut ſapiens vivas ſin autem cura tibi haec eſt;
Expedient chartae rem tibi Socraticae.
Ergo ades &, quae ſit Sapientia, diſce legendo:
Audi, quae poſſis diſcere, & eſſe probus.
Per quae ſemotum vitiis deducitur aevum,
Nonne ea mille aliis ſunt potiora libris?

Quin & Gallus noſter Metaphraſtes, Abbas S***. ſua tranſlatione, quam παραφραστικῶς, ut ſolet, quinque incluſit Tetraſtichis, haud magis eſt dedignatus. Ecce eam:

Dans

Dans ta maiſon des champs ſi jamais tu t'appliques
A ſavoir dans quelles ſaiſons
La terre ſe cultive, ouvre les Géorgiques:
Virgile t'y fournit d'excellentes leçons.

Si des ſimples tu veux avoir la connoiſſance,
Macer l'enſeigne dans ſes vers.
Un autre te dira ce qui donna naiſſance
Aux troubles des Romains, fameux dans l'univers.

C'eſt dans Lucain qu'on peut aprendre,
Comment l'ambition des chefs ſut les armer.
Si tu cherches plutôt quelque choſe de tendre,
Mieux que tout autre Ovide enſeigne l'art d'aimer.

Si plus utilement tu déſires t'inſtruire,
Pour la ſageſſe enfin, ſi tu ſens plus d'ardeur,
Ecoute ce que je vais dire:
Apprends à bien regler les ſentimens du coeur.

Oui dans ces vers tu dois apprendre,
Par quels puiſſans moyens le vice eſt combattu.
Lis-les ſoigneuſement, afin de les comprendre:
Tâche par leur ſécours d'atteindre à la Vertu.

XLI.

Si potes, ignotis etiam prodeſſe memento.
Utilius regno eſt, meritis adquirere amicos.

Non solum in amicos oportet eſſe beneficum, verum ignoti quoque conciliandi ſunt, ac devinciendi beneficentia, ſi modo poſſis prodeſſe. Utilius enim eſt, quamplurimos amicos parare, *meritis* i. e. benefactis, quam parare regnum. Regnum enim eripi poteſt, amici ſuccurrunt ejecto: & firmiores ſunt, quos beneficio adjunxeris, quam quos poteſtate premas.

Erasmus.

Utilius Regno. Proverbium, par illi apud Horat. *Pueri ludentes Rex eris aiunt, Si recte facies.* — Quod inde venit, quod beati vulgo *Reges*, aut Regum vivere vitam dicebantur. Ejusdem ſenſus eſt apud eundem Horatium: *Attalicis conditionibus* movere, hoc eſt, regno, in quo ſumma velut votorum humanorum. Barthius, & ex eo primum, in Excerptis & Notis hujus loci,

Opitius.

Singulis quidem hiſce Diſtichis nullum intercedere cum aliis verborum nexum, ad nonum Libri I. alibique, Virorum doctiores id dudum jam comprobatum dederunt, quibus & lubentes nos adſtipulamur: Verum hoc quoque iidem dabunt nobis, uti ſua cuilibet eorum plena eſt eaque abſoluta ſententia, ita, ſi non pleraque inter, ſaltem plurima Diſtichorum, apparere manifeſte ſatis integri ſenſus & ſententiarum nexum perquam egregium. Eumque ſaepius animadverti ſtatim poſſe in iis, quae ſe proxime ratione ordinis conſequuntur mutuoque quaſi adtingunt aut excipiunt. Ita jam ſuperiore libro ternas veluti Charites manibus animiſque conjunctas in iis obſervavimus, Diſticha nimirum XXXIV. XXXV. & XXXVI. Vide &, quae nos de nexu IX^{ni}. & X^{mi}. ratione ſententiae, ad eorum poſterius ante jam dixeramus in hac Hiſtoria, pag. 53. Ita & in ſequentibus ejusmodi interdum nexus recurrent. Exemplo rei haec pauca ſunto: Sic hujus II. Libri Diſticha VII. & VIII. cohaerent arcte:

Quod pudeat, ſocios prudens celare memento: &c.

Sed:

41.

ΕΙ ΔΥΝΑΣΑΙ, ΚΑΙ ἀλλοτρίοις ΟΦΕΛός ποτὲ γίγνου·
Ὅτλι ΦΙΛΟΥC πεπορίσθαι ΚΕΡΔΙΟΝ, Η ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΝ.

PAR QUOQUE illud: CARIOR REGNO. Hilarius Arelatenſis de Maccabaeis, v. 343.

Parve puer, tenerisque tuis mihi carior annis,
Carior *es* regno, *vita quoque carior ipſa.*
Tu potes in totum victricem reddere matrem.

Quae ſane regina non erat. IDEM BARTHIUS.

REGNUM EST, REGNO *potius eſt*. Locutiones ſunt paroemiales. Et *Regnum poſſidere* vel *mereri*, eadem phraſis eſt, ac ſi dicatur: Regem eſſe, aut regali honore dignum. WACHIUS, ex ejusd. BARTHII Lib. II. Cap. XIX. col. 92. & ad Claudian. pr. edit. pag. 13. Proprie tamen nos, in Hiſtoria noſtra, dictum accipimus.

Sed:

Nolo putes pravos homines peccata lucrari:
Temporibus peccata latent; ſed tempore parent.

Quaſi dixerit: Quod occuli peccatorum poteſt, id prudenter occulas facito; nec tamen credas ea qualiacumque perpetuo poſſe occultari. Arctius adhuc inter ſe continentur invicem tertii libri VI. & VII.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur. &c.

Nihilo tamen minus:

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

Itemque bina illa, quae quartum inchoant librum:

I. *Deſpice divitias, ſi vis animo eſſe beatus*
Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper avari.

Contra vero:

II. *Commoda naturae nullo* TIBI *tempore deerunt,*
Si (divitias deſpiciens) *fueris contentus eo, q. p. u.*

 In

In pluribus quoque attentus Lector eumdem ipſe nexum facile poterit eruere, quo & nos in tempore & loco digitum porro intendemus. Sed haec noſtro jam ſufficiunt propoſito, demonſtrare quippe cupientium, ut ſcilicet ejusmodi ſententiae juxta ſe poſitae, mutuam ſibi ſaepe praeſtent, vel in ipſa oppoſitione, expoſitionis operam opemque. Ne quid jam loquar de concinnitate atque elegantia earum oppoſitionum, in quibus, etſi nec dum ſatis aut per omnia recte intellectis, aut animadverſis, ubique tamen hic Auctor excelluit.

Dico igitur talem & hic extitiſſe, immo ſubſiſtere adhuc, coram omnibus rite adtendentibus, ſententiae nexum, hoc inter ultimumque ſuperioris libri Diſtichon, quem amabilem nexus contextusque veluti nodum male ſedulus, quisquis ille fuerit horum librorum *diviſor*, nullo ad eumdem habito reſpectu, infeliciter ſatis atque inconſulto, diſciſſis quaſi enſe ac diſſectis violenter vinculis, abruperit, illud ad finem primi Libri rejiciendo, hoc vero collocando Diſtichon, in praeſentis libri II. limine introitus. Res ipſa clarius apparebit, ubi integra ſententiarum harum contexta Auctori reſtituerimus noſtro: Namque eſt dignus hic vindice nodus, praeſertim ut eo manifeſtius liqueat, Dionyſium inſontem immunemque fuiſſe ab earum ineptiarum crimine, quas, in praefatiunculis merito notatas, nequidquam aliqui, inter quos eminet Boxhornius, ipſi objectarunt Diſtichorum artifici.

Jam vero dixerat is, proximo illo, hoc ante noſtrum, Diſticho:

Dapſilis interdum notis & carus amicis,
Si fueris felix; ſemper tibi proximus eſto.

Pergitque & hic, in eadem porro ſententia:

Si potes, ignotis etiam *prodeſſe memento.*
Utilius regno eſt, meritis adquirere amicos.

Quid jam pulcrius, quid plenius, quid efficacius his inter ſe collatis invicem: diviſis vero & ſeorſum conſideratis, quid frigidius? Sentias ſtatim aliquid vel utrimque deeſſe, & quaſi aliqua ſui parte mutilatum eſſe alterutrum. Sic, contra ea, plena demum fit abſolviturque illa, de qua dictum

ctum in priori iſto, cognationum ac neceſſitudinum gradatio. *Ipſe tu, tibi proximus*, deinde *amici*, tum *cari* & propinqui, porro omnes *noti*; denique *ignoti etiam* & novi, *meritis* demum *adquirendi amici*, uti nova *regna* iis, quas jam teneas, ditionibus, provinciarum more, adjungenda, ut ſic excreſcat quotidie ampliusque dilatetur, anguſtum alias nimiumque ferè contractum, Amicitiae Imperium, quod, quam late patet rerum univerſitas, ſine ſine, nullis adſtrictum limitibus, extendi conveniret.

NEQUE TAMEN id ſine legibus tentandum cenſet Philoſophus; ſed iis ipſe, in utroque, filium circumſcribit, illic quidem dicendo: SI FUERIS FELIX; hic vero, ſenſu plane eodem: SI POTES. Utraque formula veluti ejusdem nexus, plura inter alia, indicio ac documento. *Si potes*, neque id vires ſuperat tuas, non amicis tantum prodeſſe geſti; ſed & aliis: Sin minus, neque tibi contingit tam *eſſe felici*, ne quidem amicis, aut proximis, nedum ignotis, ita proſis, ut noceas tibi: (Conf. e priori libro Diſticha, & cum hoc, & inter ſe, XI. & XXXII.) Sed *ſemper ſis tibi proximus*, neque iſta externa regna prorſus adfectes. (Conf. iterum proximum, ante haec bina, Diſt. XXXIX. Lib. I. *Conſerva* POTIUS, *quae ſunt jam parta labore.*) *Felix* autem ſi ita *fueris*, ſi omnino ita beatus, ut *regnare poſſis*; commonſtrabo tibi *regnum*, aliis omnibus longe firmius *utiliusque regnis*, id, quod non vi, non armis, ſed benevolentia adquiritur & beneficentia: PRODESSE QUAMPLURIMIS. In hoc aliquando tenuit imperium, per terna illa triplicis triumviratus tempora, isque privatus, T. Pomponius Atticus; violenta vero iſta imperia novem Triumvirorum, ultimum ſi excipias, nemo diu continuit. Adeſt itaque teſtis harum ſententiarum, uterque graviſſimus, & Jul. Caeſar ex altera parte, & ex altera hic ipſe Atticus, monſtratque, quantum praeſtet ſitque *utilius*, *beneficiis ſibi adquirere amicos* plurimos, privatumque degere; *quam* eos, quos jam habeas, amicos tua culpa perdere, *adquirere* vero continuis cruentatisque victoriis totius terrarum orbis *imperium*. Quam vero ſit honeſtum *etiam ignotis*, *ſi poſſis*, *prodeſſe*, adeſto etiam tertius, qui id probet, illius utriusque aequalis, M. Cicero, Lib. de Offic. I. (p. m. 17.) haec ita adſtruens: *quod ab Ennio poſitum in una re, transferri per multas poteſt:*

Ut homo, qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit,
Ut nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit.

Una enim ex re, inquit Cicero, *ſatis percipitur, ut quidquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur* CUIQUE VEL IGNOTO. *Ex quo ſunt illa communia: non probibere aqua profluente: pati, ab igne ignem capere, ſi quis velit: conſilium fidele deliberanti dare. Quae ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non moleſta. Quare & bis utendum eſt, & ſemper aliquid ad communem utilitatem adſerendum.* Ad quae verba Cato mihi paene reſpexiſſe videtur. Nam quod alter ait: SI POTES, id alter vocat: QUIDQUID SINE DETRIMENTO POSSIT. Noſter: IGNOTIS ETIAM PRODESSE; ille: TRIBUI CUIQUE VEL IGNOTO docet, ET SEMPER ALIQUID AD COMMUNEM omnium ADFERRE UTILITATEM. Cujus etiam alia jam alii huc verba quodammodo facientia contulerunt. Ut ea, ex Laelii Cap. VIII. *Nibil eſt amabilius virtute; nibil quod magis alliciat bomines ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam, quos numquam vidimus; quodammodo diligamus.* Neque tamen ii nobis, quos propter virtutem diligimus, uſquequaque eſſe *ignoti* erunt aeſtimandi. Melius igitur huc illa quadrant altera ex ejusdem Dialogi Cap. XV. verba citata, de parandis merito amicis: *Quid autem ſtultius, quam ut plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſint, cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, veſtes egregias, vaſa pretioſa; amicos non parare, optimam & pulcerrimam vitae, ut ita dicam, ſupellectilem?* Noſter tamen magis adhuc orationem intendit, paucioribus verbis plura complectendo:

Utilius regno eſt, meritis adquirere amicos.

NEQUE omnino friget hoc loco iſtud, quod iis praeceſſerat verbum: MEMENTO. Certe non, in eo ſententiarum nexu, quem ſupra expoſuimus, quemque etiam odoratus fuiſſe videtur Eraſmus. Eſt enim, quaſi dixerit: Ne ſic plane omnia, quae habes, ut nimium dapſilis, in amicos profundas notosque, ut tibi pro aliis inde ſuppetat nihil.

Si

Si vel maxime *potes*, *ignotis* ETIAM *prodeſſe* MEMENTO. Neque, dum aliquibus prodes, reliquorum prorſus obliviſcitor omnium.

SED SOLVAMUS nos Promiſſi vinculis, ejusdem verbis Ciceronis, Libro Officior. I. praecipua caritatum & cognationum vincula continentibus: *Sed ſi contentio quaedam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii, principes ſunt patria, & parentes, quorum beneficiis maxime obligati ſumus: proximi liberi totaque domus, quae ſpectat in nos ſolos, neque aliud ullum poteſt habere perfugium; deinceps bene convenientes propinqui, quibus communis etiam plerumque fortuna eſt. Quamobrem neceſſaria vitae praeſidia debentur iis maxime, quos ante dixi. Vita autem victusque communis, conſilia, ſermones, cohortationes, conſolationes, interdum etiam objurgationes, in amicis vigent maxime, eſtque ea jucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum conjugavit. Nihil autem eſt amabilius nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. In quibus enim eadem ſtudia ſunt, eaedemque voluntates, in his fit, ut aeque quisque altero delectetur, ac ſe ipſo; efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.* Una quaſi AMICITIARUM RESPUBLICA, in quam recte dicatur: *Cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares. Sed omnes omnium caritates* HAEC UNA *complexa eſt.*

Si potes, ignotis etiam prodeſſe memento:
Sic tamen, ut notis proximus adſit amor.
Non vi, non armis; Meritis adquirere amicos,
Utilius regno, firmius imperio eſt.

Oblige tout le monde, & les inconnus même,
Autant qu'il te ſera permis:
Et ſache, qu'il n'eſt rien, fût-ce le diadême,
Qu'on puiſſe comparer au grand nombre d'amis

XLII.

Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid ſit:
Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia, cura.

JUXTA Socratis ſententiam: QUAE SUPRA NOS, NIHIL AD NOS, admonet, ut omiſſo ſtudio naturalis Philoſophiae, ea curemus, quae ad vitam humanam pertinent, h. e. ad mores componendos, & animum malis purgandum affectibus.

ERASMUS.

COD. TURICENS. poſt eumdem hunc verſum ſubjunxit ſequentem:

An Dii ſint coelum qui regant, ne quaere doceri.

Corrupte, lege: *coelumque regant.* Hinc conſtat itaque de flagitiis Librariorum in hunc ſcriptorem.

O. ARNTZENIUS.

VERE SAPIENTIS eſt, mortem perpetuo meditari, metuere numquam; immo ne aliquando timeas, tuam ut mortalis conditionem recordari ſemper, & ſic omnibus iis, quae ſecum illa ferat, in tempore adſueſcere. Sapienter itaque Philoſophus noſter, quem toties monere meminimus: *Mortem non eſſe timendam*, hujus ipſe tamen, in loco, injicit mentionem, filiumque tironem, ut in otio, in negotiisque omnibus, mortalem ſe eſſe numquam obliviſcatur, prudenter admodum commonefacit. In eo rurſum imitatus magiſtrum ſuum, aevi illud, quo vixit, lumen Epictetum. Namque & hic, uti non vult, tamquam malum, timeri mortem, id vero ſupra jam vidimus, ex Cap. (Enchiridii) X. ad Diſt. XXII. Lib. I. ubi: *Mors non eſt malum*, ajebat, *alioqui enim & Socrati ita viſum eſſet: Sed opinio de morte quae malum eſſe eam, videri ſaltem, facit:* Ita Capite (ejusdem) XXVIII. contra monet, ſibi tamen & in eo haudquaquam repugnans: ΘΑΝΑΤΟC, καὶ Φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ Φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι ΚΑΘʼ ἩΜΕΡΑΝ· ΜΑΛΙΣΤΑ δὲ πάντων Ο ΘΑΝΑΤΟC. Καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. H. e. MORS *& exilium & omnia quae terribilia videntur, ante oculos tibi* CONTINUO *ſunto.* MAXIME *vero omnium* MORS: *Neque quidquam umquam humile cogitabis; neque quidquam cupies nimis.*

HIC

42.

ΛΕΙΠΕ ΘΕΟΥ μυςήρια καὶ πόλον, ὅςις, ΕΡΕΥΝΑιΝ·
ΘΝΗΤΟϹ ΕΩΝ γὰρ, καὶ περὶ ΘΝΗΤῶν ἔαςο ΜΕΡΙΜΝῶν.

MITTE *arcana Dei.*] In his quaedam, praeter morem, recte & concinne Planudes: neque tamen omnia. SCALIGER.

VIDE Rittershuſ. ad Oppian. p. 198. Inſerit hos verſus ſuis Auctor Chronicorum aulae regiae in Bohemia. p. 66. DAUMIUS.

MAGNO conſtare laudari, idque a laudatis Viris, diſceret jam, ſi viveret Planudes. Multum eſt, *recte* ſcribere *& concinne.* Sed *quaedam*, & *praeter morem*, *neque tamen omnia*, quid non & a multa laude detrahunt?

HIC VERO Noſter eam mortalitatis contemplationem numquam intermittendam & idcirco poſtulat a nobis, ut per eamdem firmius in officio contineamur, modicoque de nobis ſenſui adſueti, quae ſupra vires poſita ſint mortalium, ne temerarie nimis fruſtraque, ut ſit fere, tentemus, aut luxuriantis pruritu ingenii ea nobis tractanda ſumamus, quae vel ex parte adſequi, humanae non eſt intelligentiae atque adeo perſpicaciae. Ad ea autem jure optimo referas omnem de geniis & Spiritibus doctrinam, in qua nimii atque inmoderati fere fuerunt Platonici, omniaque, quae ſub *Metaphyſicorum* cognomine, eo quod *μετὰ τὰ φυσικὰ, poſt rerum naturalium inveſtigationem*, ordine pertractanda forent, primus comprehendit Ariſtoteles. Ejus generis omnia Noſter *arcana* vocat *Dei*, quae disquiri nimis anxie vetat, ſimul & enodari curioſius plerumque, quam verius: *Quid ſit coelum?* Ejusne omnes, ſphaerarumque omnium coeleſtium tum motus maximi, tum minimi, ejusmodi ſub directione geniorum intelligentium, nec ne? contingant, cunctaque ab iſtiusmodi in machina diis, ipſis quidem viſu numquam percipiendis aut perceptis, ſic, ut manifeſte oculis videmus noſtris, circumagantur ac rotentur? Harum igitur perquiſitionem rerum, quatenus & ipſos mortales, ſtatuit, minime omnium decere Philoſophos. Quos inter omnes unicum ſibi obtemperantem nactus eſt, noſtra

noſtra demum aetate, ISAACUM NEUTONUM, Britannum Equitem: Ita enim, ſi quid ſentio, vere recteque de eo judicat, qui noviſſime ſuis haec dedit Auditoribus, fidei jam noſtrae permiſſa, ſed certa lege,

PRAECOGNITA

Circa *Philoſophiae Neutonianae* tum praeſtantiam atque excellentiam, tum etiam indigentiam ac defectus, & denique uſum.

§ 1.

ILLUD primum peculiare quoddam celebratiſſimae hujus eſt Philoſophiae dogmatum: quod ea generatim non majori circumſcribat univerſam ambitu Philoſophiam, quam qui ipſi revera convenit. Non enim, niſi naturam hancce externam, ſenſibusque patentem, corporaque adeo resque omnes tractat corporeas, quaeque ad ipſorum corporum diverſos pertinent ac ſpectant habitus, conſiderat; poſitis ſeorſum &, vel revelationi, vel ulteriori relictis indagationi, aut undecumque demum hauriendae cognitioni, rebus quibuslibet divinis atque ſpiritalibus, veluti ipſius DEI & virtutum Ejus, mentis itidem humanae, aliorumque praeterea ſpirituum conſideratione. Ita fit, ut per eam ejusdemque placita multo minus permiſceantur, aut confundi etiam poſſint ſacra profanis, quam quidem alioquin, ubi, perruptis Philoſophiae, ut ſcientiae mere humanae, limitibus, ei ſaepius extra oleas vagari permittitur.

Scholion. Tutior igitur homini, divinam aliquam admittenti revelationem, haec eſt, quam vel Ariſtotelica, vel Platonica, vel Carteſiana pura, vel quaecumque alia doctrina, aut ſecta Philoſophica.

§ 2.

DEINDE etiam iſtud laudis, nemine contradicente, ſibi vindicare poterit illuſtris Neutonus cum adſeclis, Eum quae ſibi inveſtiganda ſumſerit, res ſcil. uti dictum, naturales & corporeas omnes, pro variis & ſine numero diverſis harum ſitu, habitu, menſura, proprietatibus porro ac modificationibus quaſi mutuis, mutuisque inter ſe invicem proportionibus, adeo ſumma atque incredibili fere cum adcura-

curatione, tantoque ſtudio, labore, judicio, fuiſſe rimatum penitus ac perſcrutatum, ut in his facile omnibus ante ſe Philoſophis palmam praeripuiſſe ſit aeſtimandus. Imo, quum alii intimiora rerum, ſpirituum videlicet, mentium animorumque adfectiones, in diſciplinis ſuis cum *theoreticis*, ſeu ſpeculativis, qualis eſt, univerſam fere naturam tranſcendens illa, dicta olim *Metaphyſica*; tum etiam *practicis*, quales ſunt moralis & civilis prudentia, *Ethica* cognominata & *Politica*: quum, inquam, illi ejusmodi intimiora rerum, operoſe quidem ſatis, ſed ſi, quod eſt, dicendum ſit, non niſi admodum ſuperficiarie tractaverint; noſter hic ſolus fere, (Neutonus,) cum iisdem comparatus, externam rerum ſuperficiem, mundum huncce corporeum, eo intimius, eo penitius atque profundius tractavit & pertractavit. Qualis, quantusque demum futurus, ſi, quem ad tranſitoria & mutationibus obnoxia fabricae hujus mundi adplicuit, eum admovere animum rebus aeternum duraturis ac permanſuris voluiſſet!

§ 3.

NEQUE MAGIS ea candoris ingenui atque modeſti laude promerita defraudandus eſt hic inclytus Auctor, quod, ubi quaedam, eaque plurima, ſumma quamvis adhibita perſpicacia animique acie, plene tamen ac perfecte ſemet adſecuturum diffideret, tum vero, id quod in Philoſopho perquam ardui quid & ferme difficillimum eſt, ea ſe ignorare libere confitetur, ne quem forte ſui exiſtimatione nominisque fama incautum, ut fit ſaepe, fallat, vanaque cognitionis umbra faſcinet.

§ 4.

EO MINUS igitur, vel ipſo Judice, Viro quippe tanto, harumque rerum omnium, quam qui optime, ſibi conſcio, diſſimulari poterunt aut debebunt, quae in hac eadem, laudatiſſima ceteroquin Philoſophiae diſciplina deſideranda forent, quaeque non tam errores, quam defectus (quid enim in humanis horum expers eſt rebus?) ſunt appellandi. Haec nimirum, circa corpora tantum laborioſe ſolicita, nullum inmortali adferet pabulum animo, praeter abundantem ſatis materiam laudum & admirationis Cauſſae omnium

omnium primae, & ejus ignotae quidem, ſed neceſſariae, a mirabili plane Effectorum illius ſtructura, nexu atque ordine, ſingulorumque ſcopo ſaepius admodum manifeſto, curioſius illa contemplantibus, in univerſa rerum natura undique ſuppeditatam. Fruſtra vero in eadem requiras quidquid ad morum doctrinam, quidquid ad gubernationem ſpectat animi, mentisque ad optima quaeque directionem; fruſtra, quidquid ad ſocietatum adtinet vincula, nexusque civicos, officia, jura mutua; fruſtra, quidquid diſciplinae confert, aut ſempiternae quidquid conducit felicitati quocumque modo adquirendae. Neque tamen, ut verum fatear, iſta hujus praecipue ſunt vitia, ſed omnis, cujuſcumque demum, penuria quaedam atque indigentia Philoſophiae. Praeſtat enim, cum Neutono, talia fere omnia in ſcholis philoſophicis prorſus omittere, quam, cum aliis, falſa de illis tradere ac perverſa. Quis enim, ſi cui aliquid credimus Revelationi factae, quis umquam tam abditos perſcrutari poteſt mentis humanae receſſus, ne dicam rerum arcana aliarum, mereque divinarum inprimis, & ante omnia, praeter ipſum Deum, eumque ſolum? Vana proinde & inania ſunt, quaecumque de illis ſe perſpecta habere, ſublato in altum ſupercilio, vani homines gloriantur.

Not. Quidquid enim nobiſmet ipſi ſolis relicti cognoſcimus, iſtud nonniſi externorum ope cognoſcimus ſenſuum: Atque id ſecundum pervetuſtum illum, ſed verum Canonem: NIHIL EST IN INTELLECTU, QUOD NON ANTEA FUERIT IN SENSU.

§ 5.

VERUM & in ipſa naturali doctrina ſcientiaque, *Phyſices* propterea, a natura, nomine inſignita, ut quae ſola fere totam in ſe hanc abſorbet abſolvitque Philoſophiam, ſunt, quae jure queant optimo deſiderari, vel ex parte reprehendi. Quid enim, quaeſo, magis inde lucramur, quid ea re porro profecimus, ubi primam omnium motuum ſcaturiginem, quot ſunt, quotque fiunt per hanc rerum univerſitatem, certis, neſcio quibus, adſcripſerimus Adtractionis legibus inpermutabilibus, ſeu, quod idem, viribus quibusdam adtrahentibus, ultra quas cogitando progredi ulterius nobis non liceret, quam ut jure meritoque nobis illud ipſum adhuc eſſet objiciendum, quod ridicule olim Ariſtoteli ejusque

que ſequacibus, eos egregie, ſcilicet, & luculentiſſime explicuiſſe cauſſam ac demonſtraſſe: *quare ferrum ad ſe adtraheret magneticus lapis*; propterea *nempe, quod is vi quadam inſita polleret, eaque, reſpectu ferri, adtrahente.* Sic enim ex quocumque & quantumvis arduo, quam facillime nos extricaverimus negotio. Sed fluit quaſi neceſſario iſtud incommodi ex praeſcriptis huic Philoſophiae anguſtioribus limitibus, quibus omnes, quales ii cumque ſint, excluduntur ſpiritus. Quod ſi enim, v. g. Adtractionis loco, vel Adpulſionem quandam mutuam, vel inpulſum ex alterutra ſaltem parte extrinſecus factum, rerum quarumlibet ad ſe mutuo adtractarum, lubuiſſet admittere; tum certe iterum nova ſuborta inde fuiſſet eaque, tam facili negotio, plane non removenda quaeſtiuncula: Quisnam ille tandem foret inpulſor, vel adpulſorum ad ſe invicemque inpingentium Motor perpetuus atque infatigabilis? Ubi vero, vel cum Platone rurſus ad intelligentias quasdam ſeparatas ac ſpiritalis mere naturae, vel ad primam omnium cauſſam, ut omnium pariter ſine medio motricem, fuiſſet recurrendum. Quidquid vero ſit, & iſtum defectum non tam ſinceriſſimo omnium Neutono, quam omnis in univerſum philoſophicae cognitionis acceptum referamus neceſſe eſt inopiae, utque in ipſo limine & ingreſſus & regreſſus, paullo ſubſiſtentes & mirabundi exclamemus: HEU QUANTUM EST QUOD NESCIMUS! QUANTUM EST IN REBUS INANE!

§ 6.

AT IN EO culpa paullo major eſſe videtur, quod tam anxie laborent ſectae hujus philoſophicae anteſignani, tantoque cum ſtrepitu militent pro ſtabiliendo ſuo, neſcio quo, VACUO. Cujus tamen uſus in demonſtrandis probandisque veritatibus, de rerum omnium hujus Univerſi nexu, vel plane nullus, vel eſt ſane admodum exiguus; ita quidem, ut totum iſtud negotium ad *Logomachiam*, quam vocant, vanumque de caprina lana umbrave aſinina certamen redeat. Nihil enim omnino de hoc Vacuo ſive dici poteſt, ſive negari, quod non ſimiliter & in omnium ſubtiliſſimum tenuiſſimumque cadat aetherem. Concedamus enim totam rem, veluti nondum diſcuſſum ſatis & ulteriori indigens Problema quoddam indagatione: Sic par pari alteris referre licebit illud etiam negantibus. Fingamus igitur & nobis

bis nos, ut ſunt revera, innumeros gradus denſitatis vel raritatis aëreae, quorum hujus (raritatis ſcilicet) extremus ad ipſum pertingat corpus usque Solis; illius (denſitatis) vero ultimus in omnium quam maxime longinqua vigeat a ſole diſtantia. Jam facile omnes illi priores quoſlibet hoſce poſterioris generis penetrabunt, perque eos omnes, ſagittarum inſtar, vel radiorum ſolarium, poterunt pertranſire ſumma cum celeritate, hosque mole quidem denſitatis ſuae quaſi torpentes, ſpirituum fere animalium in morem animare ac vivificare: Eruntque reſpectu horum in omnibus, quam qui maxime diſtincti ac diverſi ab his, imo prorſus in eadem cum iis ratione, atque ipſum iſtud Vacuum, tam ſolicite hactenus tamque operoſe perquiſitum *. Nulla etiam antlia, utut perquam idonea exhauriendo craſſiori aëri, par tamen eſſe poterit, iſti ſubtiliori, quippe qui omnia penetrat, aetheri extrahendo. Quique propter ea & ſub ipſius vaſe recipiente antliae adhuc, vehiculi inſtar & pro tranſitus medio, inſerviet luci, radiis & coloribus: Prouti experimenta id ſatis ſuperque evincunt Boyleana.

Quo igitur cedit craſſior ille aër, aliunde impulſus? Ajo: Non in Vacuum aliquod, ſed in ſubtiliorem aetherem, qui & ipſum ſuſtentat permeatque. *Quo deinde hic retrocedendo abit?* Nempe iterum in tenuiorem, & is denique in tenuiſſimum omnium. Sic porro in infinitum, nec ullus dabitur locus Vacuo.

§ 7.

QUEMADMODUM vero iſtud non vano quodam novitatis ſtudio, citra ullam id exigentem neceſſitatem, ita prorſus non caret adfectatione hoc, quod adeo exacti in omnibus cum ſibi videri ipſi, tum aliis adlaborant nonnulli atque conantur, ut ne minimi quidquam praetermiſiſſe exiſtimentur; quaſi qui omnes in numerato habeant Epicureorum *atomos*, ex quibus compactum hoc fuiſſe credebatur Univerſum. Ita enim, ubi vix pedum aut integrorum ſaltem digitorum certus conſtat numerus, vel minimis lineolarum particulis ſupputationes ſuas calculosque ſolent exaequare, ut qui omnibus numeris forent abſolutiſſimi, qui-

* *Expertus* VACUUM *Daedalus aëra, Pennis non homini datis.* HOR.

quibus nihil omnino vel addi potuerit, vel demi. Forſitan is peculiaris quidam populi genius eſſe credendus eſt, cum & in ſubductis penes ſummum Angliae ſenatum rationibus, ultra majorem Millionum millenariorumque numerum, non tantum ſolidorum obolorumque ratio, ſumma cum adcuratione haberi ſoleat; ſed & minimae, imo vel aliquando centeſimae cujusque ſingulorum particulae obolorum. Sed uti fere rebus in civilibus *ſummum*, quod ajunt, *Jus* non niſi *ſumma* ſaepe *injuria* eſt; ita pariter hujusmodi nimius rigor, ultraque quam ſat eſt, minimarum rerum adtentio, qualis & praecipue in Leuwenhoekianis dominatur calculis, tantum abeſt, ut adſtruendae poſſit inſervire fidei, ut eam plane deſtruat tollatque omnem.

§ 8.

VERUM: *Quid fidei*, inquies, *cum Philoſophia*? Atqui permultum, ſane, cum hac ipſa, quam tradimus. In aliis enim non ſufficit *hiſtorica* quaedam, quae vocatur, veritatum notitia, ſed *philoſophica*, ſed propriae innixa tum ratiocinationi, tum experientiae, firmiſſima quaedam cognitio ac perſuaſio talis, qualem plenam appellare ſolemus convictionem: In hac noſtra, requiritur ſaepius & ipſa illa *hiſtorica* aliorumque duntaxat innitens teſtimoniis, ut perquam neceſſaria. Quoniam nempe neque omnibus datum eſt, nec licet, omnium ipſos facere periculum & permutationum rerum & earumdem inter ſe combinationum, ſine numero, diverſarum; fides propter ea, prouti in rebus geſtis aliis, & adhibenda eſt aliorum experimentis, iisque conveniente ſibique congruo modo, & quam proxime pari cum effectu, ſaepius, & diverſo demum tempore ac loco, inſtitutis. Quod ultimum Philoſophiae hujus incommodorum breviter ſtrictimque tantum hiſce indicaſſe ſufficiat. Ad quae etiam referendus nimius ille, ſed adquirendae tamen propriae nobis experientiae rerumque peritiae adprime conducens & neceſſarius, variorum ac diverſi generis Inſtrumentorum, armorumque ex omni metallo confectorum, adparatus. Ita, ut profecto nemo horum recentiorum, amiſſa forte per naufragium tam docta ſupellectile, cum priſcis illis facile auſurus ſit dicere Philoſophis: OMNIA MEA MECUM PORTO. Sed diceret potius, talia paſſus: **MEA PERDIDI OMNIA.**

§ 9.

Hactenus de iis, quae ſunt deſideranda. Quibus tamen omnibus nihil obſtantibus, minime diffitendus eſt inſignis uſus, quem in omni vita praeſtat haec Philoſophia. Quaenam utique eſt ars humanae ſocietatis uſibus dicata, quodnam opificium, quod ea non eximie juvari queat & in melius altiusque provehi? Praecaveatur modo ſedulo abuſus, ut, quae ad cognitionem rerum naturalium atque ad hujus vitae conſervationem providam conceſſa eſt nobis, eam non ad res ſenſum naturalem ac perceptionem noſtram ſuperantes, male ſeduli & in eo Auctoris ſui menti nimium contrarii, adplicemus & convertamus, aut contorqueamus, in detrimentum & hujus &, quam neſcit Philoſophia, vitae alterius.

Schol. Eſt etiam alius Philoſophiae naturalis & experimentalis abuſus, hic tantum obiter & per tranſennam quaſi tangendus. Prae nimio enim ejus amore ſtudioque reliquae fere artes ingenuae & humanitatis litterae vel contemptui habentur & ſuperbe deridentur, vel omnino negliguntur. Ita, ut, eodem tempore, quo nos ad culmen artium & ſcientiarum tantum non perveniſſe nobis ipſi pulcre blandiendo perſuadere conamur, jam proxime nobis imminentem vix ſentiamus barbariem.

§ 10.

Utendum igitur hac egregia eſt Philoſophia, melioris ſaltem in defectu. Sed ita utendum, ut ex ea uſum, commodum atque emolumentum nobis quam certiſſime hauriamus, ſeduloque inde petamus. Quod, niſi primis *Diſciplinarum inſtrumentalium*, quales vocant *Logicam* & *Matheſin*, inbuti acceſſerimus doctrinis, fieri certe numquam poteſt. Hic enim profecto, ſi umquam alias, locum habent, quae Platonicae quondam *Academiae* verba, propter introitus oſtium inſcripta ferebantur:

ΟΥΔΕΙΣ. ΕΙΣΙΤΩ. ΑΓΕΩΜΕΤΡΗΤΟΣ.

Geometriae. expers. ingrediatur. nemo

Haec ille nullis addictus partibus Philoſophus, &

Nullius adſuetus jurare in verba Magiſtri.

Nec defuere tamen, qui & ipſum accenſere Metaphyſicis,

cis, vano conatu, tentarunt Neutonum, quibus facem praetulit poëtarum ille, Gallorum certe, ocellus & miraculum, Voltarius, Philoſophus idem, ut fere ſunt Poëtae. Scripſit enim is, aliquot abhinc annis, *Metaphyſicam Neutoni*, ſive *dogmatum* hinc *Neutonianorum* & *Leibnitianorum* illinc, ſibi mutuo conlatorum *Parallelismum* *. Quem ſuis quidem ex principiis, ſcil. *Leibnitio-Wolffianis*, ut quibus ipſe ſubſcribit, in hoc tamen egregie confutatum dedit V. Cl. Ludovicus Martinus Kahle, Philoſophorum Gottingenſium t. t. Decanus **. Sed ſatis, imo vero plus quam ſit ſatis, pro ſcopo noſtro, de hoc egimus argumento. Cujus brevem, ut moris eſt noſtri, Lectoribus ſiſtent ἀνακεφαλαιῶσιν Tetraſticha.

Mitte arcana Dei coelumque inquirere, quid ſit
  Spiritus, & quid, quae ſingula morte carent.
Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia curans
  Spirituum curam linquito ſpiritibus.

Sur des ſecrets cachés par le ſouverain Etre
Garde-toi de porter tes regards curieux:
  Vain mortel, penſe à te connoitre;
Non pas à découvrir ce qui ſe paſſe aux Cieux.

* *Metaphyſique de Newton, ou Paralelle des Sentimens de Newton & de Leibnitz, par Mr. de Voltaire.*

** *Examen d'un Livre intitulé* la Metaphyſique de Newton &c. *Par Mr. Louis Martin Kahle, traduit de l'Allemand en François par Mr. de Gautier Saint-Blancard. A la Haye chez P. Goſſe. 1744.*

XLIII.

Linque metum leti; nam ſtultum eſt, tempore in omni
Dum mortem metuas, amittere gaudia vitae.

Eandem Sententiam legis in priori libro. Pro *amittis* arbitror legendum *amittere*. Qui mortis metu ſemper anxius vivit, ſtulte facit. Primum enim, non vitat id, quod timet. Deinde, ſi quid habet haec vita jucunditatis, eam ſuo vitio perdit.

Erasmus.

Teruncii non ſunt, quae ad h. D. hinc inde notata invenias. Dum enim, id eſſe ſpurium, ſibi aliisque perſuadere conantur, illud tractando, omnia faciunt & comportant in id aliqui, ut, quantum ipſorum eſt, vere reddant ſpurium.

Nihil fere hic dicendum ſuppetit, quod non dictum jam a nobis ſit, prius. Vel ſub initium proxime ſuperioris Rhapſodiae noſtrae hiſtoricae*, vel ibi, ubi a Boxhornii Tautologiae calumniis & hoc cum aliis conlatum Diſtichis abunde ſatis, ut ſpero, vindicavimus. Vide quae ad Diſtichon ſuperioris Libri XXII. quod ei occaſionem dedit criminationi, notata ſunt**. Generalius ibi, hic magis adplicate, filium ipſe ſuum ſententiarum Auctor adloquitur, prioribus quidem inſiſtendo, eumdemque tamen porro & amplius urgendo, conſideratione gaudiorum e fructu vitae, quae ſua ille culpa perditurus eo eſſet tempore omni, quo mortem nimis anxie trepidansque metueret. Omnem enim laetitiam pellit timor. Unde recte & Noſtro conſentiens, de Senectute Cap. XX. Cicero: Mortem *igitur*, ait, omnibus horis *inpendentem timens*, *qui poterit animo conſiſtere*? Namque & idem ante jam dixerat: *Sed hoc medita-*

* Videlicet pag. 186. Quod ubi quis paullo diligentius perpendere voluerit, videbit, & haec bina eſſe eorum e numero Diſtichor., de quibus nos ſupra pag. 8. ſq quae ut ſibi proxima, ita etiam ratione ſenſus, ſibi invicem, vel in ipſa oppoſitione, collata ſunt, ut comparanda ſaltem & conferenda.

** Pagg. hujus Hiſtor. 100. & 101.

43.

ΡΙΠΤΕ ΦΟΒΟΝ ΘΑΝΑΤΟΥ· Ἀλόγιστον ΓΑΡ διαπαντός,
Πότμον δειμαίνοντα, ΒΙΟΥ τέρψεις ἀποβάλλειν.


POTUISSET hoc, in Planude, non probari tantum, ſed laudari etiam. Verum hic altum eſt Silentium: Ita homines ſumus, parciores fere laudum, quam exprobrationum & vituperii.

PERPULCRE vero hoc exempli probat, gentiles omnes Philoſophos & omni illo tempore, quo contra mortis timorem tam acriter ac toties totiesque declamant, eo tamen ipſos teneri fortiter. Ita icta ſemel & letaliter percuſſa a venatore fera, aufugiendo ſagittam, ſcilicet, excutit, qua transfixa eſt.

ditatum ab adoleſcentia debet eſſe, mortem ut negligamus; ſine qua meditatione tranquillo eſſe animo nemo poteſt.

Linque metum leti: Nam ſtultum eſt, tempore in omni,
Quo, mortem metuens, ſollicitusque, paves;
Vivere quum poſſis, amittere gaudia vitae.
Vitae quidquid abit, mors, mihi crede, mera eſt.

Trop craindre la Mort, c'eſt folie:
Fais, pour vaincre ce foible, un généreux effort:
On ne ſauroit goûter les plaiſirs de la Vie,
En ſe livrant ſans ceſſe aux frayeurs de la mort.



XLIV.

Iratus, de re incerta contendere noli:
Inpedit ira animum, ne poſſit cernere Verum.

Pyrrhus admonere ſolitus erat tyrones, ne iraſcerentur: At multo magis cavere oportet iracundiam eos, qui diſputant. Melius enim judicat, qui vacat ira. Contra ira obſtat animi judicio.

Erasmus.

Huc pertinet locus Salluſt. Catil. unde Auctor haec ſua videtur deſumſiſſe, Cap. LI. § 1. *Omnis homines, P. C. qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia,* IRA *atque miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt.* Ubi plura notavit Eruditiſſ. Cortius.

O. Arntzenius.

Pessimum eſſe auctorem rerum gerendarum IRAM, a qua propterea abſtinendum cum ſemper & ubique, tum maxime ubi, quibus praeſumus, ſuam ii ob culpam ſint neceſſario puniendi, Noſtrum jam docentem audivimus ſupra, prioris libri Diſticho XXXVII. ibidemque plura quoque alia pulcre monentem Eraſmum, utrumque vero & conſentientem cum illo Ciceronis dicto egregio, quod eſt in I. de Officiis libro, interque alia brevem nobis, de praecipuis Philoſophorum circa IRAM placitis, ſiſtit ſuppeditatque hiſtoriam: *Probibenda autem*, inquit Cicero, *maxime eſt* IRA, *in puniendo: Numquam enim iratus qui accedet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae eſt inter nimium & parum: Quae placet Peripateticis & recte placet, modo ne laudarent iracundiam & dicerent, utiliter a natura datam. Illa vero*, ex mente Socratis & Platonicorum, quos ſequitur Romanorum ſummus orator, *omnibus in rebus repudianda eſt, optandumque ut ii, qui praeſunt reipublicae, legum ſimiles ſint, quae ad puniendum non iracundia, ſed aequitate ducuntur.* Et poſt paullo: *Praeclara eſt aequabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus eademque frons: ut de Socrate, item de C. quoque Laelio accepimus.* Praefert deinde, hujus ipſius laude virtutis, Philippum Macedonem Alexandro filio, cujus ſcil. in gratiam Peripateticorum princeps Ariſtoteles fortitudinem reli-

44.

Ὀργιωθεὶς περὶ ΠΡΑΓΜΑτος ΑΜΦΙΒΟΛΟυ ΜΗ ΕΡΙΖΕιν·
ΘΥΜΟϹ γὰρ πάντη ΝΟον εἴργει τ' ΑΤΡΕΚΕϹ ΑΘΡΕΙΝ.

NE POSSIT *cernere verum.*] Joh. Hantvillenſis Architrenio:

Ira, malum deforme viris, quo pectus aceſcit:
Sanguis hebet, languet ſtudium, ſollertia lippit,
Caecatur ratio, pietas tepet, alget honeſtas.

Laudat Catonis hunc verſum Meginfredus ſive Mefrer, Parte Aeſtivali Serm. CII. DAUMIUS.

CERNERE eſt hoc loco *diſcernere* Verum a Falſo, & utrumque clare ac diſtincte *cernere*, cum iis finibus, quibus illa inter ſe diſterminantur. Horatius:

Cur in amicorum vitiis tam cernis acute?

reliquasque virtutes bellicas, ipſamque adeo iracundiam, tot inmeritis, indignis certe Philoſopho, extulit laudibus. *Philippum quidem*, inquit, *Macedonum regem, rebus geſtis & gloria ſuperatum a filio; facilitate vero & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. Itaque alter ſemper magnus, alter ſaepe turpiſſimus fuit. Ut recte praecipere videantur, qui monent, ut* QUANTO SUPERIORES SIMUS, TANTO NOS SUBMISSIUS GERAMUS. Vel, quod ita Poëta canit:

Ut quisque eſt major, magis eſt placabilis irae,
Et faciles motus mens generoſa capit.

ATQUE haec quidem de gerendis rebus, ut in quibus

——— ——— *male cuncta miniſtrat*
Inpetus. ——— ——— ——— ———

Jam vero hic quantum etiam officiat inveſtigando Vero oſtendit Cato: Quod quidem ad intelligendi pertinet aciem, veluti illae ad voluntatem liberumque & expeditum, quale ſaltem nobis adeſſe convenit, in eligendo arbitrium, ſed & idem iracundiae aeſtu ſaepe nimium quantum praepeditum. Quodſi enim, ceu ſtatuunt Peripatetici, ita ut venti atque tempeſtates, etiam affectus commotio-

motioneſque animi ſua aliquando non prorſus careant utilitate, quod quis vere adverſus Stoicorum vane jactatam urgere poſſit ἀπάθειαν; at in judicando tamen iſta plerumque nimis perturbant inque transverſum ſaepe abripiunt mentem, vel eam, quae mentis tenet gubernacula facultatem, cum in magna animi concitatione, pari modo ac in naufragio,

Rector in incerto eſt: nec quid fugiatve, petatve,
Invenit; ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

Optime igitur docet filium pater, quem non ſibi fingit ab animi motibus penitus inmunem, dare tamen ſpatium moramque tenuem judicaturo rectius deinde animo, ubi deferbuerit iſte omnino aeſtus, tranſieritque brevis ille animae furor iracundia, vel ſedatior ſaltem redditus fuerit animus, melluſque ſibi conſtiterit. Et hoc demum vere illud tam neceſſarium Sapientiae cultoribus tamque laudabile eſt: ΕΠΕΧΕΙΝ. Scilicet: *Temperare ſibi* tum *ab ira*, tum *a temerario* de re nondum diſtincte ſatis percepta *Judicio* & denique *a vanis*, incertum circa negotium, *rixis atque contentionibus.* Cui vero rei magnum praebet adminiculum, *tacere ut plurimum.* Perpulcre ſic Epictetus in Enchiridio, Cap. LXIX. ait: Ὥςε κἂν περὶ ΘΕΩΡΗΜΑΤΟϹ τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, εὐθὺς ἐξεμέσαι, ὃ οὐκ ἔπεψας. Καὶ ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα, καὶ ΣΥ ΜΗ ΔΗΧΘΗΙϹ, τότ᾽ ἴσθι, ὅτι ἄρχῃ τοῦ ἔργου. Ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει, πόσον ἔφαγεν· ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔριον ἔξω φέρει, καὶ γάλα. Καὶ σὺ τοίνυν μὴ ταχέως ΡΗΜΑΤΑ [Al. τὰ ΘΕΩΡΗΜΑΤΑ] τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἜΡΓΑ. H. e. *Ne multum loquere inter ineruditos de* SPECULATIONIBUS: *ſed fac aliquid ex ipſis* SPECULATIONIBUS. *Quodſi de earum aliqua ſermo inter ineruditos incidat, tace ut plurimum. Magnum enim* PERICULUM *eſt* EVOMERE, QUAE NON CONCOXERIS. *Et cum quis dixerit, te nihil ſcire,* IDQUE TE NON REMORDEAT, *tunc ſcito initium eſſe operis. Namque & oves non, herbam evomentes, paſtoribus umquam, quantum comederint oſtendunt: Sed cibum intus concoquentes, vellera extra ferunt, & lac. Et tu igitur ne* SPECULATIONES [*verbis tenus*] *ineruditis oſtenta: Sed ex his concoctis* OPERA. Verum hodie,

hodie, proh deûm atque hominum fidem! ubi fere plus eſt contentionis, ubi litium plus, atque irarum, quam ipſos inter eos, qui Eruditionem tantum, ac ne vix quidem, a limine ſalutarunt? Quique ipſa deinde contentionum rixarumque turba, veluti tempeſtatibus, a Veri tramite magis magisque ſemper in omnia alia abripiuntur. Utinam ii homines vel neſcirent omnino litteras, vel recitarent earum ſubinde nomina, ex Athenodori praeſcripto Philoſophi! Cui, ut Plutarchus refert in Apophthegm. Romanor. ob ſenectutem flagitanti, ut ſibi liceret redire domum, Auguſtus jam conceſſerat. At cum ille Caeſari dixiſſet Vale, volens aliquod Philoſopho dignum monumentum apud illum deponere, adjecit: *Caeſar, cum fueris iratus, ne quid dixeris feceriſve, priuſquam Graecarum litterarum quatuor & viginti nomina apud te nominatim recenſueris.* Caeſar tum quidem Philoſophi dexteram amplexus: *Adhuc*, inquit, *te praeſente mihi opus eſt*, totumque etiam annum apud ſe detinuit, dicens illud Graecorum proverbium:

—— *Ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.*
Silentii ſunt tuta fidi praemia. *

Iratus, de re incerta contendere noli:
Scilicet errorem ſic magis ira fovet.
Inpedit ira animum, ne poſſit cernere Verum.
Ergo animum, ut poſſis recta videre, rege.

Ne ſoûtiens jamais par colere
Quelque fait que ce ſoit, ſur-tout s'il eſt douteux:
La Raiſon vainement t'offrira ſa lumiere,
Lorsque la paſſion te fermera les yeux.

* Vid. Eraſm. Adagia, in *Feſtina lente*, & Junii, ſub titulis: *Ira non perfecte rationem audit.* & : *Ira impedit animum.* Ceterum, plura inter alia ſapienter dicta, etiam Bias ille, VII. Graeciae Sapientum profecto non minimus, *Bono conſilio duo maxime contraria eſſe* dicebat: *Feſtinationem* ſcil. *& iracundiam. Homo enim iracundus, cum extra ſe ipſum ſit, vacuus eſt omni conſilio.*

XLV.

Fac ſumtum propere, quum res deſiderat ipſa:
Dandum etenim eſt aliquid, quum tempus poſtulat aut res.

Equidem opinor, *prompte* legendum, pro *propere*. Sumptum, qui neceſſario faciendus eſt, libenter & prompte facito, ne videaris gravatim facere. Nam aliquid omnino inſumendum eſt; non paſſim, ſed quoties tempus aut cauſa poſtulat. Hoc eſt, in nuptiis, in feſtis, item in amicos. Planudes longe alium ſenſum expreſſit Graece. Sentit amplos etiam ſumptus faciendos, ubi res poſtulat: Caeterum ad res gerendas non temere inſumendum tempus: quod hujus ſumptus ſit precioſiſſimus.

Erasmus.

Fac Sumtum. Concinnius omnino leges:

——— ——— *cum deſiderat, ipſi.*

Rei videlicet aliquid dandum eſt, cum propere deſiderat. *Tempus* vero occaſionem hic recte notat, & pro eodem accipit, Latinis non abnuentibus, Planudes; licet Scaligero aliter videatur. Sic aliquoties Cato noſter. Horatius:

——— ——— *Niſi dextro tempore, Flacci*
Verba per attentam non ibunt Caeſaris aurem.

h. e. commoda occaſione: Barthius. lib. XXI. Cap. XXI. Vide eundem Adverſarior. lib. XXIII. Cap. XXI. (Col. 1151.)

Opitius.

Est in hoc terrarum orbe regio, non adeo quidem magna; ſed opulentiſſimis referta civibus, neque ad eam ut detegendam adpellas, Argonautica quadam expeditione opus; frequentatiſſimae nempe ſunt ad eam undique locorum viae ducentes: In qua, quae legum vim obtinuere conſuetudines poſtulant, quod aliis in terris ad incitas redacti aeris debitores facere adſoleant, idem in hac ut faciat vel ditiſſimus quisque, aſyla ut quaerat, locaque receptui quam maxime idonea, eaque tutiſſima a perſecutione pauperum, egenorum, operarumque mercede conductarum. Non eo quidem animo, ut tenui ſuo hi ſalario fraudentur omnino; ſed ut, quam fieri poſſit, ſerioribus ipſi temporibus ſuo ſe erga eos debito exſolvant, nec niſi poſtquam hujus ſumma foenoribus de die in diem adcreſcentibus accedens, quotidianos auxerit potius ipſorum reditus, quam ut inminuat. De his, ut vatum non eſt infimus, carmine noſter hoc vaticinatus eſſe videtur Dionyſius, ſuum qui tam

45.

Καὶ ΔΑΠΑΝΑΙϹ ΧΡῶ μείζοσιν, εὖτε ΤΑ ΠΡΑΓΜΑΤ' ΑΠΑΙΤΕΙ·
Πρὸς δὲ τὰ πράγματα ΚΑΙΡΟΝ καταναλίσκε ΔΕόντως.

DANDUM *etenim*] Nemo eſt, qui Planudea aſſequi poſſit. *καιρὸν ἀναλίσκειν* quid eſt ? „ (Adde & „ *καταναλίσκειν*".) Ecquae ejus veſtigia in Latinis ?

SCALIGER.

Sane nulla, niſi quod graecus ille Monachus *tempus* in Latinis, quantum video, quarto, ſcil, accuſandi Caſu, per errorem legerit, acceperitque, quaſi ſcriptum eſſet: *Res poſtulat aliquando temporis aliquid, tum tu ei te accommoda.*

OMNIS Emphaſis, quae multos effugit Commentatores, in eo ſita eſt unice, ſumtus eſſe *in ipſo tempore*, ſine mora, faciendos. Quare & *quum* illud non fruſtra repetitur. *Tum* praecipue, *quum res ipſa deſiderat*: imo *tum*, praeciſè loquendo, *quum tempus poſtulat*. Et ſic maxime conſpirat cum altero illo, XXVI. h. libri:

Rem, tibi quam noſces aptam, dimittere noli.
Fronte capillata, poſt eſt Occaſio calva.

tam ſedulo hortatur, ut ab hisce eorum moribus perpetuo abhorreat, neque e tanto foetore aut tantillo umquam lucello ſtudeat diteſcere. *Propere*que potius ac promte ut det, QUUM TEMPUS POSTULET; quaecumque, jure aut honeſtate exigente, inpendenda forent. Scilicet tum ut in promtu rurſus ſit illud, quod ſupra * jam monuerat: QUOD CARUM EST, VILE PUTATO. NEC AVARUS HABEBERIS ULLI.

* Lib. I. Diſt. XXIX.

Fac ſumtum propere, quum res deſiderat ipſa.
Quidquid honor, quidquid fama requirit, adi.
Dandum etenim eſt, aliquid quum tempus poſtulat, aut res:
His, fruſtra, elapſis plura daturus eras.

Contraint de te mettre en dépenſe,
Fais-le de bonne grace, & ſelon ton pouvoir.
Certaines loix de bienſéance
Paroiſſent dans les tems exiger ce Devoir.

XLVI.

XLVI.

Quod nimium eſt, fugito: Parvo gaudere memento,
Tuta mage eſt puppis, modico quae flumine fertur.

HUMILIS fortuna tutior eſt, quam excelſa; ut navis tutior, quae in parvo eſt flumine, quam quae in pelagi fluctibus natat.

ERASMUS.

PARVO *gaudere memento.*] *Parvum* dicit, quod ſufficit. Exempla vide apud Barthium lib. XXI. Adverſ. Cap. XXI. (col. 1065.)

Ita Horat. lib. II. Od. XVI.

Vivitur parvo bene.

OPITIUS.

AUREA haec eſt illa Mediocritatis Regula & Praeceptum vere Catonianum: TENERE MODUM; dignumque & Priſco illo Catone Cenſorio & altero, Uticenſi, quem talem deſcribit Lucanus L. II. v. 380.

—— Hi mores, haec duri inmota Catonis
Secta fuit: SERVARE MODUM, FINEMQUE TENERE,
NATURAMQUE SEQUI. *Patriaeque inpendere vitam,*
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

Dignumque porro & non ſolum hoc noſtro; (ſi forte is eſſet, qui, ut ludit Juvenalis, Sat. II. v. 40. ſed meliori nobis ſenſu,

Tertius e coelo cecidit Cato. —— ——

Scilicet eodem, quo & idem dicit:

—— *E coelo deſcendit* ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ.)

Sed & digniſſimum quod omnium, quotquot ſunt, aut fuere umquam, Philoſophorum comprobetur calculis ac ſuffragiis. Et bene quidem feliciterque, ita quoque res habet. Nam: *Vetus Academia dixit, Virtutes omnes quamdam medietatem eſſe moderatam.* Sunt verba Ciceronis, quem eo nomine

46.

Φεῦγε ἀεὶ ΤΟ ΑΓΑΝ. Τὰ ΔΕ ΜΕΤΡΙΑ καὶ μάλα βούλου· ΒΑΙΩι ΓΑΡ ΠΟΤΑΜΩι ἀκλυστοτέρη φέρεται ναῦς.

PARI MODO Mneſitheus apud Athenaeum Lib. X. Deipnoſoph. Cap. IV. Δεῖ, inquit, φεύγειν ἁπάντων τὰς ὑπερβολὰς ἀεὶ, *Fugiendum in omni re, quod nimium eſt.* Siquidem *illud in omni vita*, dicente Plinio, Lib. XI. Cap. ult. (ſ. LIV.) *eſt perniciosiſſimum.*

WACHIUS.

MODICUM eſt *medium quid inter magnum & exiguum, multum & paucum*, h. e. *moderatum, mediocre.* Neque etiam credo tuto & commode ſatis navigari flumine puſillo vel parvo, quod ſaltem modico fluvio tutius & melius fieri contendo.

J. ARNTZENIUS, Major Fratrum.

mine & laudantem Peripateticos paullo jam antea audivimus, ad Diſt. h. l. quartum, quod eam jubeant MEDIOCRITATEM eſſe tenendam, QUAE ſit INTER NIMIUM ET PARUM. Ut in quorum extremorum medio Ariſtoteles, qui & de vitae mediocri conditione, quarto de Republica libro, ſic ſtatuit:

Ο ΜΕΣΟϹ ΒΙΟϹ ΒΕΑΤΙΣΤΟϹ. h. e.
OPTIMUM IN VITA MEDIOCRITAS:

In medio, inquam, omnem collocavit Virtutem. Unde ſuam etiam traxerunt haec Proverbia originem:

IN MEDIO CONSISTIT VIRTUS.

Contra vero:

OMNE NIMIUM VERTITUR IN VITIUM.

Et denique antiquiſſimum illud, omnium unanimi conſenſu celebratum:

ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ. NE QUID NIMIS.

Cujus, & ſimul hujus Dogmatis, jam contexuit Hiſtoriam Eraſmus, n. DXCVI. primae Chiliad., Aldinae edition. fol.

fol. 74. verſo: fuiſſe ſcil. hanc ſententiam, cum binis aliis, [altera: γνῶθι σεαυτὸν, *Noſce te ipſum*, altera: ἐγγύα πάρα δ' ἄτη, *Spondae noxa praeſto eſt*,] quemadmodum in Charmide teſtaretur Plato, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inſcriptam, veluti dignae deo viſerentur. Hanc *quidem, tanquam vulgo celebratam, Terentius in Andria etiam Soſiae libertini perſonae tribuit. Diogenes Laërtius Pythagorae adſcribit. Ariſtoteles* III. *Rhetoricorum libro ad Biantem autorem refert, tractans de juvenum immoderatis affectibus, quos ait ubique nimia vehementia peccare. Nam & amare nimium pariter & odiſſe nimium. Senes non item, ſed, ut ipſius Ariſtotelis utar verbis:* κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες. i. e. *juxta Biantis admonitionem & amant tanquam oſuri, & oderunt tanquam amaturi. Sunt qui Thaleti tribuant. Sunt qui Soloni, teſte Laërtio. Plato quodam loco ex Euripide citat. Neque deſunt, qui ad Homericum veluti fontem referant. Cujus hi verſus ſunt in Odyſſeae O.*

—— —— Νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅσκ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν. ΑΜΕΙΝΩ Δ' ΑΙΣΙΜΑ ΠΑΝΤΑ.

Id eſt:

—— —— Mihi nequaquam is placet hoſpes,
Qui valde praeterque modum ſimul odit amatque:
Sed puto *rectius* eſſe, ut SINT MEDIOCRIA CUNCTA.

Idem, in Iliados K.

Τυδείδη, μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε μήτ' ἔτι νείκει.

Id eſt:

Ne nimis aut laudes Tytida, aut vituperes me.

Equidem, pergit Eraſmus, *ad Heſiodum referre malim: Cujus illud eſt in opere, cui titulus:* Ἔργα καὶ ἡμέραι.

ΜΕΤΡΑ ΦΥΛΑΣΣΕΣΘΑΙ, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Id eſt:

MENSURAM SERVA, MODUS in re eſt OPTIMUS omni.

Euripides, cum aliis aliquot locis, tum in Hippolyto coronato:

Οὕτω

Οὕτω τὸ ΛΙΑΝ γ' ἧσσον ἐπαινῶ
Τοῦ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ.

Id eſt:

Tanto equidem minus approbo quicquid
Eſt VEHEMENS, quam quod vulgus ait:
NE QUID NIMIUM.

Pindarus, apud Plutarchum: Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ ἔπος αἴνησαν περισσῶς. Sapientes hoc verbum: NE QUID NIMIS praeter modum laudarunt. *Sophocles in Electra:*

Μήθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπεράχθεο, μή τ' ἐπιλάθου.

Id eſt:

Ne nimium, praeterque modum te torqueat ille,
Quem odiſti; ſed nec neglexeris immemor hoſtem.

Plautus, in Poenulo: Modus omnibus in rebus, ſoror, eſt optimus. *Eodem pertinet Homericum illud, Iliad. N.*

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Id eſt:

Cunctarum rerum ſaties contingit, amorisque
Et ſomni, & blandae citharae, choreaeque decentis.

Id imitatus videtur Pindarus in Nemeis:

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνθ' ἀφροδίσια.

Id eſt:

Satietatem habet & mel & jucundi flores venerei.

Plinius lib. XI. Perniciosiſſimum autem, & in omni quidem vita, quod nimium. *Horatius:*

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit conſiſtere rectum.

Rurſus idem:

Virtus eſt medium vitiorum & utrimque reductum.

Phocylides:

Πάντων ΜΕΤΡΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ.

Id eſt:

Omnium MODUS OPTIMUS.

Et

Et Alpheus in Epigrammate :

Τὸ ΜΗΔΕΝ γὰρ ΑΓΑΝ ἄγαν με τέρπει.

Id eſt :

Hoc NE QUID NIMIUM nimis placet mi.

Quintilianus ſcripſit, modum in pronunciatione regnare, quemadmodum in caeteris omnibus. *Demique Plutarchus in Camillo docet* : Pietatem eſſe mediam inter contemptum numinum & ſuperſtitionem : ἡ δὲ εὐλάβεια, καὶ τὸ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ ἄριϛον. *I. e.* Pietas autem, &, quod ajunt, NE QUID NIMIS, optimum eſt. *Nihil autem eſt rerum omnium, in quo non peccari queat nimietate, praeter amorem Dei. Quod aliis verbis fatetur & Ariſtoteles, pro Deo ſupponens ſapientiam. Huc pertinet, quod ex poëta quopiam refert Athenaeus lib. I. de laudibus vini :*

Πάσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει
Πινόμενος καλὰ μέτρον· ΥΠΕΡ ΜΕΤΡΟΝ δὲ ΧΕΡΕΙΩΝ.

Id eſt :

Quodque omnes hominum pellit de pectore curas,
Si modice biberes ; ſin ABSQUE MODO, NOCITURUM EST.

Haec ille ad hanc rem Eraſmus. Nobis, ex inſtituti ratione, hic non licet proximum & primarium Noſtri ſicco pede fontem praeterire, Epictetum, qui Cap. LXI. haec habet : ΜΕΤΡΟΝ κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάϛῳ, ὡς ὁ πούς ὑποδήματος. Ἂν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου ϛῇς, ΦΥΛΑΞΕΙΣ ΤΟ ΜΕΤΡΟΝ. Ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. Τοῦ γὰρ ἅπαξ ΥΠΕΡ ΤΟ ΜΕΤΡΟΝ, ὅρος οὐδείς ἐϛιν. Hoc eſt : MODUS *poſſeſſionis unicuique corpus eſt, velut pes calcei. Si in hoc ergo conſiſtas*, MODUM SERVABIS : *Sin excedas*, IN PRAECEPS FERARIS *neceſſe eſt.* Tutius autem *modico ferri flumine*, ne *in praeceps* labaris. (Quod etiam inde Simile Cato deſumſiſſe noſter videtur.) Sed pergit Philoſophus : *Veluti & in calceo, ſi ſupra pedem extendas* : neque tuo te modulo metiaris. *Fit aureus calceus, deinde purpureus, deinde punctabundus*, variaque arte aut acu pictus. En humanum tibi ingenium ! *Nullus enim terminus eſt, ubi modum ſemel exceſſeris.* Vel, quod ait Cicero : *Qui ſemel,*

ſemel, ut *pudicitiae*, ita cujuscumque demum rei, *fines transierit*, *eum bene & gnaviter oportere eſſe inpudentem.*

Neque etiam hic friget illud memento. *Eſt* enim, uti de Epicteto nos admonet Simplicius, ita & idem *dignum obſervatione* in Catone, *cur* uterque *tam crebro hoc utatur verbo* memento: *Quo* ſcil. *rationis compotem animum compellat*, *qui* quidem *rationes rerum ſemper conjunctas ſecum habet earumque veluti innatam ſibi veritatem: Sed aliquando deficiente quaſi acie, ob diſtractionem natalitiae ſuae facultatis, in oblivionem ruit, quae ipſi malorum omnium cauſſa eſt. Ideoque flagitat, ut* memento *ei iſtud tam crebro inculcetur. Cum non mediocriter incitatum eſſe oportere dicit Epictetus eum, qui tantas res adpetat, non hoc vult:* ne supra modum *atque immodice; ſed,* non infra modum, *non minus, quam par ſit, incitatum eſſe oportere. Nam ſi periculum eſt, ne ſuis bonis excidat;* periculum *certe* (ut ait Pindarus,) ignavum virum non admittit: Ἀγὼν ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει, aut talem, qui metu, ne excedat modum, conſtrictus deficiat. *Stulti*, enim, *dum vitant vitia*, *in contraria currunt.*

Quod nimium eſt fugito: Modico quae flumine fertur,
Tuta magis puppis, navibus Oceani eſt.
Tu quoque, ſi ſapias, parvo gaudere memento:
Credito nec ventis turbinibusve ratem.

Fui tant que tu pourras la dépenſe inutile:
Contente-toi de peu lorsqu'il ſaut ménager.
Plus le fleuve eſt petit, plus la barque fragile
Vogue ſur l'onde ſans danger.

XLVII.

Quod pudeat, ſocios prudens celare memento:
Ne plures culpent id, quod tibi diſplicet uni.

Ne indicaveris amicis, aut, ne committas teſtibus aliis, cujus te facti pudeat: ne plures reprehendant, ſi ſcierint id, quod uni tibi diſplicet. Si ſolus tibi conſcius fueris, hoc eſt, ſi quid peccas, pecces absque arbitris. Nec hanc ſententiam intellexit Graecus Planudes. Sic enim vertit: Πᾶν δ' φίλοις &c. (*vid. e regione*) I. e. Quod amicis tuis probrum ſit allaturum, valde occulta, ne in hoc reprehendant te plurimi, quod te ſolum cruciat.

Erasmus.

Liceat hic adſcribere verba Crucii, qui haec Dionyſii praecepta edidit poſt Erasmum. „ Geminum „ hunc ſenſum ferunt ac pariunt verba Diſtichi. Nam ſi poſt *pudeat* diſtinguas, ſenſus eſt Erasmicus, videlicet ſi quid pecces, pecces absque arbitris. Si vero diſtinguas ſic: *Quod pudeat ſocios*, tunc ſenſus eſt, „ ſi noris aliquid facinus ſociorum, „ quod aliis minime conſtet, vide ſis, „ ne id reveles aliis, ne a pluribus „ reprehendatur, quod tu ſolus reprehendis. Crucius, citante Arntzenio, Rectore.

Edidimus Diſtichon eo quidem verborum tenore, quo viſum erat id exſcribere Erasmis & Scaligeris, Viris ſummis, qui, qua etiamnum vigent maxima per univerſum litterarum orbem nominis auctoritate, ea & effecere, ut fere ubique hoc eodem modo receptum ſit atque ordine, quo & hic legitur, neque de alio paene ſenſu cogitetur, quam, qui ex eadem diſtinctionis ſerie ſponte profluit. Si tamen, quod ſentimus, libere dicendum ſit; non opus erat peculiari morum praecepto, argumentisque eo animum moventibus, ſua ut quiſque admiſſa ab aliis celet occultetque prudenter, id enim jam fere omnibus nobis natura inditum eſt; niſi quis perditiſſimae peſſimaeque adeo fuerit indolis, ut de male perpetratis facinoribus ſuis etiam gloriari coram aliis in animum induxerit: qualem profecto neque ſuum fore ſperabat filium, neque hujus ſocios, quippe quos inhoneſta quaeque ac turpia reprehenſuros ipſe eſſe confidebat. Quin & ipſae quoque leges vetant, fidem alicui haberi in propria ſua, quam palam facere non erubeſcat,

47.

Πᾶν, ὃ φίλοις σοῖς αἶσχος προστρίψει, μάλα κεῦθε·
ΜΗ ΜΕΜΨΩΝΤΑΙ γε ΠΛΕΙΣΤΟΙ Ο ΣΕ ΜΟῦΝον ἀνιᾷ.

QUOD PUDEAT, *ſocios prudens*] Planudes perperam,

Quod pudeat ſocios, prudens &c.

SCALIGER.

PECCAVIT tantum in eo Planud. ſi prius illud σε invito textu intruſit, pro quo nos ex Veneta Editione γε ipſi reſtituimus. Et ſic ſalva res eſt, ſenſu Cruciano. Quem nobis illuſtrandum ulterius explanandumque propoſuimus in ipſo Commentario noſtro, huic carminis deſtinato. Quo ſcilicet ſedulo attenteque perlecto, penes intelligentem ſit Lectorem, de *gemino* iſto *ſenſu, quem*, ut Crucius ait, *pariunt ac ferunt verba Diſtichi*, ſolidum ferre judicium, & a quanam parte peccatum fuerit, in quam vero partem melius ac luculentius, minusque turbulenter fluat ſententia, determinare.

ſcat, turpitudine. Fieri enim vix poteſt, quin aliquid iſta adhuc pejus ac deterius infamia moliatur animo, qui omnem eo uſque pudorem excuſſerit, ut neque credentibus etiam, aut ſcire cupientibus, omni opere atque conatu ſuam ipſius confirmare velit ignominiam. Obſtat etiam alia adhuc conſideratio, quo minus vox illa *ſocios* a Verbo *celare* regi exiſtimetur: Quare enim id tantum a ſociis occultandum, quod te pudeat? Quare non & ab aliis iſtud clam tenendum omnibus; imo plus etiam ab aliis, quorum tibi, quam familiarium tuorum, non aeque perſpecta fides ſit? Niſi malis ita excuſare ſcriptorem gnomologum, quaſi nominantem ſocios, veluti praeſtantiores, ut multo magis inde conſtet, removendos adhuc intenſiore cura ab ejusmodi notitia & quoſcumque alios. Quidquid vero ſit, conplicatus inde ſermo foret & multum a conſtanti illa Catonis noſtri perſpicuitate atque concinnitate alienus. Quod plane contra erit, ubi ita diſtinxerimus: *Quod pudeat ſocios*, quodcumque amicis, apud alios quoslibet, eſſe poſſit opprobrio,

id vero *prudenter* & in tempore *memineris*, *eſſe celandum*, etiamſi iſta res te primum vehementer remordeat: tantum enim abeſt, ut tuum illud taedium, ex communicato aliis animi tui ſenſu, imminui poſſe credendum ſit, ut e contrario id deinde fortius adaugeatur ex aliorum, forſitan & in ipſum te redundante, ſeveriore nimis in ſodales familiaresque tuos judicio. Id nimirum eſt, quod ait: *Jam tibi ſoli unique* hoc *diſplicet*, aliis nondum facti conſciis; *tum vero plures idem culpabunt*, quorum inhibere aut reprimere judicii iniquitatem, penes te non erit amplius. Praeſtat ergo, quod potes, eam tacendo praevertere. Jam eamdem hanc & in alio Diſticho ſuam Noſter eſſe declarat mentem, ubi liquido ait, de publico loquens judicio, quod hîc de cenſura privatorum:

Quantumcumque potes, celato crimen amici.

Id quod ipſum nec ab euangelica multum abhorret doctrinae

XLVIII.

Nolo putes, pravos homines peccata lucrari:
Temporibus peccata latent; ſed tempore parent.

NE PUTES nocentes lucrari: hoc eſt, impune auferre ſua peccata. Latent quidem, ſed ad tempus: Poſtea parent, id eſt, manifeſtantur. Tempus enim & celat & aperit omnia. *Parent* autem dictum eſt pro *apparent*.

ERASMUS.

PECCATA *lucrari.*] *Impune ferre.* Statius, X. Theb. v. 310.

Neſcius heu rapitur fatis hilariſque ſub umbras
Vita fugit, mortisque ferat LUCRATA DOLORES.

Idem XI. Thebaid. v. 307.

Vult gemitus lenire Creon: lucrare furorem &c.

Ad quem loc. vid. Barthium, pag. 1346. It. 1143. Manil. Lib. V. v. 319.

—— —— —— Poenamque lucratur
Noxius, & patriam fraudavit debiter aeris. &c. &c.

DAUMIUS.

nae puritate, praefixisque in illa, quos Theologi vocant, *Elenchi gradibus*, tam ſine diſcrimine paſſim neglectis, quam jure optimo non admirandis modo, ſed & obſervandis.

Quod pudeat ſocios prudens celare memento:
Pectore ſcire alios abdita, nam quid opus?
Ne plures culpent; id, quod tibi diſplicet uni,
Quod tibi dedecori eſt, Jura ſilere ſinunt.

Ne révéle à perſonne une action infâme,
Dont tu rougis toi-même, & que tu veux cacher.
Quelle neceſſité, qu'un confident te blâme
D'un vice, que ton coeur doit ſeul te reprocher?

48.

ΜΗ ΤΙ βροτοὺς ΑΛΙΤΡΟΥΣ δόκει ἀμπλακιῶν ἀπΟΝΑΣΘΑΙ.
Πρὸς καιρὸν γὰρ ΕΛησαν, καιρῷ δ᾽ αὖ ΦΑΝεροῦνται.

TEMPORIBUS *peccata*] Satis fuerit ſemel monuiſſe. Planudem propter neceſſitatem metricam non diſtinguere inter χρόνον & καιρὸν. Hic χρόνος locum habebat, non καιρός.

SCALIGER.

PARERE pro *adparere* adhiberi, exemplis undique congeſtis ſatis probarunt VV. CL L. Daumius & Wachius. Addimus nos, & iis omnibus eſſe probatum, multo plus etiam dicere *parere*, ſimplex, quam compoſitum & eſſe idem, ac *magnifice, manifeſte, limpide adparere*, ut in illo, quod ex Aldhelmo, de laudib. Virginitatis v. 100. citavit Daumius.

Virginitas ſummo virtutum vertice paret.

Qualis esset binorum horum quam proxime ſe inſequentium, ratione ſententiae, Diſtichorum nexus, ad primum hujus libri, jam ante praecepimus. Verum eſt, in eo paullo plus hunc ſapere noſtrum, gentilibus magiſtris ſuis, philoſophis aliis: quamvis nec in illis defuerint, qui non eleganter magis, quam vere ſanctcque, ita ſcripſerint ac ſenſerint quoque: *Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat.* Veluti omnibus notum. Donandum tamen id Boxhornio Noſtri accuſatori eſſet, ſi ex horum Diſtichorum ſenſu rerumque interiore atque argumentorum textura, Chriſtianorum addictum ſacris probare ſuſtinuiſſet Dionyſium, & tum hujus in gratiam tantum imitatione quadam fervidi, in defendendis ſuis, oratoris Romani, dici forte potuiſſet: *Novum crimen*, acqui Judices, *atque ante hunc diem* noſtrates inter homines *inauditum*, Dionyſ. Catonem & ipſum *Chriſtianum fuiſſe! Idque* M. Zuerius, *praeſtanti vir ingenio, fretus fortaſſe ea, qua eſt* inter vos *auctoritate, auſus eſt confiteri. Itaque quo me vertam, neſcio.* * Sed hic novus veterum delator, omiſſo plane ſenſu, non niſi voces ſuis auribus minus latinas & ſacri quoddam redolentes, religioſus homo, inſectatur: Ita enim in diſſertatione illa ſua, jam ſaepius ad partes vocata, contra auctorem ſtatuit noſtrum: *Phraſiologiam ſacram certe ubique obſervamus. Statim inter monita, quae in limine opuſculi leguntur*; Cum bonis ambula. *Ambulare hic converſari eſt, & ſic paſſim utitur vetus ſacri codicis Interpres. Nec aliter lib. IV. diſticho* 9. prout ipſe numerat:

Nolo putes pravos homines peccata lucrari &c.

Lucrari peccata *hoc loco nihil eſt aliud, quam non tantum non poenam, ſed etiam commodum atque emolumentum ex peccatis reportare. Quam phraſin Chriſtianam eſſe, quis non videt? Paſſim legas:* Chriſtum, fratres, coelum lucrari. Haec ille. Jam audiatur & altera pars. Sic enim ad ea reſpondet Vir fama celeber, Reſcriptor. Cap. VII. „ Verum hanc Boxhornii „ criminationem nullo negotio confutabit, quisquis Dau„ mii notas ad hunc locum de verbo lucrari legerit. „ Ex Manilio namque, Plinio, Quinctiliano, Statio, do„ cuit

* Vid. orationis exordium pro Q. Ligario, ad C. Caeſarem, Ciceronis.

„ cuit eundem vocis uſum, quem damnat ille. Quid au-
„ tem dicto huic Catoniano magis congruit, quam illud
„ Manilii Lib. V. verſ. 319.

— — Poenamque lucretur
Noxius. — — — —

„ Addo illi Latinum Pacatum, in Panegyrico, Cap. XXX.
„ *Primi ſceleris poenas* lucrari *quieſcendo potuiſſet*; & alium
„ Poëtae illius locum, ex Lib. IV. pag. 86. Edit. Scalig.

„ — — Morteſque lucrentur.

„ Atque alium ex Hirtio de Bello Hiſpanico Cap. XXXVI.
„ *Illo beneficio ſuum* beneficium *exiſtimabunt ſe* lucri-
„ facere".

Idem porro: „ Convenit ſententiae noſtri hoc Lu-
„ ciani ex Anthologia, Lib. I. Cap. XXXI.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσεις δὲ Θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος *.

„ Verum deſino ſententias ſimiles cum in hac re, tum in
„ alia ex Scriptoribus antiquis proferre, quarum nullum
„ modum aut finem fore video, ſi id agere vellem".
Quaedam tamen alia adhuc in notis ſubjunxit; quae apud
ipſum videantur.

Nolo putes, pravos homines peccata lucrari:
In caput auctorum cuncta relapſa ruent.
Temporibus peccata latent; ceu merſa profundo:
Tempore ſed parent; imaque, ſumma petunt.

Ne croi pas qu'un mortel coupable d'injuſtice
Tire profit de ſon péché.
S'il couvre pour un tems ſon crime & ſa malice,
Un jour rendra public ce qu'il avoit caché.

* Quod nos ita & latino includeremus Diſticho:

Forte eſt, ut lateant homines tua facta nefanda;
At neque ſenſa animi, crede, latere Deos.

XLIX.

Corporis exigui vires contemnere noli :
Conſilio pollet, cui vim natura negavit.

Noli contemnere inimicum, licet ſit puſillo corpore. Nam ſaepe, quod corporis viribus detractum eſt, natura addidit ingenii viribus. Quanquam haec ſententia latius patet: nempe hominem non eſſe aeſtimandum proceritate roboreque corporis, ſed animo potius.

Erasmus.

Eleganter quoque *Vis* & *Conſilium* opponit Cicero de Seneƈt. *Res magnae non* viribus, *aut velocitatibus aut celeritate corporum geruntur*, *ſed* conſilio, *auƈtoritate*, *ſententia*. Similis fere ἀντίθεσις eſt apud Phaedr. Lib. II. Fab. VI. Attamen *vis non minus* animi, *quam* corporis eſt. Vid. Sall. Catil. Cap. I. § 2. *Sed noſtra omnis vis in animo & corpore ſita.* In eodem, Cap. V. *L. Catilina, nobili genere natus fuit magna* vi *& animi & corporis.* Cap. XVII. *Quanta* animi vis *fuiſſet in exercitu Catilinae.* &c. &c. Melius autem ad ſenſum Diſtichi quadrare puto verba Sall. in Catil. Cap. I. *Quo mihi reƈtius videtur*, ingenii, *quam* virium opibus, *gloriam quaerere.* Ejusd. Cap. VI. verba de Rom. Senatu: *Deleƈti, quibus* corpus *annis infirmum*, ingenium *ſapientia validum erat, Reip. conſultabant.*

O. Arntzenius.

Si nihil aut parum hic praeſtat Ars Critica, Hiſtoria certe omnis aevi innumera hujus veritatis ſervata nobis ſuppeditat exempla. Sic ille orbis domitor

Magnus Alexander corpore parvus erat.

„ Sic, recenſente ad hoc ipſum Diſt. eruditiſſimo Wachio,
„ de Rege Aegypti, cui nomen Bocchoris, Diodorus Si-
„ culus, Lib. I. Bibliothecae, Cap. XLV. ſcriptum reliquit,
„ *eum corpore exili & deſpeƈto quidem fuiſſe, ſed ingenio &*
„ *prudentia ante ſe regibus praecelluiſſe.* Pari ratione Ageſi-
„ laum *exiguum & ſpecie aſpernanda fuiſſe*, Nepos & Plutar-
„ chus, vitam ejus exponentes tradunt. At quis in lauda-
„ tis modo Scriptoribus tam hoſpes eſt, cui lateat, eum-
„ dem illum *virtute* & *conſilio polluiſſe?* Tempeſtate quoque
„ Theodoſii in homine brevis admodum ſtaturae ſummam

„ fuiſſe

49.

ΣΩΜΑΤος οὐτιδανοῦ δύναμιν ΜΗ ἔχῃς παρὰ φαῦλον·
Βουλῇ γὰρ κρατεῖ ἔσθ' ὅτε, τὸν ΦΥΣΙC εἶασ' ἀκιδνόν.

CORPORIS EXIGUI *vires.*] Vires δύναμιν male Planudes. Vires herbarum & vires corporis Latini indifferenter dicunt, Graeci diſtinguunt, *βοτανῶν δυνάμεις, σώματος ἰσχύν.*

Cui vim natura negavit.] Planudes, *τὸν φύσις εἶασ' ἀκιδνόν.* Dixeris a tirone, non a Planude, magni nominis viro, profectum. Poſſumus etiam aliam interpretationem ab ea, quam dedimus, adferre:

CONSILIO POLLET. Vid. Weitz. p. 144. ad v. 620. Lib. IV. Argonaut. Valer. Flacci. Zehnerum II. Centur. Adag. ſacr. XXXII. Rittershuſ. p. 228. ſq. ad Opp. Conſ. & Diſſ. XII. Lib. IV. Perſarum Adagium eſt: *Parvus ſapiens altae ſtaturae imperito praeſtat.* Vid. Levin. Warneri Notas ad Prov. LXXX. Perſ. *Vis* autem opponitur *Conſilio* aut *aſtutiae.* Vid. Barth. pag. 42. ad Gratium.

DAUMIUS.

Μὴ τυτθοῦ μώμησαι ἀνάλκιδα χειρὸς ἐρωήν·
ἀλλ' φύσις οὐ πόρεν ἰσχὺν, ὑπέρτερός ἐστι φραδαῖσι.

SCALIGER.

„ fuiſſe prudentiam, Nicephorus Hiſt. Eccleſ. Lib. XII. „ Cap. XXXVII. auctor eſt". Inter Philoſophos vero & Aeſopus, Rhodopes delicium, & Xanthippes maritulus Socrates, & Crates Hipparchiae egregius ille Sponſulus & ipſe Epictetus noſter, verae Sapientiae, ſed mutilato corpore, alumnus, aliorumque quam plurimi: in ſacris porro etiam divus Paulus & Zacchaeus publicanus, quot non praebere nobis poſſent illuſtria hujus rei documenta?

PRAEFERIMUS ipſi tamen familiarius aliquod ac recentius exemplum, quod qui ſuis oculis in Anglia ſpectavere ipſi, narrarunt nobis. Erat Londini, in loco frequentatiſſimo hominum conventibus, procerae admodum ſtaturae in obambulando, prae ceteris, Thraſo quidam conſpicuus, qui non ceſſabat conviciis omnibus proſcindere, variisque modis laceſſere exili atque exigua corporis mole homuncionem,

 Dola-

Dolabellae non diſſimilem, quem, ad gladium fuiſſe adligatum, ſocer ejus aliquando ridebat Cicero. Id non diu ferre potuit pygmaeus, patientia forte nec excedente modum corpuſculi. Iratus ergo gigantem ad ſingulare provocat certamen. Ille contra in riſus ſolvitur, ut cui ignominioſum foret nimis, adverſum tale pugnare naturae excrementum. Hic porro inſtare, ad congreſſum quantumlibet inaequalem ſe accingere, &, qui a teneris artificioſi ſaltus gymnaſticam exercuiſſet, ut nimirum pedum velocitate exilitatem corporis viriumque tenuitatem, ubi opus foret, compenſaret, jam artis facere periculum, ſe ipſo uſus pro telo, jam Thraſonis nec opinantis quidem, repentino impetu, inſilire humeris, ſuisque cruribus illi lacertos atque brachia tam arcte circumligare & conſtringere, ut nihil tentare contra potuerit; tum pugnis involare in vultum, frontem ei, oculos, totamque adeo deturpare faciem & miris ac cruentis modis hominem excipere, denique laſſus a pugna, deſilire rurſus. Sed alter, dum fricat oculos, dum ſudorem cum cruore abſtergit, ecce jam iterum ab altera parte inſultantem ſibi atque inequitantem dorſo ſuo hoſtem geſtat invitus, qui feſſus iterum impune reſilit. Eaque ſcena toties repetitur, donec pygmaeo iſti palmam Thraſonianus heros, inter adſtantium omnium ludibria, tradidiſſet integram. Quam certe contumeliam, ſi Catonis noſtri huic paruiſſet monito, nullum eſt dubium, quin lucratus fuiſſet. Adeo —— *nec ſolis viribus aequum eſt Credere.* „ Bene enim, quae ſunt illa Weitzii verba, jam laudata a Daumio: „ Bene Horatius III. Carm. IV. *Vis conſili expers* „ *mole ruit ſua. Nec eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio in-* „ *ducimur*. Curt. lib. VIII. At contra:

Vim temperatam DI *quoque provebunt*
In majus. —— ——

„ *Temperatam*, dico, *prudentiae mixtura.* Ῥώμη γὰρ μετὰ „ φρονήσεως, ait mellitus Orator Iſocrates ad Demonicum, „ ὠφέλησεν· ἄνευ δὲ ταύτης, πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. Lipſ. „ III. Polit. c. I.

—— *Saepe acri potior Prudentia dextra.*

[Vid. in floſculis noſtris ſub hoc Diſt. Valer. Flaccum, ad cujus iſta verba ita porro commentatur Joh. Weitzius:] „ Oraculum non inſolens effatus eſt ille vates:

Σοφὸν

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ. ——— ——— ———

H. e. *Mens una Sapiens, plurium vincit manus.*

„ Quod & a Galeno eſt uſurpatum, in exhortat. ad bonas
„ artes, & Polybio, lib. I. Stob. ſerm. LI.

„ Phocylides:

Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
Vir ſapientipotens ſuperaverit armipotenteis. (a)

„ *Melior eſt Sapientia, quam vires; & vir prudens, quam*
„ *fortis.* Sapient. Cap. VII. Tiraqu. connub. I. n. 51. & ſeqq.
„ Reuſner. claſ. III. ſymb. 8. & 26. Rittershuſ. ad Oppian. II.
„ Hal. v. 53. Barthol. Caſſan. in Catal. gloriae mundi,
„ parte IX. Conſid. 44. p. 351. Comment. Terent. p. 252.
„ Probe Palingenius in Cancro:

Ingenio vires cedunt. Prudentia victrix
Cuncta domat. ——— ——— ———
Viribus ingenium moderatur cuncta miniſtris.

Plura e Palingenio vid. in noſtris floſculis. Ceterum alia alii ſervamus tempori & loco.

Corporis exigui noli contemnere vires:
Vincitur & minimis maxima, mole, fera.
Conſilio pollet, cui vim natura negavit.
Dic mihi, quid praeſtet: Robur, an ingenium?

Un homme eſt-il petit & de mince figure,
Ne le mépriſe point, ſur ces ſimples dehors;
Souvent l'Auteur de la Nature
Dédomage l'Eſprit de ce qu'il ôte au Corps.

(a) Ita nos, ad ductum Phocylidis, invertimus illud Ennii:

Armipotenteis ſunt mage, quam ſapientipotenteis.

L.

L.

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede:
Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus.

Si senseris tibi rem eſſe cum potentiore, cede ad tempus, & ſine penes illum eſſe victoriam. Nam incidit ſaepenumero opportunitas, ut mutatis vicibus rerum, vincat, qui victus fuerat: & ſuperior ſit, qui fuerit inferior. Convenit cum illo: *Vir fugiens denuo pugnabit.* Quidam ſtulta pertinacia ſtatim aut vincere volunt, aut peſſundari.

Erasmus.

Omnis hic concinnitas, acumen omne, noſtra quidem ſententia, in unica voce, tempore ſcilic. quaerendum eſt. Neque, ut alibi, *in tempore* vel *ad tempus* ea ſignificare videtur; ſed veluti recte dicimur *cedere loco* aliis: Ita vult, ut & temporis praerogativà cedatur alteri, quaſi qui dicat: Fac hoc illius jam eſſe tempus ut vincat; aliud tuum erit.

Versiculus *ſecundus* (verba haec ſunt Anti-Catonis noſtri, Boxhornii,) *nihil cum priore commune habet, cum tamen rationem ejus reddere velle videtur.* Suo ergo merito hoc reſponſum tulit a conſultiſſimo Reſcriptorum Auctore, Henrico Cannegietero, ſub initium Capitis XXX. eorumdem: „ Quotus eſt, qui non dicat, ſoli me lumen inferre, ſi „ Diſtichon hoc, quo nullum evidentius, nullum clarius „ eſt, exponerem? Et tamen qui interpretationem volet, „ eum ad Eraſmi paraphraſin adlego. * Exputare mehercle „ nequeo, quid id ſit, quod remoratum eſt Boxhornii men„ tem. Perſpicua enim omnia ſunt. Quare intactum relin„ quo. Conſonum hoc Ovidii, tametſi in cauſſa alia, ad„ jiciam, Art. II. 197.

„ *Cede repugnanti*, CEDENDO VICTOR ABIBIS.

„ At-

* Quam vide ſupra loco, qui & debetur ipſi, primario. Sed in eo Codice, quem poſterior exornat Reſcriptorum Editio, fruſtra eam requiras: Quod incommodi ſaltem horum fuiſſet gratia evitandum: Si & indignus ea benevolentia Eraſmus.

50.

ΟΝ ΝΟΕΕΙϹ ΣΕο μείονα, ΤΩι Δ' ΕΝ ΚΑΙΡΩι ὑπΕΙΚειν.
ΠΟΛΛΑΚι γὰρ κρείσσων πρὸς χείρονος ἥττων ὑπέστη.

CUI SCIERIS non *eſſe parem te.*] Ita Pithoeana editio. Vulgatae: *Quem ſcieris non eſſe parem tibi.* Unde Planudes infeliciter fecit, ὃν νοέεις σέο *μείονα. Quem ſcieris eſſe minorem te.* Imo imbecilliorem, καὶ ὑποδεέστερον.

SCALIGER.

IMO quidquid dicat Imperator Scaliger, contextum tamen integrum & ſequens verſus fere urgent, ut ſcripſerit μείζονα Planudes, non μείονα. Quem forte deinceps omnium rerum rudes ad Vulgatam illam perverſamque adcommodare lectionem ſic voluerunt.

„ Atque ad alias ejus cavillationes & calumnias propero". Quae & hic, ſub Diſticho libri hujus XIII. ſtatim ſequentur.

SCILICET hoc illud eſt, quod dicitur trito admodum proverbio: HERCULEM LACESSERE, quoties ſignificare volumus: *Fortiori te noli faceſſere negotium*: namque id eſſe *funeſtum* vetus indicat apud Gruterum Inſcriptio, pag. 103. n. 5.

NONNE DIXI TIBI
DECEBALE
FUNESTUM EST
HERCULEM
LACESSÈRE.

Fortiores autem, ubi vel maxime aliquando vincantur ab infirmioribus, id tutius effici non poſſe, quam pro temporum ratione iis ſapienter cedendo, vel temporis opportunitatem aliam patienter atque tranquille expectando. Sic neque adeo abhorret iſtud PRUDENTIAE CIVILIS monitum ab eo, quod eſt in DOMINI noſtri Evangelio, *Luc. XV.* 31. 32.

EST

Est ad vulgatam illam lectionem conformatum Gallicum ſequens Tetraſtichon. Sed tum idem prorſus diceret, aut parvo

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede:
    Tempora in excelſum, tempore preſſa, levant.
Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus:
    Quodque oritur, ſidus, denique id occidere.

LI.

Adverſus notum noli contendere verbis.
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.

Ut ante legiſti, contra verboſos non eſſe contendendum verbis, ita cum familiaribus rixandum non eſt, quod ſumma diſcordia ſoleat naſci ex verbulis leviſſimis.

Erasmus.

Inimicitias inter amicos nonnumquam exoriri graviſſimas, easque ſedulo vitandas, admonet Cicero quoque de Amicit. Cap. XXI. *Cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant ſe amicitiae, ex quibus jurgia, maledicta, contumeliae gignuntur.*

O. Arntzenius.

Veluti, cedendum eſſe ut plurimum, ſive majori ac potentiori, (qui vel laedere nos potuerit, vel inmeritos jam laeſerit) idque duce prudentia, comite vero meliorum temporum ſpe; ſive etiam aliquando minori nobis, ad exercendam morum patientiam, jam antea docuit & deinde ſaepius ad idem recurret argumentum, Epicteteum puta ΑΝΕΧΟΥ, sustine: Ita & ſaepius inculcat Auctor, *evitandam* eſſe quovis modo *contentionem*, & abstinendum a litibus rixisque muliebribus; cui rei iſta tolerantia non parum praebet adjumenti. Tertium enim jam

parvo diſcrimine; quod dictum jam fuit Diſt. XXXVIII. Libri I.

Pouvant vaincre ton adverſaire,
N'uſe point de tes droits avec trop de rigueur:
On a vû bien ſouvent, aidé de ſa colere,
Le vaincu s'élever au-deſſus du vainqueur.

51.

ΜΗ νείκει, μηδ' ΑΝΤΙΛΕΓειν θέλε σοῖσιν ΕΤΑΙΡοις·
ΕΚ τυτθῶν ΜΥΘΩΝ γὰρ ἔρις ΜΕΓΑ πολλάκις αὔξει.

Ex minimis verbis.] Id eſt, ἐξ ὀλίγων Planudes, ἐκ τυτθῶν μύθων, *ex parvis ſermonibus*. Quod eſt futiliſſimum. Futilius, μέγα πολλάκις αὔξει. Vox μέγα Poëtis nunquam niſi cum Verbis & Nominibus conjungitur: μέγα ἀέξει, μέγα νήπιος. Itaque recte fuiſſet: ἐξ ὀλίγων μύθων μεγάλη γὰρ ἔρις μέγ' ἀέξει. Gaza invenuſtius in verſibus Ennianis: πάμμεγα λάμπει, pro μέγα λάμπει.
Scaliger.

Haec in Graeco homine doctiſſimo ἀκριβολογουμένῳ, ne miremur, ſi nobis Latinis obrepat ſomnus, quum tales Graecos dormitare contingat. Quamquam rari ſunt inter Latinos, qui ſtudia Graeca delibaverint, qui non meliora facere poſſint.
Id.

jam hoc eſt Praeceptum verbis expreſſum: contendere noli. Vide mihi prioris Lib. Diſt. X. & hujus ipſius, in quo verſamur libro, quartum. Quibus deinde, poſt praeſens hoc, quo de agimus, adhuc ultimi libri Diſtichon accedit XXXIV. Diverſas ſingulis ſubnectit cauſſas, omnes tamen ad eumdem finem collineantes. I. Ne cum verboſis & ipſe deſipias, nimia garrulitate. II. Ne aeſtu contentionis in transverſum abreptus, excidas Vero. III. Ne in injuſtitiae culpam poenamque irruas. Hoc vero loco: Ne in triſtes inimicitias vertatur Amicitia, & irarum quaſi incendio

dio deleta, in fumos abeat. In quo mire convenit huic, cum XXXVI. ſuperioris libri Carmine. Niſi quod ibi ab inferenda amicis lite abſterreat; hic etiam quodammodo illatam, aut, niſi caveris, facile inferendam tibi, declinare prudenter ſuadeat. Eſt enim ac ſi dicat, illud Poëtae recinens:

Principiis obſta: Sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Malum autem ejusmodi, per moras creſcens, eſt & *Diſcordia*, ΕΡΙΣ illa Graecorum, quam ita egregie, ut nihil ſupra, jam Homerus depictam expreſſerat Iliad. Δ:

Ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται· αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

H. e. *Parva quidem primum haec; crebris ſed motibus aucta,*
Vertice ſublimi coelum ferit, & pede terras.

Egregie, inquam, ſic Homerus, quidquid contra clamet protervus nimium ὁμηρομάστιξ, Litteratorum quondam Dictator, Jul. Caeſar Scaliger, Poët. L. V. Cap. III. p. m. 524. cujus haec verba citare, ut recte de iis ſentit Popius, refellere eſt *: *Nolo imitari*, inquit. *Non placet. Non eſt verum, Contentionem ponere caput in coelo. Ridiculum eſt. Fatuum eſt. Homericum eſt. Graeculum eſt. Virgilianum non eſt. Romanum non eſt.* Quo hunc ſuus rapit inpetus? Ergo pari modo *non placebit*, aut fortaſſe *Graeculum erit* & iſtud Hebraici veritatis fontis, *Pſalm. LXXIII. 9.*

שתו בשמים פיהם ולשונם תהלך בארץ׃

H. e. *Et ore coelos adtingunt, & lingua peragrant terras.*

Sed e diverticulo ut in viam redeamus, ſimul & hanc

* Pop. Iliad. Lib. IV. not. ad v. 502. Angl. verſionis, de Macrobii judicio Saturnal. Lib. V. Cap. XIII. contra Virgilianam Famae deſcriptionem:

Parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

„ *Scaliger* is very angry at this laſt period, and by miſtake blames *Gellius* for „ it, in whom there is no ſuch thing. His words are ſo inſolently dogma„ tical, that barely to quote them is to anſwer them, and the only anſwer „ which ſuch a ſpirit of criticiſm deſerves.

hanc Noſtri doctrinam, de vitanda inter notos contentione, ad principia reducamus, eam ejusdem ex ore Philoſophi, quo & reliqua fere omnia, hauſtam animadvertimus. Ita enim docuit Epictetus, in Apophthegmatis, quae ex Jo. Stobaei florilegio, ſive Eclogis moralibus decerpta, Arrianeae editioni ſuae Nicol. Blancardus adjecit, pag. 413. Τὸν προσομιλοῦντα τριχῇ διασκοποῦ, ἢ ὡς ἀμείνονα, ἢ ὡς ἥττονα, ἢ ὡς ἴσον. Καὶ εἰ μὲν ἀμείνονα, ἀκούειν χρὴ, καὶ πείθεσθαι αὐτῷ· εἰ δὲ ἥττονα, ἀναπείθειν [male enim ibi: ἀπειθεῖν]· εἰ δὲ ἴσον, συμφωνεῖν. Καὶ οὔ ποτε ἁλώσῃ ΦΙΛΟΝΕΙΚΙΑϹ. H. e. *Eum cum quo diſſeris, trifariam conſidera: vel ut praeſtantiorem*; (Cato, Lib. II. Diſt. X. *Cui ſcieris non eſſe parem te*, &, Lib. IV. Diſt. XXXIX. *Cede potenti.*) *vel ut inferiorem*; (Cato, Lib. I. Diſt. XXXIV. *Vincere quum poſſis*, & ibid. Diſt. XXXVIII. *Quem ſuperare potes.*) *vel ut parem.* (Cato hic loci: *Adverſus notum*, & Lib. I. Diſt. XXXVI. *cum quo tibi gratia juncta eſt.*) *Qui, ſi te ſit melior, audiendus eſt, eique parendum. Inferiori perſuadendum.* (Conf. & Lib. I. Diſt. IX. *Quumque mones aliquem, noli deſiſtere coeptis.*) *Pari aſſentiendum.* (Cato: *Cede ſodali.*) *Sic* NUMQUAM IN CRIMEN CONTENTIONIS INCIDES. (Cato quater, ut vidimus: NOLI CONTENDERE! PRAVE CONTENDERE NOLI!) An eſt ovum ovo ſimilius?

Adverſus notum noli contendere verbis;
  Ne ſanctae pereat fructus Amicitiae.
Lis minimis verbis interdum maxima creſcens,
  Surgit in inmenſum, quae fuit ante nihil.

Fui dans les entretiens ces diſputes frivoles,
Qui peuvent s'élever entre amis & parens:
Quelquefois les moindres paroles
Font naitre pour des riens les plus grands différens.

LII.

Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte:
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.

NEC NUNC ſententiam recte vertit Planudes: vertit enim ad hunc modum: Κλησέσι μοὶ ἴχνευε, &c. Quanquam pro κλησέσι ſuſpicor legendum, κλήροισι. Et tamen aliud eſt perficere, aliud deliberare, aut ſtatuere. Verus autem ſenſus hic eſt: Ne ſortilegiis ac malis artibus inquiras, quid de te futurum ſit: Quandoquidem id Deus ſciri non vult. Neque enim te in concilium adhibet, cum aliquid decernit de te. Quod ſi te vellet id ſcire, nimirum accerſeret te in concilium.

ERASMUS.

IPSI PAGANI ſapientiores ridere ſoliti fuerunt, qui ſorte aliquid perquirerent. Audiamus Ennium pag. Edit. Cl. Heſſelii 225.

Non habeo denique nauci Marſum Augurem.
Non vicarios Haruſpices, non de Circo Aſtrologos,
Non Iliacos conjectores, non interpretes ſomnium;
Non enim ſunt ii aut ſcientia aut arte divinei,
Sed ſuperſtitioſi vates. —— ——

Audi Cicer. L. II. de Divinat. Cap. XLI. *Quid ſors eſt? Idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet.* Et quae ibi plura leguntur.

O. ARNTZEN.

HIC ANTE OMNIA monendum illud eſſe duximus, eumdem Auctorem, qui, quod noſtrum feciſſe videmus Sententiarum Scriptorem, tam ſerio tamque graviter omni contra repugnat ſuperſtitioni, aut ſemet ipſum exuiſſe oportere, aut minime potuiſſe ea praeſcribere quartana febri laborantibus, quae his mandaſſe conſtat, verſu illo, ſane quam ridiculo, Q. Serenum Sammonicum:

Maeoniae Iliados quartum ſuppone timenti.

Ab Alexandro Popio, ſupra jam laudato illo Homero Anglico,

52.

Κληδόσι μὴ ἴχνευε, ΤΙ βούλεται εἰς σὲ τὸ ΘΕΙον·
Ο, ΤΤΙ ΓΑΡ ὥρισε ΣΟΥ ΠΕΡΙ, καὶ ΣΕΟ νόσφι ΤΕΛΕΣσΕΙ.

QUID DEUS *intendat, noli perquirere ſorte.*] Planudes; κληδόσι μὴ ἴχνευε. Itaque κληδόνα non diſtinguit a ſorte: quo nihil potuit imperitius facere. Nam κληδόνες & omina non ſunt in noſtra poteſtate: ſortes ſunt noſtri arbitrii. H. e. ominari non poteſt, niſi cui omen inopinato objectum eſt. Sortiri poteſt, & quicunque vult, & quotieſcunque. Itaque inveſtigare ominibus non poſſumus dicere, in quae jus nullum habemus. At poſſumus, perquirere ſorte: quia id facere vel non, & quando libuerit, in noſtra manu eſt.

SCALIGER.

QUID DEUS *intendat.*] Nos: —Τί θεὸς τεκμαίρεται, quomodo Heſiodus:

Ζεὺς πόλεμον τεκμαίρεται. —

Planudes:

—Τί *βούλεται ἐς σὲ τὸ θεῖον.*

Βουλομαι εἰς σὲ pro, *βουλεύομαι* ἐπὶ σοῦ aut κατὰ σοῦ barbariſmus eſt.

Quid ſtatuat de te.] Cola invertit Planudes, quaſi auctor dixiſſet: Quid de te, ſine te, deliberat, ipſe ſine te hoc ſtatuet. Nos nihil retexuimus.

IDEM.

glicò, ea de cauſſa fortiter, nec injuria, reprehenſum * & vel ſolum propter hoc, a V. Cl. Jo. Hild. Withofio, in Diſſertatione ejus priore, cum gnomologo hoc noſtro non ita temere confundendum. Quid enim, quaeſo, ut recte ſentit idem ille Scriptor Britannus, (cujus ipſius vide verba margini adſcripta,) quid, inquam, efficacius deprimere mortalium queat animos, quam illae tot deliramentorum atque ani-

* Pope, ſub fin. Voluminis I. Iliad. „ *The reader will excuſe our taking no-* „ *tice of ſuch a trifle, as that it was an old ſuperſtition, that this fourth book of* „ *the* Iliads *being laid under the head, was a cure for the* Quartern Ague. Se- „ renus Sammonicus, *a celebrated phyſician in the time of the younger* Gor- „ dian, *and preceptor to that Emperor, has gravely preſcrib'd it among other re-* „ *ceipts,*

anilium incredibilibusque modis inter ſe diverſarum, quae ab omni aevo terris incubuerunt hominumque inbecillorum mentibus juſto tenacius inſederunt, religionum turmae atque cohortes? Quibus id effectum eſt, docente Cicerone Lib. II. Cap. LXXII. de divinatione, ut *Superſtitio*, quam non niſi *inbecilli* eſſe *animi atque anilis* ante jam dixerat, Cap. LX. *fuſa per gentes*, *hominum inbecillitatem* paſſim & ubique *occupaverit.* Unde tot ſacrificulorum, augurum, haruſpicum, tot denique omnis generis divinatorum & originem traxerunt fraudes ac praeſtigiae, & his ii credulitate, talium quippe hominum, nimium facile, ſuam ipſorum in utilitatem, abuti potuerunt. Quas inter non erant minimae SORTILEGORUM, ſive eorum hominum, qui per ſortes, numeros, teſſeras & talos & aleas & quidquid erat hujuſcemodi, futura praenuntiare ſuſtinuerunt. Vide apud eumdem Ciceronem de divinatione Libr. I. Cap. LVIII. Nec non H. C. Agrippae de incertitudine & vanitate Scientiarum Capp. XIII. XIV. XV. porro XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. & XXXVIII. cum binis aut ternis adhuc ſequentium. Vide & Polydor. Vergil. de rerum inventoribus Lib. I. Cap. XXIII. de Necromantia, pyromantia, aëromantia, hydromantia, geomantia & chiromantia & de ejusmodi μαντείας ſive μανίας generibus aliis, praecipue vero de ſortibus Praeneſtinis Cap. ſequens XXIV. Confer huic Plinium H. N. L. II. Cap. VII. & L. VII. Cap. LVI. Edit. Jac. Dalecampii, fol. 4. & 172. L. XXVIII. Cap. IV. f. 688. L. XXX. Cap. III. f. 734. & alibi. Confer &, ſi lubet, Caſp. Peuceri de praecipuis divinationum generibus Commentar. Francof. edit. CIↃIↃCVII. & Jacobi Gaffarelli, de Curioſitatibus inauditis, partem III. & IV. integras fere; ſed cum Notis & caſtigationibus ſubinde neceſſariis, Gregorii Michaëlis, Flensburgenſis Praepoſiti, Hamburgi & Amſtelodami anno, ſuperioris ſaeculi, LXXVI. editis. Ut ſilentio praetereamus tot tantosque alios, de hiſce rebus, deque variis divinandi modis vel ex profeſſo agentes, vel aliquid eorum per tranſennam

„ *ceipts, in his medicinal precepts*, Pracc. 50. Maeoniae &c. *I believe it will*
„ *be found a true obſervation, that there never was any thing ſo abſurd or ridicu-*
„ *lous, but has at one time or other been written even by ſome author of reputa-*
„ *tion. A reflection it may not be improper for writers to make, as being at once*
„ *ſome mortification to their vanity, and ſome comfort to their infirmity.*

nam tantum ſpectatum obiter attingentes. In quibus quum totidem ferme reperire liceat inter Philoſophos a Chriſti fide alienos, quot & inter ipſos Chriſtianos, qui earum ſuperſtitionum inſaniam acerrime perſtrinxerint; non erat, ſane, cur Boxhornius Catonem propterea noſtrum noſtris etiam initiatum ſacris fuiſſe ſuſpicaretur. Hoc enim ei alterum argumentum erat, quo iſtud demonſtraturus eſſe, irrito quamvis conatu, ſibi pulcre videbatur: *Praeterea*, inquiens, *ſortilegia diſertim damnat Auctor*, *Diſt. XII. Lib. II.* Quid Deus intendat &c. *Per ſortem hic intelligit κληρομαντείαν. Qua quemadmodum inprimis uſi ſunt Pagani, ita omnino abſtinendum Chriſtiani ſemper cenſuere; quod plurimis conciliorum canonibus & Pontificum decretis poteſt comprobari. Videantur qui de ſortilegiis inter Chriſtianos ſcripſere.* Summa, ergo, dictorum huc redit, ut recte ei Cl. reſpondet Cannegieter. Cap. Reſcriptor. XI. toto: „ Sortilegia damnat Cato, ergo „ eſt Chriſtianus. Nam voce *ſortis*, ſola ſortilegia hic de- „ ſignari putat Boxhornius: Ego vero omnem vaticinandi „ modum. Vocabulum enim hoc latiſſime patet, & divina- „ tionem omnem complectitur, etiam eam, quae ſortitio- „ ne non peragebatur, quod docuit V. C. Jacobus Perizo- „ nius, nunquam mihi ſine laude dicendus, ad Aelian. Var. „ Hiſt. L. III. C. XLV. Philoſophi omnes, certe morum „ probitate conſpicui, & quorum ars non comparata erat „ ad jactantiam & avaritiam, inveſtigationem futurorum „ damnarunt; ſive quod eam vanam arbitrabantur, & illa „ praeſciri poſſe negarent; (De qua vanitate multa diſpu- „ tat Cic. in libb. de Divinatione.) Sive quod fas non ar- „ bitrabantur. Non negat Auctor praeſagiri poſſe imminen- „ tia; quo iterum ſeſe Stoicum probat; quam Stoicorum „ ſententiam ridet Cic. de Divinat. L. II. C. XLI. atque „ in aliis locis. Sed diſſuadet ſollicitari Deum ob ea, quae „ ipſi de homine decreta ſunt. Haec namque multis vete- „ rum ſedit ſententia, terram hominibus cognoſcendam „ exercendamque eſſe datam, cetera omnia divino conſilio „ ſeparata a mortalium cura, & nefas eſſe ab his inquiri. „ Talia ſunt, quae ſupra terram, ut aſtra, coelum: ſub „ ea; inferi: Quae cingunt eam; aquae atque Oceanus. „ Hinc religio, mare atque Oceanum navigare: Vid. quae „ de hac re habet Cl. Burmannus ad Valerium Flaccum „ L. I. 196. quibus adde carmen de navigatione Druſi in „ Catalectis. Virgilius Poëtarum ſapientiſſimus non, niſi „ venia rogata, & cum religione, inferorum res deſcribit, „ Aeneid. L. VI. 264.

„ *Dii, quibus imperium eſt animarum, umbraeque ſilentes.*
„ SIT MIHI FAS *audita loqui: ſit, numine veſtro*
„ *Pandere res, alta terra & caligine merſas.*

„ Neque aliter Poëtae illi, qui Phaenomena & Aſtronomica
„ cecinerunt, quorum manibus noſtris tractantur libri, Ara-
„ tus, Germanicus, Avienus. Credo eandem religionem
„ commoviſſe etiam Noſtrum, cum ſcriberet Lib. II. Diſt. II.

„ *Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid ſit.*
„ *Cum ſis mortalis, quae ſunt mortalia cura.*

„ Notum eſt illud Socratis, *quod ſupra nos, nihil ad nos:* de
„ quo vid. Lactant. Lib. III. Cap. XIX. Hinc credo de-
„ fluxiſſe Poëtarum veterum conſuetudinem, quorum cura
„ potiſſimum occupata erat in θεολογουμένοις, ut aut ſolem-
„ ni quadam precatione Deum placent, cujus Sacra mo-
„ vent, aut numine ejus ſeſe adflatos jactent. Germanicus
„ quidem & Avienus imperio Jovis ad aſtra deſcribenda
„ ſeſe accedere fingunt. Et nihil vulgarius Poëtis, quam
„ Apollinis, Muſarumve opem aut efflagitare, aut efflagi-
„ tatam atque impetratam fingere.

„ Ad coeleſtia vero cum pertineat rerum futurarum co-
„ gnitio, propterea eam filio ſuo interdixit Dionyſius in
„ hoc Diſticho, quo de agimus. Quid? Romani priſci anne
„ ob id futurorum ſcientiam divinationem dixiſſe videntur,
„ ut docerent Divis eam eſſe tributam, non hominibus?
„ Hoc certum, quacunque de cauſſa religio haec inceſſerit
„ Antiquorum animos, Stoicis curioſitatem hanc minus
„ probatam fuiſſe. Inde Imperator Antoninus, Lib. VII.
„ § 8. * Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω. Ἥξεις γὰρ ἐπ᾽ αὐτὰ, ἐὰν
„ δεήσῃ, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρᾷ.
„ DE FUTURIS SOLICITUS NE SIS. *Accedes enim ad*
„ *ea, ſi ita fuerit opus, ratione inſtructus eadem, qua nunc ad*
„ *praeſentia uteris* Atque initio libri XII. Πάντα ἐκεῖνα ἐφ᾽
„ ἃ διὰ περιόδου εὔχῃ ἐλθεῖν, ἤδη ἔχειν δύνασαι, ἐὰν μὴ σεαυτῷ
„ φθονῇς. Τοῦτο δέ ἐστιν, ἐὰν πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ τὸ
„ μέλ-

* Ita in utraque editione citatur Arntzeniana; in mea tamen librorum Antonini εἰς ἑαυτὸν, quae eſt Oxonienſis, e Theatro Sheldoniano A. 1680. haec quidem Libro VII. verba reperio, ſed § ϛʹ ſive 6.

„ μέλλον, ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον ἀπευθύνῃς [πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην] „ *Iſta omnia, quae per ambages adjequi contendis,*" (Al. *quae per circuitus temporum adipiſci optas,*) „ *jam nunc habere potes, niſi tibi ipſe invideas.* „ *Hoc autem fiet, ſi Praeteritum omne miſſum feceris,* FUTURUM OMNE PROVIDENTIAE DIVINAE PERMISERIS, *& quod praeſens eſt, tantum ad pietatis ac juſtitiae normam direxeris. Adde Arrianum in Epictetum, Lib. II. Cap. VII.* * Quid ſanctius Romae Haruſpicina atque augurio? Et tamen non minus, quam reliqua omnia divinationis & vaticiniorum genera, irriſa lepide atque exploſa fuerunt a ſapientioribus. In vulgo notum vetus eſt illud Catonis dictum, quod Cicero ſcitum nominat, Cotta „ etiam

* Perpulcre ibi ſive ipſe noſter Epictetus, ſive ſub Epicteti perſona diſputat Arrianus, ait enim: *Propter intempeſtivam divinationis curam multa multos officia negligere.* Διὰ τὸ ἀκαίρως μαντεύεσθαι, πολλὰ πολλοὶ καθήκοντα παραλείπομεν. Cum potius, quidquid deinceps futurum ſit, ſtrenue tamen noſtro nobis ſemper fungendum officio ſit, ac ſi illud futurum non eſſet. Διὰ τοῦτο, inquit porro, ἡ γυνὴ καλῶς εἶπεν, ἡ πέμψαι θέλουσα τῇ Γρατίλλῃ ἐξωρισμένῃ τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων, πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι ἀφαιρεθήσεται αὐτὰ Δομετιανός· Μᾶλλον θέλω, φησὶν, ἵν᾽ ἐκεῖνος αὐτὰ ἀφέληται, ἢ ἐγὼ μὴ πέμψω. H. e. *Quapropter recte illa mulier, quae cum Gratillae a Domitiano in exilium pulſae amplius menſtruo commeatum eſſet miſſura, ei, qui dixerat fore, ut Domitianus totum illum eriperet, reſpondit: Malo ut Domitianus eripiat, quam ut non mittam ego. [Quid ergo nos ad frequentes divinationes adducit? Timiditas, ſolicitudo de eventu,* ἡ δειλία, τὸ φοβεῖσθαι τὰς ἐκβάσεις. *Propterea vatibus adulamur. Domine, capiamne patris hereditatem? Videamus: rem divinam faciamus. Sane domine, ut fortuna volet! Si dixerit: Capies hereditatem; tamquam ab ipſo hereditatem acceperimus, ſic ei gratias agimus. Itaque illud jam reliquum ſit, ut illudant illi nobis. Quid ergo? Citra appetitionem & averſationem eſt auſpicandum: quem ad modum viator ex obvio quaerit, utra via ſit inſiſtenda; neque de eo ſolicitus* eſt, dextrane, an laeva ſit pergendum. ὡς ὁ ὁδοιπόρος πυνθάνεται παρὰ τοῦ ἀπαντήσαντος, ποτέρα τῶν ὁδῶν φέρει, οὐκ ἔχων ὄρεξιν πρὸς τὴν δεξιὰν μᾶλλον φέρειν, ἢ τὴν ἀριστεράν. *Neque enim harum alterutra pergere vult, ſed ea, quae recta ducat. Sic etiam ad Deum erat accedendum, tamquam ad ducem,* ὡς ὁδηγόν. *Neque ſecus utendum oraculis atque oculis; quos non obſecramus, ut haec illave nobis potius oſtendant, ſed, quas res demonſtrarint, earum imagines accipimus. Nunc trementes augurium captamus, Deumque invocantes precamur eum: Domine, miſerere noſtri. Fac mihi exeundi poteſtatem. Mancipium, numquid aliud mavis, quam id quod magis conducit?* ἀνδράποδον, ἄλλο γάρ τι θέλεις, ἢ τὸ ἄμεινον; *Quid autem conducit magis, quam quod Deo viſum eſt? Cur (quantum in te quidem eſt) judicem corrumpis, & ſuaſorem ſeducis?* Τί, τὸ ὅσον ἐπὶ σοὶ, διαφθείρεις τὸν κριτὴν, παράγεις τὸν σύμβουλον;]

„ etiam probat, de Divinat. L. II. Cap. XXVI. qui *mirari ſe*
„ aiebat, *quod non rideret haruſpex, haruſpicem ſi videat.* Ri-
„ det etiam, certe elevat augurationem ipſe Augur Cicero,
„ in eodem de Divin. L. II. Cap. XXXIII. & quae inde
„ capp. plura ſequuntur; in quo Libro omnem vaticinandi
„ rationem rejicit, & inanem atque irritam docet. Metuo
„ me hercle, ne, ſi omnia a viris ſapientibus eadem de
„ re prodita, in medium hic conferam, taedia Eruditiori-
„ bus moveam. Quo loco Accius habuerit Augures, ex
„ hoc illius dicto intelligitur:

„ *Nihil credo auguribus, qui aures verbis divitant*
„ *Alienas, ſuas ut auro locupletent domos.*

„ Ut autem Dionyſius noſter filium, ita Favorinus Philo-
„ ſophus adoleſcentes omnes dehortatur ab inquiſitione
„ futurorum & fatorum ſcrutatione, cujus ſententiam Gel-
„ lius exponit; Noct. Atticar. L. XIV. Cap. I. quae tanto
„ pulchrior eſt, quod rationes plures complectitur, quas
„ ex ipſo ſcriptore cognoſci malo". Haec doctiſſime Cannegieterus, qui deinde per Caput inſequens XII. Reſcriptorum, aliam adhuc inſiſtit viam refellendi Boxhornium, totusque in eo eſt, hujus ut opinionem a Vero alienam vanamque eſſe evidentiſſime demonſtret. Tantum enim abeſſe docet, *Chriſtianos pejus a ſortibus & ſortilegiis abhorruiſſe, quam inter Gentiles Viros graves & Philoſophos, ut contra ſit dicendum, Chriſtianis atque Eccleſiae veteris ſacerdotibus probatas & frequentatas ſortes, at vero probae & rectae Philoſophiae Auctores ab iis abſtinuiſſe.* Inde ſcil. CLERI nomen & CLERICORUM, quod adhuc hodie obtinet, ſuam traxit originem. Sed ea ne longius nos a ſcopo abducant noſtro, legantur in ipſis Reſcriptis, lectu ſane quam digniſſimis, noſtraque commendatione majoribus.

POTIUS nos his, quae eorum Auctor jam valde adpoſite ab Epicteto adlegaverat, noſtro ex inſtituto, bina aut terna huc ſpectantia, idemque plane, quod & hic docetur, comprobantia atque corroborantia jungamus Enchiridii illius capita. Nempe XXIV. quod ita habet: Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ Φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς, διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε, ὅτι τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί. Ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια ση-

σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. Ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ. H. e. *Si corvus inauſpicatum crocitarit, ne te imaginatio corripiat: Sed ſtatim tecum ipſe dijudica & dic: Nihil iſtorum mihi portenditur, ſed aut corpuſculo meo, aut reculae meae, aut gloriolae, aut filiolis, aut uxorculae. Mihi vero omnia proſpera ſignificant, ſi ipſe voluero. Quidquid enim horum inciaat, in me eſt, ex iis ut utilitatem capiam.* Porro XXXIX. quod explicite docet id, quod Arrianus, ante citatus, per exempla: Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας, ἀλλὰ ἥκεις ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως πευσόμενος. ὁποῖον δέ τι ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γάρ ἐστι τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. Μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν, ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν. εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτῷ πρόσει. Ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρός σε· ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς, καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. Θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς. Καὶ λοιπὸν, ὅταν τι συμβουλευθῇ, μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. Ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. Ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. Καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους σώματος, ἢ φυγή. Ἀλλ' ἔνι λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίσταται τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. Τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε τῷ Πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ, τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ. H. e. *Cum ad divinationem accedis, memento ignorare te, quid ſit eventurum, atque ideo vatem adire, ut ex eo id audias. Quale autem quidque ſit, ſi Philoſophus es, non ignoras. Si enim ex iis eſt, quae in nobis non ſunt, neceſſarium profecto eſt, neque bonum id eſſe, neque malum. Tolle igitur abs te, cum vatem adis, appetitum pariter ac declinationem: aliter enim tremens vatem adibis. Sed cum noris, quidquid eventurum ſit, ſusque deque eſſe & nihil ad te, licebit (quodcumque id ſit) eo bene uti, neque te quisquam prohibebit. Fidens igitur deos, tamquam conſultos, adi. Mox ubi quid tibi conſuluerint, memento, quos tu in conſilium adhibueris, quorumque, niſi parueris monitis, auctoritatem ſis neglecturus. De his autem, quemadmodum & Socrates ſtatuebat, conſulendus eſt*

eſt vates, quorum omnis conſideratio relationem ad exitum habet: cujus cognoſcendi occaſio neque ex ratione nobis, neque ex arte aliqua ſuppetat. Quamobrem quum periclitandum tibi fuerit cum amico, aut cum patria, ne conſule, an periclitaturus ſis: nam ſi vel maxime tibi vates dixerit, adverſa apparuiſſe exta, manifeſtum eſt, aut mortem ſignificari, aut corporis impedimentum, aut fugam. Sed dictabit tamen ratio teque & haec contra obfirmabit, ut cum amico & patria pericliteris. Maximo igitur vati intende ipſi Pythio, qui eum de templo expulit, amico qui in vitae diſcrimine non ſuccurriſſet. Atque haec quidem ad priorem Carminis noſtri verſum pertinebant. Quod vero & in altero divinae omnia jubet tradi Providentiae, dicendo:

Deus

Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.

Et in eo nihil dicit praeter id, quod Epictetus, Cap. LXXVII. Ἐπὶ παντὸς προχείρου, εὐκλέον ταῦτα.

H. e. *In quovis incepto haec optanda ſunt:*

Ἄγε δή με ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ ἡ Πεπραμένη,
Ὅποι ποθ᾽ ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.
Ὡς ἕψομαί γ᾽ ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Quos a Cleanthe deſumtos verſus ita latine reddidit Seneca Philoſophus, Epiſtolarum CVII.

Duc me Parens, celſique dominator poli,
Quocumque placuit. Nulla parendi mora eſt.
Adſum impiger. Fac, nolle; comitabor gemens.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Malusque patiar, quod pati licuit bono.

Hic, enim, *eſt magnus animus*, docente ibi eodem Seneca, *qui ſe Deo tradidit: at contra ille puſillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mundi male exiſtimat, & emendare mavult deos, quam ſe.*

Quis jam non videt, eamdem prorſus & Senecae, & Epicteti, in Philoſophia diſciplinam fuiſſe, & Noſtri, qui, ſi non & tempore aut aetate aequalis, certe, non ita multo poſterior illis fuerit neceſſe eſt. Eorum & nos his ſanioris Philoſophiae placitis lubentes adquieſcimus: qui, ſi vel ali-

aliquando in contrariam his partem declinaverimus, ſortes quaſdam, etſi plane divinas, eque divinae Sapientiae fonte, ſacris petitas litteris, nimia forte cum voluptate, male ſectati; ſic DEUM, ſic univerſitatem, ſic amicos inimicosque omnes veniam rogamus. Homines ſumus: Humanique nihil a nobis alienum putemus omnes. Et errare quidem humanum eſt; ſed peſtilentiſſimum, in errore perſeverare.

Quid DEUS intendat, noli perquirere ſorte:
 Ignorant aeque hoc Augur & Aſtrologus.
Quae ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe:
 Illa, velis nolis, ſunt ſubeunda tibi.

N'uſe jamais de ſortilége,
Pour percer les ſecrets de la Divinité:
Celui, dont dépend l'homme, uſe du privilége
De diſpoſer de lui, ſans qu'il ſoit conſulté.

LIII.

Invidiam nimio cultu vitare memento:
Quae ſi non laedit; tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Et hanc Sententiam non recte vertit Planudes. Nam (*nimio cultu*) vertit *maximo ſtudio*. Porro germanus ſenſus ſic habet: Ne nimio ſplendore ſtrepituque vitae conflaveris tibi hominum odium, qui tametſi non poſſint te laedere, tamen moleſtum eſt vivere, obnoxium odio multorum. At per ſe jucundum eſt, omnibus eſſe charum, etiamſi nihil utilitatis inde capias. Quanquam hic Ablat. *nimio cultu*, non refertur ad Verbum *vitare*, ſed *invidiam*. Ut ſubaudias *conflatam*, aut, *ex nimio cultu*.

Erasmus.

Nimio cultu *Nimius cultus* eſt, Graece περίεργος κομιδὴ, nimia cura circa corporis cultum & munditias.

Opitius.

Paulin. Paneg. Celſi, v. 463.

Nolo mihi Tyrio modo ſerica murice veſtis
Ardeat, arſuri corporis invidia.

Vid. Juſtini Gôbleri Scholia in Baſil. M. Orat. de Inſtit. Stud. ratione. pag. 109.

Daumius.

Potuissent ſane ea evitari ac praeverti omnia, quae contra hoc Diſtichon ab adverſariis ſunt in medium allata, ſi id totidem iisdemque verbis, alio tantum ordine, ita ſcriptum legendumque eſſe concipiatur:

Invidiam nimio cultu ſufferre moleſtum eſt:
Quae, ſi non laedit; tamen hanc vitare memento.

Eô quod moleſta eſt tamen. Sic enim cuncta forent plana, nec ullus offenſioni locus ſuppeteret. Neque etiam deſunt hujuſcemodi verborum tranſpoſitionis & in noſtro Auctore exempla, qualia paſſim jam dedimus in variae lectionis catalogo & deinceps Lib. III. Diſt. XVI. videbimus, ubi ſine diſcrimine ſcriptum invenitur, in priore quidem verſu:

Nolito ſilere, in poſteriore vero: *imitari velle tacendo*,
Et: *Nolito tacere*, Et: *imitari velle ſilendo*.

Quum vero de noſtro idem Diſticho liquido probantia extent

53.

Βασκανίην φυλακῇ πάσῃ τὰ μάλιστα φυλάσσου·
Ἤ Κ' ΗΝ ΜΗ ΒΛ'Απτῃ σε, ΦΕΡΕΙΝ ΓΕ ΜΕΝ ΕΣΤΙ βαρεῖα.

HIC PLANE ridiculus Graecus Metaphraſtes. Nam neque quid eſſet invidia aſſequutus eſt: & nimium cultum pro diligenti cura accipit: Non poterat infelicius, etiam ſi conſulto voluiſſet. Nimius cultus eſt, qui Graece περίεργος κομιδὴ, nimia cura circa corporis cultum & munditias. Tota ſententia eſt, τὴν ἄγαν κομιδὴν ἐπίφθονον εἶναι.
SCALIGER.

AT' βασκανία, quo verbo utitur Paraphraſtes, aliud eſt. Itaque quod Graeci ἐπίφθονον vocant, id ἐπιβάσκανον dicere, nugatorium eſt. Ἐπίφθονον eſt invidioſum, h. e. quod invidiam hominum incurrit. Accuratius ornatum per vias incedere hoc φθόνον utique, non βασκανίαν parit. Nos totum Diſtich. & verbatim & Graece reddidimus. Neutrum deprehendes in Planude. IDEM.

tent nulla, ſi tamen omnia ſunt hactenus animadverſa; alia nobis incedendum via eſt. Atque ita quidem ſerioris ille aetatis Grammaticorum princeps Laurentius Valla, libro de Elegantiis lat. ſermonis I. illud a malevolorum haud infeliciter tentavit adſerere inſultibus, ſententiamque idem & mentem carminis ſat feliciter expreſſit, citatus jam propterea a Daumio: „ *Invidia*, praeter illam ſignificationem „ notám, eſt, vel dicto vel facto, in alterum malevolen„ tiae conciliatio. Ut, ſi quis referat oſtendatve calamita„ tes ſuas, ut auctori calamitatum odium caeterorum con„ citet. Et hoc vocatur *invidiam facere*, vel *vocare* aut „ *adducere in invidiam* Inde *invidioſa res*, quae atrocitatem „ facti augens inviſum illud vel illius auctorem facit. Et „ *invidia* quaſi atrocitas vel detractio, in quam ſignificatio„ nem accipio illum verſum:

„ *Invidiam nimio cultu vitare memento.*

„ Nam latentem invidiam, quia non deprehendo, vitare „ nequeo:

„ nequeo: Sed eam, quae extrinſecus ſignificatur vel voce
„ vel geſtu, cum populus indigne ferre ſe indicat in ali-
„ quo nimium & inſolentem corporis cultum. Ideoque
„ ſubjungitur:

„ *Quae ſi non laedit, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.*

„ Hanc ſcil. vel voce vel geſtu, vel utroque modo detra-
„ ctionem. Quale illud quoque Terentianum: *Ita, ut ſine*
„ *invidia laudem invenias, & amicos pares.* Et illud Salluſtii,
„ licet e Demoſthene ſit ſumtum: *Invidiam gloria ſuperaſti.*
Haec Valla. Quo, at quanto minor, nemine id contradicente, purioris cultor Latinitatis Boxhornius cupedias tamen has, ut erat delicatulus, concoquere non potuit! Ita enim illi eae ſtomachum moverunt, ut ſcriberet: *Scio, quid velit, nimio ſcilicet cultu invidiam non debere provocari. Sed an non ita loquitur, ut contrarium facilius intelligi poſſit? memento per nimium cultum invidiam vitare. Neſcio, quomodo hoc concoquere potuerint eruditi.* „ Vis itaque me dicere? Cannegieterus eſt, qui ſic reſponſet, Cap. XXX. „ Suave eſt, jucun-
„ dum, lene, quare facile ii concoxerunt, qui ſtomacho
„ non languido fuerunt. In conſtructione haec ſunt con-
„ jungenda: *Invidiam nimio cultu*, id eſt, nimii cultus ſive
„ ex nimio cultu. Quanquam autem longo exemplorum
„ catalogo tueri licet hanc conſtructionem, non tamen exi-
„ ſtimo, eam perſpectam fuiſſe ex plebe Eruditorum ho-
„ minibus. Nam & ejus ignoratio haud dubie corrupit,
„ aut jam corrumpere coepit verſum priorem in Diſticho
„ XXXVII. Lib. I. Quem vulgatiores in his terris Editio-
„ nes hoc modo exhibent:

„ *Servorum* OB CULPAM *quum te dolor urget in iram.*

„ Libri vero ſcripti complures ita:

„ *Servorum* CULPIS.

„ In Leidenſi altero eſt *culpa.* Verum hoc, nec non *ob cul-*
„ *pam* ſubſtitutum eſt ab illis, qui vocem hanc in plurali
„ uſitatam negabant, in quorum numero eſt Diomedes,
„ de Oratione & partibus ejus, Libro I. ubi de ſpecie.
„ Verum pluralis defenditur exemplo Horatii & aliorum.
„ In illo autem verſu, *dolor culpis*, vindicatur hoc dicto,
„ *Invidia luxu*, (vel *cultu nimio*) de quo, quamquam &
„ Libri omnes, ſi recte memini, probant, minus dubitan-

„ dum,

„ dum, quod & ita legit Columbanus in Monoſtichis „ CXXXVIII. * Accipe ergo ſimiles aliorum conſtructiones, non quas Wachius produxit ad Diſt. XXXVII. neque enim illae aptae ſunt, ſed alias. Virgilius, Georgicor. Lib. II. 24.

„ —— —— *hic ſtirpes obruit arvo,*
„ *Quadrifidasque ſudes &* ACUTO ROBORE VALLOS.

„ I. e. vallos ex robore" (eoque acuto: nam & Epitheton intrat in hanc praecipue Conſtructionem, ut in vulgatiſſimo illo Grammatices exemplo: *Puer* BONA INDOLE, & in noſtro hoc: *Invidia cultu* eoque NIMIO.) & v. 387.

„ ORAQUE CORTICIBUS *ſumunt horrenda* CAVATIS.

Poſt plura alia quibus hic Reſcripta abundant, ſubjungit Auctor adhuc ſequentia, probando etiam huic ſenſui prae ceteris aptiora: „ Avianus noſter, Fab. XXXVII. 7.

„ *Vana* LABORATIS *aufer* MENDACIA DICTIS.

„ Pertinet huc illud Virgilii Aeneidos I. 167.

„ —— —— VIVO*que* SEDILIA SAXO.

„ It. Aeneid. III. 688.

„ —— —— VIVO *praetervehor* OSTIA SAXO.

„ Ubi Servius Ablativum pro Genitivo poſitum ſcribit. „ Ejusd. Virgilii eſt: *Abiete puppis*, i. e. ex abiete, Aeneid. „ V. 663. & Ecl. III. 39.

„ —— —— HEDERA PALLENTE CORYMBOS.

„ Calpurnius Ecloga V. 24.

„ —— —— CESPITE VIVO
„ *Pone* FOCUM. —— ——

„ Talia ſunt *Sargus Aegypto*, quod Lucilii eſt, vid. Feſtum „ in

* Totidem ſcilicet verbis quot in noſtro:

Invidiam nimio cultu vitare memento.

Vid. in Goldaſti Paraeneticor. Veterum Part. I. pag. 65. media.

„ in *Sargus. Taeda ſulphure*, *currus auro* & quae praeter-
„ ea notata ſunt a Palmerio in ſpicilegiis, vide Facem
„ Criticam, Tom. IV. pag. 653. Vechnerum in Hellenо-
„ lexia pag. 86.' Nec falletur, qui dixerit ablativum pro
„ genitivo uſurpari Dionyſio, cum dicit *invidiam luxu* pro
„ *luxus*. Nam crebro hi caſus inter ſe commutantur, cujus
„ rei rationes multae & variae poſſunt dari, praeſertim ſi
„ Linguae Graecae idioma & conſtructiones in partes vo-
„ caveris. Sed mitto hoc, nemo dubitat, quin pleraque
„ loca, quae propoſuimus modo, caſum ſecundum aeque,
„ atque ſextum admittant. Nec libet alia conſtipare: unum
„ prodo ex antiquis marmoribus:

CORPORE CUSTOS.

„ Gruterus in Theſauro Inſcript. pag. DC. 12. 13. Salvi-
„ nius & Gorius, in Inſcriptionibus Etruriae, parte I. pag.
„ 397. *Corporis cuſtodes* in libris vulgatis ſcribuntur.

Haec & plura alia, ut in notis: *Aere Scriptura*, *Signum aere* &c. Cl. Cannegieterus coacervavit exempla, adverſus hominem, ſaeculi quondam ſui miraculum, ſed praecoci nimium ingenio, Boxhornium. Quibus tamen non obſtantibus magis arriſiſſet aliquando Doctiſſ. Withofio, vel ut legeretur verſus Diſt. prior:

Invidiam modico *cultu vitare memento.*

Vel ſic: *Invidiam nimio cultu* irritare caveto.

Quia, inquit, *ſic ſenſus emergit optimus. Nunc minime dubitamus*, ait idem, *quin prorſus exigua mutatione ſit emendandum:*

Invidiam *nimii cultus* vitare memento, &c.

i. e. Invidiam ex nimio cultu ortam, vel, quam nimius cultus ſecum trahit excitatve; qualis ſenſus nullis fidiculis ex altera illa vulgari & corrupta lectione extorqueri poteſt, ſalva Latini ſermonis indole, quidquid interpretes moliantur. Et ſic Auctor ſimul a Boxhornii iniquiſſima cenſura etiam hic liberatur, qui, ut ipſe fatetur, aeſtimio & loco movere conabatur, contra omne jus faſque, Scriptorem ſibi plane incognitum, ut, qui revera inter claſſiarios ob dignitatem olim acquiſitam fuiſſet merito, ad proletarios & capite cenſos detruderetur. Sit jam penes Lectorem judicium. Sed nos, praeter morem noſtrum, nimium diu litterarum apicibus inhaeſimus.

AD

AD SENSUM pertinet illud ex Epicteto, quod Enchiridii Caput eſt XLVI. Τὰ ΠΕΡΙ ΤΟ ΣΩΜΑ μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν· οἷον τροφὰς, πόμα, ΑΜΠΕΧΟΝΗΝ, ΟΙΚΙΑΝ, ΟΙΚΕΤΙΑΝ. ΤΟ δὲ ΠΡΟΣ ΔΟΞΑΝ ἢ ΤΡΥΦΗΝ, ΑΠΑΝ ΠΕΡΙΓΡΑΦΕ. H. e. QUOD AD CORPUS ADTINET, *ad purum uſque vitae uſum ſume: veluti cibum, potum,* VESTEM, DOMUM, FAMULITIUM. QUIDQUID *autem ad meram* OSTENTATIONEM PERTINET *aut* DELICIAS, ID OMNE PENITUS CIRCUMCIDE. Quod ubi fiat, etiam ſimul omni majorem te praeſtabis aliorum Invidia. Nam *haec jactantiae comes eſt.* Vid. Proverbior. Chiliad. III. Adag. CMXV. Conf. & floſc. poët. ad h. D. & Cic. Off. I. p. m. 39. *Adhibenda eſt praeterea* MUNDITIA NON ODIOSA, *neque exquiſita nimis, tantum quae fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. Eadem ratio eſt habenda* VESTITUS: *in quo, ſicut in plerisque rebus,* MEDIOCRITAS OPTIMA EST.

ITAQUE conjungendum hoc eſt, tamquam aliquod exemplum, cum generaliori illo Diſtichi VI. Praecepto:

NE QUID NIMIS.

Tu nimium & cultum & luxum vitare memento:
  Luxus enim nimius provocat invidiam.
Quae ſi non laedit, tamen hanc ſufferre moleſtum:
  Tantine anxietas ambitioſa tibi eſt?

Par des airs de grandeur n'irrite point l'Envie,
  Qui ne voit cet éclat qu'avec un oeil jaloux:
Si ſon venin ne cauſe aucun tort à ta vie,
  Il eſt toûjours ſâcheux d'être en butte à ſes coups.

LIV.

Eſto animo forti, quum ſis damnatus inique:
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.

NE ABJICIAS animum, ſi adverſarius vicit te praeter jus. Nec enim diu exultabit, ſed quod perperam pronunciavit judex, id Deus rejudicabit.

ERASMUS.

QUI JUDICE *vincit iniquo.*] Nam *ſe judice nemo nocens abſolvitur.* Quod Juvenalis ſciſcit, Sat. XIII. Ergo nec illo.

DAUMIUS.

NOTISSIMUM eſt, ſecundum diſciplinae Stoicorum praecepta, mentem recti ſibi conſciam, vel ſolam, viro bono juſtoque eſſe, ſine ulla laudis alteriusve praemii acceſſione, praemium; quod ita graphice & Philoſopho, quam Panegyricorum cantore dignius, expreſſit Claudianus:

Ipſa quidem Virtus pretium ſibi, ſolaque late
Fortunae ſecura nitet, nec faſcibus ullis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi.
Nil opis externae cupiens, nihil indiga laudis;
Divitiis animoſa ſuis, inmotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce:
Attamen invitam blande veſtigat & ultro
Ambit honos. ——— ——— ———

Quod ubi & contingit, contingit autem inter homines oppido raro, ejusmodi animus, tamquam Virtutis ſacrarium & ſub iniqua judicis ſententia invictus manet atque inconcuſſus, quem, ut illum Poëtae

Juſtum & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida. ———

Quique,

54.

ΚΑΡΤΕΡΟφρων ἔσο, κἢν ΑΔΙΚΩC σὺ περὶ κρίσιν ἥλως·
ΟΥκ εἰς μακρὰν γὰρ γελάσει ΝΙΚΩΝ τις ΑΘΕΣΜΩς.

ROTUNDIUS, ut ſolet, Scaliger hos verſus Graece effert, quos vide reliquas inter, quas junctim dedimus, verſiones, ſuo ipſorum loco.

COMMENTATORUM unus aliquis, ſed qui non niſi quae praeter ſolitum dicuntur, omni ſtudio venatur, multis hic verborum ambagibus hanc unius Codicis lectionem propugnat: *Forti animo eſto.*

Quique, ut totus teres atque rotundus, ſua ſe Virtute involvens, intra ſemet ipſum omne ſuum quaeret ſolatium, dicetque vel iterum cum Horatio:

—— —— Hic murus aheneus eſto:
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Vel cum Socrate capitis damnato, cujus nobis proponit exemplum Epictetus, ſub finem Enchiridii ſui, alteri iſti metricae Sententiae ex Euripide, Cap. LXXVIII. contentae:

Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκε καλῶς,
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖα ἐπίσταται.

Sive: *Neceſſitati qui probe ſe adcommodat,*
Sapit, eſtque rerum divinarum conſcius:

Illam tamquam tertiam maxime memorabilium, ſed modis ſolutam, ſubjungens, Cap. ultimo: Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· Ὦ Κρίτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ. H. e. *Sed & tertium illud*, idque Socratis paullo ante Supplicium: *O Crito, ſi ita diis placet, ita fiat. Me vero Anytus & Melitus interimere quidem poſſunt; laedere autem non poſſunt.* Sed talia utique viros explorant adverſa efficiuntque, ut in aprico poſita appareat vel vera Virtus, vel ejus tantum-

modo perſonata, fucoque inlita, faſcinandis aliorum oculis adaptato, mentis denique expers, cetera tamen formoſa facies?

Pertinet autem hoc, cum proxime ſequenti Diſticho, nec paucis aliis, ad tertium illud Rhetorum *dicendi Genus*, quod *Judiciale* appellatur. In quo, veluti de binis reliquis, *Demonſtrativo* puta & *Deliberativo*, exempla jam vidimus alibi, cum vel 1. Judicis ſint partes agendae, vel 2. Accuſatoris, vel 3. Reorum, vel 4. Teſtium, vel denique 5. Cauſſae patroni; reſpectu ſingularum earum ſuum exoptat filium, quod cum iis conjunctum eſt, pro diverſitate tum perſonarum, tum temporis & loci, eo recte legitimeque defungi ſemper officio.

1. Ut Judex igitur conſtitutus, & de ſe, & de aliis, deque rebus omnibus, aequum ac juſtum ferat judicium. Vide quae nos Lemmati XXXIX. *Aequum judica*, conſona ei Diſticha, ſub finem IV. librorum prioris Partis, adpoſuimus, e I°. quidem, Diſticha XIV. & XXXII. *Judex tuus eſſe memento. Judicio* nam *cognita conſtant.* Cognoſcendam ergo & rite diſquirendam Judici quamlibet eſſe Cauſſam, ad normam Diſt. IX. L. IV. *Quod tibi ſuſpectum eſt, confeſtim diſcute, quid ſit?* E tertio vero libro, Diſt. XVIII. cum XL^{mo}. quarti:

Quum quid peccaris, te ipſum, te Judice, damna.

Videantur & ibidem, quae ſunt ſub Lemmate LIII. *Patere Legem, quam ipſe tuleris*; ſcilicet Libri I. Diſt. XXX. & Lib. IV. Diſt. XXV.

Hoc vide ne rurſum damnes, quodcumque probaris.

Et: *Quae culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe.*

Denique ut, qua poteſtate pollet Judex, oppreſſis paene ſub iniquiore lege ferat auxilium, ſecundum III. Libri Diſt. XVII.

Judicis auxilium eſt. Cupiunt, ut jure regantur,
Ipſae etiam Leges Judicis auxilium.

Qualem ſibi dari exuli optabat Ovidius poëta, Triſt. Lib. I. Eleg. I. v. 37.

Judicis officium eſt, ut res, ita tempora rerum
Quaerere: Quaeſito tempore, tutus eris.

2. Ut Accuſatoris, contra, non facile perſonam induat. Dicit enim

enim Lib. I. D. XXXVI. *Litem inferre cave.* Collat. XXXIV. Libri ultimi, & Hiſt. Crit. Diſt. XI. h. l. it. Lemmate XXXVII. *Maledicus ne eſto.* Neque cum aliorum crimina accuſantibus communem cauſſam agat. Lib. I. Diſt. V.

Quum culpant alios, nemo ſine crimine vivit.

Ne forte & *culpa redarguat ipſum.* Quod ſi tamen ſit, unde quid jure petendum, aut etiam repetendum, ut ſecundum Lemmatis tenorem LV. *Illud ſtudeat* & *agere,* & *petere, quod juſtum eſt.* Cum quo congruit Lib. I. Diſt. XXXI.

Quod juſtum eſt, petito, vel quod videatur honeſtum.

Et: *Conſerva potius, quae ſunt jam parta labore.*

Vel: *Quae tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato.*

Ex praeſcripto Diſtichorum, in primo Libro, XXXIX. & in tertio, noni. Sed, ſecundum Lemma L. *Aliena concupiſcere noli*, praecipit & illud adverſum heredipetas avaros, actionum ſaepius etiam forenſium auctores fraudulentos, Lib. I. Diſt. XIX.

In mortem alterius ſpem tu tibi ponere noli.

3. Ut Reus, vel in judicium protractus, ſive jam in culpa ſit, ſive inſons ac innocens, in eo tamen, & *Foro pareat*, & *Praetorio*, vel cuicumque demum *Judicio ſe* legitimo *ſiſtat*, prouti juſſerat etiam Lemmatibus VI. XXIV. & XXV. *neque* etiam *Judicium populi* privatus homo *contemnat*, Lib. II. Diſt. XXIX. Preſſus vero *ſub iniqua lege*, ad *Judicis* confugiat *auxilium*, Libr. III. Diſt. iter. XVII. quod & Appellationis in ſe beneficium complectitur. Denique vel condemnatus, animum tamen non deſpondeat: Hoc ipſo, de quo nunc agimus, Diſticho; ſed ſpe vincat & patientia, coll. Diſtichis h. l. XXIII. & XXV. etiam aliquid de jure ſuo decedendo, vid. Lib. I. Diſt. XXXVIII. Lib. II. Diſt. X. & Lib. IV. Diſt. XXXIX.

Maxima enim morum eſt patientia: Vince ferendo.
Et prodeſſe poteſt, qui laedere: Cede potenti.

Et: *Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus.*

Quod ſi revera reus ſit, neque culpa vacet; tum vero & animadvertendum eſſe quam ſeveriſſime in ſemet ipſum, Diſtichis iterum XVIII. Libri III. & XL. Libri IV.

Quumque REUS *tibi ſis; caſtiga te ipſe ſubinde.*

Idque perpendendum, quod, ſecundum Lib. II. Diſt. VIII.

Temporibus peccata latent, ſed tempore parent.

Ideoque ſibi ipſi crebro illud dicendum repetendumque e Diſt. jam bis adlegato tertii Libri XVIII:

Quod merito pateris, patienter ferre memento.

4. Ut, tamquam Teſtis vel in amicorum cauſſis, vel aliorum quoque, amicum quidem nec prodat, neque deſerat, Lib. III. Diſt. IV.

Productus TESTIS, *celato crimen Amici.*

Ea tamen ſub lege, tum ibi expreſſa, tum alibi, Lemmate nempe XIV. *Verecundiam ſerva*, itemque XXXVIII. *Exiſtimationem retine.* Vult enim, ut veritatis ſtudioſus eam etiam, ubi opus ſit, palam profiteatur, ideo Lemmate ait XXXV. *Nihil mentire;* Teſtem igitur, ac inprimis adjuratum de dicendo vero, ſecundum Lemma XXVIII. *Jusjurandum ſerva*, verum etiam perhibere oportere rebus, prouti quaeque geſta vel peracta ſit, teſtimonium, ne & ipſe ſe quoque ſocium ac participem reddat aliorum culpae & quantumlibet alieni a ſe ſuisque moribus facinoris. Lib. III. Diſt. XVI.

Quod noſti haud recte factum, nolito ſilere;
Ne videare malos imitari velle, tacendo.

Id vero tenendum coram iis duntaxat, quibus cognoſcendi competat jus: neque enim te quidquam obligare, tuam tuorumve tua ſponte in vulgus hominum palam facere ignominiam. Supra Diſt. h. l. VII. & infra Diſt. XVI.

Quod pudeat ſocios, prudens celare memento:
Ne plures culpent; Nec te culpaveris ipſe.

Et convenire quidem optime, te tuum eſſe ſeveriſſimumque judicem; minime vero, teſtem fieri contra ipſum te aliorum.

Nam nulli tacuiſſe nocet; nocet eſſe locutum. D. XII. L. I.

5. Denique ut, tamquam cauſſarum patronus & *conſultus juris & aequi*, ubi illa ſint tuenda munia, ſuorum ſedulo utilitati

utilitati ſerviat proſpiciatque clientium. Quo pertinent Lemmata XXIV. XXXII. & XLIII. *In Judicium adeſto. Tute conſule* &: *Conſultus eſto*; cum iis, quae horum nos unicuique junximus, Diſtichis. Ut ſunt I. hujus Libri, itemque XXIV. XXVI. & XXVII. ejusdem, aliaque reliquorum.

Rem tibi quam noſces aptam dimittere noli.
Si potes, ignotis etiam prodeſſe memento.
Quod ſequitur, ſpecta: quodque imminet, ante videto:
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.

Et: *Utilius regno, meritis adquirere amicos.*

Iſtud etiam adtingit J Ctorum ſive oneris, ſeu muneris, Auctor hic, ne niſi rite advocati atque accerſiti, aliorum concilio ſua obtrudant conſilia. Lemmate VIII. *Antequam voceris ad Conſilium, ne acceſſeris.* Coll. Diſt. h. L. XII.

Quid ſtatuat Judex, ſine te, deliberet ipſe.

Cum III. primi:

Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Ecce integram tibi Juris quoque prudentiam, ſed in compendio, Catonianam. Ex qua tamen facile adparet, ſtudio quidem maximo hoc egiſſe Auctorem noſtrum, filium ut in tempore pararet foro, actionibusque eum forenſibus redderet aliquando tractandis, muneribusque in eo vitae genere obeundis, magis magisque idoneum. Ita ut neque abſona a Catonis mente ea cenſenda ſit Lemmatis lectio & ſcriptura VI ti. quae, ex aliquorum ſententia, & Conſultiſſimi inter alios Cannegieteri, ſic effertur:

Foro te para: Quod legunt alii: Foro pare.

Eſto animo forti, quum ſis damnatus inique.
Tune reus malles, an luere iſta, pius?
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo:
Juſtitiae violat juraque nemo diu.

Supporte conſtamment l'arrêt que le caprice
D'un Juge prévenu prononce contre toi:
Nul ne jouit longtems d'un bien, que l'injuſtice
Lui vend aux dépens de la Loi.

LV.

Litis praeteritae noli maledicta referre:
Poſt inimicitias iram meminiſſe, malorum eſt.

Post reditum in gratiam non oportet litis anteactae convitia refricare, ſed oblivіſci ſuperiorum injuriarum. Finita enim ſimultate, debet & irarum eſſe finis: Secus autem facere, malorum eſt. Graeci vocant μνησικακῆσαι, verbo videlicet infami, praeteritorum malorum reminiſci. Erasmus.

Post *inimicitias iram* &c.] Citat Ditmarus, qui *irae* legit, Libro I. Chron. pag. 9.

Confer Barthium, Libro LIV. Adverſariorum Cap. XXVII. col. 2570.
Daumius.

Referre autem plus dicit, quam *apud animum ſecum reputare.* Eſt & *in memoriam revocare aliis.*

Et hoc ad idem adtinet adtingitque dicendi Genus, quatenus reconciliationem partium, vel in foro jurgia, vel quomodocumque lites ante praeceſſerint; ſed tum deinde ad actiones ſpectat privatorum hominum extra judicium, quatenus aut ſententia judicum, aut compoſitione qualicumque facta alia, vera obtinetur inter litigantem utramque partem reconciliatio, quae finis omnium eſſe deberet altercationum, ſive ficta tantum, quae & ipſa acrioris ſaltem contentionis aliqua ſit utrimque ſedatio: namque & qua tandem fieri id ratione queat, vel ſic etiam

—— —— *motos praeſtat componere fluctus.*

Pace igitur qualicumque modo facta, veluti bello compoſito hoſti non exprobrare ſolemus vulnera noſtra cladesque ab ipſo acceptas, ita nec adverſae parti convitia injuriasque ſuperiorum temporum convenit refricare: nam fere

Iliacos intra muros peccatur, & extra.

Atque his, ut fieri adſolet, aequaliter & hinc & inde, pugnatum ante armis erat: quos potius tumultus, quas etiam turbas ſtragesque ſimul omnes, velo τῆς ἁμαρτημάτων ἀμνηστίας ſive, quod idem, ἀμνησικακίας, ut Plutarchus monet in politicis, obtegi deceret atque involvi, ne ex earum

55.

Οἰχομένης ἔριδος, ΜΗ ΛΟΙΔΟΡΙΑΣ ἀνΕΝΕΓΚης·
Σκαιὸν γὰρ ΜΕΜΝΗΣΘΑΙ μηνιθμοῖο ΜΕΤ’ ΕΧΘΡΑΝ.

Litis *praeteritae*] Planudes: αἰχομένης ἴριδος, ἀντὶ τοῦ παρῳχηκυίας, qui eſt merus barbariſmus. Μηνιθμὸς quoque, ἀντὶ τῆς μήνιος, hic inopportunum eſt.

Scaliger.

Nihil hic contra, ne muſſitandum quidem. Neque enim ſtat ſententia in omnibus defendere Planudem, poëtam nec ſaltem mediocrem. Ut nihil dicamus de verſiculo illo languidiſſimo: Σκαιὸν κ. τ. λ. quaſi ex *ſcaeva porta* Ilii prorepente, metu Graecorum.

earum crebra commemoratione, tamquam ruptorum foederum obtentu, in priſtina nobis relabendum foret incommoda, vixdum interventu pacis e medio ſublata.

Scimus equidem, & aliam πολιτικὴν τέχνην, cavendum nobis in perpetuum ab hoſte eſſe reconciliato, ſaepe nos acriterque monere: Neque in univerſum Noſtro ea repugnat; non is enim omnem excludit cautionem, dum *maledictorum litis* anteactae, ut *quae* jam *praeterierit*, non vult denuo innovari memoriam: alioquin & ad ipſius chriſtianae legis ſublimitatem ac perfectionem adſurgeret, ſi, ut vir quidam doctus autumat, referre iſtud, de quo loquitur hic, idem omnino eſſet, quod *apud animum ſecum reputare*; quanquam nec Religio omnem plane tollit ipſa circumſpectionem ac prudentiam, ex illato ſemel nobis ab aliis detrimento, in poſterum deinceps cautiorum quaſi & vigilantiorum. Porro quoque in ea re non prorſus idem eſt & Amicitiae & Amoris ſenſus. Etenim: *amantium irae amoris integratio eſt*, uti probe callideque Terentianus ille Chremes, in Andria, perſpexerat, uberius etiam illud argumenti expoſitum J. B. Pocquelinus Molerius, Dramate elegantiſſimo, cui titulus: *Les Dépits amoureux*, in Scenam produxerat. Amicitiae vero longe tenerior ſenſus eſt, neque ejus quadam injuria diſciſſae vulnera tam facile coëunt,

abſque aliqua cicatricum labe altius plerumque quam in cute haerentium. Quid igitur ad ea dicendum? Num inbecillior, quod minus ſentiat, affectus ſit amantium? An fortior, eo quod omnem vincat ſuperetque injuriam? Utrumne porro debilior amore amicitia eſt, quod tam facile & leviſſimo quoque injuriae ſenſu abrumpatur? An eadem dicenda acrior, quod ſibi adverſa quaepiam tam facile perſentiſcat? Sed Verum in eo eſt, cum ſit plerumque concitatior juſtoque vehementior amoris impetus, in motu quidem ille viget perpetuo, in medio vero tranquillae ſubſiſtere quietis, aut ullius rei tenere modum, neſcit; ſed veluti ſuo pondere, per oſcillum, in contraria quaeque jactatur continuo: unde illa rixarum & querelarum, irarum atque ineptiarum, odii iterumque commiſerationis, deſperationis ac ſpei, riſuum itemque planctuum, verbo ut complectar: illa inimicitiarum & reconciliationis numquam interrupta viciſſitudo, quam tot jucundis modis deſcribunt Comici. *Denique pax rurſum.* Non ita ſe res habet in Amicitia, cujus ut eſt moderatior & ſedatior animi affectio, ita & judicio magis ſibique conſtat, omnia rectius propiusque inſpicit, proſpicit & circumſpicit late omnia, quoque minus turbulenta ex irrequieti eſt animi commotionibus, eo certius tutiusque de omnibus judicat, eaque ſemper prudenterque evitat, ſuam quae tranquillitatem vel minimum poſſint turbare: neque, ut coecus

LVI.

Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe.
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Te ipsum nec vituperes nec laudes: Utrumque enim videtur adfectantis inanem gloriam. Nam & qui ſe vituperat, ob id facere videtur, ut refellatur ab aliis, & diverſa audiat. Erasmus.

Citat Jac. de Voragine, Legend. aur. Cap. CLXVII. Vid. Magirum Lib. IV. in Eth. Ariſtot. p. 166. Barthium, ad L. V. Gul. Britonis, v. 455.

Stulte, quid exultas? Quid te ſic vexat inanis
Gloria? —— —— ——

Dionyſii Catonis notiſſimum verſum alludit: *Nec te collaudes* &c. Quo loco ſcitius legatur: *faciant.* Amovet enim rem ad ſtultos. Videatur & L. CXLIII. Adverſar. Cap. IV. Daumius.

coecus amor, ex offenſae gravitate majore, eo majorem colligit aut metitur redamantis affectum; ſed talem ſuo jure poſtulat in amico, quali & in ipſum fertur, animi propenſionem. Quae autem ita, tardius licet, neque cum inpetu, ſed maturo conſilio, decreta ſanciuntur, ea haud facile dehinc reſcinduntur. Inde ea, quae tam dura videtur in amicis poſt diſſidia reconciliandis, animi obfirmatio: Inde difficilis adeo in gratiam reditus. Qui ſi obtineat tamen, fiat animitus, neque ficto tenus ore ac vultu, diſſimulata mente; ſed ita, funditus ut aboleat omnem praeteritae offenſionis commemorationem. Neque enim, qui ſecus ſentiant agantque, aut effugere poterunt MALORUM cognomen, aut fraudulentis ſuis debitam actionibus, ſibique ſemel inuſtam, eluere infamiae notam:

——— *Hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto!*

Litis praeteritae noli maledicta referre:
Sit ſatis, haec eadem praeteriiſſe, tibi.
Tradideris ventis convicia priſca. Malorum eſt,
Sic meminiſſe iram, poſt inimicitias.

Un different t'a-t-il attiré quelque injure,
Tu ne dois pas la publier:
S'en ſouvenir après, c'eſt avoir l'ame dure:
La diſpute finie, on la doit oublier.

56.

ΜΗ ΤΕ ΣΕΑΥΤΟΝ ΕΠΑΙΝΕι, ΜΗΤ' ΑΥΘΙC ΨΕγε· Καὶ γὰρ ΤΟΥΤ' ἀνόητοι δρῶσι. ΚΕΝὴ ΤΟΥC ΔΟΞΑ ταράσσει.

LIPSIENSIS Catonis Editio anni 1617. praefert:

Hoc faciunt ſtulti; id, quos gloria vexat inanis,

Hoc, ſcil. ſe culpare: *id*, ſcil. ſe collaudare. Sed Britonis locus (*ante citatus*) antiquam lectionem veram arguit.

ID. DAUMIUS.

UTI autem a *colere* ſunt *colo*, *colonis*, (Vid. Cujac. Obſerv. Lib. XXVI. Cap. XIII. Salmaſ. ad Tertullian. de Pallio pag. 447. & ad Florum Lib. II. Cap. VI. pag. 90.) *Excolidus*, ut ager apud Auct. de limit. agr. pag. 299. *cultus* &c. Ita ab exolero *ſtolere* ſunt *ſtolo*, *ſtolonis*, *ſtolidus*, *ſtultus*.

IDEM.

Adfine hoc ei eſt Diſt., quod in ſuperiore libro, numero locoque vidimus XV. niſi quod ibi mutuo ſibi erant oppoſita aliis a nobis benefacta, nobis ab aliis: quorum intuitu vel ampla ſatis & cum laude commemoratio injungebatur, vel silentium; hîc omnino, ac ſine reſtrictione, silentium imperatur. Idque aut noſtri reſpectu, aut eorum, quae a nobis geruntur geſtaque ſunt; adde etiam: noſtrorum. Neque enim, ſi prudenter de rebus tacuiſſent ſuis, vel Collatinus quondam, Lucretiam perdidiſſet, vel multo ante tempore, cum conjuge pariter & regno, vitam, Candaules *. Et nihil, profecto, aeque odio obnoxium eſt aliorum, quam haec verba, Thraſonicum in modum prolata: ego ipse. Quorum effugiendi ergo invidiam, latinis terſius dicimus & modeſtius auribus: ipsi nos, ſe quisque jungendo aliis.

Rursum vero hoc breve carmen ad mentem Epicteti Philoſophi, ita quantum ad priorem ſententiae partem, conceptum eſt & efformatum, ut idem plane, nec alterum aut diverſum ab eo videatur, quod in Enchiridio praeceptum Capite continetur LIII. & hic tantummodo numeris eſt adſtrictum. Ibi enim ſic ait ſenex: Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέςω τὸ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. Οὐ γὰρ, ὡς σοὶ ἡδύ ἐςι τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐςι τὸ τῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν. H. e. *In familiaribus congreſſibus abſit, ut de tuis aut operibus, aut periculis nimium atque immodice memineris. Non enim, quemadmodum tibi de tuis periculis meminiſſe, ita & aliis, quae tibi acciderint, audire eſt jucundum.* Sed, & dum pericula tangit, non obſcure illud idem innuit, quod & Cato noſter, praeſtare in univerſum de rebus noſtris vel ſeveriſſimum ſilentium, omni ſive in bonam, ſive in malam partem, de iis inſtituenda commemoratione. Nam & in illis, qui ſe vituperare videntur, inanis tamen gloriae affectationem optime jam retexit Erasmus: Nec erat, cur in eo aliqui ingenii acumen

* De quo ita Juſtinus, Lib. I. Cap. VII. ſub finem: *Hic uxorem, quam propter formae pulcritudinem deperibat, praedicare omnibus ſolebat. —— Ad poſtremum ut affirmationi ſuae fidem faceret, nudam ſodali ſuo Gygi oſtendit —— & uxorem, veluti tradito alii amore, a ſe alienavit. Namque brevi poſt tempore caedes Candauli nuptiarum praemium fuit, & uxor mariti ſanguine dotata, regnum viri & ſe pariter adultero tradidit.*

acumen oſtentare magis, quam exerere voluerint, ut alios quidem *ſtultos*, alios vero eos eſſe, demonſtrare tentarent, *quos inanis vexet gloria*, veluti illa, quam Daumius adlegarat Editio, ut ſupra vidimus, & infelicius adhuc recentiſſimorum non nemo Commentatorum: Auctori certe noſtro iidem fuerunt utrique, neque quidquam adtinet urgetve, aut hos aut illos, ex Stultitiae miniſterio adſerere & vindicare Sapientiae.

Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe:
Crede mihi, ſonus eſt invidioſus: EGO!
Hoc faciant ſtulti, quos gloria vexat inanis.
Hanc Virtus refugit; poſtulat, omne Nefas.

Ne vas pas te louer toi-même;
N'en montre point non plus un mépris affecté:
Le premier eſt l'effet d'une folie extrême;
Le ſecond marque un coeur rempli de vanité.

LVII.

Utere quaeſitis modice. Quum ſumtus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

SERA in fundo parſimonia. Dum adhuc multum ſupereſt, incipe parcius uti. Citius enim effluunt parta, quam colliguntur.

ERASMUS.

SUMTUS *abundare* h. l. dicitur, cum expenſa majora, quam reditus, uti ſic omnia ea *abundare* dicuntur, quae multa & in magna copia ſunt. Virg. II. Ecl. v. 20. —— —— *nivei quam lactis* abundans. Terent. Phorm. Act. I. Scen. III. v. 11. *Amore* abundas *Antipho*. Add. Flor. Lib. III. Cap. IX. §. 2.

O. ARNTZENIUS.

NUMQUAM hoc nimium juveni inculcatur repetiturque monitum, ut qui, pro ratione aetatis, quam egregie in arte poëtica depinxit Horatius, eſſe plerumque ſolet:

Utilium tardus proviſor, prodigus aeris.

Quare & Noſtri filius, diſcinctorum tantum ex ſenſu adoleſcentulorum, hac admonitione frequenter nimis obtunditur. Non ita vero ſentiunt ſapientiores: Nec mirum tamen & in eas diſceſſiſſe partes Boxhornium. Namque is, veluti dederat ipſe aliquod praecocium puerorum exemplum, de quibus hunc in modum jocatur Comicus:

Odi puerulos praecoci ſapientia:

Ita nobis poſt ſe reliquit ſui ſimilem partum, illud, ut appellavit ipſe pater, *unius aut alterius horae opus*. *Diſſertationem extemporaneam*, qua tanta cum aſperitate noſtrum inpetiit Auctorem, ut, tamquam ebrius ac temulentus in obvium quemque, ita & ipſe, ſine omni cauſſa, in innoxium huncce Catonem debacchatus eſſe videatur. Quem tamen, & hujus Diſtichi reſpectu, jam ſuperiore libro, ab ejus liberavimus inſultibus, oſtendendo, aliam ſemper atque aliam eſſe eam ratio-

57.

Ἔϛ᾽ ἀνάλωμα μένῃ, χρῶ χρήμασι σοῖς ὀλιγοϛῶς·
Βαιῷ γάρ τε ΧΡΟΝΩι ΤΟ ΜΑΚΡΩι πεΠΟΡΙΣμένον ΕΡΡΕΙ.

QUUM *ſumptus abundat.*] Planudes: ἔϛ᾽ ἀνάλωμα μένῃ. *Quamdiu ſumptus*, aut *donec ſumptus ſuperſit.* Quid habebat in animo, haud capio. Certe Gnomologi animum non capiebat ille. Praeterea ὀλιγοϛῶς pro φειδομένως quis ferat?

SCALIGER.

LABITUR *exiguo,*] Omnino adi Taubmannum ad Plauti Trinummum Act. II. Scen. I. v. 17. pag, IIII.

DAUMIUS.

Vide mihi, ſis, Jani Douſae Praecid. Tibull. Cap. III. & Parei Lex. Crit. pag. 656. 657.

WACHIUS.

rationem, quam adhibet Noſter, vel in commendanda eadem virtute, ut hic PARSIMONIAE, vel in diſſuadendo eodem vitio, ut hoc loco PRODIGENTIAE. Totum illud, quo nunc utitur, argumentum a TEMPORE deſumtum eſt, eſtque ita comparatum, ut facile poſſit fortiterque ferire vel mediocri intelligendi acie praeditum quodcumque ingenium. Nonne praeſtat, perpetuo *modice*que uti iis, quae *longi temporis*, multarumque curarum, ſolicitudinum, laborum inpendio parta demum & *adquiſita* fuerunt;

Quam, tot congeſtos noctesque diesque labores
Hauſerit una dies?

Ut verbis dicam Auguſti, in alio licet ab ipſo uſurpatis negotio *. Sic operoſum illud magnificentiſſimumque Templi Dianae aedificium unica nox abſumſit. Sic in famoſiſſimo illo Cleopatrae unione regales opes paullulum colliquefecit

* Vid. Imp. Caeſ. AUGUSTI ſcriptorum Fragmenta, curante J. A. Fabricio, ed. Hamb. CIƆIƆCCXXVII. pag. 188.

fecit & abſorpſit aceti. Atqui idem fit quotidie, ubi ſumtus fiunt inmoderati: QUUM SUMTUS ABUNDAT. Cannegieterus Cap. XXIX. Reſcript. „ *Sumtus* autem *abundare* „ dicitur, cum ratio non conſtat, ſive cum plus expenſum, „ quam

Utere quaeſitis modice. Quum ſumtus abundat,
Quum ſibi cor avidum nulla cupita negat;
Labitur exiguo, quod partum eſt, tempore longo.
Tunc miſerum eſt: *Quondam*, dicere, *dives eram.*

LVIII.

Inſipiens eſto, quum tempus poſtulat, aut res:
Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.

ALIQUANDO ponendum ſupercilium, & remittenda ſeveritas. Ut in conviviis, in luſu, deponenda perſona ſapientis, ſumenda ſtulti, praeſertim inter ſtultos: at ita, ut ſtultum agas, non ut ſtultus fias. Summa enim prudentia eſt, ſervire tempori, LOCO, id eſt, cum eſt opportunum. Ita Terent. *In loco vero laudo.* ERASMUS.

INSIPIENS *eſto*] Horatium, more ſuo, imitatur. Od. XII. lib. IV.

Miſce STULTITIAM *conſiliis brevem:*
Dulce eſt DESIPERE IN LOCO.
OPITIUS.

QUOT HIC verba legis, tot, ubi probe diſcutere digneris, rerum quoque invenias ſentiasque pondera. INSIPIENTIAM poſtulat Sententia; ſed *in tempore*, quod, ſane, inſipientis eſt numquam, eam adhibendo, temporibus ſeſe adcommodare. STULTITIAM vult; ſed *ſimulatam*: Ergo veram procul abigit ac repellit. Iſtamque non niſi *in loco* ſimulari cupit, quod re vera *ſummae eſt Prudentiae.* Saperent, profecto, homines, ſi vel plena forent omnia ejusmodi ſtultis perſonatis, vel pauciores eſſent, quam ſunt, perſonati Sapientes. Recte enim ſive Aben Esra, ipſe

„ quam acceptum fuerit; aut cum ſumtus majores ſunt, „ quam reditus. Ea namque, ut ſcribit Nonius, abundare „ dicuntur, quae ſuperſunt & ſupra modum ſunt". Quod nos ambabus, ut ajunt, manibus ampleſtimur.

Ayant acquis du bien, ſonge dans l'abondance
Qu'il en faut uſer ſobrement;
Auſſitôt qu'on ſe livre à la folle dépenſe,
Le fruit d'un long travail échappe en un moment.

58.

ἌΦΡΩΝ ΓΙΓΝΟΥ, ὥςε ΤΟ ΠΡΑΓΜ' ἢ Ο ΚΑΙΡΟC ΑΠΑΙΤεῖ·
ΑΦΡΟΣΥΝΗΝ γάρ που ϖλάτlειν, ἄκρη ΕΣΤΙ ΦΡΟΝΗΣΙC.

Eſt, ubi non ſolum ſimulata ſtultitia, ſed & ingenii hebetudo prodeſt. Hinc prudenter cenſet cum Thucydide Ph. Scherbius, praeſtantiſſ. Philoſophus: *Hebetiores ut plurimum Remp. melius adminiſtrare, acutioribus.*

DAUMIUS.

STULTITIAM *ſimulare* &c.] Laudat hunc verſum Alanus L. VI. in Prophetiam Merlini, pag. 198. & Luitprand. Lib. IV. Rer. per Europ. geſtar. Cap. IV. pag. 273. Vid. Barth. Lib. CXLII. Cap. IV. Zehner. II. Cent. Adag. XXXIV. Stigelius in Epigrammate:

Pro ratione loci qui ſapit, ille ſapit.

ipſe quondam, quod mirere, & inter Hebraeorum magiſtros, Philoſophus, cui tribuunt aliqui, ſive eorum alius:

חכם בעיניו איש כסיל *
וחכם בעיניו איש כסיל

Quo-

* Quod iisdem verbis bis, & ita quidem legendum eſt: *Hhacham, be-ngneenaav Iſch-cheſil. Vehhacham* (Quod *Ve* & hic in Hebraico ſermone eamdem vim habet, quam *Ve* Latinorum in: *Veſanus*, vecors, *Vejovis*. Vid. Menagii Juris

Quorum verborum ſenſum, quam proxime, hoc Latino coër-cebimus Diſticho:

Qui ſapit, inſipiens ſibimet plerumque videtur;
Deſipit & vere, qui ſapit ipſe ſibi.

Plures quoque ſunt, ſibi, inter utrumque iſtud, ſi forte detur optio, (quod de Catone olim teſtabatur Salluſtius dicendo: *Cato eſſe, quam videri bonus malebat*,) vel videri ſapientes, nec eſſe tamen; vel eſſe, nec videri aliis, qui prius eorum, ſine haeſitatione, ſint amplexuri, poſteriori plane rejecto, quam qui, Catoniano more, electuri poſterius, neglecto priori. Adeo capimur plerumque opinionibus, hominumque de nobis exiſtimatione aliorum: quod ſine dubio ſecus fieret, ſi vera nobis ſemper adeſſet, ſemperque apud nos praevaleret Sapientia. Quid enim? Num propterea minus tenemus alias cujuſcumque generis divitias, quas ignoratas ab aliis in poteſtate habemus noſtra? Nonne etiam tutiores multo certioresque nobis eas & eſſe & futuras fore exiſtimamus opes, quas penes nos eſſe, hominum ignorent reliqui? Atque ita quidem de pecunia judicare ſolemus, de ſapientia non item; quae dignior tamen longeque ſolidior, omnibus totius terrarum orbis opibus, poſſeſſio eſt. Et eam aliquando aliqui diſſimulando retinuere firmiorem, ejusque ſibi laudem, vel ipſum illius per contrarium, ut videbatur, peperere perpetuam. „ Exemplum Davidis, inquit Daumius, poſt verba, jam ſupra inter variorum notas ex ipſo citata, habetur *I. Regum* „ *XXI.* 13. Qui coram Rege Achis inſaniam ſimulat. Sic „ Solonem, unum e ſeptem Graecorum Sapientibus, & „ Athenienſium legiſlatorem, finxiſſe ſe delirum, ut Athe- „ nienſibus, quibus capitale erat ea de re loqui, perſuade- „ ret recuperare Salamina inſulam, Plutarchus narrat in „ Solone, pag. 82. b. Ulyſſem ſimulatione inſaniae mili- „ tiam ſubterfugiſſe a Tragicis veteribus, nunc amiſſis, „ in-

Juris amoenit. pag. 426. & Gell. Lib. V. Cap. 11.) *Vehbacham-bengueenaav. Heb-Coeſil.* Breviſſime: SAPIENS, INSIPIENS SIBI; ET SAPIENS SIBI, INSIPIENS. Invenias ſub fin. libelli Hebr. poëtici, בן המלך והנזיר dicti, in Appendice Editionis prope Hamburgum factae, fol. 2. verſo.

„ inſimulatum memorat Cicero, Lib. III. Offic. pag. 80 b. „ De L. Junio Bruto, ſimulata mentis impotentia, Tarquiniorum inſidias effugiente, Livius legendus Lib. I. „ Cap. LVI. (Deque eodem & in noſtris floſculis Ovidius. Et Cicero de clar. Orator. Lib. I. Cap. XIV. *Quis enim putet aut celeritatem ingenii L. Bruto, illi nobilitatis veſtrae principi, defuiſſe? Qui de matre ſuavianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteque conjecerit; qui* SUMMAM PRUDENTIAM SIMULATIONE STULTITIAE TEXERIT; *qui potentiſſimum regem, clariſſimi regis filium expulerit?* &c.) „ Vide Ludovic. Vartomannum, alias Barthemam, * qui Lib. II. Navigat. „ ſuarum Cap V. de ſe paria ſcribit: Jan. Nicium Erythraeum, Pinacotheca altera, Cap. LXX. de Balduino „ Tonſore, pag. 228. & ſeqq. Adi & Theodor. Zwingerum „ Vol. I. Lib. I. Theatr. Vit. Hum. fol. 146. Corn. a Lapide „ ad I. Reg. XXI. fol. 330. c. Qui, cum hoc Catonis „ Diſtichon laudaſſet, mox Auſonium Lib. II. Diſtichorum „ citat, quaſi eosdem Scriptores. Satis inſcite" Haec ille, quibus ſequentia addit, in editione ſua, Wachius: „ Praeter illos, Cl. Daumio citatos, qui ſtultitiam ſimularint loco, alios quoque Doctiſſ. Freinshemius ad Flor. „ Lib. I. Cap. IX. § 1. recenſet, quem, ſi lubet, adi". Quibus non inconſultum duximus iterum Ciceronis adjungere verba, plura ejusmodi & ab his diverſa conglomerantis exempla, de Offic. lib. I. *Intelligendum eſt*, inquit, *etiam, duabus quaſi nos a natura indutos eſſe perſonis: quarum una eſt communis, ex eo, quod omnes participes ſumus rationis, praeſtantiaeque ejus, qua antecellimus beſtiis, a qua omne honeſtum decorumque trahitur, & ex qua ratio inveniendi officii exquiritur: altera autem, quae proprie ſingulis eſt tributa.* (Sua cuique innata indoles, *le Naturel* hodie e Gallorum vocamus Idiomate.) *Ut enim in corporibus magnae diſſimilitudines ſunt,* (*alios enim videmus velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere, itemque in formis, aliis dignitatem ineſſe, aliis venuſtatem,*) *ſic & in animis exiſtunt) etiam majores varietates. Erat in L. Craſſo & L. Philippo multus lepos: major etiam magisque de induſtria in C. Caeſare, L. filio. At iisdem temporibus in M. Scauro & in M. Druſo adoleſcente ſingularis ſeveritas,* in

* Conf. G. M. Koenigii, noſtratis, Bibliothec. Vet. & nov. pag. 88. a. & 831. b.

in C. Laelio multa hilaritas; in ejus familiari Scipione ambitio major, vita triſtior. De Graecis autem, dulcem, & facetum, feſtivique ſermonis, atque in omni oratione ſimulatorem, quem εἴρωνα *Graeci nominaverunt, Socratem accepimus: contra Pythagoram & Periclem, ſummam auctoritatem conſecutos, ſine ulla hilaritate. Callidum Hannibalem ex Poenorum, ex noſtris ducibus Q. Maximum accepimus, facile celare, tacere, diſſimulare, inſidiari, praeripere hoſtium conſilia. In quo genere Graeci Themiſtoclem Athenienſem & Pheraeum Jaſonem ceteris anteponunt. In primisque verſutum & callidum factum* SOLONIS, QUI, *quo & tutior vita ejus eſſet, & plus aliquanto reipubl. prodeſſet,* FURERE SE SIMULAVIT. *Sunt his alii multum diſpares, ſimplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici: itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deſerviant, dum, quod velint, conſequantur: ut Syllam & M. Craſſum videbamus. Quo in genere verſutiſſimum & patientiſſimum Lacedaemonum Lyſandrum accepimus; contraque Callicratidam, qui praefectus claſſis proximus poſt Lyſandrum fuit. Itemque in ſermonibus, alium quidem videmus,* (quibus verbis Octavianum ſine dubio deſignat, poſtea demum Auguſtum,) *quamvis praepotens ſit, efficere,* UT UNUS DE MULTIS ESSE VIDEATUR. *Quod in Catulo, & in patre & in filio, idemque & in Q. Mucio Mancino vidimus. Audivi & ex majoribus natu, hoc idem fuiſſe in P. Scipione Naſica; contraque, patrem ejus, illum, qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuiſſe ſermonis: nec non Xenocratem quidem ſeveriſſimum Philoſophorum, ob eamque rem ipſam magnum, clarumque fuiſſe.* Quos inter adeo diverſos morum animique characteres, pluresque & innumerabiles alias naturae diſſimilitudines, commendandus tamen magis, ob conſuetudinis jucunditatem & communem in vita uſum, ille Socratis, quam Xenocratis, Scipionis ille Naſicae, quam patris ejus alteriusque Scipionis Africani; Auguſti porro &, qui ante eum, Caeſarum, & C. Laelii & L. Craſſi, adde & Attici, quam Druſorum illorum, Scaurorumque, aut de ceteris aliquorum, genius atque indoles. De Solone ſupra & nos jam diximus, aut ſi mavis, dicentem audivimus Daumium.

INPRIMIS vero litteratos, quo in iis conſpiciendus rarius eſt, eo magis jucundior aliquis commendat ſpiritus & ſalibus Atticis adſperſus lepos. His enim praecipue, veluti triſtioribus & ſeverioribus ſtudiis plerumque adſuetis, ut ali-

aliquando gratae ſunt rerum vices, *dulce* fit interdum, quod Virgilium monet Horatius, Lib. IV. Carm. XII. ſ. f. *brevem miſcere conſiliis ſtultitiam & deſipere, in loco.* Tantum ut disſoluti vitentur mores & indigna pariter erudito homine ſermonis ſpurcities; quo in utroque tamen vitiorum genere, ut ceteros taceam, doctiſſimus ille nebulo eminuit, P. J. Beronicius, de quo videantur Ant. Borremanſius, in variis lectionibus, Cap. VI. & Petr. Rabus, in praefatione libris praemiſſa Georgarchontomachiae, ab illo hominis monſtro non infeliciter deſcriptae. Ejus enim, ſi vita ea erat, vivere vitam, non eſt *ſimulare in loco Stultitiam*, ſed hujus, tamquam alterius naturae habitum, *nec poſſe diſſimulare* amplius, neque umquam porro, ſi vel maxime velis ipſe, exuere *. Non ita frequens tamen, inter eruditos, inſanientis adeo ſapientiae conſultus errat, & Stoici videri plerique, quam Cynici, malunt; quibus nihilo ſecius audiendus eſt Cato noſter & comitatis illud exemplum Erasmus, uterque ΜΩΡΙΑΣ, ſed ejus nec male feriatae, ſapiens ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΗΣ & denique, licet ipſe Stoicus, Epictetus, quem ſupra tamen aliquando monentem audivimus: TU VERO SUPERCILIUM NON HABETO. (Vid. noſtra, ad Lib. I. Diſt. VII.) Ut faciliores nonnumquam, aſperioribus quibuscumque difficilioribusque depoſitis, induant adſumantque mores. Ne ſcilicet in crimen incurrant, ſub *Pedantiſmi* voce barbara, litteratorum quam plurimis paſſim ob-

* Conf. ROUSSEAU. *Capricieux, Act. I. Sc. II.*

Chacun pour être fou n'a pas aſſez d'Eſprit.
Tout bien examiné, les plus grands perſonnages
Ne ſont pas, croïez-moi, quelquefois les plus ſages.
Des GENS D'ESPRIT *ſouvent* LA FOLIE *eſt le lot*,
Et par fois LA SAGESSE *eſt la vertu d'un* SOT.

Quorum binorum verſuum poſtremorum, matrona quaedam Belgica, quamquam aliud agendo, ita ſenſum vernacule expreſſit:

Geleerd en wys ſchynt een, maar kan voor twee verſtrekken:
Veel Ongeleerde wys, en veel Geleerde Gekken:

Quo ne privem Germanos meos, dixerim idem & eorum lingua:

Iſt Weißheit jederzeit in Kunſt und Wiſſenſchaften?
Nein/ vielmals ohne ſie/ die oft an Thorheit haften.

objectari ſolitum. Quod nominis, quia Graecae volunt eſſe originis, utcumque ſordidioris plane eſſe ſciamus, omne dixe-

Inſipiens eſto, quum tempus poſtulat, aut res:
Eſt, ubi prudenter deſipuiſſe juvet.
Stultitiam ſimulare loco, Prudentia ſumma eſt:
Eſt &, ubi Sapiens non ſapuiſſe velit.

LIX.

Luxuriam fugito, ſimul & vitare memento
Crimen avaritiae: Nam ſunt contraria famae.

PUGNANT inter ſe luxus & avaritia: nam alterum eſt profuſi, alterum ſordidi. Utrumque vitium juxta fugiendum eſt, utpote quod foedam pariat famam. Si quidem qui nimium parci ſunt, audiunt κυμινοπρίσται, i. e cumini ſectores, & σῦκα μέριζε, i. e. ficos divide, ſimiliaque. Qui luxu ſua profundunt, nepotes & lurcones appellantur. ERASMUS.

IDEM dicit Horatius, ordine hoc inverſo, Epod. I. v. 31.

Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit. Haud paravero,
Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam,
Diſcinctus aut perdam, ut nepos.

NON HIC proprie locus eſt, quo vel in *Luxuriam* invehatur Auctor, vel in *Avaritiam*, praeſtat enim id aliis in locis ſat multis, quibus ordine enarrandis alibi operam dabimus. Sed, quae hocce Diſtichon ab aliis, aut forte jam dictis, aut adhuc dicendis, omnimode diſpeſcat disjungatque nota, ea in unica ſedet voce: SIMUL. Quae tibi indicat, ut aeque fugias utramque hanc animi labem: ita ſcil. earum alteram vitando, ne in oppoſitam incidas alteram. Quemadmodum etiam proverbio dicitur, quod ſuum fecit Terentianus ille, in Phormione, ſenex Demipho (Act. V. Sc. II. 3.)

ITA

dixerimus denotare vitium τῶν Παιδευτῶν παντάπασιν ἀρετῆς ἀπαιδεύτων, ut ait Xenophon, ſive Catoniano ſtylo:

DOCTORUM, QUOS CULPA REDARGUIT IPSOS.

Prens quelquefois d'un fou le ton & l'apparence,
Lorſqu'il eſt dangereux d'uſer de ta raiſon.
C'eſt un trait de grande prudence,
De paroître inſenſé, quand il eſt de ſaiſon.

59.

ΦΕΥΓΕ ΑΣΩΤίην ΚΑΙ ΣΜΙΚΡΟΛΟΓΟν κακότητα·
Αἳ Δε γαρ ἀντίπαλοι Φήμης ἀγαθῆς τελέθουσι.

TOLERABILE hoc, ut in Planude, carminum opifice, non Poëta.

LUXURIAM tamquam peſtem rerum humanarum execratur, graduſque ipſius enumerat Seneca, Ep. CXIV. *Ubi* luxuriam *late felicitas fudit, cultus primum corporum eſſe diligentior incipit; deinde ſupellectili laboratur; deinde in ipſas domos inpenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum reſpondeat nitor; deinde ad coenas lautitia transfertur, & illic commendatio ex novitate & ſoliti ordinis commutatione captatur.* &c. De avaritia loquitur idem Sen. Ep. CXV. *Nulla* avaritia *ſine poena eſt, quamvis ſatis ſit ipſa poenarum. O quantum lacrimarum, o quantum laborum exigit! Quam miſera deſideratis, quam miſera partis eſt!* &c.

O. ARNTZENIUS.

ITA FUGIAS, NE PRAETER CASAM, *quo quidem admonemur*, prouti recte exponit amabilis Veterum Sapientiae interpres Eraſmus: *Ne ſic aliquod vitium fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur.*

Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos.
Ita fugias, ne praeter caſam, quod ajunt.

Verba ſunt Demiphonis ſenis, ſemet accuſantis, quod, dum avari famam plus ſatis cupide ſtuderet effugere, ſtulti reprehenſionem incurriſſet. —— Quidam enim calore fugiendi, etiam ea prae-

 ter-

tercurrunt, ubi commode poterant quieſcere. Ita igitur & Noſter fugiendam tibi cenſet eſſe luxuriam, ne in oppoſitam ei ſenſim prolabare avaritiam: Ita vero & vitandam avaritiam, ne in ejus contrarium evagere, *fontem* illum, ut Ciceroni audit, *omnium perturbationum*; luxum atque intemperantiam. Neque enim, ut jam ſaepe dictum, niſi omnino

Stulti, *dum vitant vitia, in contraria currunt.*

Cauſſa vero vel ratio inpellens ea eſt, quae movere ſola Philoſophum a CHRISTI fide alienum, quaeque expectari ab homine pagano alia non poteſt: FAMAE ſolius RESPECTUS. Chriſtianus alia de cauſſa eodem induceretur, ad mentem Apoſtolicam, & Petri quidem, *I. Epiſt. II.* II. *ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. Abſtinere ſe a corporeis cupiditatibus*, QUIPPE QUAE CONTRA ANIMUM MILITANT. Ad Paulinam vero ſententiam: Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. RADIX *enim* OMNIUM MALORUM EST AVARITIA. I. *Timoth.* VI. 10. En tibi fortius aliquid ac potentius, quam iſtud:

—— —— *Nam ſunt contraria famae.*

Scri-

LX.

Noli tu quaedam referenti credere ſemper.
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.

NON ſtatim fides habenda iis, qui ſemper aliquid novi rumoris adferunt, deque aliorum factis nunciant aliquid. Parum enim credendum iis, qui multa loquuntur: Propterea quod huic vitio vanitas ſoleat eſſe admixta.

ERASMUS.

QUI *multa loquuntur.*] Qui multi ſunt in loquendo. Ut apud Ciceronem de Legibus: *Aliquis in loquendo multus & ineptus, ad ſummam impudentiam. Multos* pro ſtolidis Barthius accipit, qui ſic etiam verſum priorem emendat: *Nolito tu eadem referenti* —— Et, ſane, priſcis Latinis *fatuus* a *fando* dictus fuit. Vid. Caſaubon. in Theophraſti Characteres, ad Caput *περὶ ἀδολεσχίας.*

OPITIUS.

Scripſiſſet itaque Chriſtianus, ſaltem hunc in modum, ſi non acriorem:

Crimina avaritiae ſimul & vitare memento
Luxuriae: Sanctae quia ſunt contraria vitae.

Et ſic recte ſubodoratus chriſtianum fuiſſet Diſtichorum Auctorem Boxhornius, qui tam facile extraneum, nec merentem, accuſando Chriſtianismi, qualis fuerit, prodit ipſe ſuum.

Luxuriam fugito, SIMUL & vitare memento
Crimen avaritiae: Namque in utroque malum eſt.
Quamque inimica ſibi, tam ſunt contraria famae,
Tam, pariter Virtus &, per utrumque, perit.

Entre tous les défauts les plus dignes de blâme,
Evite l'avarice, & fui la volupté:
L'homme paſſe pour un infâme,
Sur ces vices honteux ſitôt qu'il eſt noté.

60.

ΜΗ ΠΙΣΤΕΥε ΑΕΙ Τῷ ΑΠΑΓΓΕΛΛΟΝΤΙ ΣΟΙ ΑΤΤΑ·
Τὴν ΠΙΣΤΙΝ δ' ΟΛΙΓΗΝ ΝΕΜΕ πλείςων ΠΛΕΙΣΤΑ λεγόντων.

EXIGUA *his tribuenda fides, qui multa loquuntur.*] Planudes:

τὴν πίςιν δ' ὀλίγην νέμε, πλείςων, πλεῖςα λεγόντων.

Quid impediebat dicere:

τὴν πίςιν δ' ὀλίγην νέμοι πλείςοις πλεῖςα λέγουσιν.

Quanquam ne id quidem rectum. Dicendum erat λαλοῦσιν. Ad Lexiphanem Luciani mittendus eſt. SCALIGER, qui & ſic vertit poſtremo:

Ἀλλὰ νέμοιτο ὀλίγην πίςιν τοῖς πλεῖςα λαλοῦσιν.

REFERENTI *credere*] An pro *repetenti, inculcanti?* Aut *quaedam*, pro *novis rumoribus.* DAUMIUS.

QUI *multa loq.*] Sic Veſpa in judicio Coci & Piſtoris, v. 60.

Qui ſemper multis dicit, ſcit vendere fumum.

Apud eos, ait, rariſſime veritatis pondus invenies, qui multi ſunt ſermonis, & verbis plurimis velitantur. BARTHIUS, Lib. LI. Cap. XIII. col. 2404. Cujus & huc pertinent, e Lib. VI. Cap. XIV. col. 278. & XXVI. Cap. I. 1256.

R 5

Comparandum hoc cum iis eſt Praeceptum Diſtichis, in quibus, ut alibi jam vidimus, perpetuum quaſi Gnomologus noſter bellum indixit IMPOTENTIAE atque INTEMPERANTIAE LINGUAE, in primisque cum X., cum XII. porro XIII. & XIV. ſuperioris libri, & iis quidem, quae nos ibi in medium adtulimus. Namque ut in illis Auctor non obſcure jam tum innuebat, optimum id eſſe armorum genus, quibus vel *garruli* quivis, vel *aſſentatores*, vel *vaniloqui* & hujus farinae homunciones alii, ſint funditus fere profligandi, NON ESSE CREDULUM ILLIS; ita & hic iterum repetit ſuum illud: NOLI TU CREDERE, cui nunc adjungit:

EXIGUA *his* TRIBUENDA FIDES, *qui* MULTA LOQUUNTUR.

Nam *fatui* plerumque ſunt, ut recte monent laudati Opitio Barthius & Caſaubonus; non vero homines cordati: Et ſint, licet enim, quantum libet fatui, ſuaque ſibi unice fatuitate placeant; at non poſſunt, qua tales, ſibi ſufficere ſoli, nec indulgere ſibi iſtud vitii, quo laborant, quin & aliis ſint ultra modum moleſti, tamquam

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.

Recte igitur Capite, ſupra jam in notis adlegato, Characterum ſuorum tertio, in hoc ſolvitur Epiphonema Theophraſtus: Παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. Ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν. H. e. *Id genus homines averruncando malo obverſis manibus, ſacrisque piacularibus, procul a ſe amovere oportet, quisquis febre carere volet. Difficile enim profecto eſt, cum iis poſſe durare, qui neque otii neque negotii tempora diſtinguere norunt.* Aut: *Iis loquentibus diutius intereſſe, qui nec loquendi modum ſtatuunt, nec, quid loquantur, adtendunt.* Neque vero hoc ſolum Cap. ΠΕΡΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ, q. d. DE NUGIGERULORUM GENIO atque INEPTIIS, huc trahendum. Pertinet huc, & ad citatum jam e I. Libro. Diſt. XIV. Caput etiam Theophraſti II. ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ, DE ADULATIONE: Nam & adſentatores tantum *referunt* ea, quae grata ſciunt futura auſcultantibus. Pertinet porro huc, & ad X. & XIII. ejusdem libri Diſtichorum, Theophraſti Cap. VII. ΠΕΡΙ ΛΑΛΙΑΣ, DE LOQUACITATE. Denique & ad XII. ejusd. cum hoc praeſenti collatum, Character Theophraſti,

Cap.

Cap. VIII. contentus, tituloque ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΠΟΙΪΑΣ, ſive DE RUMORUM FICTIONE, inſcriptus. Ut taceam alios.

INTER recentiores vero Scriptores, ſuo nobis merito hic laudandus venit fama, ingenio, comitate, doctrina alter ille, ſed vere Gallicus is, Eraſmus, obitu Roterodamenſis, ſic, uti natalibus alter, P. nempe Baylius: Laudandus vero nobis ob id, quod & ipſe, quae, & in quibus forent laudabilia, laudibus ea eosque meritis proſequebatur, ſi &, forte, ea propter, ut culparentur horum contraria, in diſſimilibus quibusdam; verum iſtud jam nihil amplius ad nos. Ita autem parte II. Dictionarii ſui hiſtorici, p. 623. in Jano Grutero laudat curioſitatem, non illam male ſedulam nova quaecumque, quae referrentur ab aliis, ſciendi diſquirendique cupiditatem, qua, inquit, tot laborant flagrantque Eruditorum alii, (*comme ſont tant d'autres Savans, qui ne ſe couchent jamais ſans être répus de tous les Contes qui courent.* Sunt verba hominis) ſed eam, cujus omnis aviditas ſolo innocuoque expleatur atque exſaturetur litterarum ſtudio. In notis deinde, ſub ſigno N. ſequentia, e vita Gruteri a Flaydero conſcripta, addit: *Quamquam in omni artium ac ſcientiarum indagine curioſiſſimum ſemper ſe exhibuerat, alieniſſimus tamen fuerit ab omni reliqua curioſitate, ſive* πολυπραγμοσύνῃ, *quae haud raro doctiſſimis quibusdam nimis eſt familiaris ac domeſtica, ut ubique tibi obvii, nil niſi novitates aut rumuſculos aniles, ad innocentium ac ſimplicium, ut vocant, mortalium vitam macula inurendam fabrefactos, aucupentur, & impetuoſorum inſtar ventorum atque turbinum, non modo veſtes hominum, ſed aedium quoque parietes atque facta intima ſupinent,*

Nec prius in dulcem declinent lumina ſomnum,

niſi exactiſſime a ſui ſimilibus congerronibus cognorint,

——— ——— Quid toto fiat in orbe.
Quid Seres, quid Thraces agant: Secreta novercae,
Et pueri: quis amet, quis decipiatur adulter.
Dicent, quis viduam praegnantem fecerit, & quo Menſe. &c.

Verbis Satyrae VI. Juvenalis, inde a verſu 401. Alio vero in loco, & quidem volumine I. p. 171. eodem jam nomine Henricum laudaverat Altingium: *In familia ejus*, ex hujus vita referendo inquiens, *omnia ſemper pacata, omnia ordinata, de qua hoc ſolum ſciretur, quod a nemine ſciretur, quid in illa fieret,*

fieret, niſi quod pie, compoſite, decenter omnia fieri neminem lateret. a) Ea igitur ſibi quisque imitanda proponat, non vero iſtorum hominum exempla, qui dum ipſi nimis avide plebeculae aucupantur rumuſculos, etiam materiam ſatis amplam, de ſe, rumoribus aliorum ſaepe ſuppeditant, inque vicem & caedunt & caeduntur, laeduntурque & laedunt. Sic itaque comparandum & in hoc, cum ſuperioris libri XII., Diſtichon eſt, quod tractamus. Illic: RUMORES IPSE NE DISSEMINES monet; hic: NEQUE EOS HOMINES, QUI TALIA SPARGERE IN VULGUS AMANT, FREQUENTES. Utrumque ſalutare, ſane, Praeceptum!

SED non ita viſum Boxhornio. *Quam inſulſus*, enim inquit, *etiam verſiculus prior Diſt.* XX. *Lib. II.*

Noli tu quaedam referenti credere ſemper.

Quaedam *hic ſtolide ponitur*, *pro eo* multum *fuerat dicendum*. Reum vero ſic, ut ſolet, viriliter defendit melioris cauſſae patronus optimus, Cannegieterus, Cap. Reſcript. XXXI. „ *Semper referens* eſt homo loquax & garrulus: *ſemper* autem „ ſolet nominibus hoc modo adponi. *Semper lenitas* eſt apud „ Terentium, ad quem Viri docti plura ejusmodi obſer„ varunt. *Semper patientia* apud Dionyſium noſtrum Lib. I. „ Diſt. XXXVIII. Tali autem garrulo nec omnia vult cre„ di, nec nulla, ſed *quaedam* Non ergo omnem huic fidem „ derogat, ſed *exiguam* ei tribuit; inde verſus alter:

Exigua eſt tribuenda *fides*, qui multa loquuntur.

„ Sententiam Diſtichi hujus complexus eſt uno verſu Co„ lumbanus, in Monoſtichis XL.

Omnia, quae dicunt homines, tu credere noli.

„ Spectat

(a) Pergit ibi ſua lingua Baylius: *Cela eſt cent-fois plus beau, que ſi le Monde s'entretenoit de ce qui ſe dit, & de ce qui ſe paſſe chez un Miniſtre. On y a debité* une telle nouvelle *ce matin, dit l'un. On y diſputa hier au ſoir, ſur* une telle Reflexion de Nouvelliſte, *dira l'autre. Il peut s'excuſer comme Adam, dit un troiſiéme, & dire:* la femme, que tu m'as donnée, me l'a fait faire. *Quoi, dit un quatriéme, vous n'avez appris cette circonſtance qu'en ce lieu-là?* Je m'en défie. C'eſt un mauvais Bureau d'adreſſe, *&c. la* Nympha loquax, *qui y préſide*, ajoûte & fait ajoûter ce que bon lui ſemble aux RELATIONS. *Je ne veux point de ſes gloſes, ni de ſes commentaires: J'en appelle au texte, quelque incertain qu'il puiſſe être*, &c. Scio, affectum hic loqui; ſed admiror imitatorem Theophraſti, non malum.

„ Spectat quodammodo huc Fabula Phaedri, III. 10. *de credere & non credere*".

Ita, verbi gratia, quis in poſterum credet Boxhornio? Quis ejus ſimilibus aliis, vel optimum quemque Auctorum, veterum inprimis, tam inſolenter, tam ſine omni pudore, inpetentibus, inque detrahendo de aliorum fama, iſti tantum claſſico, quod ſibi canunt mutuo, auſcultantibus:

CALUMNIARE AUDACTER, SEMPER ALIQUID HAERET.

Noli tu quaedam referenti credere ſemper:
 Ficti nempe tenax nuncia Fama malum eſt.
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur:
 Nec nequeat referens plurima, falſa loqui.

Ne ſois pas d'une promte & facile croyance,
 A tout ce qui t'eſt raconté.
Des grands parleurs ſurtout prens de la défiance;
Car qui parle beaucoup, dit peu la vérité.

LXI.

Quae potus peccas, ignoſcere tu tibi noli;
Nam crimen nullum vini eſt, ſed culpa bibentis.

VULGUS ita ſolet excuſare ſua peccata. Vinum in cauſſa fuit: bene potus hoc dixi. Verum tibi ipſi imputa, non vino: quod tuo vitio noxium fuit, non ſuo.

ERASMUS.

NIHIL a recepta lectione recedendum, Terent. Hecyr. Act. I. Sc. II. v. 63. *Quid ais? cum virgine una adoleſcens cubuerit plus potus.* Propert. Lib. II. El. XXI. v. 1. *Heſterna, mea lux, quum* potus *nocte vagarer.* Ovid. L. III. Faſtorum, v. 542.

Occurri nuper, viſa eſt mihi digna relatu
Pompa: ſenem potum pota *trahebat anus.*

O. ARNTZENIUS.

TAM BENE coepit proximus ante nos horum Diſtichorum Editor, V. Cl. Otto Arntzenius, illuſtris, quod in hac urbe floret, Lycei Rector, integrum nec nimis laborantem Epigrammatis hujus ſenſum exponere; facile ut a nobis impetremus, quidquid ad Diſtichon dicendum hoc ſit, Ejus unius verbis contexendum penitus abſolvi. Pergit itaque vir doctiſſimus iis, quae in notis ſupra jam dederat, haec porro ſequentia ſubjungendo: „ Exemplum autem „ hominis, culpam ſuam vino adſcribentis, eſt apud Plau„ tum in Aulularia, Actus quarti Scena decima, verſu de„ cimo quinto:

Quia vini vitio *atque amoris feci.*

„ SED eleganter ac ſcite reſpondet iſti Euclio, v. 20.

. . . . . *nimis vile 'ſt vinum atque amor,*
Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.

Quibus unicum illud nos adderemus, ſi conſtaret, Hiſtoricorum ſaltem fide, quid reſponderit Pyrrhus iis, qui apud ipſum delati quum eſſent, omnia eos convitiorum ac probrorum

61.

ΗΛΙΤΕC οἴνῳ σφαλλόμενος, μὴ ΣΑΥΤὸν ἀθώου·
Πλημμελίῃ ΓΑΡ τίς ποτε γλεύκους; ΤΟΥ ΔΕ ΠΙΟΝΤΟC.

Q U A E *potus peccas.*] Ita Pithoeana editio, longe utique melius, quam vulgares, *Quod potu peccas.* A Menandro deſumpta ſententia:

> Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ ποτοῦ
> Ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις.

Nemo negaverit hunc Menandri locum in animo Gnomologum habuiſſe. Planudes hic inconcinnus, ut ſolet, & incomptus. Pro poſteriore verſu noſtro, potes etiam hunc commutare, ſi magis placet:

> Αἰτίη οὐδεμίη ποτοῦ ἔπλετο, τοῦ δὲ πιόντος.

S C A L I G E R. Qui totum deinde ſuum incudi reddidit Diſtichon, ita denuo refingendum:

> Ἤλιτες εἰ μεθύων, οὔτοι σύγγνωθι σεαυτῷ.
> Ἔστι γὰρ οὐδεμίη ποτοῦ αἰτίη, ἀλλὰ πιόντος.

brorum genera in ipſum conjeciſſe, hoc ſe purgare crimine, ea excuſatione uſi, tentabant: *Plura adhuc, o Rex, & his aſperiora multo in te dicturi eramus, niſi nos vini copia in tempore deſtituiſſet.*

C E T E R U M Menandri verſus a Scaligero laudati ita & in latinos facile converterentur Jambos:

Non ſumta vini proprie ullum copia;
Natura ſed bibentis ipſum inebriat.

Quae potus peccas ignoſcere tu tibi noli,
Neve bibendo reum criminis eſſe nega.
Nam crimen nullum vini eſt, ſed culpa bibentis:
Omnis & immodicis noxius uſus erit.

Ne t'en prens qu'à toi ſeul; quand tu te ſens coupable
Des excès où le vin conduit en ſa chaleur.
Le vin eſt innocent; la faute inexcuſable
N'eſt que de la part du buveur.

LXII.

Corporis auxilium; ita illinc, *Conſilium arcanum*, &, *tacito ſodali* hic; ut illic *medico fideli*, utrimque verbo eodem *committe*, eodemque in loco, pulcre connexa cernas. Id quod nihil innuit aliud, quam: Quem ad modum *corpus Medico*; ita *Amico* certo *arcana commiſeris conſilia.*

Un Ami, qu'un vrai zéle enflamme,
Un Médécin prudent, ſont deux riches tréſors:
L'un, pour lui confier les ſecrets de ton ame;
L'autre, pour conſerver la ſanté de ton corps.

63.

ΜΗ ΦΕΡε μοι βαρέως ΕΥημερίας ἀκολάςων·
ΕΥΜΕΝΕΕΙ ΓΑΡ ΤΟΙϹ ΤΥΧΗ, ΟΦΡΑ ΚΑΚΩΣΑΙ σχοίη.

Indulget *fortuna.*] Quam ridicula hic Planudis μετάφρασις! Sed cur hoc admiremur, quaſi praeter ſolitum hoc faciat!

Ut laedere poſſit.] Menander ſimile quid: *

— Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

Scaliger.

* Verbis latinis unius Senarii:
Modum ruinae ſontibus ſtruit Deus.

Praeter eam, quam dedimus, primam inter verſiones, Scaligeranam μετάφρασιν, dedit & ipſe poſterioris verſus aliam, ad Planudeam hanc propius accedentem:

Εὐμενέει γὰρ τοῖς ἀδίκοις τύχη,
ὄφρα κακώσῃ.

Vel, ultima tantum verba mutando:

. . . . ἄλγεσιν ἰάπτῃ.

nis, iſtud jam omne demonſtravimus. Certe, qui vocem illam successu, quam conſtanter in manu exaratis invenere Codd. non niſi in multitudinis numeri, *Pluralem* vocant Grammatici, quarto, vel *accuſandi* caſu, accipere voluerunt, ut proinde *Succeſſu'* pro *Succeſſus*, eliſo S. legendum foret, ad normam ſtyli Enniani; quid, quaeſo, iſ omni

omni illa duritie atque aſperitate eloquii, quae in politiſſimo hocce ſcriptore unica fuiſſet, neque aliud ſibi par aut aequale habitura exemplum, quid, inquam, inde lucrati eſſent, aut lucrati jam fuerunt? Sive enim egregium, ſi diis placet, inde metrum effingant, quod quo fato & Eraſmo arriſerit, neſcio:

Succeſſus indignos noli ferre moleſte:

Id ſcio, meum ſic Auctorem ſcripturum numquam fuiſſe: Sive ut alii, ſeriore aetate, refingendum ſibi putarunt, hunc in modum:

Noli ſucceſſus indignos ferre moleſte:

Sive ut recudendum ſibi, aequali certe auctoritate, Scriverius:

Nolito indignos ſucceſſus ferre moleſte:

Tribus tamen hiſce modis nihil aliud diceretur, quam *ferendos eſſe aequo animo ſucceſſus indignos*; quonam vero indignos, vel cujus utique ſucceſſus? id omnino non diceretur, & quoniam filium adloquitur parens, nihil eſt quod obſtaret, quo minus ita acciperetur: *Succeſſus* ipſe *tuos*, *te* tamen *indignos*, *noli* eos *moleſte ferre.* Sed quomodo ea cohaererent cum ſequentibus? *Succeſſus*, ſi boni laetique forent, quis *ferret moleſte?* Sin mali; quomodo, eorumdem ope vel medio, *Fortuna malis indulſerit?* An ſuum *malum* futurum Cato filium ſuſpicatus eſt? Et ſi is *malus*; quomodo *ſucceſſus* ipſo *indigni* & *ferendi* tamen? Quidquid horum eligas, numquam carebit ſenſus incommodo. Scabra erunt omnia & diſtorta. At, dices: *Succeſſus proſperos aliorum, iis certo indignorum, quia ipſi mali ſint*, hiſce ſubintelligi. Et recte quidem: nempe & ego ſic intelligo; verum non video, tantum ineſſe verbis, ut ea vulgo leguntur. Sed totum id ineſt noſtro legendi modo, eique, ipſis fatentibus Adverſariis, vetuſtiſſimo, quem nos in textum iterum recepimus: Quid igitur eum retineri vetabat? Quae cauſſa ſuberat, quid neceſſitatis cogebat, intricatum reddere ſenſum & contortum, qui clarus erat & apertus; carminis vero modos fieri turbulentos & hiulcos, qui pure jam antea, qui liquide eleganterque, ad morem ſolitum ſibi, fluebant? Nihil, ſane, aliud eo inpellebat, quam ante concepta illa opinio, vocem *ſucceſſu* eſſe neceſſario cum altera *indignos*, non

62.

Βουλὴν ΚΟΙΝΟΥ ΑΠΟΡΡΗΤΟΝ γνωστῷ ἐχεμύθῳ·
ΠΙΣΤΩι δ' ΙΗΤΡΩι ΠΙΣΤΕΥε χροτὸς θεραπείην.

Corporis *auxilium.*] Apud Vindicianum in iis, quae initio harum Notarum adduximus, perperam legitur *Corporis exigua.* Auxilium non ſolum hic θεραπείαν, ſed & alibi deſignat, ut in illo:

Auxilium a notis petito, ſi forte laboras.

Quo auctore χροτὸς pro χρωτὸς uſurpârit Planudes, nemo praeter ipſum rationem reddiderit.

Scaliger.

Nullum eſt dubium, quin ſcripſerit Planudes χροὸς, quod non minus probum, quam Scaligeranum χρωτὸς.

cum eo tantum, cujus in praeſtando ſilentio fides tibi ſatis ſuperque ſit jam ante perſpecta. Si ſit curanda valetudo; id negotii, a quo ſalus tua pendeat, quod praecipuum & primarium eſſe omnium, alibi Noſter urget, ne turbae Medicorum promiſcuae committas, ſed ei unice, cujus erga te fidelitas, adde, & dexteritas & peritia, tibi ſatis ſit cognita. Saepe enim, veluti iterum proverbii loco dicitur illud Hadriani Caeſaris:

Multi medici perdiderunt regem.

Duobus autem in locis, uti jam obſervarunt Scaliger & Opitius, medicum inter & amicum comparationem aliquam, quae multis eadem videri poſſit, noſter inſtituit Gnomologus: eo tamen cum diſcrimine, ut ibi potius, Diſticho nempe XIII. Libri ultimi, haec dicat ſentiatque pater Dionyſius: medicus is, quo tu uteris, ut tuo, fac tibi ut sit amicus; hic contra: amicus tibi tuus sit instar medici, cui, tibi fideli cognito, corpus curandum fidenter committis; ita & illi, cujus de ſilentii non eſt quod ambigas fide & conſtantia, ne dubites arcanum committere conſilium, quod ſine alterius opera

S effectum

non regimine tantum, ut nobis, ſed & eodem caſu conjungendam. In quo fruſtra erant & falſi. Plus enim & eorum quidem, quae dicenda erant, quaeque & ipſi, per violentam & inuſitatam *Ellipſin*, ſub his verbis comprehendunt, in noſtro dicitur, quam in ipſorum contextu. Nempe laeto, quo plerumque gaudent, rerum ſuarum *ſucceſſu indigni* ii vocantur Noſtro, quos & deinde inſequenti verſiculo *Malos* appellat. Malorum autem prosperitas omni aevo, perque aetates gentesque omnes, vel optimos quosque & maxime probos, ſed fere miſeros & vitae calamitatibus multo magis obnoxios, mirum in modum ſemper offendit. Videantur in ſacris quoque Pſalmorum hymni, & Davidis regis & Aſaphi cantoris, XXXVII. & LXXIII. integri. Inde ille animi tumultus, tam graphice deſcriptus, in Rufini occaſu, a Claudiano poëta, cujus pauca quaedam, ſed eadem graviſſima, inſeruimus floſculis noſtris ad hoc Diſtichon ſparſis. Ex eo gentilium ſapientiores aliquid de futuro quodam aevo, aliàque inſecuturâ hanc mortalem conditionem vitâ, praeviâ ratione collegerunt, animoque quaſi praeceperunt, cujus inter ſpem quodam ſuffulti ſolatio, vitae hujus aerumnas atque moleſtias altiore interdum pectore ac mente tolerarunt. Fieri enim non poſſe arbitrati ſunt, ſi juſtus aliquis mundo praeeſſet moderator, ut tot injuſte & crudeliter acta, tot perpetrata a malis inprobisque nefaria facinora, poena ſua omnino, quam commeruiſſent, totque e contrario ſancte fortiterque geſta a piis hominibus, promerita remuneratione ſua, plane deſtituerentur. Quae cum non ſemper in hac vita contingat, aliam ergo & vita functis praeſto futuram, neque id male, mente conceperunt. Alii, tantum abeſt, ut impiorum ſucceſſibus ſeducti, Deorum inmortalium negaverint providentiam, id quod ſolemne pluribus reliquorum erat; ut in ea firmiter amplectenda, a repentinis ſaepe malorum caſibus exitiumque ſecum trahentibus ruinis, attento in ea animo, confirmati fuerint magis. Ii deinceps ejusmodi cognitionis lumine affuſi, *Succeſſus* omnes *improborum* non *munera Fortunae* amplius; ſed *eſcam doloſam*, ſed *inſidias*, vocarunt. Sic itaque *divinus Plato* eſcam malorum, *voluptatem* omnem *appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces.* Audi porro de hoc Senecam Philoſophum, ſi Cato per hoc noſter chriſtianus eſt, & ipſum Chriſtianum. Ita is, Epiſt. VIII. ſcribit, pag. 17. Tomi II. Opp. ex edit. Elzev. a. 1658.

Rectum iter, quod ſero cognovi, & laſſus errando, aliis monſtro. Clamo: Vitate quaecumque vulgo placent, quae caſus adtribuit: ad omne fortuitum bonum ſuſpicioſi pavidique ſubſiſtite. Et fera, & piſcis, ſpe aliqua oblectante decipitur. Munera *iſta* fortunae *putatis?* Inſidiae *ſunt. Quisquis noſtrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum poteſt, iſta viſcata beneficia devitet: in quibus hoc quoque miſerrimi fallimur:* HABERE NOS PUTAMUS; HABEMUR. IN PRAECIPITIA CURSUS ISTE DEDUCIT: HUJUS EMINENTIS VITAE EXITUS, CADERE EST. Quod & idem, nec minus tamen argute, Poëta decantavit vere Chriſtianus, hymni cujusdam verbis: *.

In orbe, ſive diſco,	*Sunt cuncta mundi fercula,*
Et pertinace viſco	*Imbuta ſunt opercula.*
Tangendo detinemur:	*Tenendo comprehendimur:*
Prendendo poſſidemur:	*Et poſſidendo vendimur.*

CAREAT ergo ſucceſſibus, quisquis tam ambiguam, tam lubri-

* Edidit quondam cel. GOTOFREDUS ARNOLD. ut appendicem ad Opus theolog. ſocrus ſuae, dictum Erfahrungs-Lehre. Et nos aliquando ſeorſum edidimus, cum verſione metrica Germanica.

LXIV.

Proſpice, qui veniant, hos caſus eſſe ferendos:
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.

QUICQUID accidere poteſt homini, id, antequam accidat, tecum meditare, ut ne ſubitum ſit, ſi acciderit. Minus enim cruciant mala, quae non accidunt inopinanti.

ERASMUS.

NAM LEVIUS *laedit.*] Saresb. I. Epiſt. XII. p. 103. *Jacula minus laedunt, quae praevidentur.* DAUMIUS.

QUIDQUID *praevidimus ante.*] Tò *ante* hic redundat, id quod & apud alios obſervatur. Terent. And. Act. I. Scen. V. v. 4. *Nonne oportuit praeſciſſe me ante?* WACHIUS.

lubricam miſeramque vitae conditionem, niſi forte a ſuccedentibus ſibi crebro miſeriis, non dubitet appellare *Succeſſum.*

Succeſſu indignos noli tu ferre moleſte:
Nam te, qui probus es, quid movet, eſſe malos?
Indulget fortuna malis, ut laedere poſſit;
Quos complexa magis, ſtrangulat iſta reos.

Ton eſprit, trop ſenſible au malheur, qui l'accable,
Contre ſon triſte ſort veut-il ſe dépiter,
Songe, que la fortune éleve le coulpable
Afin de le précipiter.

Gallicus hic noſter interpres, quod & nos ſupra obſervavimus ſuo exemplo comprobat: ſcilicet, verba ſi ita legantur: *Noli ſucceſſus indignos ferre moleſte*; pronum eſſe, eorum non aliter accipi ſenſum, quam ſic: *Succeſſus te indignos ne aegre feras.*

64.

ΠΡΟβλεπε μοῖραν ΕΠΕΡΧΟΜΕΝην, ἵνα τὴν δ' ΥΠΟΜΕΙΝῃς·
ΚΟΥΦΟΤΕΡον γὰρ ΛΥΠΕΙ πᾶν, Ο ΠΡΟΕΙΔΟΜΕΝ ἥξειν.

Prospice *qui veniunt.*] Planud. Πρόβλεπε μοῖραν ἐπερχομένην. Quibus verbis deſignatur, mortem imminentem cavere, contra, quam Gnomologus ſentit, qui jubet hic impendentibus Fortunae caſibus obviam ire,

Nam *levius laedit.*] Noſtra expreſſa ſunt ad verbum: cujus rei rationem tanto majorem habuimus, quanto jocularius Planudes, dum hoc affectat, labitur. Magis poëticum ſpiraret, ſi ita noſtra conciperes, τὸ προειδόμενον φρεσὶν ἥκει.

Nam Scaliger.

Stoicum hoc rurſus & ad illius ſcholae praeſcriptum normamque efformatum eſt, quae, dum divinae multum vindicatum ſe ire adfectat providentiae, plus tamen juſto, re ipſa paſſim tribuit adſcribitque humanae. Eos enim homines & jam alibi obſervavimus, pone Diſt. ſuperioris libri XXXII., ſui in eligendo optima quaeque viribus *Judicii* nimium quantum arrogare laudis ſolitos, & aliunde conſtat, ſuum eos ita formare Sapientem voluiſſe, aut vane magis, quam vere, eſſe gloriatos, ut is a nulla umquam re laedi, aut ſuperari prorſus ullo modo haud potuiſſet, tamquam qui re vera eſſet, qualis Homericus ille ferebatur Ulyſſes,

——— *adverſis rerum immerſabilis undis.*

E tantae tamque ſuperbae faſtibus arrogantiae non plane nihil jam praecidit Epicteti modeſtia; jubet tamen & ipſe, providum eſſe in omnibus, Sapientiae alumnum, quaeque accidere poſſint jamjam ante animo colligere & praevidere, quam contingant; porro quicumque iſta ſuae Philoſophiae dogmata ſedulus in exequendo ſit, ei jam aliquoties promittentem audivimus: Fore, ut a nemine laedatur. Vid. Lib. I. Diſt. XIII. & XXIII.

ΟΥΔΕΙϹ ΣΕ ΒΛΑΨΕΙ.

Quid hoc aliud, quam *invulnerabilis* ille eſt, ſaniore tamen quodam ſenſu, Senecae & Stoicorum Sapiens? Senecae, inquam, qui inſcripto ad Helviam de Conſolatione libro, & Cap. quidem XIII. ap. Elzev. Tom. I. pag. 114. hiſce, more ſuo, magnificis utitur verbis: *Si contra unamquamlibet partem fortunae ſatis tibi roboris eſt, idem adverſus omnes erit. Cum ſemel animum Virtus induravit* undique invulnerabilem, *praeſtat.* Pro quo invictum *atque* invulneratum, diceret Cicero: Verum non hoc eſt ſolum, in quo a Stoicorum placitis, cum dictione, tum ſententia, multum ille diverſus abit. Nos, in earum neutra, ſive hos ſive illum ambitioſius ſectamur; ſed cum perſpicuitate ſenſus conjunctam, in ipſa quaerimus humilis & depreſſioris ſermonis jucunda ſane ſimplicitate, puritatem.

Ad populum phaleras!

Neque aliam in ipſo deprehendimus Auctore noſtro. Quippe qui, dum & hanc ab Epicteto repurgatam Stoicorum doctrinam

ſtrinam vel captui puerili, omniumque adeo ſenſui adcommodatiorem reddere ſtudet, uti ſaepius oſtenſum jam eſt *, non quidem, altioribus inſiſtens cothurnis, ſuo facile nimis filio promiſerit, numquam eum a cujuſcumque generis laeſum iri adverſitatibus; ſed hoc ei tantum polliceri modeſtius ſit auſus: *Levius* ipſum utique ab omni eo poſſe *laedi, quidquid*, in tempore ſibi conſulens, mature *praeviderit* **. Idque & inculcandae providae menti ſufficit, & ſanum eſt atque ab iſta arrogantiae ſuperbiaeque labe immune, qua non raro infecta Stoicorum diſciplina erat. Indicat igitur, quae inmineant nobis diſcrimina, aut omnis generis mala, non poſſe quidem cavendo prorſus declinari omnia; poſſe tamen & eorum aliqua, in tempore providendo, ita attenuari quaſi atque inminui, ut fracto veluti eorum ab audentius contra euntibus inpetu, paratoque ad ea tolerandum animo, ipſa deinde eo facilius fortiusque ſuſtineantur. Itaque: *Proſpice*, ait, animoque tuo tecum ita ſtatue jam *antea*, neceſſario *ferendum eos* eſſe viciſſitudinis rerum humanarum *caſus, qui* averti omnino ullo modo, ullaque prudentia aut ſapientia prohiberi nequeant, quo minus *veniant*. Quod ſi eos, ſive ex inproviſo veniant, ſive e longinquo praeviſos, durum tamen eſſe ſufferri dicas. *Durum* eſt utique, tibi regerit, ex Horatianae tenore cantilenae: *Sed* LEVIUS FIT PATIENTIA, QUIDQUID *corrigere eſt nefas*.

Proſpice, qui veniant, hos caſus eſſe ferendos:
Utque feras, ſemper providus eſſe ſtude.
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante:
Ante minata minus tela ferire ſolent.

Il eſt certains malheurs, que l'humaine prudence
Ne peut éviter par ſes ſoins;
Mais pour les ſupporter, uſe de prévoyance:
Le trait, qu'on voit partir, s'il frappe, bleſſe moins.

* Conf. cum his ea, quae a nobis dicta ſunt, in hac ipſa Hiſtoria, p. 65. & 66.
** Conf. iterum pag. 136. quaeque ibi ex Epicteti Cap. XVII. allata ſunt.

LXV.

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli:
Spem retine: Spes una hominem nec morte relinquit.

Cum fortuna ſaevit, ſuſtine te ipſum animi fortitudine, ac ſerva rebus ſecundis. Ne abjicias ſpem, quae ſola nec morientem relinquit. Quamdiu enim anima eſt, ſpes eſt. Et in pixide Pandorae ſola ſpes in labro haeſit. Item Ovidius:

Vivere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Erasmus.

Pertinet huc *ἐμφέρων γνώμη* Horatii, L. II. Carm. Od. III.

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem. ———

Spem retine:] Bene Pindarus Iſthm. Od. VIII. v. 10. χρὴ, inquit, δ' *ἀγαθὰν ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν. Oportet bonam Spem homini eſſe curae.*

Wachius.

Ideoque & nunc in eodem pergit argumento. Nam bina quoque haec eorum ſunt e numero Diſtichorum, quae, ut loco ſibi proxima, ita & ſententiae quodam communi vinculo nexuque inter ſe arctiſſimo continentur *. *Proſpice*, inquiebat ante, *futuros caſus*, vel ut avertas, ſi quidem iſtud poſſis, vel id ſi nequeas, ut contra eosdem te munias ſaltem, iisque fortem opponendo intrepidumque animum, adverſae frangas fortunae ictus. Jam ita pergit: Quae vero omni proſpicientia tua, ſive evitari & caveri, ſive mitigari haud queant, iis te quidem, quantum ad externa attinet, fortunasque tuas; non vero animum prorſus ita ſubjeceris ſub-

* Vid. quae ſupra notata a nobis ſunt, ad primum hujus II. Libri Diſtichon, in hac H. C. pag. 180. Ita & Erasmus nexum inter XXXII. & XXXIII. ſuperioris Libri obſervaverat, vid. p. 142. in Notis.

65.

ΜΗ ΚΑΤΑΠΙΠΤ' ΑΠΟΓινώσκων ΕΝ δυσπραγίῃσιν·
Αλλ' ἔχου ΕΛΠΙΔος, ΟΥΔ' ἐνὶ πότμῳ ἄνδρας ΕΩΣης.

SPES *una hominem*] Gualter. VII. Alex. v. 209.

——— *Spes in dubiis ſemper comes ultima rebus.*

DAUMIUS.

SIC Menander in ſententiis:

Ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

Et plura ibi ſimilia. Et hinc Corydon, apud Theocritum, jucundiſſimum illum, ut vocatur a Broeckh. ad Propert. Lib. III. El. I. v. 45., Idyll IV. v. 41.

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον·
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Et *ſemper ſperare* magnae quondam indolis ſignum fuit. Flor. Lib. IV. Cap. VIII. § 3. *Magnique famam Ducis ad inferos ſecum tuliſſet, ſi nihil tentaſſet ulterius e miſi, quod magnae indolis ſignum eſt*, ſperare ſemper. Ubi vid. eſt Freinshem.

O. ARNTZENIUS. *

ſubmiſerisque, ut deſpondeas, aut ſpem melioris conditionis protinus abjicias. *Spem* potius eamque vel ſolam *retine*, & ſi reliqua perdideris omnia. Quid enim te porro ſuſtentet, etiam hac amiſſa, quae ipſa ſola, ad extremum uſque vitae halitum, mortales miſeros ſuſtentare ſolet? Quandoquidem & *Aegroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur*, &, ut eſt iterum in Proverbio: DUM SPIRO, SPERO. Quare Noſter ait: *Spes una hominem nec morte relinquit.* Adeo ut, juxta con-

* A quo citatos illos verſiculos graecos, ut moris eſt noſtri, Latina ſic civitate donamus: Et Menandri quidem Senarium hoc reddentes ſenario:

Infauſtus una Spe ſua ſervabitur.

Theocriti vero binos & hoc Diſticho verſus:

Eſto bono, bone Batte, animo. Meliora daturum
Cras erit. In vivis Spes viva, obitisque revulſa eſt.

66.

Πᾶν, ὃ Σεαυτῷ ΠΡΟΣΦΟΡον οἶδας, ΜΗτι παρέλθῃς·
Ὅττι μέτωπα ΚΟΜῶντα μετ᾽ οὐ πολὺ τέτμε ΦΑΛΑΚΡη.

FRONTE *capillata eſt.*] Ne pueros quidem hujus verſiculi mentem ignorare ſinit omnium oculis ex lectione veterum objecta τοῦ Καιροῦ ſive Occaſionis pictura. Planudes ita reddidit: Ὅτι μέτωπα κομῶντα, μετ᾽ οὐ πολὺ τέτμε φαλάκρη. *Quod frontem comantem non multo poſt deprehendit calvitium.* Sentit Occaſioni capillos, quos habet in antica parte capitis, ſtatim calvitio defluere. Igitur ſecundum iſta, quoties homines occaſionem elabi ſinent, toties neceſſe frontem Occaſioni calveſcere. Hanc interpretationem expreſſit illi non conſuetudo ſua, ſed vitioſa lectio: *Poſt haec Occaſio calva.* At melior editio:

Poſt eſt Occaſio calva.

SCALIGER.

POST *eſt Occaſio calva:*] Alii legunt *poſt haec*, alii *poſtica.* Paulin. Epiſt. XXXVIII. pag. 346. *Occipiti calvo ſacratur Occaſio.* C. Rittershuſius, de Occaſione: *Quae depile fuga poſſides occiput.* Vid. ad Oppian. III. Cyneg. pag. 110. Erravit tamen mediam in *depile* producens. Cruſius, ad Heliodori Epitomen pag. 138. DAUMIUS.

Quaedam editiones habent: *poſtica occaſio calva.* Quae lectio haud dubie eſt veriſſima, ſubaudiendo *parte.* Vide mihi, ſis, Sanctii Minervam p. m. 463. (625. in Editione Jac. Perizonii.)

WACHIUS.

Sed hoc rejiciunt Caſpar Malſcius, Ottoque Arntzenius, quos vid. vel ipſos, vel in poſtremo horum utrumque.

ſtrum, quare ſcilicet Occaſio ab occipitio calva eſſe fingatur: eo quod *antea neglecta* fruſtra deinde *quaererentur*, elapſa ſemel illa commodiſſima temporis reique efficiendae opportunitate.

ADMONENDUM autem hic eſt utique, quod fieri Eraſmus jubet in Expoſitione Diſtichi, in hanc ipſam irrepſiſſe σφάλμα quoddam, idque perridiculum, ibi nempe, ubi nunc ſcripſiſſe fingitur Vir incomparabilis: *quod Graeci fingunt de Deo coeco, de quo nos copioſe in Proverbiis.* Ita legitur adhuc in editione Joannis Janſſonii, quae Amſtelodami prodiit a. CIƆIƆCXLVI. Eorum verborum abſona inconcinnitate alii perterriti, mendum his ineſſe ſentientes, edere ipſi

ipſi maluerunt non multum immutata, hunc in modum: *de eo caeco, de quo nos* &c. Fruſtra tamen ſive *Deum*, ſive *eum* quemcumque volent *caecum*, in toto quaerent Eraſmo vel oculatiſſimi. Errori igitur occurſum tantum erat alio errore. Scripſit, ne diutius ſuſpenſos teneam Lectores, ſcripſit, inquam, Eraſmus, quod & ipſius ſtatim demonſtrabo verbis, *de Deo* Καιρῷ, deque eo egit ſatis *copioſe in Proverbiis*, quod Graecum Opportunitatis nomen paullatim in Latinum *caeco* permutavit aut calamo aut typis exſcribentium imperitia, aliique deinde non multo peritius alteram vocem *Deo*, uti diximus, in *eo*. En tibi integram horum errorum Hiſtoriam! Jam vide mihi, quae de hoc *Deo* non *coeco*, ſed ΚΑΙΡΩι, ſcripſerit ipſe Eraſmus & rem tuis oculis percipe, cognitamque dijudica. Sub titulo: *Noſce tempus.* Chiliad. I. num. DCLXX.

ΓΝΩΘΙ ΚΑΙΡΟΝ. i. e. NOVERIS TEMPUS.

Celebratur in primis inter VII. Sapientum apophthegmata, ac, ut alia pleraque, pluribus autoribus aſcribitur, a nullo non uſurpatum. Heſiodus:

Μέτρα φυλάσσεσθαι· ΚΑΙΡΟϹ δ' ΕΠΙ ΠΑΣΙΝ ΑΡΙΣΤΟϹ.

I. e. Obſervato modum. Nam REBUS IN OMNIBUS ILLUD
OPTIMUM erit, ſi quis TEMPUS ſpectaverit APTUM.

Huc alluſit Theocritus Idyllio I A. (*male Ald. ed.* Δ. *al.* Λ.)

Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίγνεται ἐν χειμῶνι.

I. e. Verum alia aeſtivo, atque hyberno tempore fiunt.

Quin & Iſocrates ad Demonicum ſcribit, Injucundum in omni re eſſe, quicquid intempeſtivum ſit. *Adeo cunctis in negociis plurimum habet momenti temporis & opportunitatis obſervatio. Idem admonent Graecorum ſententiae:*

Ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστιν ἘΝ ΚΑΙΡΩ͂ι δοθέν.

I. e. Vel maxima eſt, puſilla res LOCO data. (*a*)

Rurſus

(*a*) Vid. quae nos, in eamdem ſententiam, ex Antiquorum placitis jam huc contulimus, pag. 88. & ſeqq. hujus H. C.

Alter (*b*) ubi in Vita Popii, a ſe egregie conſcripta, in laudes ejus excurrebat, plura inter alia ex eodem Opere, Philoſophico adhuc magis quam Poëtico, deſumta, horum etiam verbis uſus eſt verſuum, ad probandum inde eorum Auctoris fruſtra aliis ſuſpectum, addubitatumque fere Chriſtianiſmum. Ea nos vero ad marginem paginae hinc removentes ad noſtrum revertimur, alium illum Abbatem Gallum, Tetraſtichorum Catonianorum Auctorem, quibus Latina noſtra apponimus ſemper, utraque ſic conjunctim edendo.

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli:
Quas ſuper emergens ſpiritus aſtra petat.
Spem retine: Spes una hominem nec morte relinquit.
Spem qui ſpirat adhuc, interiiſſe nequit.

Lorsque la fortune t' outrage,
Ne cede point aux coups du plus rigoureux ſort.
D'un eſpoir généreux releve ton courage:
L'eſpoir ſeul ſuit par tout, même jusqu'à la mort.

(*b*) *Mr. l'Abbé* YART, *de l'Academie Royale des Belles-Lettres, Sciences, & Arts de Rouen, dans* l'Hiſtoire de la Vie & des Ouvrages de Mr. Alexandre POPE: *Laquelle ſe trouve au Tome III. de* l'Idée de la Poëſie Angloiſe, ou Traduction des meilleurs Poëtes Anglois. *Où, à la page 79. cet habile Traducteur parle ainſi:* „Il n'y a rien dans ce Poëme (*l'Eſſay ſur l'Homme*) d'oppoſe à la Foi: tout y reſpire la Religion, & la plus grande pieté. POPE „propoſe à ceux, qui ſe plaignent des maux qu'ils ſouffrent, l'ESPERANCE d'un bonheur à venir". *Eſperez avec humilité,* leur dit-il, *volez vers le Ciel avec des ailes tremblantes, attendez le trepas, ce maitre de tous les hommes, & adorez Dieu: il ne vous fait point connoitre cette felicité, qu'il vous prepare, mais il vous fait ſentir dès à preſent l'*ESPERANCE, *qui la commence.* L'ESPERANCE *a ſa ſource éternelle dans le coeur de l'homme. Il n'en eſt point, qui ne ſoit fait pour être heureux: l'Ame accablée de maux ſe ſoulage par l'*ESPERANCE, *& de la priſon, où elle demeure, elle ſe promene avec liberté dans les eſpaces de la vie future.* L'ESPERANCE VOYAGE AVEC NOUS SUR LA TERRE, ET NE NOUS QUITTE PAS MEME A LA MORT. ELLE *conduit l'homme, & lui ouvre l'ame de plus en plus, jusqu'à ce qu'étendue & illimitée par la Foi, elle verſe en lui une felicité, qui comble toute ame & tout eſprit.*

„Mais afin qu'on ne le ſoupçonne pas, (continue le même Traducteur,) „de regarder cette ESPERANCE comme une chimère agreable, il dit": *Qu'*ELLE *eſt un gage aſſuré de l'Immortalité, que les ſentimens de la nature n'etant pas donnés en vain aux mortels par l'Etre ſuprême, elle ne leur eſt donnée, qu'afin qu'ils trouvent ce qu'ils cherchent. Vous vous plaignez d'être malheureux; c'eſt que vous mettez votre bonheur dans les richeſſes, les honneurs, la nobleſſe, la reputation: Cherchez votre bonheur dans la vertu, & vous ſerez heureux. &c.*

Hoc ultimum totum Epictetеum eſt atque ea propter & Catonianum ſimul. Sed haec jam ſufficiant.

Rurſus alia :

Καλὸν τὸ ΚΑΙΡΟΥ ΠΑΝΤΟϹ ΕΙΔΕΝΑΙ ΜΕΤΡΟΝ.

I.e. Res bella CUNCTI NOSSE TEMPORIS MODUM.

Praeterea Pindarus in Pythiis :

Ο δὲ ΚΑΙΡΟϹ ὁμοίως ΠΑΝΤΟϹ ΕΧΕΙ ΚΟΡΥΦΑΝ.

I.e. TEMPUS pariter IN OMNI RE FASTIGIUM OBTINET.

Item illud Horatii : Dulce eſt deſipere IN LOCO.

Tantam vim habet opportunitas, ut ex honeſto inhoneſtum, ex damno lucrum, ex voluptate moleſtiam, ex beneficio maleficium faciat, & contra: breviterque, rerum omnium naturam permutet. Haec in aggrediundo conficiendoque negotio praecipuum habet momentum : ut non ſine cauſa veteres videantur EAM DIVINITATE DONASSE. *Tametſi apud Graecos,* MAS EST HIC DEUS, *appellaturque* ΚΑΙΡΟϹ. EJUS *Simulacrum ad hunc modum fingebat Antiquitas. Volubili rotae pennatis inſiſtens pedibus, vertigine quam citatiſſima ſemet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirſuta, poſteriore glabra: ut illa facile prehendi queat, hac nequaquam. Unde dictum eſt :* Occaſionem arripere. *Ad quod erudite ſimul & eleganter alluſit, qui verſiculum hunc conſcripſit :*

Fronte capillata eſt, poſt haec Occaſio calva. *Sed libet & Poſidippi ſuper hac re carmen adſcribere, quod quam ob rem Politianus omittendum exiſtimarit admiror. Eſt autem hujusmodi :*

Τίς πόθεν ὁ πλάστης; σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
    Λύσιππος. Σὺ δὲ τίς; ΚΑΙΡΟϹ Ο ΠΑΝΔΑΜΑΤΩΡ.
Τίπτε δ' ἐπ ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω. Τί δὲ ταρσοὺς
    Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῆ τί φέρεις ξυρὸν; ἀνδράσι δεῖγμα,
    Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Η δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
    Νὴ δία τάξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παρατρέξαντά με ποσσὶν
    Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης μὲ διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων,
    Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Lubens ſuperſediſſet Erasmus hoc in Latinum vertendi carmen labore, ut quidem videtur, ſi Politianus, non tam probae homo indolis, ſed melior poëta, ſuo ipſum ſtudio hac cura levaſſet. Quod quia factum non eſt, ipſe, ſed modeſte ſe excuſando, *craſſiore*, inquiens, *ut ſolemus, Minerva*, ita a ſe tentatum dedit:

„ Quae patria artifici? *Sicyon.* Quo nomine? *Nomen*
„ *Lyſippo dictum eſt.* Ipſe quis es? loquere.
„ *Illa ego* CUNCTA DOMANS OCCASIO. Cur age pinnis
„ Inſiſtis? *Volvorque ac rotor aſſidue.*
„ Cur gemina in pedibus geſtas talaria? *Dicam:*
„ *Huc illuc volucrem me levis aura rapit.*
„ Quid dextrae ſibi vult inſerta novacula? *Signum hoc*
„ *Quod quavis acie ſim mage acuta, docet.*
„ TECTA CAPILLITIO FACIES quidnam admonet? *Illud,*
„ *QUISQUE UTI ME, QUOTIES OFFEROR, ARRIPIAT.*
„ CUR AUTEM CAPITIS PARS POSTICARIA CALVET?
„ *QUEM SEMEL ALATIS PRAETERII PEDIBUS,*
„ *IS QUAMQUAM VOLET INDE CITO ME PRENDERE CURSU*
„ *HAUD LICEAT, SIMULAC VERTERO TERGA VIRO.*
„ *Hac itaque, idque tua me finxit imagine cauſa,*
„ *Hoſpes, Scalptoris ingenioſa manus.*
„ *Spectandamque domus hic prima in fronte locavit:*
„ *Scilicet ut cunctos & moneam & doceam.*

Addit deinde & Auſonianum illud notiſſimum Epigramma, de eadem Dea, quod *ut admoneat Politianus, e Graeco videri effictum*, ait, quodque nos, in priore Voluminis parte; quantum quidem huc ſpectat, floſculis poëticis huic Diſticho annexis jam interſeruimus.

NEQUE hoc ſolum in loco, ſed & aliis, iisque pluribus, Eraſmus idem fere pertractavit argumentum. Adeundus eſt ipſe, ſub Proverbiorum titulis Lemmatisque ſequentibus, quae brevitatis gratia indicabimus tantum. Hujusmodi ſunt: PREMENDA OCCASIO. NON SEMPER ERIT AESTAS. FENESTRAM APERIRE. ANSAM QUAERERE. EXIMERE E MANU MANUBRIUM. NUNC TUUM FERRUM IN IGNI EST. Unde confectum eſt vulgare illud: *Ferrum*

Ferrum dum candet, cudendum eſt. Sed miſſis hiſce, unicum duntaxat addemus, quod maxime huc tendit, iterumque nobis exhibet *Deum*, non *eum caecum*, ut fruſtra lectum erat; ſed Καιρόν. Lemma verbis conceptum eſt:

CAPERE CRINES.

Ad quae hiſce commentatur idem Interpres: *Plautus in Muſtellaria* capere crines *dixit*, *pro* arripere Occaſionem oblatam, (quod convenit cum IV. Libri Diſticho XLV. ſupra citato,) & arreptam retinere (quod cum hoc noſtro: *dimittere noli.*) *Sumtum vel ex* ILLO DEO, QUEM GRAECI VOCANT ΚΑΙΡΟΝ. NAM EUM FINGUNT FRONTE CAPILLATA, OCCIPITIO CALVO: *vel ex hominum conſuetudine*, *qui crinibus remorantur*, *quem nolint abire.* Et quae ibi ſequuntur reliqua. Nemo jam erit, credo, amplius qui dubitet, quin ad haec eadem, quae ex ipſo nos excerpſimus, reſpexerit Eraſmus, eique ſua in Expoſitione ita reſtituenda utique eſſe verba: *Hic admonendum illud*, QUOD GRAECI FINGUNT DE DEO ΚΑΙΡΩι, *de* QUO NOS COPIOSE *in Proverbiis.* Id quod & eſſe verum oſtendimus, moremque, in admonendo de hac re, ipſi geſſimus monenti, & ſimul Diſtichi ſenſum dilucidavimus.

Fronte capillata, poſt eſt Occaſio calva:
Ut parte hanc capias anteriore ſui.
Rem, tibi quam noſces aptam, dimittere noli;
Aut, iterum quaerens, non iterum invenies.

Lorſque l'Occaſion s'offre à toi la premiere,
Ne la laiſſe point échapper.
Cheveluë en devant, & chauve par derriere,
Ce n'eſt que par le front qu'on la peut attraper.

LXVII.

Quod ſequitur, ſpecta: quodque imminet, ante videto.
Illum imitare Deum, partem qui ſpectat utramque.

Ex praeteritis futura collige; ex praeteritis bene ſecusve geſtis conſilium cape, quo pacto futuris occurras. Exemplo Jani, Dei Romani, quem bifrontem fingebat antiquitas, quod oporteat prudentem virum πρόσσω καὶ ὀπίσσω, i. e. a fronte, & a tergo (ut inquit Homerus) habere oculos. Illud autem ſequitur nos, quod praeteriit, & a tergo eſt.

Erasmus.

Illum *imitare Deum*] Janum, quem bifrontem fingebat antiquitas, quod oporteat prudentem virum πρόσσω καὶ ὀπίσσω, id eſt, a fronte & tergo, ut inquit Homerus, habere oculos. Eraſmus.

Opitius.

Vide ſcholion marginale ad Orat. Sibyll. ſub finem Lib. III. Tom. I. Bibl. PP. Colon. p. 20?. b. Ganfredus Vineſauf, in Poëtria nova, Cap. XXX.

—— *Mens, caſus incauta futuri,*
Aemula ſit Jani: retro ſpeculeris & ante.

Daumius. Cujus rel. vid. poſt Scalig.

Post diuturna illa, geſta Poëtas inter & Philoſophos, bella, incruenta quidem, ſed dira tamen, utrique horum parti melius paullatim inter ſe convenire coepit. Jam enim & illis, inde a Lucretio, Virgilioque, Philoſophiae pariter navare operam in deliciis, & his in majore pretio atque honore Poëtarum fuit induſtria ingeniumque. Itaque cum alteri, luſus inter poëticos, veritatis judicii, doctrinaeque morum majorem habere rationem: tum etiam graviorem vitae morumque inſtitutionem carminum non minus exornare lepore, quam ſententiarum ſtipare robore, jam non refugere amplius coeperunt alteri. Quae res ſimul & Poëtas nobis dedit virili gravitate conſpicuos, & poſito Philoſophos ſupercilio humaniores, imo & jucundiores magis, quam rigidiores. Huic certe rei nos accepta referre oportet & Aurea illa Pythagoreorum, Phocylidis, Phaedri, P. Syri Mimi, aliorumque Carmina ac ſententias, & vere Philoſophica

67.

ΔΕΡΚΕΟ μοι τά Τ' ΕΟΝΤΑ, ΤΑ Τ' ΕΣΣΟΜΕΝ' ὕϛερον αὖθις.
Ζηλῶν ἐν τούτῳ ΘΕΟΝ, ΟϹ δύο ταῦτα δοκεύει.

ILLUM *imitare Deum, qui partem ſpectat utramque,*] Planudes:

Ζηλῶν ἐν τούτῳ θεὸν, ὃς δύο ταῦτα δοκεύει.

Quaenam δύο? Nempe quae ante dixerat. Τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα. Planudes intellexit, dictum de Deo immortali, cui revera illa duo ſemper praeſentia ſunt. Sed, ut & pueri vident, de Jano intellexit Gnomologus ethnicus, qui ἀμφιπρόσωπος eſt. Nam τὸ *illum* ſatis deſignat aliquem eſſe Deum Paganorum, qui praeter alios bifrons ſit, ne hoc poſſet attribui DEO Optimo Maximo, qui nullo articulo, nullo demonſtrativo deſignandus ſit, quum alius non ſit, praeter ipſum.

SCALIGER.

Hinc JANUS pro prudenti & cauto viro. Otho, ſive ultimi aevi verſifex, ſive ita inſcriptum Carmen, apud Auctorem Florilegii veteris, Lib. III. Cap. VI. & Barth. XXXI. Adverſ. Cap. IX. col. 1441.

Cui jam tam caute detur prudentia Jano,
Omine qui mentis ſic partem ſpectet utramque,
Diſcat ut inſidias evadere temporis hujus.

DAUMIUS, qui & plura addit.

phica illa dogmata, quibus abundant ſcripta Poëtarum, Maronis, Horatii, Lucani, Senecae, ipſorumque Satyricorum, Juvenalis & Perſii. Nec Poëtas tantum afflavit Philoſophicus ille ſaeculi genius, verum & ſoluta oratione ſcriptores; quanta enim gravitas, quanta humanitas, cum maſcula conjunctae elegantia, non in utroque nitent Plinio, in primis vero in Minore, qui eo ſe Philoſophi cognomine re praeſtitit digniorem, quo minus aperte, quam vel Cicerones vel Senecae, ea adfectavit laudum encomia, vir omni ſcientiarum genere excultiſſimus. Ipſi etiam Hiſtorici quid non, per omnia, philoſophicum ſpirant, quam divinarum ſunt feraciſſimi ſententiarum ſegete, Tranquillus, Tacitus, Herodianus, atque omnium maxime Plutarchus, quem, dubium fere, Hiſtoricis accenſeas, an Philoſophis tantum. Quid jam mirum, in tanta ſolidioris diſciplinae, ſummo tamen cum ingenio, interque ipſa humanitatis

ſtudia excultae, abundantia, Dionyſii noſtri Catonis nomen, tam parvi quippe opuſculi Auctoris, ignotum delituiſſe diu, quem tamen omnia referunt ac ſponte produnt, eodem vixiſſe aureo Philoſophorum ſaeculo; cujus vero, ſi ſeriore aetate fuiſſet, vel ſolum nomen, etiam deperdito eo, quod ſcripſiſſet, opere, deliteſcere in tanta, quae tum ingruebat, bonorum Scriptorum inopia, profecto non potuiſſet. Atque hoc mihi ipſum, e natura opuſculi petitum, palmarium fere eſt, idque omni exceptione majus, de noſtri aetate Auctoris argumentum. Conf. quae de eodem ſupra jam ſunt dicta, pagg. 28. & 66. hujus Hiſt. Criticae, alibique.

Videmus itaque in eo nos Poëtam; ſed Philoſophum: Sapientem porro; ſed Poëtarum lectione aſſidua mirifice delectatum, quoniam & in iis verae Sapientiae deprehendiſſet veſtigia,

Qui, quid ſit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non?
Planius ac melius, Chryſippo & Crantore, dicunt.

Non igitur, ut priſci Socratici, omnes ſine diſcrimine proſcribendos ac rejiciendos eſſe Poëtas exiſtimat, ſed cum delectu atque judicio legendos, veluti infra monet:

Nam miranda canunt, ſed non credenda, Poëtae.

Neque recipiendam, ad litteram, illorum integram *Mythologiam* & fabuloſam, qualis a populo, cum adplauſu, e veterum traditione admitteretur, inſaniam; ſed, quoad ejus fieri liceat expediatque, in communes vitae uſus eſſe convertendam, adhibendamque ad doctrinae morum propagationem perpetuam. Idcirco, quoniam & ſuae ipſe inſtitutionis, ut ita dicam, compagem creberrimis ſtabiliri fulcirique amat exemplis, pari, quo ſupra modo RARAE FIDEI picturam poëticam in ſuos traxit filiique uſus, ad bonos quacumque ratione mores formandi, & quo, in proxime ſuperiore Diſticho, Occaſionis ſimulacrum a Poëtis effictum pro morum exemplari nobis exhibuit, nunc etiam JANI BIFRONTIS Effigiem philoſophice magis, quam poëtice, aut μυθικῶς explicandam duxit. Eſſe videlicet eam ſimul & illius Proſpicientiae Providentiaeque utiliſſimam imaginem, de qua paullo ante egerat Diſticho h. Lib. XXIV. & Symbolum ſane quam perſpicuum evidentiſſimumque, de capiendo

do in tempore *ex praeteritis bene ſecusve geſtis*, ut Eraſmus ait, CONSILIO, *quo* ſcilicet *pacto* ſit *futuris occurrendum*, quaque ratione *ex praeteritis* poſſint debeantque *colligi futura*. Utraque nempe, tamquam praeſentia, eodem temporis puncto, ſub oculos nobis ponendo, quamque fieri poſſit exactiſſime inter ſe comparando. Qui ſic faciat, eum vere poſſe appellari oculatum ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω: Qui ſecus, Agamemnonis eſſe ſimilem, ab hoſte ſuo nobis ita depicti, Achille, in Iliados Homeri A.

—— —— ὅ γ' ὀλοιῇσι φρεσὶ θύει,
Οὐδέ τι οἶδε ΝΟΗΣΑΙ ἍΜΑ ΠΡΟΣΣΩ ΚΑΙ ὈΠΙΣΣΩ.
Dum ruit iſte furens, animis nequit exitioſis
Seu ſpectare retro, ſeu proſpicere ante, futura.

Ubi Anna Dacerii Viri Clariſſ. erudita Conjux: *Qui nequit*, ait, *ex praeteritis colligere futura*. „ Ecce tibi peſſimi chara-„ cterem regis: Quae ſunt praeterita, ex iis fruſtra mone-„ atur, neque ea ipſi inſervire facile queant, in documen-„ mentum aut exemplar futurorum ". Vel quae ſunt ipſa feminae doctiſſ. verba, vernacule ab ea conſcripta: *Et qui ne pouvant juger de l'avenir par le paſſé.*] *Voilà le caractere d'un méchant Roi: le paſſé lui eſt une leçon inutile, & ne lui ſert de rien pour l'avenir. Agamemnon*, pergit illa, *a vû cent-fois qu'Achille a été le ſeul rempart des Grecs, & qu'il les a ſauvés des mains des Troyens, & Achille eſt le ſeul, qu'il offenſe.*

Cernitur ipſe bifrons, partem qui ſpectat utramque:
Utraque tu ſpectans, illum imitare Deum.
Reſpice quod ſequitur, quodque imminet, ante videto.
Multa in praeteritis quando futura latent.

Aye une Prévoyance ſage;
Et des faits importans garde le ſouvenir,
Semblable au Dieu JANUS, *dont le double viſage*
Voit derriere & devant, le paſſé, l'avenir.

LXVIII.

Fortior ut valeas, interdum parcior eſto:
Pauca voluptati debentur; plura ſaluti.

Vitae rationem moderare magis ex ſalutis ac bonae valetudinis ratione, quam voluptatis. Non enim in morbo tantum oportet ab intemperantia cavere, verum etiam cum recte valemus, parcius utendum eſt rebus omnibus: nempe ſomno, potu, cibo, venere, luſu, ne in morbum incidamus. Et ſi non nihil dandum eſt voluptati, multo plus tamen ſaluti: qua perdita, pereunt ſimul & voluptates omnes.

Erasmus.

Parcior. *Parcus* opponitur *prodigo* & *luxurioſo*. Cic. Lib. IV. ad Herenn. Cap. XLVI. *Ex contrario ducitur ſic; ut ſi quis hominem prodigum & luxurioſum illudens*, parcum & *diligentem adpellet*. Terent. Adelph. Act. I. Sc. II. v. 15. *Non fratrem videt rei dare operam, rure eſſe* parcum ac ſobrium. *Parcus* itaque hoc loco eſt ſobrius, *qui tantum cibi & potionis adhibet, ut reficiantur vires, non opprimantur*, quomodo fere Cic. loquitur, Caton. Major. Cap. XI.

O. Arntzenius.

Medicum ſaepius egit in hiſce praeceptis eorum auctor, idque adeo, ut Cl. Withofio ea re anſam praebuerit, Sereno ſuo Sammonico haec Diſticha vindicandi, ac ſi mera forent praecepta medica. Iſtud nimium, hoc verum eſt, quartam fere eorum partem, aliquo ſaltem modo, ad rem medicam ſpectare. Ita enim nuperrime Iatrophilus quidam ex meris Catonis noſtri centonibus artificioſe conſutis, plures ſeptuaginta verſibus, qui numerus eſt omnium horum Diſtichorum circiter dimidius, effecit integros. Quem ingenii luſum, quippe qui & ipſe ad Hiſtoriam pertineat Catonianam, quum alioquin, ex inſtituto, noſtrum jam ſit, oſtendere etiam eorum nexum, (veluti de quocumque dicendi genere id factum ſupra eſt,) quae Medici quoque ex Catone ſibi noſtro vindicare poſſint; non indignum fore duximus, qui huic inſeratur rhapſodiae ἰατρικῇ, ad Diſtichon, quod praeceptum continet vere medicum, TEM-

PERAN-

68.

ΕΣΘ᾽ ΟΤΕ γίγνου καὶ ΟΛΙγαρκὴς, ΟΦΡ᾽ ΥΓΙΑΙΝΟΙC· ΠΑΥΡΑ ΤΡΥΦΗι γε δίδου, τῷ Δ᾽ εὐεκτεῖν γε ΤΑ ΠΛΕΙΩ.

IN METAPHRASTE & concinnitatem in reddenda Sententia, & fidem in verbo VALERE exigimus, quod peſſime expreſſum εὐεκτεῖν. Nam τὸ εὐεκτεῖν non ad ſolam valetudinem ſpectat, ſed ad habitudinem corporis. Ut athletarum corpora ſunt εὐεκτοῦντα, quae fortaſſe non ſunt ὑγιαίνοντα. Apud Terentium: *Si qua habitior eſt paullo.* εἴτις εὐεκτεῖ. Obeſulâm intelligit.

SCALIGER.

PAUCA *voluptati &c.*] Vid. Hier. Wolf. ad Iſocrat. pag. 200.

DAUMIUS.

Scaliger ei, quod ſupra jam, ex illius tranſlatione, reliquas inter verſiones dedimus, aliud deinceps Graecum adjunxit, nempe quod ſequitur, Diſtichon:

Ἔσθ᾽ ὅτε δεῖ σ᾽ ἀρκεῖσθαι ὀλίζοσιν, ὄφρ᾽ ὑγιαίνεις·
Παῦρα τρυφῇ νεῖμαι, τὰ δὲ πλεῖστα τῇ ὑγιείῃ.

PERANTIAE: quam ad eamdem tendit etiam totus ille, praefixus nuper Operi medico de *Syphilide*, (ita Medicorum filii luem vocant peſtilentiſſimam, incontinentiae ſcopulum & Syrtin, ex detecto novo orbe ad nos inauſpicato transvectam,) Operi, inquam, a celebri hujus urbis Medico J. D. Schlichtingio, Belgice conſcripto, ut praecipuorum in eo contentorum ſumma quaedam & Epitome,

CENTO CATONIANUS.

CUM VENERE & Baccho * nimia eſt quandoque Voluptas
MORBI CAUSSA MALI * Si tu vis vivere ſanus *
Proſpice, qui veniant, caſus hos eſſe ferendos *
Quum ſapias animo * ne ſis miſer omnibus horis *
Luxuriam fugito * nec ſomno deditus eſto: *

Res age, quae proſunt; * Cura Sapientia creſcit *
Segnitiem fugito * Conſumit inertia corpus *
Exerce ſtudium * Nullius ſpreveris unquam *
Utile conſilium * quamvis perceperis artem;
Ut cura ingenium, ſic & *manus* † adjuvat uſum. *

* * *

Quum te detineat VENERIS *damnoſa Voluptas* *
Stultitia eſt * vitamque hominis non deſerit unquam. *
Indulget fortuna malis; * ſed Vita petenda eſt. *
Fortior ut valeas, interdum parcior eſto *
Quae nocitura tenes, quamvis ſint cara, relinque: *
Ne retinere velis; * Semper tibi proximus eſto: *
Ipſe tibi moderare * Ut ſis tibi carus amicus *
Nemo diu gaudet, * qui ſecum diſſidet ipſe. *

* * *

Ne rurſus quaeras, quae jam neglexeris ante *
COMMODA NATURAE; * Quae ſunt adverſa, caveto,
Quum fueris felix: * Poſtica Occaſio calva eſt. *
Quum ſis ipſe nocens * quum ſis tibi cauſſa doloris *
Noli Fortunam, quae non eſt, dicere coecam *
Incuſare Deum noli; ſed te ipſe coërce. *
Tempora nec culpes; * ignoſcere tu tibi noli: *
Quum ſis incautus, nec rem ratione gubernes. *
Pauca voluptati debentur; plura ſaluti. *

* * *

Suſpectus cave ſis * confeſtim diſcute, quid ſit,
Quod tibi ſuſpectum eſt: * fuerint in corpore vires? *
Qua flumen placidum eſt, forſan latet altius unda? *
Namque ſolent, primo quae ſunt neglecta, nocere. *

Illum

† *Cheirurgia, & Praxis medica.*

Illum imitare deum, partem qui ſpectat utramque. *
Quod nimium eſt, fugito: Parvo gaudere memento. *
Conſtans & lenis ſic, ut res poſtulat, eſto. *
Quod potes, id tentes * fruſtra tentata relinquas. *

* * *

Sit tibi Praecipue, quod Primum est, cura Salutis. *
Interpone tuis interdum gaudia curis. *
Fac fugias animo, quae sunt mala gaudia vitae: *
Sermones blandos * inimicum nomen amicae: *
Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam. *
Nam lacrymis ſtruit inſidias, cum foemina plorat: *
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps. *
Nec timeas illam * quum verbis exit in iram. *

* * *

Quum quid peccaris * Petito, si forte laboras,
Auxilium a Notis: * Medico committe fideli
Corporis auxilium * Quod carum eſt, vile putato *
Fac ſumtum propere * Corpus curare Memento. *
Nec quisquam melior, Medicus quam fidus, Amicus. *
Ignotum tibi tu noli praeponere notis: *
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur: *
Sermo datur cunctis; animi Sapientia paucis. *

* * *

Quod pudeat socios prudens celare memento *
Nam nulli tacuiſſe nocet; nocet eſſe locutum: *
Quum culpant alios, nemo ſine crimine vivit *
Ne plures culpent; * nec te culpaveris ipſe. *
Fac tibi ſuccurrant, juvenis quae feceris ipſe. *
Non eodem curſu reſpondent ultima primis. *

Tem-

Temporibus peccata latent, ſed tempore parent. *
Felices obeunt, quorum ſine crimine vita eſt! *

* * *

Conscius ipse tibi * ne te mala damna ſequantur, *
Quantumcumque potes * patienter ferre memento,
Quod merito pateris. * Caſtiga te ipſe ſubinde *
Quumque reus tibi ſis, ipſum, te judice, damna. *
Vulnera dum sanas, dolor est Medicina doloris. *
Namque malum eſt, non velle pati * nil velle doceri. *
Laedere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit. *
Scire aliquid laus eſt; pudor eſt, nil diſcere velle. *

Quum

Pauca voluptati debentur; plura ſaluti:
Ne ſint pauca tibi maxima; plura parum.
Fortior ut valeas, interdum parcior eſto:
Immodicis lethi deproperata via eſt.

LXIX.

Judicium populi numquam contemſeris unus:
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.

Nunquam optima placent multitudini: tamen ſapientis eſt, non pugnare ſolum adverſus univerſos. Nam fruſtra ſapit, qui ſolus ſapit, cum omnibus deſipere videatur.

Erasmus.

Unus —— elegantiſſime ponitur pro *ſolus*. Vid. ſupra Lib. II. Diſt. VII.

O. Arntzenius.

Huic nos, & fortaſſe nobiſcum nemo non quam lubentiſſime ſubſcribet.

* * *

Quum dubia & fragilis ſit nobis Vita tributa; *
Infantem nudum quum te natura crearit; *
Morte repentina noli gaudere malorum: *
Quocunque ingrederis, ſequitur Mors, corporis umbra, *
Quae bona ſi non eſt, finis tamen illa malorum eſt. *
Quum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum; *
Nam quum animus languet, * vita eſt quaſi mortis imago;*
Spem retine: Spes una hominem nec morte relinquit. *

Haec perſonatus ille Iatrophilus, verbis non ſuis, ſed Catonis noſtri, quibus ſaltem in ſenſum meliorem, nec ab ipſo Auctore adeo alienum, abuſus eſt, quam caſtiſſimi verbis Maronis, in ſceleſto illo Centone quondam Virgiliano Auſonius.

Si tu veux conſerver une vigueur parfaite,
Tu dois uſer de tout avec ſobrieté,
Le plus ſouvent faire diette,
Peu donner aux plaiſirs, beaucoup à la ſanté.

69.

ΜΗ ΨΗΦΟυ δήμοιο ΜΟΝώτατΟC ἐξολιγώρει,
ΜΗ ποτε ΟΥκ ΑΡΕΣΗιC τινὶ, ΠΟΛΛοῖς ἀντια βάζων.

Dum *vis contemnere multos.*] Forte: *dum vis contemnere cunctos.* Sane *nulli* & *cuncti* verius opponuntur, quam *nulli* & *multi*. Verum *τὸ multos* hic *multitudinem*, i. e. plebem & populum ſignificat, quomodo Graeci τοὺς πολλοὺς dicunt *promiſcuam multitudinem.* Vid. ſupra L. I. Diſt. X.

Id. Arntzen.

Imo vide mihi ſis Lib. I. Diſt. XIII. quaeque ibi Barthius habet, in notis, hujus Editionis noſtrae pag. 65. Ceterum quare minus ſe nobis probet haec doct. Arntzenii conjectura, in priore Parte, *Lectiones inter var.* ejus jam rei rationem reddidimus. Scribendum etiam οἱ πολλοὶ in accuſandi caſu τοὺς πολλοὺς, uti docent, qui Graeci ſermonis rudimenta inculcant.

r Multitudinis etiam a Sapiente nonnumquam eſſe rationem habendam, non ſine ratione filium admonet Cato, ita quidem, ut ne temere umquam adverſum ſe illius provocet indignationem, quippe cui nimium impar ſit ipſe ſolus futurus. Eſt, ſane, honeſta oratio, quam contra eamdem dirigas: A multitudine nihil fieri, nihil iniri moderate, moderabile ſuaderi nihil, nil ſani judicari, omnia turbulenta, inmoderata omnia & quaſi furiis concitata atque exagitata infernalibus, omnia extrema & in quibus certi plane ſit nihil, unum praeter hoc, quod ea ſint perpetuo ſibi invicem contraria. Semper enim

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Porro: Quid cum illis agas, qui quarumcumque rerum vel agendarum, vel minus recte agendarum, neſciant modum? Qui vel nequeant, vel nolint, quale ſit diſcrimen inter fas atque nefas, dignoſcere? Qui praeterea in eadem perſiſtant numquam maneantque ſententia? *Quot enim capita*, ut ajunt, *tot eſſe ſenſus*: *Quotque* ſint in ipſa turba *homines*, ſi tamen inſit humani quidquam, in iſta malorum omnium ſentina atque colluvie, *totidem* utique *eſſe ſententias*. Denique: conſtitui & decerni omnia non rationum pondere, ſed hoc vel illo modo ſentientium numero; quo ſcilicet ſint plures, qui in alterutram conſentiant partem, eo firmius illam eamdem ſanciri, poſthabitis omnibus aliorum, forſitan & majoris momenti, ſuffragiis. Quis vero neſciat, quod & ſapienter innuerit Eraſmus, in hoc ipſo Diſticho: *Numquam*, profecto, *optima placere multitudini*? Praeſtare itaque, fortem juſtumque virum vel adverſo confligtare flumini, quam ejusmodi aeſtuoſis fluctibus in Charybdin aliquam aut Scyllam abripiendum ſemet ipſum permittere. Eae fere ſunt rationes, quae omni tempore inpulere multos, ut, relictis hominum ſocietatibus, ſibi, quantum poſſent, viverent ſoli, extraque omnem vitae civilis nexum. Contra quos graviter ubique diſputat Cicero, cui, ut inquit ipſe, unice *placet*, *maxima eſſe* & *eſſe aptiora naturae ea officia*, *quae ex communitate*, *quam ea*, *quae ex cognitione ducantur*. Audiamus ipſum, ut in hoc argumento non mediocriter verſatum, jactatum etiam difficillimis quibusque tempeſtatibus, diverſisque modis. Sic ille in libro fere medio, de Officiis I. ſecutus ibi, ut ipſe fatetur, *potiſſimum Stoicos*, *non ut*

ut interpretes, ſed, ut ſolemus, ait, *e fontibus eorum, judicio arbitrioque noſtro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus.*

VACANDUM *eſt*, inquit, *omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiam aegritudine & voluptate animi, & iracundia, ut tranquillitas animi adſit & ſecuritas, quae afferat tum conſtantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem & ſunt & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis ſe removerunt; ad otiumque perfugerunt. In his & nobiliſſimi Philoſophi, longeque principes, & quidam homines ſeveri & graves,* NEC POPULI, NEC PRINCIPUM MORES FERRE POTUERUNT: VIXERUNTQUE NONNULLI IN AGRIS, DELECTATI RE SUA FAMILIARI. HIS IDEM PROPOSITUM FUIT QUOD ET REGIBUS, UT NE QUA RE EGERENT, NEC CUI PARERENT, LIBERTATE UTERENTUR, CUIUS PROPRIUM EST SIC VIVERE, UT VELIS. *Quare cum hoc commune ſit potentiae cupidorum cum iis, quos dixi, otioſis; alteri ſe adipiſci id poſſe arbitrantur, ſi opes magnas habeant; alteri, ſi contenti ſint & ſuo, & parvo.* Quae poſtquam inter ſe comparat, porro: *fructuoſior autem hominum generi*, ait, *& ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, qui ſe ad remp. & ad magnas res gerendas accommodaverunt. ——— Forſitan concedendum ſit remp. non capeſſentibus, qui excellenti ingenio, doctrinae ſeſe dediderunt. ——— Quibus autem talis nulla eſt cauſſa,* SI DESPICERE SE DICANT EA, QUAE PLERIQUE ADMIRENTUR, IMPERIA ET MAGISTRATUS, HIS NON MODO NON LAUDI, VERUM ETIAM VITIO DANDUM PUTO. *Videntur* enim *labores & moleſtias tum offenſionum tum repulſarum, quaſi quandam ignominiam timere & infamiam.* Denique ait: *Capeſſentibus autem rempubl. nihil minus quam Philoſophis, haud ſcio an magis etiam, & magnificentia & deſpicientia adhibenda eſt rerum humanarum, quam ſaepe dico, & tranquillitas animi atque ſecuritas: ſi quidem nec anxii futuri ſunt, & cum gravitate conſtantiaque victuri. Quae eo faciliora ſunt Philoſophis, quo minus patent multa in eorum vita, quae fortuna ferat, & quo minus multis rebus egent: & quia, ſi quid adverſi eveniat, tam graviter cadere non poſſunt. Quocirca non ſine cauſſa majores motus animorum concitantur, majoraque efficienda remp. gerentibus, quam quietis: quo magis his & magnitudo animi eſt adhibenda, & vacuitas ab angoribus.* Sentit his, & vera ſentit Oratorum omnium nobiliſſimus, nec ignobilis idem Philoſophus, majoris eſſe tum virtutis, tum etiam

etiam ſapientiae, ita vitam poſſe degere & cum hominum inſipientiſſimis, ut tu numquam peſſimis eorum commotus aut prorſus labefactatus moribus, e ſtatione dejiciaris tua, quam quidem, hujus *maximae Virtutis* MORUM PATIENTIAE adquirendae umquam, quadam inductum deſperatione potius, quam fortitudine, ſub inani ſpecie & mendaci ſapientiae praetextu, hominum turpiter fugientem conſortia, vitam te inter beſtias tranſigere ignavum. * *Malos* autem & ab iis orta cujuscumque generis *ferre non poſſe mala, id ipſum magnum* merito *malum* Bion ille vocaverat, quem nos ad ultimum I. Libri jam laudavimus Diſtichon. ΜΕΓΑ ΚΑΚΟΝ, ΤΟ ΜΗ ΔΥΝΑΣΘΑΙ ΦΕΡΕΙΝ ΚΑΚΟΝ. Vid. ibid. ubi ſupra, Diog. Laërtium, Lib. IV. Cap. VII. p. m. 157. & conf. haec cum iis, quae jam ſunt dicta pone Diſt. XXXVIII. de *ἀνεξικακία*.

VERUM eſt & negari, ſane, nequit injuſtitiam ſaepius praevalere aequitati. Nec raro univerſus aliquis populus, ſine cauſſa, in unius & alterius, ejusque inſontis, conjuraſſe videbatur interitum. Quis ſine maxima animi indignatione legere aut in Thucydide ſuſtineat, aut Cornelio Nepote, Viros ſummos deque ſua patria optime meritos & merentiſſimos ab ingrato Graecorum populo peſſime quondam acceptos atque habitos, morte quoque ignominioſa affectos inmerentes? Quis Miltiadem, maximum illum, poſt hominum memoriam, heroa, victorem illum Marathonium, illum de Dario deque innumerabili Perſarum exercitu triumphatorem, libertatis patriae vindicem, ab Athenienſium plebe, prorſus immemore, ſe conjuges, liberos, cara omnia, vitam &, quae vita carior eſſe debebat, ipſam libertatem, huic uni viro debere, falſo nomine ardentiſſimi pro retinenda libertate ſtudii, eumdem capitis accuſatum,

* Ne quis credat hoc ad paucos adtinere & fortaſſe ad priſci tantum aevi ſpectare Philoſophos, rigidiores illos duroſque Stoicos atque Cynicos; cogitet magnam hodieque partem hominum ea adhuc labe eſſe infectam: Deprehendet enim in ea claſſe non ſolum ignavum pecus monachos & omnis generis omnes ſolitarios, ſed & generoſo ſanguine nobiles campeſtres, milites aulicosque veteranos, venatores omnes, inque iis etiam virorum principum ſylveſtria agmina, innumeras copias, Indiae utriuſque colonos, integra regna, terras, regiones integras, ruſticorum quoque ditiſſimum quemque, denique latrones, omnes, quantum in ſe eſt, ſocietati inutiles. Adeo omnes vitae conditiones ea infeſtavit & coinquinavit contagio.

tum, in vincula, in ſqualorem carceris detruſum, inque eo tantum non vivum enecatum: Neque vel ſic, & hac ipſa crudelitate defuncto, populo immani ſatis amplas dediſſe poenas; ſed poſt mortem adhuc in liberis mulctatum: Tantique Viri progeniem alteram, in redemtionem alterius, quaſi divenditam fuiſſe pecunia?

Quis haec poteſt videre, quis poteſt pati?

Quis Ariſtidem, ab iisdem civibus, apud quos virorum omnium juſtiſſimi meruiſſet praeconia, propter illud ipſum, *quod elaboraſſet, ut praeter ceteros juſtus appellaretur*, pulſum in exilium? Quis Anaxagoram quoque, naturalis Philoſophiae principem, de Deo etiam melius ſentientem, quam reliqui vel φιλοσοφώτατοι? * Quis Socratem, vel Oraculo teſte ſapientiſſimum **, ab eodem leviſſimo populo impietatis crimine damnatos, morte denique hunc multatum violenta? In quibus omnibus aliisque compluribus horum non diſſimilibus exemplis haud ſcio, quidnam ſit magis admirandum, num effrenata populi licentia atque inpotentia, an egregia illa in tam praeclaris viris, inque toga pariter & ſago heroibus, tot malorum patientia. Commonſtrarunt illi utique, ſuoque nos exemplo docuerunt, quanam eſſet ratione ferendus, & iniqui populi, in nos ruentis impetus. Quid Socratem dico? Docuit is omnino, ſi Platoni fides ſit, & verbis, quae re ipſa deinceps & factis probavit. Detur mihi venia ea verbis huc tranſcribendi Gallicis Benedicti Picteti, Genevenſis quondam Praeconis ſacri ac Profeſſoris haud inglorii, qui pro concione verba faciens, Socratem ita & in coetu laudare religioſo non erubuit:

Le Supplice de la croix ne doit point ſurprendre les Gentils; car le plus ſage de leurs Philoſophes (Socrat. apud Platonem, Dia-

* Legendus in Anaxagora Baylius, qui T. I. p. 216. a. ita fatur: III. Remarq. *On a de la peine à concevoir, que dans une ville auſſi ſavante qu'Athenes, un Philoſophe n'ait pu expliquer par des raiſons de Phyſique les proprietés des aſtres, ſans courir riſque de la vie. N'eſt-ce pas un ſort deplorable, que d'avoir plus de lumieres, qu'un peuple ſuperſtitieux & conduit par des entêtés? A quoi ſert cette ſupériorité de genie & de connoiſſances au milieu de telles gens? Ne tient-elle point lieu de crime? N'expoſe-t-elle point à mille diffamations, à mille dangers? Ne jouiroit-on pas mieux des commodités de la Vie, ſi l'on étoit entrainé par le torrent de l'ignorance & de la ſuperſtition?*

** Σοφοκλῆς σοφὸς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης·
Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Dialogo II. de Republica) *a trouvé*, „ *que*, *comme de tous* „ *les méchans celui-là ſeroit le plus méchant*, *qui ſauroit ſi bien* „ *couvrir ſa malice*, *qu'il paſſât pour homme de bien*, *& jouît* „ *par ce moyen de tout le credit*, *que peut donner la Vertu*; „ *Auſſi le plus vertueux devroit être ſans difficulté*, *celui à qui* „ *ſa vertu attireroit*, *par ſa perfection*, *la jalouſie de tous les* „ *hommes*, *en ſorte qu'il n'auroit pour lui que ſa conſcience*, *&* „ *qu'il ſe verroit exposé à toutes ſortes d'injures*, *juſqu'à être* „ *mis ſur* la croix, *ſans que ſa vertu lui pût donner ce foible* „ *ſécours de l'exemter d'un tel ſupplice.* *

Quid jam ad haec diceret patientiae exempla homo eo delapſus inpotentiaene dicam, an inpudentiae, ut ſolus, nec ita laceſſitus quidem, populum aliquem aut nationem univerſam, quam ſuo judicio etiam contrarii, quamque deridendi ejus videantur aut ritus, aut mores conſuetudinesque,

* B. Pictet, *Sermon III. ſur l'Examen des Religions. pag.* 161.

LXX.

Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis;
Tempora ne culpes, quum ſis tibi cauſſa doloris.

Ante omnia bonae valetudinis rationem habe: ne ſi tua intemperantia in morbum incideris, poſtea pudore rejicias culpam in coeli inſalubritatem, aut loci: ſicuti vulgus ſolet. Nam plerique morbi nobis accidunt ex intemperantia vitae.

Erasmus.

Tempora *ne culpes.*] Multi aegrotare incipientes, cauſas valetudinis in anni tempus conferunt. Auctumno, exempli gratia, febres vulgo increbreſcunt. Cauſam homines in auctumnnm, non in victum immoderatum, rejiciunt. Scal. ex quo

Opitius.

Conjunge hoc cum XXII. ejusdem libri Diſticho, & omnis evaneſcet injectus denuo a Boxhornio, homine certe

que, probris quoque & convitiis ſuſtineret proſcindere? Certe contumeliis ipſe dignus erit majoribus, ſi forte & publicus omnium contemtus eum liberet a poenis gravioribus, quas tantum potentibus & tyrannis Seneca uterque ita annunciat:

Cunctos decet timere, quem cuncti timent.

Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos,
 Uni, ſed ſoli, ſperne placere tibi.
Judicium populi numquam contemſeris unus:
 Spernitur a cunctis, ſpernere cuncta volens.

Reſpecte un ſentiment reçu de tout le monde:
 Ne ſois pas ſeul de ton avis.
Un eſprit orgueilleux, qui dans ſon ſens abonde,
Mépriſant le Public, attire ſes mépris.

70.

Ἔστω ΣΟΙ ΜΕΛΕδώνων ΠΡΩΤη φροντὶς ΥΓΕΙΑΣ,
Καὶ ΜΗ καιροὺς ΑΙΤΙῶ, ἢν ΣΟΙ ΝΟΥΣος ἐπέλθῃ.

TEMPORA *ne culpes.*] Planudes καὶ μὴ καιροὺς αἰτιῶ. *Occaſiones ne accuſa.* Atqui καιρὸς hic alienum, τὰς ὥρας vertendum erat. SCALIG. Reliqua totidem verbis jam ſupra.

IPSE tamen & idem, qui Planudem hic reprehendit, Scaliger, in alio, quod praeter illud verſionibus reliquis ſupra inſertum, dederat Diſtichon, καιρῷ uſus eſt, hoc modo:

Πρῶτον ἐνὶ πράττοις μελέτω σοὶ τῆς ὑγιείης·
Μὴ καιρῷ μέμφου, σὺ δέ σοι νόσου αἴτιος ἦσθα.

certe nimium quantum difficili, ſcrupulus. Dixerat illic Auctor:

Corporis auxilium medico committe fideli.

 Jam

Jam vero, ne ſemper ad auxilium ſit recurrendum nobis alienum, ſapienter ſubjungit:

Sit, tibi praecipue,

Tibi, inquam, ipſi, quo minus alterius continuo & iterum atque iterum ope indigeas, ſit,

quod primum eſt, cura ſalutis.

Boxhornius vero: *Quis ferat illud*, tamquam obſtupeſcens ait: *Praecipue & quod primum eſt, nunquid idem ſignificant?* „ Non nego, reſpondetur his, in ipſi Reſcriptorum Cap. „ XXXI. Sed nego, *quod* hic pronomen eſſe. Idem ſignifi- „ cat, quod *quia*; & haec Catoniani Diſtichi mens eſt, quia „ ſalus omnium rerum ſive negotiorum primum eſt, ſit tibi „ praecipue ejus cura. Falleris, ſi putas, dicendum ſic „ fuiſſe, *quod* PRIMA *eſt*. Nam exemplorum conſimilium „ abunde". Nec ſic male. Sed qua via nos incedimus, ne hac quidem diſtinctione opus eſt. Semper enim Auctorem ipſum, omnium omnibus & doctiſſimorum interpretum longe praeferendum putamus expoſitionibus. Magis adhuc per ambages, nec eaſdem tamen inamoenas, Cl. expatiatur Arntzenius. *Haec iterum*, inquiens, *tautologiae vitium redolere clamat Boxhorn. in inſigni iſthac, ſi Dis placet, Diſſertatione. Verum ſi jam concedamus*, primum *ſaepe idem eſſe ac* praecipuum; *hoc etenim ipſi nemo negaverit. Vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. v. 24. & ad Lib. II. v. 626. Quid inde? Sane nec ſententiam nec conſtructionem horum verborum ſatis cepiſſe videtur inconſultus Criticus. Sic ſane ipſe Cicero tautologiae reus audiret. Lib. III. Famil. Ep. VII.* An ego tibi obviam non prodirem? *primum* Appio Claudio? deinde, Imperatori? deinde, *quod caput eſt*, amico? *praeſertim* cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam? *Ego Auctoris noſtri verba ſic explico. Cura* potiſſimum & praecipue *ſalutem*, *utpote* rem primam, praeſtantiſſimam, *vel*, *ſi mavis*, *quia* optimum *ſit atque* praeſtantiſſimum *negotium.* Haec Vir Doct. ille. Sed revertamur in viam ipſi noſtram, unde divertimus.

Nonne, qui quaerebatur, veluti in ſcirpo, nodus omnis facile feliciterque ſolvetur, ſi concipiatur Auctor filio hiſce praecipere, ut ipſe potiſſimum perpetuo, omnique ſtudio addictus Temperantiae, curam primam habeat ſalutis ſuae, nec eam curam in alium quemcumque, ſive amicum, ſive medicum, ita devolvat transferatque totam, ut ipſe eam deinde nimium ſecurus, immo ſupinus, plane negligat; ſed ut potius & hic *ſibi* ſit ipſe *proximus* amicus

pariter

pariter ac medicus? Poteſt autem hoc modo accipi, praecipue ſi Auctor & alibi, de conſulendis etiam in rebus, quae ad ſalutem ſpectent, medicis aut amicis, locutus fuerit, ut hoc noſtrum

PRAECIPUE TIBI

in comparatione, vel oppoſitione quoque illorum, eo evidentius eluceſcat. Atqui hoc omnino factum eſt ab Auctore noſtro, & in aliquo inſequentium adhuc Diſtichorum, uti in XIII. Libri IV.

Auxilium a notis petito, ſi forte laboras:
Nec quiſquam melior medicus, quam fidus amicus.

Et in illo, quod jam ante diximus, XXII. hujus Libri:

Conſilium arcanum tacito committe ſodali:
Corporis auxilium medico committe fideli.

Jam confer & compone ipſum praeſens, cum horum vel alterutro vel utroque; & emerget, quaſi ſua ſponte, ex hac comparatione, illa eadem, quam nos hic paullo ante dedimus expoſitionem; neque ſcabri quidquam ſupererit amplius.

QUEMADMODUM igitur non niſi cum maxime opus fuerit, ita ut ſine aliena opera id effectum dare ſolus non valeas, arcanum cum amico conſilium communicas; ita tibi & medico eſſe utendum ſuaſerim: Petito ejus tum utique auxilium, quum ſolus tibi non ſufficere potes ulterius. Ceterum ne ita frequenter illius opera indigeas, danda eſt opera ipſi tibi:

SIT TIBI PRAECIPUE CURA SALUTIS TUAE.

Additur ratio & cauſſa eo inpellens:

PRIMUM enim ET PRAECIPUUM HOC IPSUM EST,

cui ſint omnia alia negotia merito poſtponenda. Tum porro iſtud quoque eo valet, *ne*, ſi tua forte vel négligentia, vel intemperantia, *tibi ſis* ipſe morbi alicujus aut *doloris cauſſa*, tu culpam in alio extra te quaeras, aut etiam *temporis coelique accuſes intemperiem.* Quod, ne accuſaremus alios noſtra ipſorum culpa, hic Auctor ſaepius omnique ſtudio cavere volebat. Sic in illo, ſuperioris libri Diſt. XXIII. v. 2.

Incuſare Deum noli; ſed te ipſe coërce.

Ubi nos ejus rationem inde a Stoicorum atque ex Epicteti doctrina

doctrina jam repetiimus. Sic etiam in ſequentibus Lib. IV. Diſt. III. toto:

Quum ſis incautus, nec rem ratione gubernes;
Noli Fortunam, quae non eſt, dicere coecam.

Immo in eodem fere, quo & hic argumento, iterum ſupra, Diſt. huj. libr. XXI. itidem integro:

Quae potus peccas, ignoſcere TU TIBI *noli:*
Nam nullum eſt vini crimen, ſed CULPA *bibentis.*

Ita & hoc noſtro loco:

——— *Sit* TIBI *Cura ſalutis,*
Tempora ne CULPES, *quum ſis* TIBI *Cauſſa doloris.*

H. e. *ne* eo inſaniae prolabaris, ut tuam ipſius culpam, rurſum, uti fere moris eſt ſtultorum hominum, in aliud quidquam praeter te, in anni tempeſtates varias, in inclementiam coeli, atque ita in ipſum Deum O. M. horum omnium conditorem ac fabricatorem ſapientiſſimum, vel etiam in vitae *tempora* nimium brevis, transferas ac rejicias. Minime vero; ſed, ut alibi monentem audiemus, Lib. III. Diſt. XVIII. v. 2. it. Lib. IV. Diſt. XIV. v. 1. & XL. 1.

Quum quid peccaris; caſtiga TE *ipſe ſubinde.*
Quumque reus TIBI *ſis;* IPSUM TE JUDICE *damna.*
Quum ſis IPSE *nocens; moritur cur victima pro* TE?

Hoc modo optime inter ſe cohaerent omnia: Placet itaque multo magis NE, quam NEC, ut legunt alii, qui tamen ipſi Critici, aliis in locis iſtud C. eadem littera ſtatim ſequente, merito abjiciunt.

PERSPICIMUS jam integrum horum optimumque & ſenſum & nexum verborum. Plana ſunt omnia: Salva res eſt. *Multi*, profecto, *& magni morbi*, fatentibus ipſis Hippocratis filiis, *curantur abſtinentia & quiete*. Idem quod re ipſa dedit effectum, & probatum pariter eventu, ac ſcripto de ea re libro, Aloiſius Cornarus, Patritius quondam Venetus, * teſte quoque integerrimo Jacobo Auguſto Thuano, in ſupremo Galliarum ſenatu, dum viveret, Praeſide, ** poſſe

* *Luigi Cornaro. Overo Diſcorſi della vita ſobria.* Eſt mihi ejus Editio Pariſina ap. Petr. Des-Hayes, anno excuſa CIƆIƆCXLVI.

** Thuanus, Libr. XXXVIII. Hiſtoriarum, ad ann. CIƆIƆLXVI. Cujus, uti & Hieron. Cardani, libro praefixum eſt teſtimonium, ex ejus Dialogo *de Vita producenda atque incolumitate corporis conſervanda.*

poſſe nempe, idque maxime ſobrietate ac temperantia, vitam hominis, *integris animi & corporis ad extremum uſque ſpiritum ſenſibus*, *produci* etiam *ad centeſimum* aetatis *annum*, (Thuani haec verba ſunt) cujus *vitae longae rarum & memorabile exemplum*, *in memoriam revocandus ſit* ille ipſe *Aloiſius*; Idem, inquam, vel ſimile aliquid, ſi non prorſus idem, filio perſuadere conatur providus parens Dionyſius, tantum ut ille ipſe potius, quam per alios, curam habeat ſalutis ſuae. Quod nos ſatis ex verborum nexu probavimus.

SED RETORQUENDA adhuc in ipſius caput, a quo emiſſa, téla ſunt. Si Chriſtianus noſter & ſanctus eſt Dionyſius, ut eum alias coelitum numero novus inſerit pontifex, novo apotheoſeos genere, Boxhornius; quem non ſenſum, auguſtum prorſus & ſacroſanctum, ſed a totius Diſtichi mente plane alienum, parere inque ſe continere neceſſe eſſet prioris horum verſuum verba:

Sit tibi praecipue, QUOD PRIMUM EST, *Cura* SALUTIS.

Subſcriberet omnino inque ſe ipſum reciperet homo Chriſtianus. Sed anne pariter eamdem ſalutem, proſperam nempe valetudinem corpuſculi hujus? Annon multo aliam, ac ab ea diverſam, longeque magis perennem futuram inde eliceret SALUTEM? Eam vero nulli TEMPORUM viciſſitudini amplius obnoxiam. Quomodo igitur tum adhaereret priori verſus poſterior?

DENIQUE etiam noſtrum expoſitionis modum primum omnium horum Diſtichorum v. 2. abunde firmat & corroborat:

Hic TIBI PRAECIPUE *ſit pura mente colendus.*

Sit *tibi praecipue*, quod primum eſt, cura ſalutis:
Danda opera eſt, medica non opus ut ſit ope.
Tempora ne culpes: Quum ſis tibi cauſſa doloris;
Hora ſalubris erit nulla, nec ipſa SALUS.

Penſe par deſſus tout, à conſerver ta vie:
C'eſt-là le tréſor principal.
Si quelque excès t'entraine en quelque maladie,
N'accuſe point le tems quand tu cauſes ton mal.

LXXI.

Somnia ne cures: Nam mens humana quod optat,
Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

QUIDAM anxie obſervant ſua ſomnia, & ex his de futuris aeſtimant. Cum ſomnia dormientium naſcantur ex affectibus vigilantium: neque ſignificent quid ſit eventurum, ſed quod aliquando cogitaveris, dormienti repraeſentent.

ERASMUS.

VIDE [praeter poëtas quorum nos excerptos ſuo loco dedimus floſculos,] Ariſtot. Probl. Sect. XXX. qu. 14. Hippocrat. init. lib. de Inſomniis. Iſid. Peluſ. L. I. Epiſt. XX. Tertull. de Anima, Cap. XLV. Baſil. M. Homil. in Mart. Julittam, p. 148. Ambroſ. L. I. de Virginib. Auſon. Ephemerid. Cap. VII. Maximian. Eleg. IV. v. 45. Nazianz. de reb. ſuis, v. 293. Euſtath. L. V. de Iſm. Amor. p. 157. & L. X. v. 369. Amedeum Lauſan. Homil. IV. p. 101. Mantuan. L. I. Calamit. v. 842. Zehner. L. II. Adag. Sacr. XXII Rittershuſ. p. 165. ad Oppian. Barth. LI. Adverſ. Cap. III. Levin Lemn. L. II. d. Occult. Nat. Mirac. Cap. XXXI. Scheibler. d. Anima Part. II. Diſp. II. n. 46. Vid. & Hieron. ad Pammach. & M. Veteres inſomniis alioquin multa tribuebant. Vid. Barth. ad V. Theb. Stat. v. 620. pag. 290. & ſqq.

DAUMIUS.

QUIBUS divinitus contigit coeleſtium patefactio oraculorum, ii divinationem omnes per SOMNIA & vilipendunt, nec negant tamen. Nihili eam merito faciunt propterea, quod certior ipſis tutiorque via panditur cognoſcendorum, quoad ejus copia datur & fas eſt mortalibus, immortalis DEI ſtatutorum: His vero & ipſis eo adducuntur iidem, ne omnino negent rem aliquando factam in ſomnio divinam; ſciunt enim hanc fere unicam olim patuiſſe viam omnibus a veri cognitione Numinis alienis, ejusque tamen adquirendae cupidis, ut ABIMELECHIS, PHARAONIBUS, NABUCHODONOSORIS: ne dicam & alios. Quod etiam mirari nos vetat nimiam illam, quae, omni paene aetate, viguit inter omnes terrarum orbis nationes, gentesque tum barbaras atque illitteratas, tum etiam populos inter, prae ceteris artium ac ſcientiarum cultura

71.

Ῥῖπτε ΕΝΥΠΝΙΑ· ΝΟΥϹ μερόπων ΓΑΡ ἃ βούλεται, αἰεὶ
Ἐγρήσσων τ' ΕΛΠΙΖει, καὶ ἐν ΥΠνοισι θεᾶται.

SOMNIA *ne cures.*] Ne vola quidem Helleniſmi apparet in Planudeanis. Quis praeterea ferat: *ῥίπτε ἐνύπνια*? SCALIGER, qui & alio, quam qui ſupra, modo Diſtichon refinxit:

Μὴ μελέτω σοὶ ἐνύπνι', ὃ γὰρ νοῦς εὔχεται ἀνδρῶν
Ἐλπίζων ὕπαρ, αὐτὸς ὄναρ φαντάζεται αὐτό.

Per ſomnum cernit &c.] Vide Kokerti Indicem Terentianum in *Somniare.*

DAUMIUS.

HUC fere pertinet illud Ebraeorum: הרהר כליה יומא ולאורת חזא *Quod quis interdiu cogitat, id noctu videt.* Ceterum de hac re praeter Auctores Cl. Daumio laudatos legendi Cornel. Gallus. Eleg. IV. & Matthaeus Raderus ad Curt. L. III. Cap. III. n. 2. *Per ſomn. cern.*] I. e. ſomniat. Ita paſſim & alii. Juſtin. L. I. Cap. IV. * *Hic* per ſomnum vidit *ex naturalibus filiae, quam unicam habebat, vitem enatam.* Eſt autem *per ſomnum cernere, videre*, idem quod *in ſomno.*

WACHIUS.

* Ad quem locum Juſtini, vid. in Editione Anton. Thyſii JCti. Lugd. a. 1650. pag. 12. notata ex Macrobio, L. I. in Somn. Scipion. Cap. III. p. 7.

cultura expolitos, circa hoc, veluti & reliqua divinationum genera, ſuperſtitionem. Tantum enim illa pauca, nobis quae e ſacris conſtant rerum geſtarum monumentis, exempla ſuffecerant ad conciliandum maximam his rebus fidem, eamque extra omnem dubitationis aleam quaſi jam collocatam firmiterque ſtabilitam. Sed abiit res in tot ac tantos, ſine numero, ſine fine labyrinthorum errores, inque adeo coecos mendaciorum & fraudum maeandros, in tam pueriles denique aut, ſi id mavis, aniles prorſus ineptias, ut ſapientiores mulierculis aut promiſcua hominum turba & colluvie, dudum jam earum taederet & puderet quoque, qui relictis hiſce nugis credulae multitudini, ablegatisque in Circum, fallacias impoſtorum aut otioſe riſerunt, aut ſalſe perſtrinxerunt. Ita eadem hac Auctoris noſtri aetate, nam nullum amplius haeret dubium, quin prorſus fuerit eadem,

dem, Satyrarum ſcriptor, D. Jun. Juvenalis, his artibus intentos deſcribit extorres, qui tum fuerint in urbe, Judaeos, ut quibus ſuperſtitioſa, cujus perſonam producit, muliercula,

Implet & illa manum; ſed parcius: Aere minuto
Qualiacumque voles Judaei ſomnia vendunt. (*a*)

Alii tamen & porro mitius, quidam etiam magnificentius, de ſomniorum interpretamentis ſenſerunt pariter ac locuti ſunt. Juſtinus enim Hiſtoricus eidem *nihil divini juris humanique incognitum videri* ait, cui maximam, prouti res ferebat, *ſomniorum* tribuit *intelligentiam*: JOSEPHUS is erat, Aegypti prorex, de quo tum loquebatur. (*b*) Plinio Majori non ſatis eſt *divina* haberi *ſomnia; praedivina* mavult. *Hammonis*, inquit enim, *cornu inter ſacratiſſimas Aethiopiae gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur* praedivina ſomnia *repraeſentare. c*) Potuiſſet & in artem dicere *oneirocriticen*, quod alibi, homo aliquando plus ſatis credulus, de Magica ipſe ſcripſerat: *Ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quasdam veritatis* UMBRAS. *d*) Quis enim hanc neget eſſe umbraticam, quis, umbras eſſe meras & dormientium, & multo etiam magis vigilantium? Sed longe inpenſius huic faſcinationi, quid enim dicerem arti, totum ſeſe dedit, in humanae omnis ſapientiae opprobrium, Artemidorus Philoſophus, patria Epheſius, cognomine Daldianus, ſcripto etiam de eadem libro ſingulari, immo quinque libris, imperante Antonino Pio. Quod inſigne credulitatis opus, niſi per continuam earum ſuperſtitionum veluti propagationem, ad noſtram certe aetatem, deperditis in tanto temporis intervallo tot utilioribus aliis, non perveniſſet. De eo ſic ſentit ſeverus omnium, qui graſſantur inter homines ceteroquin litteratos, errorum Cenſor Baylius, in inſcripta hujus Pſeudophiloſophi nomine Rhapſodia: *Numquam Scriptorem in argumentum ſano conſtans judicio atque honeſtum plus inpendiſſe ſtudii & laboris, quam huncce Auctorem in rem futiliſſimam viroque integri judicii maxime*

(*a*) Juvenalis, Satyr. VI. v. 545. (*b*) Juſtinus, Libr. XXXVI. Cap. II. (*c*) C. Plinius Secundus Nat. Hiſtor. L. XXXVII. Cap. X. fol. 900. ubi male legunt alii: *praedivina omnia.* (*d*) Id. Lib. XXX. Cap. II. fol. 734. Ed. Dalecamp.

maxime indignam (*a*). Ne quis tamen hominis lucubrationes vigilatas dixerit noctes, ut Gellii Atticas: namque hanc ille operam navans, & ſtertendo dies & vitam omnem ſomniando tranſigebat. Vide quae de ipſo, hujusque vanitate ſcientiae, plura diſſerat acutiſſimus idem Criticus, infra ad paginae marginem rejecta. Sed non ille ſolus hoc laborabat lethargo. Longum eſſet eorum omnium recenſere nomina, nomen qui ſuum huic, ſi qua ea eſt, ſcientiae ſtudio aut, ſine doctrina, diſciplinae profeſſi ſunt. Tertullianus de

(*a*) BAYLE, *Dictionaire Hiſtorique & Critique*, *Tom. I. p.* 362. *à l'Article* ARTEMIDORE, *dit premierement dans le texte:*
Jamais Auteur n'a plus travaillé pour un ſujet raiſonnable, qu'Artémidore a travaillé pour un ſujet très-indigne d'un homme de jugement (B.) *Et après, ſous ce même Renvoi dans les Notes:* „ *Quand on ne ſeroit point convaincu par ſa propre expérience, qu'il n'y a rien de plus confus, ordinairement parlant, que les idées qu'on appelle Songes, il ne faudroit que conſidérer les propres maximes de cet Auteur, pour être perſuadé que ſon Art ne merite pas l'attention d'un homme ſage. Il n'y a point de Songe qu'Artémidore ait expliqué d'une certaine maniere, qui ne puiſſe ſouffrir une explication toute différente; & cela, avec la même probabilité, & avec des rapports auſſi naturels, pour le moins, que ceux qui ſervent de fondement à cet Interprete. Je ne dis rien du tort que l'on fait aux Intelligences, à la direction deſquelles il faut neceſſairement que l'on attribue nos Songes, ſi l'on y veut trouver un préſage de l'avenir. Quelle maniere d'enſeigner leur donne-t-on! Qu'elle ſeroit indigne de leurs lumieres, de leur gravité, en un mot de ce qu'elles ſont! Si elles ne ſavent pas mieux inſtruire, quelle ignorance! Si elles ne veulent pas mieux inſtruire, quelle malignité! Ne pourroit-on pas ſe plaindre mille fois de ſon bon Ange, auſſi bien que de ſon mauvais Genie, par ces paroles d'Enée,*

> Quid natum toties, crudelis tu quoque, falſis
> Ludis imaginibus?

Et après avoir plaiſanté un peu, à ſa maniere, ſur quelques cas particuliers de ſonges du bon homme Artémidore, à l'égard de ſa femme & de ſa fille, le même Critique d'un plus grand ſérieux continue ainſi: „ *L'Objection, que je viens de faire, & que je fonde ſur l'Idée, que nous donnent de la nature Angélique les Docteurs Chrétiens, me paroit très-forte, en ſuppoſant la verité de cette Idée; mais ſi l'on ſuivoit un Syſtême différent de celui-là, & qui ne répugne point à la poſſibilité des choſes, on affoibliroit beaucoup cette Objection. Ce ſeroit de dire, qu'il y a beaucoup d'Eſprits, non ſeulement plus bornés que l'homme, à certains égards, par rapport à la maniere de s'expliquer; mais auſſi plus volages & plus capricieux que l'homme. Que ſait-on, s'ils n'aiment pas à ſe divertir à nos depens, & à nous faire courir après des énigmes, où ils mêlent tout exprès du puerile & du frivole, pour ſe procurer un ſpectacle plus ridicule? Que ſait-on, ſi nous ne leur ſervons pas de jouet, comme les bêtes nous en ſervent? Que ſait-on, s'ils ne trouvent pas dans le mouvement de nos eſprits animaux un obſtacle qu'ils ne peuvent vaincre lorsqu'ils ſouhaiteroient de ſe rendre intelligibles. — Quoi qu'il en ſoit, la raiſon veut que l'homme ſe garde bien de faire un Art de cela, & qu'il conſidere un tel Art comme la plus chimérique & la plus vaine de toutes les occupations.*

de Anima libro, jam a Daumio ſupra laudatus, eorum non paucos, plures adhuc Artemidori Editor & commentator Nic. Rigaltius commemorat, in quibus ſunt Artemon Mileſius, Antiphon, Apollodorus, Apolloniorum ille, qui Attalenſis, Ariſtander, Ariſtarchus, Alexander Myndius, Cratippus, Demetrius Phalereus, Dionyſius Rhodius, Epicharmus, Geminus Tyrius, Hermippus, Nicoſtratus Epheſius, Panyaſis Halicarnaſſenſis, Philochorus, Phoebus Antiochen., Serapion, Strato (*a*). Quibus jungi vult Baylius, Suida teſte, Pappum Alexandrinum.

Hi omnes e gentilibus fuerunt, hoc eſt homines, toti quanti erant, ſuperſtitionibus inmerſi, ne quis, cum eodem Baylio, nimium miretur inane eorum circa hujusmodi nugas ſtudium. Diximus jam paullo ante, his illam, qualis erat, relinquendam fuiſſe viam. Quamvis nec deſint inter eosdem paganos, qui eam ut errorum plenam ipſi agnoſcentes, tantum abeſt aliis ut commendent, ut potius minime eſſe tutam, ſed propter omnis generis fraudes & pericula evitandam praedicent. Quos inter & hic Auctor noſter nomen profeſſus ſuum eſt. Quid vero dicendum, aut quid ſentiendum de Chriſtianis, quibus meliorum certiorumque cognitione has errorum atque ſuperſtitionum ambages utique debere eſſe praecluſas poſtulabamus? At non deſunt, in contrariam partem, inter eos, veritatem cum hiſce mendaciis permutantes, illa qui tantum non relicta, haec cupide curioſeque ſectentur. Talis erat, ut e pluribus aliquos commemoremus, celeberrimi inter Italos poëtae, Actii Sannazarii, celebratiſſimus & ipſe praeceptor, Junianus Majus, gente Nea-

(*a*) Le-Meme & *là-même, not.* (C) *jointe aux paroles du texte:* Artémidore acheta tout ce qui avoit été écrit ſur l'explication des Songes, ce qui montoit à pluſieurs Volumes.] „ *J'ai déjà témoigné*, dit-il, *mon étonnement*, „ *qu'il y ait eu des perſonnes qui aient fort travaillé à ſe convaincre de* la pré- „ tenduë Science des Songes. *Je ne m'étonnerois pas, que pluſieurs ſoi-diſans* „ *Devins ſe vantaſſent de la poſſéder: ils pouvoient gagner leur vie à cela, & pro-* „ *fiter des Songes d'autrui, ſans ſe chagriner des leurs, car ils pouvoient n'avoir* „ *nulle foi pour l'Art, dont ils faiſoient profeſſion. Mais je ne ſaurois juger ainſi* „ *d'Artémidore, ni de tant d'autres Auteurs graves, qui ont écrit ſur l'Explica-* „ *tion des Songes. Ils y étoient trompés tout les premiers*". (*Il inſére ici leur Catalogue & dit puis après:*) „ *André Schot, outre quelques uns de ceux-là, nomme* „ *Aſtrampſychus, Caſſius Maximus*, [c'eſt celui à qui Artémidore avoit dédié les trois premiers de ſes livres,] „ *& Dionyſius Heliopolita.* — *On peut nom-* „ *mer à coup ſûr Pappus d'Alexandrie, car il a écrit ſur l'explication des Songes,* „ *comme nous l'apprend Suidas.*

Neapolitanus, quae regio omnis eſt generis miraculorum ferax, ita quidem ut vicina ipſi Africa monſtrorum. Hunc Sibyllinae ſcientiae ſeris temporibus heredem ita nobis depingit diſcipulus, poëta (*a*):

—— Jam laurigeris ceſſant oracula Delphis:
Mutaque Cumaeae virginis antra ſilent.
At tibi venturos, Maï, praedicere caſus
Fas eſt, & mites conſuluiſſe Deos.
Nec tantum aut arae fumos, aut nuntia ſentis
Fulgura; ſed Stygiis SOMNIA *miſſa locis:*
SOMNIA, *quae miſeram perturbant ſaepe quietem,*
Dum mens incertis pendet imaginibus.
O quoties per te vanum poſuiſſe timorem
Me memini, & laetos continuaſſe dies!
O quoties, trepidus cum non ſpernenda putarem,
In noſtrum cavi damna futura caput!
Saepe meae tibi cum narraſſem viſa puellae,
Dixiſti, certos haud procul eſſe metus.
Saepe illam madidos luſtrare in flumine crines
Juſſiſti, & miſto ſolvere farra ſale.
Quod ſi olim terris talem te fata dediſſent,
Spreviſſet Tuſcos Martia Roma viros.
Nam te quis melius calidas deprendere fibras,
Conſulere aërias aut potuiſſet aves?
Illa triumphatum regeret nunc legibus orbem,
Nec foret in cineres obruta pene ſuos. &c. &c.

Dicendum forte & de hoc Poëta, Pictore tali eodem, quod Horatius in utrique arti, utrique vitae generi, addictos canebat ipſe (*b*). At vetat alius, non qui eodem poëtici ſive furoris, ſive amoris oeſtro percitus, ſed ſui compos & ſedatis

(*a*) Vid. Jac. Sannazarii Elegiar. Lib. II. El. VII. a verſ. 21.

(*b*) Hor. Art. poët. v. 9. *Pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.

ſedatis ſenſibus, eadem plane, ſi forte non & majora de eodem refert, illius tamen pariter auditor, Alexander ab Alexandro, (citante Baylio, in voce MAJUS, Tom. III. pag. 289. a.) Genialium Dierum Libr. I. Cap. XI. pag. 81. & 82. *Junianus Majus*, inquit ille, *conterraneus meus, vir bene literatus, in exquirendis adnotandisque verborum & ſententiarum viribus multi ſtudii fuit: & praeterquam quod in erudiendis juvenculorum animis, imbuendisque doctrina pueris, caſtigatisſimae diſciplinae,* SOMNIORUM *quoque omnis generis ita verus* CONJECTOR *fuit, ut ipſius reſponſa, divina fere monita haberentur. Ad eum memini, cum puer adhuc eſſem, & ad capiendum ingenii cultum frequens apud eum ventitarem, quotidie* SOMNIANTIUM TURBAM, *hominesque celebri fama & multi nominis,* DE SOMNIIS CONSULTUM *veniſſe. Declarabat definiebatque ille, non breviter aut ſubobſcure, ut plerique, ſed expoſite atque aperte*, aenigmata ſomniorum, *ſive boni ſive mali praenuntia: ita apte, ut judicium factum a veridico diceres. Multi quoque, illius monitu, vitae interitum, nonnunquam animi aegritudines vitarunt.* Merito ergo ſui temporis Artemidorus a Roterodamenſi vocatur Critico Junianus ille, de quo haec tam graviter perhibentur: Multum tamen ejus laudis praecidit Martinus DEL RIO, qui, eodem referente, Diſquiſit. Magicarum Libr. IV. Cap. III. Quaeſt. VI. p. 278. *Avorum quoque*, ajebat, *memoria hanc, onirocriticorum, in Italia* VANISSIME *profitebatur artem Junianus Majus: cujus extant epiſtolae & libelli quidam Grammatici.* Denique claudat agmen eorum, qui, & inter ipſos Chriſtianos, huic interpretandi ſomnia artificio curioſe nimis ſe totos conſecrarunt, Joſua quidam Abrechus, de eo qui, recenſente Theophilo Spitzelio, in Specimine Bibliothecae & inde Baylio, ſuperioris ſaeculi anno ſeptimo, peculiarem edidit librum, in quo aureos pollicetur montes, (*qui promet monts & merveilles*,) inquit is, aliorum fide,

——— ——— *Sed non ego credulus illis.*

DICENDUM ERGO, Reſponſionis loco, ad ea, quae interrogando ipſi propoſuimus ſupra, Eſſe & noſtros nobis, quos opponamus illis, inter homines paganos, a recepto in vulgus errore ac ſuperſtitione transfugis, ita etiam a Veritate transfugas ad mendacia. Et quid hoc mirum? Semper enim aliqui ſecerni cupiunt populo, ne cum multitudine

vel

vel ſapiant, vel deſipiant. Major tamen, ſine dubio, illorum gloria, qui cum turba hominum ſimul & falſa reliquerunt, & quae maxime forent propinqua Vero, ea amplexi ſunt. Quos inter merita ſua defraudandus laude non eſt Cato noſter, eadem illa aetate, quae adhuc Artemidoros protulit inter Philoſophos, Veritati perhibens hoc illuſtre teſtimonium, Diſtichon, in quo nunc verſamur. Secutus in hoc ſive Lucretium, cujus in priore Parte, inter plurimos Poëtarum flores, verba excerpſimus, ſive etiam magis M. Ciceronem, qui, altero *de divinatione* libro, totus in eo eſt, hanc ut oppugnet penitusque profliget ridiculam ſomniorum ſuperſtitionem, quam & comparare cum inſania non dubitat. Ait enim: *Quod ſi inſanorum viſis fides non eſt habenda, quia falſa ſunt; cur credatur ſomniantium viſis, quae multo etiam perturbatiora ſunt?* Ibidemque, iterum atque iterum, ut: *Primum igitur intelligendum eſt, nullam vim eſſe divinam effectricem ſomniorum. Atque illud quidem perſpicuum eſt, nulla viſa ſomniorum proficiſci a numine deorum. Noſtra enim cauſſa dii id facerent, ut praevidere futura poſſemus. Quotus igitur eſt quisque, qui ſomniis pareat? qui intelligat? qui meminerit? quam multi vero qui contemnant, eamque ſuperſtitionem imbecilli animi atque anilis putent? Quid eſt igitur, cur bis bominibus conſulens Deus, ſomniis moneat eos, qui illa non modo cura, ſed ne memoria quidem digna ducant?* Porro: *Fuit igitur divina beneficentia dignius, cum conſuleret nobis, clariora viſa dare vigilantibus, quam obſcuriora per ſomnium; quod quoniam non fit, ſomnia divina putanda non ſunt. Jam vero quid opus eſt circuitione & anfractu, ut ſit utendum interpretibus ſomniorum potius, quam directo? Deus, ſi quidem nobis conſulebat:* HOC FACITO, HOC NE FECERIS, *diceret, idque viſum vigilanti potius, quam dormienti daret.* Veriſſime haec, tum rurſus: *Jam vero quis dicere audeat: Vera omnia eſſe ſomnia?* Aliquot ſomnia vera, *inquit Ennius*; ſed omnia non eſt neceſſe. *Quae eſt tandem iſta diſtinctio? quae vera, quae falſa babet? Si vera viſa divina ſunt: falſa autem & inania bumana; quae eſt iſta deſignandi licentia, ut boc Deus, boc natura fecerit potius, quam aut omnia Deus, quod negatis, aut omnia natura?* Denique, ne omnia tranſcribamus: *Venit in contentionem*, inquit, *ſit probabilius, deosne immortales, rerum omnium praeſtantia excellentes, concurſare omnium mortalium, qui ubique ſunt, non modo lectos, verum etiam grabatos, & cum ſtertentes aliquos viderint, objicere bis quaedam tortuoſa & obſcura, quae illi exterriti ſo-*

mnio

mnio ad conjectorem mane deferant; AN NATURA FIERI, UT MOBILITER ANIMUS AGITATUS, QUOD VIGILANS VIDERIT, DORMIENS VIDERE VIDEATUR? (*a*) Haec & plura alia, eaque perquam egregia, in diſputando adducit Cicero, quaeque & noſtra eo ſunt magis adtentione digna, quo magis nobis conſtat Chriſtianis, ea ipſa, quae in ſacris commemorata occurrunt paginis, vere divina INSOMNIA numquam fuiſſe, neque de quacumque re levi, neque omni tempore, neque ſine diſcrimine omnibus data, neque caruiſſe ſua, aeque divinitus ſuppeditata, interpretatione: Quod certe poſtremum ita verum eſt, ut interpretatio illa ipſo eventu comprobata, non quidem eo fine, quo fides habeatur inſomniis, ſed illa per quietem viſa tantum conceſſa, ut locum darent interpretationi, eſſe videantur. Nihil igitur ea ſtatuunt in contrarium nihilque plane officiunt, quo minus omnia in univerſum ſomnia rerum naturae effectrici accepta referantur.

UBI igitur erat Boxhornius, quid tum cogitabat, aut quid non penitus oblitus erat potius, ſeque ipſum quid eſſet, quum ex eo Chriſtianum fuiſſe colligeret Dionyſium, quod is ſomniorum vanitatem ac ſuperſtitionem confutaſſet: quaſi vero aut nulli umquam hac religione notati noſtratium, aut a nobis alieni omnes ei dediti fuiſſent? Cujus utriusque rei contrarium cum jam ſit ante a nobis demonſtratum, nos certe nihil amplius movemur, neque magis iri permotum haec noſtra lecturos confidimus, hominis verbis, quae ſcilicet iſta fuerunt: *Somniorum etiam vanitas indicatur Diſticho XXXII. ejusdem libri* (nempe II.):

Somnia ne cures. Nam mens humana quod optat,
Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

Sic quidem vulgo legitur. Mihi certum eſt, reſcribi oportere:

Somnia ne cures. Nam mens humana quod optat,
Dum *vigilat*, *ſpectat* per ſomnum *ſemper* id ipſum.

Sic commodus ſenſus erui poteſt, quem in vulgata lectione deſideramus. Pro vigilans, vigilat *habet liber noſter MS. Jam autem*

(*a*) Cic. Libro de Divinat. II. Cap. LX. LXI. LXII. & LXIII.

tem in divinationibus ex ſomniis incredibile dictu eſt, quam ſuperſtitioſae fuerint nationes. Paſſim ejus rei exempla atque teſtimonia occurrunt apud antiquos Auctores, quae ab aliis diligenter obſervata, hic repetere non eſt neceſſe. Porro quae de non caedendis victimis non ſemel hic inculcat auctor, CHRISTIANUM *eum fuiſſe probant.* Sed de his alias, ad Diſt. XIV. videlicet Libri IV. Hic vero vaticinatus eſſe videtur homo veridicus atque divinus ipſe ſibi. *Mihi* enim ait, *certum eſt, reſcribi oportere.* Atqui, uti *reſcribi* homini *oportebat*, ita & reſcriptum eſt, Eruditiſſimi ſtylo Cannegieteri, qui, Cap. XIII. Antizuerii ſui fere integro: „ Bonum factum! inquit, Boxhor„ nium credere, opem poſſe ferri libello Dionyſii ab arte „ critica; quae res arguit, opinione Boxhornii antiquio„ rem eum eſſe; ſi quidem rarus huic arti locus in ſcri„ ptoribus recentibus, qui a temporis longinquitate nihil „ detrimenti ceperunt. Ceterum eruditiſſimus Daumius, „ magno exemplorum congeſto acervo, docuit, idem de „ ſomniorum vanitate paganos ſcriptores monuiſſe, quae „ hic a Dionyſio monita videmus. Adde illorum nomini„ bus, ſi opus eſt, Ciceronem de Divinatione Lib. II. Cap. „ LVIII. " imo & ſequentia illud Capita, quorum ſupra vidimus partem, „ & Macrobium in ſomnium Scipionis L. I. „ Cap. III. neque quidquam adtinet commemorare plures: „ ſi quidem, ut puto, nemo ambiget, quin de incerto „ ſomniorum eventu longe plura monuerint pagani, quam „ rerum divinarum, i. e. veteris novique foederis Scripto„ res. Ex Chriſtianis autem, qui illis Scriptoribus poſterio„ res ſunt, inſomniorum praeſagia non tantum probat Sy„ neſius in Libro, quem de inſomniis ſcripſit, ſed & artem „ incubandi tradit; eamque ſibi teneri, filiisque tenendam „ praecipiendamque ſcribit, pag. 145. adde Nicephori Scho„ lia, pag. 405. ubi de diſcrimine ſomniorum & χρηματι„ σμῶν. Inter gentes vero quis ſaniorum ſcriptorum levita„ tem ſomniandi non exagitavit? Negat Quinctilianus Lib. „ IV. Inſtit. Orat. Cap. II. recte ab iis argumenta, aut ſal„ tem ſpeciem argumentorum peti adoleſcentibus in decla„ mando, quod *ſomniorum & ſuperſtitionum colores, ipſa jam* „ *facilitate, Auctoritatem perdiderunt.* Verum non ſatis habuit „ Boxhornius ſententiam Diſtichi ſollicitaſſe, voces etiam „ privas tentat, nam non placet illi lectio a Scriverio edita:

„ *Dum* VIGILANS *ſperat.*

„ Tametſi quid in ea eſt, quod jure reprehendi poſſit? re-
„ ſpondet huic quodammodo hoc mimographi:

„ *Amans quod ſuſpicatur* VIGILANS, SOMNIAT.

„ Magis etiam convenit hoc Terentii in Andria V. VI. 7.

„ ——— ——— ——— *ille ſomniat*
„ *Ea quae* VIGILANS *voluit.*

„ At vero quid alienius a codicum antiquorum conſpiratio-
„ ne, quam illa Boxhornii conjectura? Facile largior, le-
„ ctionem vulgatam vix commodam habere interpretatio-
„ nem, quae lectio haec eſt:

„ *Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,*
„ *Dum vigilat, ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.*

„ Quam & ſequitur Joannes Sariſberienſis Lib. II. Cap.
„ XVI. * Verum ea aut ex codice Scriveriano, — aut
„ facili alterius ſyllabae mutatione emendatur hoc modo:

„ ——— *Nam mens humana quod* OPTANS,
„ *Dum vigilat, ſperat.* ——— ———

„ Aut ita:

„ ——— *Nam mens humana quod optat,*
„ *Dum vigilat* SPERANS. ——— ———

„ Quae ipſa lectio etiam in Scriverii Editione reperitur
„ pag. 212. Hoc puto liquere, ſi unum ex tribus indicati-
„ vis in participium mutes, ſententiam exire idoneam, nec
„ opus eſſe duarum integrarum vocum immutatione. *Optare*
„ & *ſperare* quid differat, nemo ignorat". Haec ille.

CUJUS & nos ſecuti conſilium unum e tribus aut qua-
tuor illis verbis in participium inviti fere mutando, pri-
mum legentis ſenſui ita ſuccurrendum fore rati ſumus: qui
cetera & huic noſtrae lectioni, & emendationi noſtrae, inter
lectionis

* Neque etiam adeo prorſus eſt incommoda illa vulgata legendi ratio, ut defendi ullo modo nequeat. Cic. in Catilinam ait: *Abiit, exceſſit, evaſit, erupit.* Dum ita continuatam ejusd. ſignificat actionem, ut ea fere ſit continua & quaſi una eademque. Quid, ſi etiam hoc in actione continuum indicare voluit Auctor: Idem illud, QUOD OPTAT, SPERAT, DUM VIGILAT, DUM SOMNIAT. Quid, quaeſo, hic mali, aut inconcinni?

lectionis diverſitates ſupra propoſitae, ipſum illum vetuſtisſimum legendi modum longe praeferimus. Ne quid tamen deſit, etiam recentiſſimam omnium, & propterea ultimo loco ſervatam, Cel. Withofii, qualis ea, talem ad verbum proponimus conjecturam. ———

„ Cum *vigilans ſperat per ſomnum cernit id ipſum.*

„ Locus a Boxhornio inprimis vexatur, qui in ſuo MS. „ dicit extitiſſe *vigilat*, unde putat legendum eſſe: *Dum vi-* „ *gilat, ſpectat per ſomnum ſemper id ipſum.* Sed ut de muta- „ tione nihil dicam, quae tolerabilis eſſet, ſi ſimul neces- „ ſaria, ingrata κακοφωνία in vicinis verbis *vigilat ſpectat* „ diſplicet; diſplicet expelli verbum *cernit*, Auctori crebro „ uſurpatum; diſplicet ambigua verborum poſitio, dum „ verba *cum vigilat* ſic aeque, imo facilius in eodem verſu „ ad ſequentia referri poſſunt, quo tamen minime pertine- „ bant, quam ad praecedentem verſum. Denique ut hic „ *cernit id ipſum*, ſic Lib. I. Diſt. XXII. *perdit id ipſum* in „ clauſula dixit. Ceterum etiam Eraſmi Editio habet *vigi-* „ *lat ſperans*; ut appareat, in vicinis his verbis turbatum „ eſſe. Sed nota porro initiali quoque voce turbari, qui- „ busdam *Cum*, aliis *Dum* exhibentibus. Emenda minima „ & legitima cura:

„ *Somnia ne cures: nam mens humana quod optat,*
„ Aut *vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.*

„ Nil mollius hac Medicina, nihil juſtius ob literas initia- „ les tot vicibus obnoxias, nihil etiam jam ipſo Diſticho „ facilius ac rotundius optari poteſt; ut de ſenſu taceam „ recto, qui in vulgata lectione revera falſus erat". Haec ſenſu Viri Doctiſſimi. „ Neque enim optare & ſperare ſunt „ res actus unius, aut hominis ſemper ejusdem, ut dici „ rite poſſit, quod optat dum ſperat". Vera haec, neque etiam vigilare & ſomniare res ſunt praeciſe actus unius ejusdemque, ſed tamen, generalius loquendo, ſub ejusdem temporis rationem apte utrumque comprehendimus. Eodem tempore, quod quis per diem *optat*, *dum*que *vigilat*, *ſperat* (ita enim in vulgato legitur; non vero: *dum ſperat, optat*) id etiam facile noctu ſomniat, aut per quietem *cernit*. Itaque *falſum* omnino *ſenſum* ego quidem, *in vulgata* illa *lectione* non video. Sed pergit Clariſſ. Vir: „ Quam „ multa optantur, quae non ſperantur, aut ſperari poſſunt!

„ At illud aeque contingit, ut tam ea, quae optant homi-
„ nes, quam quae ſperant, eorum cogitationibus & menti,
„ dum vigilant, identidem obverſentur, & ſic facile, ut
„ Claudianus ait, ſopito corpore, ſenſibus in ſomno recur-
„ rant".

Nos unicuique lectorum eam eligendi libertatem, quam poſcimus ipſi, relinquentes, unicum adhuc aliquod, antequam peroremus, ſuperius jam dictis in fine ſubnectere conſultum duximus, de uno quodam Somnio, quod, utpote plane divinum, totumque admirabile, ab omnibus merito exciperemus reliquis, quae, Auctorem ſecuti noſtrum, ipſi paullo antea rejecimus. Illud vero unum, in quo ſunt omnia egregia, praeclara omnia, somnium, Scipionis eſt, a Cicerone nobis conſervatum. Sive enim totum huic Auctori inventorique tribuamus, ut is ſolus effinxerit atque exornaverit, ſuisque de Republica libris adornandis adhibuerit; multa tamen in eo inſunt, non ſolum quae Ciceronis, ſed & omnium ante ipſum Philoſophorum ſenſum ac percipiendi intelligendique modum longe ſuperant: Sive revindicemus ipſi Scipioni; at multo adhuc magis etiam de eo dicendum erit, quae in illo Somnio continentur, eadem captum hujus militis ingeniumque late transſcendere: Sive Laelio aliique Scipionis amico, qui ejus in gratiam liberalius multa, quam verius, concinnaverit, ſibique ab eo enarrata ſimularit; res vero ne ſic quidem difficultate carebit & diſſecatur potius, quam ſolvitur, nodus. Porro in eodem omnia deprehendas ſomniorum genera. Si tantum ut naturale ſpectes, & naturae effectrici acceptum referas; ipſe tibi hoc ingenue, noſtrique doctrinae Diſtichi congruenter, ita confitetur, ait enim occaſionem, quam ei Maſſaniſſa rex praebuerit, oppido fuiſſe naturalem: *Sermonem*, inquit, *in multam noctem produximus; cum ſenex nihil, niſi de Africano, loqueretur, omniaque ejus non ſolum facta, ſed etiam dicta meminiſſet. Deinde, ut cubitum diſceſſimus, me & feſſum de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior, quam ſolebat, ſomnus complexus eſt. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti: fit enim fere ut* cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno *tale, quale de Homero ſcribit Ennius, de quo videlicet ſaepiſſime vigilans ſolebat cogitare & loqui) Africanus ſe oſtendit.* Nihil hic praeter ordinem: Sed quam diverſiſſima ab his ea interiora ſomnii, quae ſequuntur,

tur, omnia! *Eſt* denique, ut Macrobius ait, loco ſupra in notis cit. Ὄνειρος, *ſecundum Graecos, quod Latini* Somnium *vocant. Eſt* ὅραμα, *quod* viſio *recte appellatur. Eſt* & χρηματισμὸς, *quod* oraculum *nuncupatur.* Et, pag. 9. Edit. Plantin. Somnium *proprie vocatur, quod tegit figuris & velat ambagibus* &c. *Hujus quinque ſunt ſpecies: aut enim* proprium, *aut* alienum, *aut* commune, *aut* publicum, *aut* generale *eſt. Hoc — omnes ipſius ſomnii ſpecies adtingit. Eſt enim* oraculum, *eſt* viſio, *eſt* ſomnium. *Ad ipſius quoque* ſomnii *ſpecies omnes refertur. Eſt* proprium, —alienum, —commune, —publicum, — generale. Sed tu, Lector, ipſe potius & in Cicerone lege; lege, ſi vacat, in Macrobio, & mirare. Reliqua autem qualiacumque

Somnia ne cures: Nam mens humana quod optat,
(Scilicet haec cupiens irrequieta manet:)
Et ſperat vigil, & per ſomnum cernit id ipſum.
Sic propriae mentem ludit imago Spei.

Des ſonges de la nuit ne t'embaraſſe guère:
Ne fonde point ſur eux d'eſpoir à ton reveil.
Ce que l'homme déſire, & tout ce qu'il eſpere,
Il croit le voir dans le ſommeil.

FINIS HISTORIAE CRITICAE LIBRI DISTICHORUM SECUNDI.

DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM.

LIBER III.

PRAEFATIO.

Hoc quicumque voles carmen cognoſcere, Lector,
Quum praecepta ferat, quae ſunt gratiſſima, vitae
Commoda multa feres. Sin autem ſpreveris illud,
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.

HOC EST, Prooemii loco: Absque ratione bene vivendi vita non eſt vita, ſed ſimulacrum mortis. Hoc carmen utiliſſima vitae praecepta tradit, ſi ſtudeas agnoſcere. Sin ſpreveris, te ipſum contemſeris, non ſcriptorem, ſiquidem tua res agitur, non illius.

ERASMUS,

qui cum ſequente I. h. L. Diſticho, ut plures & fecerunt alii, connectit.

QUUM *praecepta ferat*,] Ita ex Pithoeana editione Scaliger. Vulgatae: *Haec praecepta feres.* Idem hunc prologum, male antea ſex verſiculis conceptum, hoc modo ſuae menti reſtituit. OPITIUS.

Edidimus, ut erat in Leidd. tribus (Codd.) reliquisque conlationibus omnibus. O. ARNTZENIUS.

Cui & nos adſtipulamur, praeterquam in *velis*, quod habet ille v. 1.

HOC

ΚΑΤΩΝΟϹ ΡΩΜΑΙΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΔΙΣΤΙΧΟΙ,

ΜΕΤΕΝΕΓΚΑΝΤΟϹ

ΑΥΤΑϹ ΕΙϹ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΔΙΑΛΕΚΤΟΝ ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΟϹ δὴ ταῦτ' ἔπεα ξυνετῶς ποθέεις ἀναγνῶναι;
Τάς δ' ΥΠΟΘημοσύνας μετιὼν, ὄΦΕΛος ΒΙΟυ οὔσας.
Ἔνθεν δὴ ΠΟΛὺ κέρδος ἀποίσεαι· ΕΙ Δ' ἀμελήσεις,
ΟΥκ ἐΜΕ ΤΟΝ γράψαντα, ΣΕαυτὸν Δ' ΕΞΑΘΕΡΙΣΣΕΙϹ.

Hoc *quicunque velis.*] Hic Prologus in omnibus tam excuſis, quam ſcriptis, ſex verſiculis conceptus eſt. Sed auctor quatuor tantum verſiculorum fecerat. Nam tertius & quartus componunt primum Diſtich. h. L. Et mirum, nemini de hac trajectione oboluiſſe.

Quum

Quum *praecepta feret.*] Ita emendatiſſime in Pithoeana. Vulgatae: *Haec praecepta feres.* Quae interpolatio nata eſt ex illo Diſticho inſititio, de quo proxime monuimus, ut ſcil. cum ſequentibus cohaerere poſſet. Quo facto ne ſic quidem correctores efficere potuerunt, ut haec bene coaleſcerent. Detrahe igitur Diſtichon; videbis omnia perſpicua & commodiſſimae ſententiae. Vetuſtiſſima eſt illius Diſtichi in illum prologum inſitio, quales multas easque immanes in Manilio, Tibullo, & Propertio deteximus adverſus Paedagogorum & Simiarum ſtomachum.

Scaliger.

CONTENTI SUMUS HOC CATONE NOSTRO:
Aſperum vero hunc & ſuperbum, quisquis fuerit, Prologorum ſcriptorem, eadem opera, qua is avertere omnem a ſe contumeliam adnititur, lectores ad juſtum ſui contemtum temerarie nimis provocantem, ſine detrimento vel utiliſſimorum horum carminum, quibusque ea praeceptis abundant, vel eorum Auctoris, vel noſtro, omnino ſpernere ac rejicere audemus. Cujus rei cauſſam jam pone Praefationem II. Libro praetextam ſatis, credo, ample expoſuimus. Nihil proinde nobis hic dicendum reſtat, niſi, id eſſe dolendum, arrogantem huncce ſcriptorem, dum ſe quaſi tecto credit latere tutiſſimum ab omni ignominia futurum, quoad ipſi, ſocio atque comite itineris incedere ſplendide licuerit Catonum aliquo, eo tamen ipſum in cauſſa fuiſſe, ut egregius hic Auctor paullatim ſenſimque multis in contemtum abierit. In eo ſimilem homini alicui nequam ac nullius plane frugis, qui graviſſimis ſe, per aliquod tempus, ſodalem viris obtrudit, eorumque contubernio ſuam ipſe obtegit nequitiam, donec ea ſemel deprehenſa atque agnita etiam in illorum vertatur opprobrium, qui, inviti licet, ipſique primum fraudibus circumventi, hominem aliquamdiu in conſortium admiſerint. Ita quoque hae miſerae rerumque prorſus inanes Praefatiunculae inſonti ipſi Diſtichorum Auctori ab inconſulto quidem, ſed in litteratorum republica non infimi nominis, Boxhornio, tam diri triſtem adtraxere judicii ſuſtinendam immerito notam, qua ille melius, alieno ornatu ſuperbiens, tamquam Phaedri graculus, mulctatus fuiſſet. Jam vero ecce, quid recentior aliquis inter Gallos Scriptor, nec ipſe ignobilis, & nobiliorum ſe virorum minime rejiciendarum collector editorque ſententiarum, de converſa penitus, etſi praepoſtere, in Catonem omnia alia promeritum, Boxhorniana ita ſcripſerit invidia, Vignolius nempe Marvillanus, apud quem haec ipſa leguntur verba *:

§. Diſticha Catonis. *On a autrefois plus conſidéré ce petit livre, qu'on ne fait pas aujourd'hui. Mathurin Cordier, célebre Grammairien du dernier ſiécle, en fit une verſion françoiſe, jointe au latin, qu'il adreſſa à Robert Etienne, afin de l'imprimer pour*

* *Mélanges d'Hiſtoire & de Litterature. Recueillis par M. de* VIGNEUL-MARVILLE. *A Rotterdam chez Elie Yvans. 1700. Tom. I. pag. 56.*

pour l'inſtruction de la jeuneſſe. Le fameux Mr. Loiſel Avocat au Parlement de Paris, faiſoit tant de cas de ces Diſtiques, qu'il en fit faire une nouvelle édition en faveur de ſes enfans, ſur ſa reviſion. Il les tourna en vers françois, avec quelques autres ſentences morales, qu'il avoit recueillies des Anciens.

Je ne ſai ſur quel fondement de certains Critiques prétendent, „ que les Diſtiques de Caton ne ſont point de cet ancien „ Romain, mais de quelque DEMI-CHRETIEN, qui „ s'eſt couvert de ſon nom". (Ecce propriam ipſamque noſtri ſententiam adverſarii, cui, Boxhornio puta, id primum in mentem venit: Diſtichorum horum Auctorem fuiſſe, neſcio quid monſtri: SEMICHRISTIANUM, cujus tamen opinionis φάντασμα ex eo tempore miris modis infeſtavit & alios, unde ortum paullatim traxit ille Gnomologi contemtus, de quo, jure conqueritur optimo, hic Auctor Gallicus.) *Je ſerois*, inquit is porro, *plûtôt de l'avis de ceux, qui penſent, que ce petit ouvrage eſt véritablement de Caton; mais qu'il a été corrompu par l'ignorance des Copiſtes, comme beaucoup d'autres livres de l'antiquité.*

Ce fut ſur les Diſtiques de Caton, *que Mr. de Pibrac ſe forma pour compoſer ſes admirables Quatrains*, qui ont été ſi long-tems entre les mains & dans la memoire des enfans, & qui en ſont aujourd'hui échapés, par le* MEPRIS *que l'on fait des bonnes choſes, quand elles commencent à vieillir dans la maniere & dans les expreſſions. On a traduit ces Quatrains en Latin plus d'une fois; mais cela n'a point ſervi à les remettre en vogue.*

MERITO hic notat Eruditorum, in eodem argumento, pro temporum morumque diverſitate, diverſiſſima ſaepe judicia. Sed nos, ne de eo, quod noſtrum nunc eſt, in omnia alia abeamus, videbimus, quomodo puſillum temporis intervallum ſuffecerit ad propagandum latiusque diffundendum eumdem illum Boxhornii errorem, immo ad alium quoque ex alio errore progignendum. Boxhornio, & adhuc dubitanti, *ſemichriſtianus* modo, ad ſummum, Cato fuit. Jam vero Adrianus Bailletus, qui ſe ipſe profitetur non ſua, ſed ſibi cognita JUDICIA interque *Eruditos* homines recepta,

* Quae PIBRACII *Tetraſticha* pariter ac *Diſticha* CATONIS, ſingula totidem expreſſit verſibus Germanicis MARTINUS OPITIUS, omnium per Germaniam Poëtarum princeps.

recepta, omniumque veluti conſenſu ſtabilita, in lucem velle edere ac promulgare; is igitur tot aliorum, quaſi nimio pondere praegravatus judiciis, ſuique, ſi quod habuit, jacturam faciens, non addubitat amplius; non *ſemichriſtianum* porro in Catone, ſed purum putum invenit ac deprehendit *Chriſtianum*, in hoc eorum nixus teſtimonio, qui quantum ſibi videbatur, ante alios pollebant judicio. Vide, adi, lege hominem in Catone, Tom. III. Editionis Amſtel. anni CIↃIↃCCXXV. pag. 175. *Les plus judicieux*, laetare, umbra Boxhornii, quanto non mactaris encomio! *eſtiment que c'eſt l'Ouvrage d'un Chrétien (que les Diſtiques Moraux.)* &c. Quam vero coeco venerationis & obſequii cultu idem Judiciorum Scriba hunc Criticum noſtrum proſecutus fuerit Boxhornium, ex alio conſtat exemplo, quod, ſane, aperiendo ipſi oculos, prae nimio in hunc favore clauſos, maxime idoneum eſſe potuiſſet. Sed fruſtra. In Michaële enim Hoſpitalio, illo Galliae, dum viveret, decore & praeſidio, Tom. IV. Judiciorum (*Jugemens des Savans*) pag. 93, ita ſub finem de eo lati Judicii, perorat: *Et quoique nous ne vouluſſions pas nier, qu'il n'y eût un peu de flaterie ou de prévention de faveur dans le jugement de ceux, qui l'ont eſtimé* (à ſavoir le Chancelier de l'Hôpital) *comparable aux Anciens; il faut néanmoins que ſes Pièces ayent quelque goût de l'Antiquité, pour avoir* ſu impoſer A UN AUSSI BON CONNOISSEUR, qu'étoit le Critique MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS, qui *corrigea & commenta une Satire* De Lite, *qu'il croyoit ancienne, & qui néanmoins eſt de ce Chancelier, comme nous l'apprend Mr. Colomiez.* Ad verba, quae nos majuſculis deſcribi curavimus litterarum typis, Bernardus de Moneta (*de la Monnoye*) Vir haud vulgaris Litteraturae, idem inſignis quondam Baylii amicus, hanc in notis merito ſubjungit correctionem: *Gratis adſeri a Bailleto, neque ſatis adhuc eſſe comprobatum, Boxhornium talem fuiſſe, qualis haberetur ab ipſo; quin & hoc ipſum, quod adlegaverit, exemplum oſtendere prorſus contrarium.* Verba illius haec ſunt: „ *C'eſt la* „ *queſtion.* Boxhornius *n'a jamais paſſé pour tel. Henri Etienne* „ *l'avoit induit en erreur. Voyez là-deſſus la curieuſe note de* „ *Jean Albert Fabrice pag. 676. de ſa Biblioth. Latine de* „ *l'édit. de* 1708". Ecce tibi jam penitus corruptum nimio favore faſcinatumque Judicem! Ipſe enim nobis ille narrat Adrianus, quam praepoſterus fuerit in judicando Zuerius, dum recentiſſimum aliquod ſcriptum, pro genuino Antiqui-

tatis

tatis Romanae monumento non ipſe modo agnoverit, ſed & omni ſtudio venditaverit aliis. Idem ergo ADEO EXCELLENS nobis erit per omnia CRITICUS, idem tam conſtans, tamque irrefragabilis Antiquitatis aeſtimator, ut quem ipſe non in antiquiſſimorum admiſerit Auctorum ordinem, ſtatim aeſtimio ſuo locoque propterea ſit movendus! Ita placuit Arbitro, an Dictatori dicam? Sed nonne qui tam turpiter falſus erat, in recenti auctore, quem ille vetuſtum putaverat, falli etiam potuit, immo non potuit non, homo nimis indulgens ingenio ſuo, in antiquiorum aliquo, in Catone noſtro, quem nimirum recentiorem, quam revera eſt, quem Chriſtianum fuiſſe arbitrabatur? Melius, contra, quem diximus, V. Cl. Moneta judicavit, qui ſuis in notis ad Bailleti Catonem, fieri non poſſe, ut Chriſtianus fuerit Noſter hic, ſatis luculenter demonſtravit. In quo tamen & ipſe aliquid fuerit humani paſſus, iſtud hinc ad paginae marginem, cum bona Lectoris venia, removemus *.

CERTE

* *A la ſuite de ces paroles du texte de* BAILLET, *Tom. III. p.* 175. On n'a peut-être point eu plus de raiſon de les donner (*les Diſtiques*) à un Dionyſius Caton, que les Critiques ne connoiſſent que fort imparfaitement. *Voilà la note de* Mr. DE LA MONNOYE: „ SIMEON DU BOIS, Si-
„ meo, *ou comme d'autres le nomment*, Simo Boſius, *Lieutenant Genéral de*
„ *Limoges, célebre par ſon Commentaire ſur les Epitres de Cicéron à Atticus, avoit*
„ *un très-ancien manuſcrit, qui ſous le titre de* DIONYSIUS CATO AD FI-
„ LIUM, *contenoit, non pas les Diſtiques vulgairement dits de Caton, mais la*
„ *proſe, qui dans toutes les éditions eſt à la tête de ces Diſtiques, ſavoir la Préface,*
„ Cum animadverterem, *& les petites Sentences:* Deo ſupplica, Parentes
„ ama. &c. *au nombre de* 56. ELIE VINET *dans une de ſes notes ſur l'Idyle*
„ *de ſon Auſone intitulée* Roſae, *dit avoir vu ce manuſcrit* Viſendae antiqui-
„ tatis, *que du Bois lui-même lui avoit montré. Onze ans après la mort de Vinet*
„ (NB) JOSEPH SCALIGER, *qui avoit traduit en vers Grecs les Diſtiques*
„ *de Caton, voulant publier cette verſion, auſſi bonne, pour le dire en paſſant,*
„ *qu'eſt mauvaiſe celle de Planudès, eut occaſion de parler du manuſcrit de du Bois.*
„ *Il en parla,* (vid. ſupra pag. 3. in notis ad Titulum) *mais ne ſe ſouvenant*
„ *pas, que Vinet avoit obſervé, que les Diſtiques n'y étoient pas, il aſſura qu'ils*
„ *y étoient, & ſur cette Idée les fit imprimer à Leyde en* 1598. *avec le titre de*
„ DIONYSII CATONIS Diſticha de moribus ad filium, *qu'il atteſta être*
„ *ainſi conçu dans le manuſcrit de Limoges. Les gens de Lettres s'en ſont fiés à*
„ *Scaliger, & on l'en croit encore aujourd'hui, comme s'il avoit parlé* de Viſu.
„ *A l'égard de l'ancienneté de ces Diſtiques, il en mettoit l'époque du tems à*
„ *peu près de Commode ou de Sévére, & ſa raiſon étoit que Vindicien, Médécin de*
„ *Valentinien I. n'auroit eu garde de citer, comme il a fait dans une Epitre*
„ *qu'on a de lui à cet Empereur, un vers de ce Caton, ſi dès ce tems-là l'Au-*
„ *teur du vers n'avoit déja paſſé pour ancien. Cette Epitre ſe trouve dans la Col-*
„ *lection médecinale de Marcellus nommé* Empiricus. *Vinet depuis* (N B.) *à l'ex-*

„ *emple*

Certe talis non erat, tamque ſide dignus, in judicando de Auctoribus ſive veteribus, ſive etiam recentioribus, Boxhornius, ut ejus judicio, ne dicam per omnia, at ſaltem in plurimis, aut pleriſque, tuto liceat adſurgere. Quem conſtat ibi etiam, ubi Hiſtoricum agit, plura ſaepius finxiſſe, addidiſſe, transpoſuiſſe, permutaſſe pro lubitu, ex ingenio ſuo. Qui praeteritorum temporum res, nulli ante ipſum cognitas, & quarum nulla extant aliorum in ſcriptis monumenta, tam vividis depingit coloribus, ac ſi ipſe iis interfuiſſet gerendis, nullius tamen umquam teſtimonio innixus, nec omnino ulla in medium adducta auctoritate, praeterquam ſua. Ita nobis praeſentem ante oculos in Hiſtoria univerſali, inde a fol. 953. & ſeqq. (Edit. 1652.) ſiſtit Laurentium Vallam, modo in ſacerdotum corona, modo cum juris peritis, de divinis atque humanis juribus diſputantem atque altercantem, jamque proſpero, jam dubio decernentem Marte, jam inaequali certamine fere proſtratum, jamque ſibi inimicos audacter provocantem ac ſua ſponte laceſſentem quoque. Singula verba notat, nimis ſedulus Auditor: Nihil ipſum effugit; ſed & probat nihil. Omnis unice penes ipſum fides eſt. Αὐτὸς ἔφα. Quis dubitare auſit? Sed, quod maxime mirum, poterat Valla in hunc regerere, quod, in Phaedro, lupo

Reſpondit agnus: Equidem natus non eram.

Nam tantas res geſſit ille, cum nondum viveret. Vid. Baylium, in Valla pag. 419. b. Tom. IV. Dictionar. Crit. qui fideliſſimae ſuae hujus facti expoſitioni ſub finem haec merito ſubjungit:

Je trouve deux fautes dans ce long narré de Boxhornius; *l'une, qu'il applique ces choſes à l'an* 1411. *antérieur à la naiſſance de Laurent Valla, l'autre, qu'il ne cite aucun Auteur.*

Quis igitur in tali homine, inque ingenio tam feraci novarum

„ *emple de Scaliger, employa contre Baptiſta Pius, comme nous le dirons plus bas,* „ *ce Paſſage de Vindicien, que Simler dès l'an* 1555. *vingt ans avant Scaliger,* „ *avoit indiqué, dans ſon Abregé de la Bibliothèque de Geſner, au mot* Catonis „ Diſticha".

Quomodo hic cohaereant, quae de Vineto ſupra & deinde infra ſcripta ſunt, non video. Niſi forte poſterius ita legendum ſit: Vossius *depuis, à l'exemple de Scaliger*, & ſic verum eſſet.

varum rerum, ſed quae nuſquam gentium exiſtunt aut extiterunt, judicii requirat ἀκρίβειαν? Annon iniquus ipſi, dum hominem nimis laudat, nedum aequus ſibi, aut Lectoribus, erat Bailletus?

Hanc errorum Hiſtoriam in iſtarum aliqua Praefatiuncularum, ut quae & anſam praebuerunt illis, contexere, quam ad ipſa Diſticha referre maluimus, quae ut numquam cum iſtis permiſta confunderentur, optandum, ſane, fuerat. Ceterum praeter ea, quae ſupra jam dedimus ad Praefationem Libri II. ex refertis omni eruditione Reſcriptis Cannegieteranis, inde a pag. 175. & ſeqq. hujus noſtrae Hiſt. Crit. quaeque etiam ad omnes haſce pertinent & ab ipſorum Auctore eliminatas merito Praefatiunculas, hujus praecipue nunc loci eſt, ea referre pariter, quae de praeſenti Libro praemiſſa Tertio, in medium adferre viſum eſt Celeb. Teutoburgenſi Profeſſori, Withofio, in laudata ſaepius Diſſertationum ſuarum huc ſpectantium altera. Inquit ergo is:

„ *Ad Librum Tertium Diſtichorum moralium accedimus, & „ quo magis progredimur, tanto magis memorabilia occurrunt. „ Praefatio hujus Lib. III. haec eſt:*

Hoc quicunque voles carmen cognoſcere, Lector,
Quum praecepta *ferat*, quae ſunt gratiſſima vitae,
Commoda multa *feres*: ſin autem ſpreveris illud,
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.

„ *Quis non offendatur inepta & inconcinna iteratione verbi* ferat, „ feres *in vicinis verſibus? Olim etiam utrobique* feres *legebatur, donec Scaliger ex Pithoeana Editione, pro aliorum Librorum* Haec praecepta feres, *introduceret:* Quum praecepta ferat. *Sane fruſtra. Neque enim repetitio ejusdem verbi hic tolerari poteſt. Olim hic mirae ſunt turbae factae. Duo enim verſus, qui mox primum Diſtichon conſtituunt, huc intruſi erant, quam trajectionem Scaliger primus bene emendavit; ſed Praefationem ipſam reliquit maculatam. Multum primo me torſit hic locus, tam alioquin perſpicuus, donec animadverterem, prorſus hanc jactantiam ab Auctoris mente & conſuetudine alienam eſſe, ut de ſuis tam tenuibus Diſtichis, tanquam de capitali Opere promitteret lectori ingentem utilitatem, ſcriberetque:* „ Commoda multa feres. *Non ſolet ita aliis locis, quae mox videbis. Tu modo, cum videris in Editionibus antiquis eſſe:* „ Haec praecepta feres, *prius feliciter ſic mecum emenda:*

Hoc

Hoc quicunque voles carmen cognoſcere, Lector;
Tot praecepta *ferens*, quae ſunt gratiſſima vitae,
Commoda multa *leges*: ſin autem ſpreveris illud,
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.

„ *Jam ſenſus & mens plane alia eſt. Vox* Commoda *non eſt* „ *ſubſtantiva, ſed adjectiva, quo pacto longe modeſtior eſt oratio.* „ *Multa, inquit leges, quae commoda, utilia, & forſan tibi,* „ *Lector, profutura ſunt; qua ratione quaſi tacite concedit,* „ *fieri poſſe, ut quaedam levioris momenti etiam reperiantur. Sic* „ *pari modeſtia in Praefatione Libri IV. ſcribit* Invenies ali- „ quid; *concedens nempe, omnia non paris eſſe pretii. Sic in fine* „ *totius* Opuſculi brevitas ſenſus *adſcribitur his Diſtichis, i. e.* „ *tenuitas ſapientiae vel doctrinae; ubi infra plura dicentur. Et* „ *jam omnia ſunt nitida ac decora. Facile* Tot *in* Haec *fuit* „ *corruptum ob ſimilitudinem vicinae vocis* Hoc. *Facile ex ab-* „ *breviata ſcriptura verbi* ferens *eſt* feres, *& adhuc pejus* ferat „ *procuſum. Facile denique ex genuino* leges, leces *illud ine-* „ *ptum* feres *fabricatum*". Et quae ibi ſequuntur reliqua ad Sammonicum potiſſimum ſpectantia. Cujus porro cum his Vir Doctiſſ. comparat verſum de Medic. XXII. 2.

At nos pauperibus praecepta feramus amica.

Semper & ubique MODESTIA placet: & nos etiam hanc, licet commodatam Prologorum auctori, laudamus mode- ſtiam. Verum tunc, noſtro quidem ſenſu, non cohaeret cum reliquis: Namque de novo ſtatim ſua ipſum prodit arrogantia, veluti pelle tectum leonina ſuae aſellum auri- culae. Denique quis proprie *grata* dicat *vitae*, aut *gratiſſima*, ſevera morum *Praecepta*? Semper ea aliquid prima fronte ſecum ferunt injucundi, ſed quod utilitate compenſetur. Hanc igitur ex alienis promittit divitiis inops rerum ipſe Prologus, dicitque: COMMODA *vitae multa feres*. Ergo rei ſubſtantia, quam pollicetur, omnino in emolumento verſa- tur, cui ita acriter fortiterque inhaeret, ut prorſus dixiſſe non dubitet, ſibi ipſi eum eſſe nociturum, *qui iſtud* com- modi *neglexerit*. Talis vero paedagogus, durus, incommo- dus, rigidus, ut recte ſentit laudat. Withofius, non erat Cato noſter, neque eum his moribus praeditum ſubagreſti- bus fuiſſe, reliqua ejus demonſtrant omnia. Nihil igitur eſt, quod haeſitet amplius V. Cl. harum ineptiarum vel minima ſuſpicione penitus liberare Auctorem noſtrum. Etiam in arte critica

Cuncta

Cuncta prius tentanda : Sed inmedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Luſimus tamen & nos, ut alibi, his Prologi verbis, tamquam mero luſu, atque ſic Poëtae male ſedulo pro nugis nugas, proque numeris numeros, pro verbis verba reponenda ae rependenda fuiſſe putavimus.

Hoc quicumque voles Carmen cognoſcere, Lector,
Quod nimius non eſt evoluïſſe labos.
Quum praecepta ferat, quae ſunt gratiſſima, morum;
Deditus his, vitae Commoda multa feres.
Elige, ſi qua placent. Sin autem ſpreveris illud,
Haud mea res agitur, ſed, mihi crede, tua.
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.
Per me nempe licet: Neglige, vive, vale.

De lire cet écrit toi qui conçois l'envie,
Si tu veux chercher dans ces vers
Les moyens de goûter les douceurs de la vie,
Dans ce que j'y préſcris ils te ſeront offers.
(Nourris bien ton eſprit de ces ſages ſentences,
Et pour les retenir fais un louable effort:
La vie oiſive & ſans ſciences,
Qu'offre-t-elle, ſi non l'image de la mort?) *
Tu peux en retirer un très grand avantage.
Loin de les mépriſer, profites-en, croi moi;
Car le refus d'en faire uſage,
Ne ſauroit me bleſſer, & n'offenſe que toi.

* Invenit hic Metaphraſtes, in ſuo Cod. ut jam ante eum plures etiam alii, primum hujus Libri Diſtichon: *Inſtrue praeceptis animum* &c. inter bina hujus Prologi ſcriptum Diſticha medium. Quod tamen non obſtitit, quo minus, ad noſtri temporis morem, ſuoque idiomate, iſta egregie expreſſerit. Videant jam antiquorum contemtores Auctorum, quantum lucis vel ipſae Antiquitatis quisquiliae, quales eſſe hosce Prologos ſupra oſtendimus, iis etiam adhuc poſſint affundere, quae ſecundum noſtri genium ſaeculi ſunt prae ceteris eximia atque admiranda. Quid demum non illa facerent, cum noſtris comparata, quae, in ipſo illius flore aetatis, praeclara quondam fuerunt!

LXXII.

LXXII.

Inſtrue praeceptis animum, nec diſcere ceſſes:
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago.

Hoc eſt: Abſque ratione bene vivendi, vita non eſt vita, ſed ſimulacrum mortis.

Erasmus.

Ut ſupra vidimus, in prooemio: Nam huc illud pertinet.

Nam *ſine doctrina*] Optime Poſidonius apud Senecam, Epiſtola LXXVIII. *Unus dies hominum* eruditorum *plus patet, quam* imperiti *longiſſima aetas.*

Opitius.

Quod verus Elegantiarum arbiter Erasmus, alio in loco dixerat, (vid. nobis pag. 146.) *Nihil hoc Diſticho elegantius fingi potuit*, idem illud in hoc mihi, ſi non magis etiam, certe non minus, quadrare videtur. Verum haec Diſtichi, quod nunc ſpectamus, elegantia non primi cujusque obiter illud intuentis feriet oculos: Paullo altius eruendus integer ejus ſedulaque adtentione ſenſus eſt in lucem ponendus; paullo curatius operoſiusque expedienda ejus atque explicanda concinnitas; quam vero ſimul adſecutus fueris, non poterit non in ſui te ea rapere admirationem. Elegans utique, nemine contradicente, hoc praeceptum eſt, ſi vel id dixerit tantum, quod vulgo dicere creditur, nempe: Incumbendum eſſe in doctrinae ſtudium, in litteras, in bonas ingenuasque artes, coeptoque ſemel earum curriculo acrius etiam alacriusque inſiſtendum, ut indies magis magisque, in iſto eruditionis ſtadio, proveharis ulterius, tandemque, ſi res ſinant humanae, ad ejus quoque metam pertingas. Quo ut ardentius totisque viribus contendas, recte Seneca tibi monitor inſtigatorque advocatur: *Otium* adfirmans *ſine litteris eſſe mortem.* Et Poſidonius, adſtruens praeterea, *Unum diem plus patere* Erudito, *quam* litterarum rudi *aetatem* quamvis *longiſſimam.* Sed Noſter id jam alio

72,

Σὸν ΡΥΘΜΙΖΕ διδάγμασι ΝΟΥΝ, καὶ μή ΠΟΤΕ παύσῃς·
ΕΙΚΩΝ ΓΑΡ θανάτου, βίος ΑΜΜΟΡΟΣ ὢν διδαχάων.

INSTRUE *praeceptis animum.*] Hoc, ut indicavimus, eſt primum Diſtichon hujus libri. Quis tam a Vero averſus, qui aliter ſentiat? SCALIGER.

Infra L. IV. D. XXVII. *Diſcere ne ceſſa.* Vid. Theod. Eberti Electa Hebraea Sect. XLII. 2. p. 254. DAUM.

SINE *doctrina vita*] Seneca, Ep. LXXXV. *Otium ſine literis mors eſt, & vivi hominis ſepultura.* Adde Horat. Lib. I. Ep. II. v. 35. Sall. Catil. Cap. I. O. ARNTZENIUS.

Hinc Ariſtoteles rogatus, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων; ὅσῳ (εἶπεν) οἱ ζῶντες τεθνηκότων. *Quo differrent docti ab indoctis? Quo*, inquit, *viventes a mortuis.* Ex Laërtio WACHIUS.

alio loco, aliis verbis, Diſticho nimirum eo urget, quod proximum eſt ultimo:

Quum tibi contigerit, ſtudio cognoſcere multa,
Fac diſcas multa & vita neſcire doceri.

Nihilque adtinet, ut ipſi hos bis eum eadem dixiſſe arguamus, cujus in nos eam defendendam adverſum alios cauſſam ſuſcepimus. Itaque elegantius adhuc, & ſublimius, requirere ſuper omnia *animum* ad bonarum artium palaeſtram, conciperetur Auctor. Ut qui diceret: ANIMUM praecipue dirige atque omni cura intende ad univerſam illam, quae praeceptis traditur, inſtitutionem: Ita fiet, ut tam facile *non ceſſes* a coepto ſemel *diſcendi* ſtudio, cum tibi ſit *animus in litteris.* Quod etiam caput eſt rei & faſtigium. Animus eſt ſtudiorum anima. Qua ſine ut nulla omnino vita eſt, ita nec in doctrina vigor, niſi adſit animi intentio, cura, ſolicitudo. Sed neque hoc ſufficit: nam & ipſum alio continetur Auctoris noſtri carmine, XXVII. puta Diſt. Libri IV.

Diſcere ne ceſſes: CURA *Sapientia creſcit.*
Rara datur longo prudentia temporis uſu.

Accedimus tamen ita propius ad verum ſenſum: ſed & altius ulteriusque eo enitendum nobis eſt. Elegantiſſimus vero ſimul & utiliſſimus, & ab omni parte perfectiſſimus hic eſt: ANIMUS eſt, ante omnia, PRAECEPTIS omnibus, omni noſtra & ſpeculatione & ſtudio juvandus, ſuſtentandus idem ac denique exornandus. Haec univerſae ſcientiarum Encyclopaediae, haec omnis inſtitutionis ſumma, haec totius ſtudiorum humanitatis artiumque decurſus meta & finis;

HIC TERMINUS ESTO.

INSTRUE ergo Artibus ANIMUM, ut ſit ille revera INSTRUCTUS ab omni ſibi neceſſaria, in propoſita tibi virtutum omnium adquiſitione, ſupellectile: INSTRUCTUS ut ſit ab armis, ad arcenda quaelibet propellendaque procul abs te vitia: Paratus denique & munitus, omni vitae beatioris adipiſcendae INSTRUMENTO. Haec demum appellanda vere DOCTRINA eſt, ea tibi quae praeſtat. A qua ADDISCENDA, quoad vixeris, NUMQUAM tibi CESSANDUM erit. NAM VITA, SINE hac DOCTRINA, & DOCTRINAE VITA contraria, nec eam, in omni re, aut agenda, aut fugienda, fideliter exprimens DOCTRINAM, ea NON VITA EST; ſed MORS. Quod enim VITA eſt, *ſine anima*, id pariter VITA erit *ſine Animo Doctrinae praeceptis inbuto* atque *inſtructo*; ſed VITA, MORTI *ſimillima.* Da igitur, non congruentem atque inaequalem verbis vitam agi, & ſejunctae a ſe erunt invicem DOCTRINA & VITA. Ibi namque & *ſine vita, doctrina*, & SINE DOCTRINA, VITA EST, ſed, Catone teſte, eadem

QUASI MORTIS IMAGO.

NEC dubium, quin haec fidiſſima pariter atque certiſſima Sententiae ipſius ſit expoſitio. Nam eamdem & ipſe ſupra jam prodidit verbis Diſtichi XXX. Lib. I.

Quae culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe:
Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.

Niſi quod hic ad vitam verbis & doctrinae parem inſtituendam hortator ſit; ibi ab ejus contrario graviter non minus, quam ſuaviter, dehortetur.

HIC igitur maxime cum Epicteto dicendum (Enchir. Cap.

Cap. LXXV. toto) : Ἐς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλῃ, τὸ τῶν βελτίςων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιροῦντα λόγον; ΠΑΡΕΙΛΗΦΑΣ ΤΑ ΘΕΩΡΗΜΑΤΑ, οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ ΣΥΜΒΕΒΛΗΚΑΣ; Ποῖον οὖν ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, [ἣν] ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος. Ἂν τοίνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις, καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. Ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, καὶ προκόπτοντα, καὶ πᾶν τὸ βέλτιςον φαινόμενον, ἔςω σοι νόμος ἀπαράβατος. Κἂν ἐπίπονόν τι, ἢ ἡδὺ, ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον προσάγηται, μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεςι τὰ ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔςιν ἀναβάλλεσθαι· καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων, ἢ τῷ λόγῳ. Σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν. H. e. *Quo te usque differs, ut jam te aliquando dignum bis, quae optima ſunt, putes: neque uſquam transgredi haec ſtatuas? & nullatenus diſtinctionem rationis violare?* ACCEPISTI *tradita tibi* PRAECEPTA, *quae vero &* AMPLECTENDA *fuerant; An tu ea igitur animo* AMPLEXUS *jam* ES? *Qualem ergo doctorem porro expectas, cujus in adventum tui correctionem adhuc differas? Non jam adoleſcens es, ſed matura aetate vir. Quodſi igitur jam neglexeris & ceſſaris, ac ſubinde morae moram, propoſito propoſitum adjunxeris, quodſi diem de die termino adjeceris, quo praeterlapſo tibi te melius proſpicere ſtatueras, jam tu non profeceris, ſed defeceris atque unus de multis vivus moriensque permanſeris. Quin tu proinde jam nunc adſueſcis, ut tamquam perfectus vivas & profecturus? Tantum ut quidquid tibi viſum fuerit optimum, ea tibi lex ſit inviolabilis. Ac ſi quid laborioſum, aut ſuave, aut glorioſum, aut denique ignominioſum obverſetur, memineris tum adeſſe diſcrimen, haec eſſe Olympia, hanc Rhodum, ipſamque hanc, quam nactus fueris, Spartam tunc eſſe exornandam, neque licere differri. Profectum enim tuum omnem, una clade aut remiſſione, vel perire, vel retineri. Quo nimirum die non proficis, certe, deficis. Hoc pacto Socrates, omnia ad ſui profectum, ſola ratione duce, adhibendo, virorum omnium ſapientiſſimus evaſit. Quod ſi & ipſe nondum es Socrates; at vivere debes, ut qui Socrates velis eſſe.* Haec ille, ut redivivus ipſe Socrates, Epictetus. Tu ea FAC, ET VIVES.

Inſtrue praeceptis animum, nec diſcere ceſſes:
Et, nondum ceſſans vivere, diſce mori.
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago;
Veraque mors illa eſt, non didiciſſe mori.

Nour-

LXXIII.

Fortunae donis ſemper par eſſe memento:
Non opibus bona fama datur; ſed moribus ipſis.

Non agnoſcit Diſtichon

Erasmus.

Fortunae *donis rare parere*] Ita Scaliger; cum antea legeretur *ſemper*, contraria priori ſententia, &c.

Opitius.

Vide notas ad Diſt. VIII. Libri II. (ſcil. quantum attinet verbum *parere* vulgatae lectionis.) Ceterum id Diſtichon non vertit Planudes, nec agnoſcunt vetus Lipſienſis, Baſileenſis, Roberti de Euromodio, Branti, Colonienſis, Erasmi, Sturmii, Friſii, Pulmanni, Lentuli & aliorum editiones.

Daumius.

Aberat quoque a Leidenſi primo & ſecundo, Collation. Voſſ. & Cod. Turic. quibus adſenſum praebent Editt. haud vulgo notae, Euchar. Tremon. Pulm. Pariſ. Chouet. Franeq. Boill. Eraſm. Gryph. aliaeque, nec deficiunt, quae haec aliter concipiunt: *Fortunae damnis ſemper parere memento.* Interque eas Scriveriana. O. Arntzen. qui *Fortunae donis ſemper parere memento*, retinuit quidem ipſe, ſed invitus.

Potuissemus vel plane abjicere Diſtichon, quod ante nos jam fecerunt alii, vel ſaltem fraudis ſuſpectum condemnare, cujus idem qui accuſent pariter neque defuere, nec adhuc deſunt Viri graves. Cuncta tamen prius tentanda duxeramus, & poſteaquam vidimus, leviſſima ſane mutatione vulnus rectius ſanari, omniaque in integrum poſſe reſtitui, illud conſilium potius amplexi ſumus, tamquam melius tutiusque, quam ut aut enſe reſcinderemus, aut in omnia alia, quod rurſum fecere plures, abiremus.

Quum-

Nourris bien ton eſprit de ces ſages ſentences,
Et pour les retenir fais un louable effort:
La vie oiſive & ſans ſciences,
Qu'offre-t-elle, ſi non l'image de la mort?

73.

Planudes omiſit.

Hoc Diſtichon major pars editionum non agnoſcit: ne quis miretur à Planude omiſſum. Contrariam priori ſententiam concludit poſterior verſus. Oſtenta, inquit, te donis fortunae. Nam illis non datur bona fama, ſed moribus. An non manifeſta ἀντιλογία hic? Itaque pro *ſemper* legendum *raro*, aut *parce*. Nihil liquidius. *Parere* eſt oſtentare ſeſe, πομπεύεσθαι, ἐλλαμπρύνεσθαι, quomodo nos vertimus. Graeci etiam ad verbum dicunt φαντάζεσθαι, quod plane eſt *Parere*. Hinc nomen φαντασία In Act. Apoſt. τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα, καὶ τῆς Βερνίκης, μετὰ πολλῆς φαντασίας. Bardeſanes vetus Scriptor Eccleſiaſticus: προερχόμενος μετὰ πολλῆς φαντασίας ἐφίππιος. Hipparchus, οὐκ ἐκ τοῦ τοὺς ἄλλους ἐλέγχειν φαντασίαν ἀπενέγκασθαι προαιρούμενος, i. e. *Non quaerens aliis reprehendendis parere*, ut verbo auctoris noſtri utar. Potes etiam in noſtra μεταφράσει ita hunc verſiculum reddere:

Μὴ δώροισι τύχης φαντάζεσθαι μάλα βούλου.

SCALIGER.

Quumque ſupra jam expoſuerimus iſtud conſilii, ubi de lectionis varietate rationem reddidimus, huic nunc quidem amplius non inmorabimur negotio, ne ipſimet in noſtra commentarium ſcripturi aliis videamur.

TENTAVIT tamen, forte & eodem nobiſcum tempore, eamdem emendandi hoc carminis viam Celeb. Withofius, cujus haec ſunt, quae ſequuntur, a nobis fideliſſime exſcripta; ut ſit penes Lectores, noſtrum inter utrumque judicium: „ Eodem Lib. III. (pergit V. C. poſt ea, quae ad

 „ Praefat.

„ Praefat. h. L. dixerat, a nobis ſupra adlegata) Diſt. II.
„ haec leguntur:

„ *Fortunae donis* ſemper parere *memento.*
„ *Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.*

„ Praeceptum plane ἀφιλόσοφον. Quid enim eſt parere for-
„ tunae vel donis ejus, quam indulgere vanitati, vel rebus
„ terrenis tantum, quantum fortuna patitur? Hoc videns
„ Scaliger τὸ *parere*, quaſi *apparere* interpretatur πομπεύεσθαι,
„ ἐλλαμπρύνεσθαι, φαντάζεσθαι. Et quia ſentiebat, ſic quoque
„ praeceptum eſſe fatuum, pro *ſemper* confidenter *raro* le-
„ gebat; quod etiam Chriſt. Daumius, Gilbert. Wachius,
„ aliique, tanti Viri Auctoritate decepti, receperunt eden-
„ tes contra omnes vetuſtas Editiones *raro parere*. Si Scali-
„ geri figmentum de notione τοῦ *parere* hic verum eſſet,
„ ſenſus tamen emergeret ineptus. Non enim raro ſe oſten-
„ tare bonis fortunae decet, ſed dedecet ſemper. In Edi-
„ tione Petri Scriverii eſt *damnis* pro *donis*; ad quod hic
„ intelligendum Delio natatore opus eſt. Sed mittamus
„ vanas tricas. En certiſſimam emendationem noſtram:

„ *Fortunae donis* temet praeferre *memento.*
„ *Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.*

„ Jam vides nexum egregium, & in altero verſu rationem
„ ejus, quod in hoc erat praeceptum. Te, inquit, ipſum,
„ i. e. animum tuum, ejusque dotes memento praeferre
„ divitiis, bonis fortunae & ejusmodi rebus externis, pro-
„ prie ad nos ipſos non pertinentibus. Cur vero? nempe
„ bona fama non datur opibus, ſed moribus ipſis, ipſi ho-
„ mini & ejus virtuti. Sentisne jam ſententiam toties a
„ Philoſophis inculcatam, & tali doctore dignam, minime
„ vero plebejas ἀπαιδεύτου hominis corticem lambentis in-
„ eptias? Variis locis, licet aliis verbis, ita loquitur, ut
„ *ſe* & *te*, vel *ſe ipſum* dicat, intelligens nempe animum &
„ ejus dotes. Eodem plane ſenſu etiam *praeſtare* legi poſſet;
„ ſed *praeferre memento* majorem habet juſti praecepti ſpe-
„ ciem. Et quam legitima haec ac facilis emendandi ratio"!
Facilior tamen haec noſtra PAR ESSE pro PARERE. Quis enim ignorat iſtud in membranis vett. ſcribendi compendium paſſim & ubique obvium, *éè* pro *eſſe*? Ita, ut ex vocibus *par éè* facillimo negotio ab imperitis aliud verbum *parere* effingi potuerit. Unde omnes illae ortae ſunt turbae. Sed ſenſus ratione, eadem nobis noſtraeque emendationi mens, quae Viro illi praeclaro, in ſua. Impares ſunt fortu-

naę

nae ſuae, qui in proſpera inpotenter ſe gerunt atque arroganter. Ita, ſecundum Poëtam,

Aſperius nihil eſt humili, quum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: Deſaevit in omnes,
Ut ſe poſſe putent. Nec bellua tetrior ulla eſt,
Quam ſervi rabies in libera colla furentis.

Et rurſum alius in hunc modum exclamat:

Intolerabilius nihil eſt, quam dives avarus,
Quam ſtultus locuples, quam FORTUNATUS *iniquus.*

Admonetur igitur a parente filius, ut ſtudeat par eſſe fortunae ſive ſecundae, ſive adverſae aequaliter aequabiliterque ferendae, neque tribuat nimium vel datis vel ablatis fortunae donis, ut incertis.

FORTUNA, enim, *ſaevo laeta negotio &*
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Transmutat INCERTOS *honores,*
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: Si celeres quatit
Pennas, RESIGNO QUAE DEDIT, *& mea*
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem ſine dote quaero.

Hoc eſt, *fortunae eſſe parem.* Eorum hominum, quos tamen vel invitos honos & FAMA ambiunt, vere diceretur alicui a clientibus, quod dictum erat quondam heroum fortunatiſſimo: NON FORTUNAM IN TE TUAM, SED TE IN FORTUNA TUA VENERAMUR. Idque voluit Auctor.

DESTITUTI nos hoc loco & Gallica conſueta Metaphraſi, cujus Auctor, Pariſinam editionem ſecutus, praeſens hoc omiſit Diſt., ei e noſtris aliquid, quamlibet maxime inaequale, & ſolito brevius, tantum ne inchoatus plane turbetur ordo, ſubſtituere cogimur.

Fortunae donis ſemper par eſſe memento:
Par, etiam major, ſi potes, eſſe ſtude.
Non opibus bona fama datur; ſed moribus ipſis.
Fortuna ut pereat, fama perennis erit.

Fortune, tes faveurs
Ne ſont qu'enchantereſſes.
Plûtôt, qu'en ſes richeſſes,
Qu'on brille en bonnes moeurs!

LXXIV.

Quum recte vivas, ne cures verba malorum.
Arbitrii non eſt noſtri, quid quisque loquatur.

Si male de te loquuntur mali, cum tu nihil facias mali, eſto contentus conſcientia recte factorum. Nam in te ſitum eſt, ut bene agas: non eſt in te ſitum, quomodo de te loquatur hic aut ille.

Erasmus.

Arbitrium hic ſignificat *poteſtatem*, & recte vertit Scaliger; οὐ γὰρ ἐφ' ἐμοῦ ἐστι. Sic Ovid. IV. Triſt. El. IV. v. 22.

Non fuit arbitrii *litera noſtra tui.* Cic. Orat. Philipp. VI. Cap. II. de Antonio. *Ut in Patrum Conſcriptorum atque in veſtra poteſtate ſit, qui in ſua numquam fuerit? Quid enim ille umquam* arbitrio *ſuo fecit, ſemper eo tractus, quo libido rapuit, quo levitas.* &c.

O. Arntzenius.

Saepe jam ante ad hoc idem doctrinae morum principium quaſi ac fundamentum reſpexerat Auctor noſter, nosque eo deducere vel tacitus voluiſſe videbatur. Nunc vero id aperte ac manifeſte verbis indicat. Et nos pariter, qui ſaepius jam ad idem provocaverimus ante, hic claris retegere verbis tenemur fontem illum Epicteteum, ex quo omnia fere ſua noſter hauſit Philoſophus magis, quam Poëta, idemque quam puerorum, ſenum potius exemplar, animorumque ductor virilium, nec niſi matura aetate juvenum. Ita enim, ſub initium ſtatim & primis Enchiridii ſui verbis, divinioris doctrinae recluſit Epictetus introitum, Cap. I. & II. hanc tradens rerum omnium diſtinctionem, in eas, quae NOSTRI ESSENT ARBITRII, & QUAE NON ESSENT: ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ τὰ μὲν ΕΣΤΙΝ ΕΦ' ΗΜΙΝ, τὰ δὲ ΟΥΚ ΕΦ' ΗΜΙΝ. Ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ΟΣΑ ΗΜΕΤΕΡΑ ΕΡΓΑ. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ΟΣΑ ΟΥΧ ΗΜΕΤΕΡΑ ΕΡΓΑ. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα. Τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ,

δοῦλα,

74.

ΟΡΘΩC ΖΩΝ, μύθων ΜΗ ἐπιςρέφου ἀφρονεόντων·
ΟΥδὲ ΓΑΡ ΗΜέτερον, διερευνᾷν μῦθον ΕΚΑΣΤΟυ.

ARBITRII *non eſt noſtri, quid quiſque loquatur.*] Planudes:

Οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον διερ. μυθ. ἑκ.

Peſſime καὶ ἀνελληνίστως dixit: ἡμέτερόν ἐστι, ἀντὶ τοῦ (i. e. pro eo, quod dicendum fuerat, notiſſima illa Epicteti formula:) ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. Et obſecro vos, quid eſt ἐρευνᾷν μῦθον ἑκάστου? Quis nobis interpretabitur?

SCALIGER.

VIVO *pius, culpor tamen. Haud, Trellaee, quis unquam*
Deblaterratrici tutus ab hoſte fuit.
Vipeream multi revomentem toxica linguam
Vix redimi magno qui patiantur erunt.
Ni ſit, quod punctim, rabido quod vulnere caeſim
Conficiant, ſeſe vivere poſſe negent.
Ecquid opus facto eſt? NIL CURES VERBA MALORUM:
Haec tibi ſufficiens, haec medicina mihi eſt.

MELISSUS, & ex eo DAUMIUS.

δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια. H. e. interprete Politiano: *Eorum quae ſunt, partim* IN NOBIS EST, *partim* NON EST. *In nobis eſt opinio, conatus, appetitus, declinatio: Et ut uno dicam verbo,* QUAECUMQUE NOSTRA SUNT OPERA. *Non ſunt in nobis, corpus, poſſeſſio, gloria, principatus: Et uno verbo,* QUAECUMQUE NOSTRA OPERA NON SUNT. *Quae igitur in nobis ſunt, natura ſunt libera, nec quae probiberi impedirique poſſint. Quae in nobis non ſunt, ea imbecilla, ſerva, & quae probiberi poſſunt, atque aliena.* Hic eſt ille ὁ διαιρῶν λόγος, quem ipſe vocat, quemque deinceps iterum in mentem revocat, Cap. ejuſdem Libri, LXXV. quod nos ante jam laudatum primo hujus Libri Diſticho (LXXII.) contulimus: ille *res omnes, cum ratione, diſcernendi modus*, numquam ſine magna noſtra injuria violandus aut negligendus. Ad eum nunc Diſtichorum Auctor, pro captu omnium, adplicat, cum eoque componit praeſens, de quo agitur, idque duplicis generis, negotium. Alterum enim in eo ſitum eſt: Tu ut, ex praeſcripto Rationis atque ad normam Virtutis officiorumque tibi incumbentium, vitam inſtituas

 tuam,

tuam, hoc eſt, RECTE VIVAS; alterum, ut MALE de te JUDICENT ALII, iique, ut fere fit, IPSI MALI. Jam tibi monſtrat Cato, quid tum maxime fieri conveniat, quid ſit in eo potiſſimum rerum ſtatu animadvertendum. Illud, VIVERE RECTE, ex oppoſitionis ratione & virtute, declarat eorum eſſe in numero, quae *in nobis*, NOSTRIQUE SINT ARBITRII: Porro hoc, QUID QUISQUE LOQUATUR, MALORUM VERBA judiciaque perverſa, eſſe eorum, quae *non ſint in nobis*. ARBITRII, inquit, id NON EST NOSTRI. Quid ergo? Fac utique tu, quae ſunt *tua*, quae vetare, quae prohibere nemo poteſt, ea tantum atque unice CURES, non *aliena*, nec penes te quae non ſunt. Itaque

NE CURES VERBA MALORUM.

Quid enim iſta ad te? quae ſunt extra te: quae te, niſi velis ipſe, ab inchoato ſemel vitae melioris deturbare curriculo, aut in ejus inpedire decurſu nullo modo poſſunt. Illa autem, atque ſola, pertinent ad te, quae ad *recte vivendi* rationem ſpectant, ea etiam *tui ſunt arbitrii*,

Elige ſi qua placent,

iis ſis intentus ſolis, iis totus inhaereas, ea cogites: minime vero quodcumque aut qualecumque id ſit, de te

QUID QUISQUE LOQUATUR,

ſive in malam partem, ſive etiam in bonam, te ſcilicet laudando, aut vituperando. An tu velles laudari a malis atque improbis? Improbum ergo malumque & te ante eſſe oportebit. Vide, num tibi placeat conditio?

ILLUD huic, ratione ſenſus, conſentaneum etiam alio in loco, Cap. XVIII. Enchiridii, urget Epictetus explicatque ulterius. Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον, ἕνεκα τοῦ ἐκτὸς ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος. Μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίσασθαι, κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίσει σεαυτῷ. Ἴσθι γὰρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη. H. e. expoſitore eodem, quo ſupra: *Si proficere vis, ne moleſte feras, ſi propter ea, quae extrinſecus ſunt, demens aut ſtultus videaris. Ne velis rei cujusquam gnarus videri. Et ſi quibus eſſe aliquis videare, ne crede tibi ipſi. Scito enim, non facile eſſe, & propoſitum tuum ſecundum naturam ſervare, & iis,* quae

quae ſint extrinſecus, placere: Sed neceſſe eſt, ut QUI ALTERUM CURET, ALTERUM NEGLIGAT.

Porro etiam & proprie huc pertinet Cap. LVII. ejusd. Ὅταν τι διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐςὶ, ποιῇς, μηδέ ποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς αὐτὸ, ἔργον φεῦγε· ΕΙ δὲ ΟΡΘΩΣ, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς; *Cum judicaris faciendam tibi rem, & facis, ne da operam, quo minus te facientem alii videant, etiam ſi aliud quidpiam ea de re multi ſint opinaturi. Si enim non recte facis, ipſum opus fugiendum eſt;* SI RECTE, *ne metue increpaturos non recte.*

Denique & illud, quod dicit: IN SUA CUIQUE VIRTUTIS CONSCIENTIA ADQUIESCENDUM, Cap. XXX. Ἐὰν ποτέ σοι γένηται ἔξω ςραφῆναι, πρὸς τὸ βουληθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔςασιν. Ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος, εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. *Si quando evenerit, ut ad ea quae extra ſunt te convertas, velisque cuipiam placere, ſcito te de ſtatu decidiſſe. Satis igitur tibi in omnibus ſit, philoſophum te eſſe: Si autem videri etiam vis, tibi ipſi videare, & ſatis erit.* Confer huic & XXVII. de aliorum convitiis.

Quum recte vivas, ne cures verba malorum,
  Nec mala, non merito, ſit tibi fama malum.
Arbitrii non eſt noſtri, quid quisque loquatur;
  Sed ſunt arbitrii, ſi qua operere, tui.

Vivant bien, de la médiſance
Laiſſe voler les traits, ſans t'en inquiéter:
Des diſcours du Public l'indomptable licence
Eſt un torrent fougueux, qu'on ne peut arrêter.

LXXV.

LXXV.

Productus teſtis, ſalvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici.

Si citeris teſtis in crimine amici, celabis pro virili maleficium illius: tamen ut ipſe non laedas famam tuam; & tantum ſilentii dabis amicitiae, quantum patientur & fama tua, & teſtimonii religio.

Erasmus.

Salvo *tamen ante pudore.*] *Exiſtimatione.* Scal. Haec pauca in Excerptis adnotabat ſuis Opitius. Nam ſalvo pudore, ſalva & fama. H. e. cum nihil admittimus, cujus pudeat, bene audimus. Buchn. Addit. Fabr. pag. 1151. Plin. II. Epiſt. IV. *Magnum habes facilitatis meae pignus, cujus fiducia debes* famam pudoremque *defuncti ſuſcipere.* Daumius.

Usi hoc jam ante ſumus, ad probandum Auctoris noſtri animum in tegendis amicorum criminibus, coram hominibus privatis: Vide tu & confer VII. Libri ſuperioris Diſtichon, ubi nos pag. 212. ad haec poſteriore verſu verba contenta provocavimus, ut in quibus idem ſentiat ſtabiliatque Cato de publico quoque judicio. Diximus etiam, ubi de genere tractando judiciali ſermo erat, quae idem testibus in judicio citatis injunxerit officia, vid. iterum Lib. II. Diſt. XIV. pag. 246. itaque & hanc jurisperitiae Catonianae partem ante praecepimus, cum univerſae juriſprudentiae ejusdem aliquam traderemus epitomen. Pauca igitur hic dicenda ſuperſunt. Ac primum quidem, charitatis id eſſe indicium, tantae nempe, quantum ejus in hominem cadere paganum poſſit, atque a tremendis Sacris noſtris alienum, non facile manifeſtare aut in lucem protrahere culpam alterius. Bis enim iisdem verbis ſacroſanctae adteſtantur paginae: charitatis eſſe, tegere multitudinem peccatorum. Η ΑΓΑΠΗ ΚΑΛΥΨΕΙ ΠΛΗΘΟΣ ΑΜΑΡΤΙΩΝ. *I. Petr. IV.* 8. & *Jacob. V.* 20. Deinde quod, *ſalvum tamen ante* omnia velit *Pudorem*, Honeſtatem puta atque Exiſtimationem, ea rurſum Epictetea eſt loquendi formula, quae ex illius Philoſophi

75.

ΚΛΗΘεὶς ΜΑΡΤΥΣ σωζομένης πρότερον σέο τιμῆς,
Ὅσσον ἔνεςι, ΚΑΛΥΨΟΝ ἁμαρτάδα σοῖο φίλοιο.

S. t. a. PUDORE.] Nos, — ὅσον τηρεῖν τὸ συνειδὸς, *quod quidem ſalva fiat conſcientia.* Nam exiſtimationem Latinus auctor intelligi voluit: quod egeſtas ſermonis Graeci non ſinit nos ad verbum reddere. Sed ut καλοκαγαθία pro ea poſitum, ita τὸ συνειδὸς vicem illius ſubſtituimus.

SCALIGER.

VULT Auctor amici crimen celandum eſſe a teſte, atque adeo vult ſalvum & ſervatum a teſte amicum. Sed hactenus, ut *ante*, id eſt: magis ſalva ſit fama ipſius & exiſtimatio.

O. ARNTZEN.

Qui *minus vulgatum* hoc ab *Interpretibus* eſſe *neglectum* queritur.

loſophi doctrina, ut plures aliae, quas jam vidimus multis in locis, adhaeſit Noſtro. Quod ut intelligatur rectius, Caput aliquod, numero ſcilicet XXXI. Enchiridii, quamvis ſolito longius, in medium nobis producendum erit, in quo ne quis tam requirat argumenti vicinitatem adfinitatemque, quam ratiocinii, quam ipſius in arguendo modi, jam nunc praemonemus. Inquit ergo Philoſophus: Οὗτοί σε δὶ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, ἄτιμος ἐγὼ βίωσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. Εἰ γὰρ ἀτιμία ἐςί κακὸν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. Μή τι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐςὶν, τὸ ἀρχῆς τυχεῖν; ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑςίασιν; οὐδαμῶς. Πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἐςὶν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπὶ σοι; ἐν οἷς ἔξεςί σοι εἶναι πλείςου ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται; τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον, οὐδὲ πολίτας ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; Τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα, τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐςὶν οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κλῆσαι οὖν, φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. Εἰ δύναμαι κτήσασθαι, ΤΗΡΩΝ ΕΜΑΥΤΟΝ ΑΙΔΗΜΟΝΑ, ΚΑΙ ΠΙΣΤΟΝ, ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΝΑ; δεικνύετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. Εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐςε,

καὶ

καὶ ἀγνώμονες. Τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ ΦΙΛΟΝ ΠΙΣΤΟΝ, καὶ ΑΙΔΗΜΟΝΑ; εἰς τοῦτο οὖν μοι συλλαμβάνετε, καὶ μηδ' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτα με πράσσειν ἀξιοῦτε. Ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητος ἔσαι πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; Στοὰς οὐχ ἕξει διά σε, οὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν σκυτέα; οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν χαλκέα; ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. Εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες ΠΟΛΙΤΗΝ ΠΙΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΙΔΗΜΟΝΑ, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὤφειλες; Ναί. Οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. Τίνα οὖν ἕξω, φησὶ, χώραν ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, ΦΥΛΑΤΤΩΝ ΑΜΑ τὸν ΠΙΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΙΔΗΜΟΝΑ. Εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ΑΝΑΙΔΗΣ ΚΑΙ ΑΠΙΣΤΟΣ ἀποτελεσθεὶς; H. E. ex Ang. Politiani, ut ſuccincta magis interpretatione: *Hae te cogitationes ne crucient, bonore carebo, neque uſquam ullus ero. Si enim carere bonore in malis eſt, (ut certe eſt) non potes in malo eſſe propter alium, non magis, quam in turpi. Numquid igitur tuum opus eſt, principatu potiri, convivio accipi? Minime. Quomodo igitur boc eſt, bonore carere? Quomodo vero neque uſquam ullus eris, quem in iis ſolis eſſe oportet, quae ſunt in te, in quibus tibi ipſi maxime eſſe licet? Sed amicis prodeſſe non potero. Quid tu ais prodeſſe? Non babebunt abs te argentum, neque eos cives Romanos facies? Quis tibi ergo dixit, eſſe baec in nobis, & non aliena opera? Quis autem poteſt dare alteri, quod ipſe non babet? Poſſide igitur, inquit, ut & nos babeamus. Si poſſum poſſidere,* SERVANS MEMET VERECUNDUM, FIDUM ET MAGNANIMUM: *Oſtende viam, & poſſidebo. Si vero aequum ducitis, mea me bona perdere, ut vos, quae bona non ſunt acquiratis; vos ipſi videte, quam iniqui ſitis, quamque ingrati.* „ *Quod ſi* „ FIDUM VERECUNDUMQUE AMICUM *argento praeponitis, in boc vos mibi* ergo *opitulamini: neque ea me agere ae-* „ *quum ducite, quibus boc perdam. Sed patria, quantum in me erit, adjumento carebit. Rurſus, quod tu boc ais adjumentum? Porticus non babebit per te, neque balnea? Quid tum? neque enim calceos babet per cerdonem, neque arma per fabrum? Satis eſt autem, ſi ſuum quiſque opus expleat. Quod ſi ei quempiam alium compares,* CIVEM FIDUM ET VERECUNDUM, *nibilque ei prodes? Utique. Neque tu igitur inutilis illi eris. Quo igitur ordine in civitate ero?* „ *Quo poteris:* SERVANS *ſimul* TE „ FIDUM ET VERECUNDUM". Nonne hoc eſt, quod Cato inde

inde deſumit noſter: SALVO *tamen* ANTE PUDORE? Sed pergit Philoſophus: *Quod ſi, dum illi* (aut civitati integrae, aut unico alicui civi, veluti eſt in exemplo hoc noſtro,) *prodeſſe velis, haec perdas: quem tu illi uſum afferes; qui* IMPUDENS INFIDUSQUE *evaſeris*? Sancta ſint igitur maneantque, & ex Epicteti ſententia, & Catonis, jura amicitiae, ſanctiora tamen patriae atque civitatis univerſae: Sanctiſſima vero omnium & prorſus non violanda ducantur habeanturque honeſtatis jura aequitatisque. Neque fidus umquam eſſe poterit amicus, aut communi omnium ſocietati civis infidelis, aut iniquus ipſe ſibi, cui proximus, cui praeſentiſſimus eſſe debebat. Accidit tamen non raro, ut ita diſtringatur, qui pariter & laborat bonus eſſe civis & bonus amicus. Audi mihi hic Ciceron. ad Fam. Lib. II. Ep. XV. *Reſp. me valde ſolicitat. Faveo Curioni. Caeſarem honeſtum eſſe cupio. Pro Pompejo emori poſſum. Sed tamen ipſa rep. nihil mihi eſt carius. In qua tu non valde te jactas.* Diſtrictus *enim mihi* videris eſſe, *quod* & bonus civis & bonus amicus es. Ceterum vid. h. Diſt. & inter reliqua in Jurisprudent. Catonian. p. 246. cum Lemmate XXVIIII. collatum. Poſſis & cum eodem conferre Epicteteum Cap. XLIV. OPKON *παραίτησε, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων*. H. e. JUS JURANDUM *refuge*, SI POSSIS, *prorſus; ſin minus*, QUANTUM POTES.

Productus teſtis, celato crimen amici:
  Quantumcumque potes, quemque juvato tuum.
Adſiſtas aliis, ſalvo tamen ante pudore:
  Quo ſemel abjecto, poſtea nam quis eris?

Pour ſervir de témoin contre un de tes intimes
Devant les tribunaux ſi tu te vois cité:
Cache autant que tu peux ſes crimes;
Mais ſans donner atteinte aux droits de l'équité.

LXXVI.

LXXVI.

Sermones blandos blaeſosque cavere memento.
Simplicitas Veri fama eſt: Fraus, ficta loquendi.

VERITATIS ſimplex eſt oratio: inſidioſa eſt blandiloquentia. Proinde ſuſpecta ſemper eſſe debet prudentibus.

ERASMUS.

Vere enim P. Syrus:

Habet ſuum venenum blanda oratio.

WACHIUS.

Quod ita graece reddit Scaliger:

Τὸν ἴδιον ἔλαχεν ἰὸν αἱμύλος λόγος.

SIMPLICITAS *Veri fama*] Ita editio Pithoeana. &c.

OPIT. ex Scalig.

Barthius legit: *Simplicitas veri forma eſt.* Pithoeanae lectioni conſentiunt Aſcenſii, Branti, Colon. & Lipſienſ. veteres Editt. Laudatque ita Hieremias Paduanus Part. II. Lib. II. Cap. VIII. Accius, ut volunt, Fab. XXXIX. v. 9. *Simplicitas veri, fraus eſtque puerpera falſi.*

DAUMIUS.

PALAM hic profitetur Diſtichorum Auctor eam, quam nos ſaepius in ipſo laudavimus, quaeque ſe probis omnibus atque genuinis eruditae antiquitatis cultoribus facile adprobat, cui totum ſe Noſter addixerat, quam unice in dicendo virtutem adamaverat, eamdemque & ſuo etiam atque etiam jam commendat filio, SIMPLICITATEM. Divinam illam, perque ſe ipſam & ſolam & nudam, ſine fuco, ſine fraude, ſine blanditiarum illecebris, ſine artis exquiſitae ornamentis, amabiliſſimam tamen veluti *Honeſti faciem, quae ſi* tam *oculis cerneretur*, quam auribus ac mente percipitur, *mirabiles amores, ut ait*, Cicerone referente, *Plato, excitaret ſapientiae.* Ea ſi pariter, atque ipſi Auctori, omnibus illius commentatoribus adamata virtus eſſet, non ita crudeliter iſti eum, in hoc ipſo carmine, a plano ſimpliciſſimoque ejus ſenſu, in omnia alia, eaque inter ſe quam diverſiſſima, tractum violenter, torſiſſent quaſi ac diſcruciaſſent. Enarrabimus iſtas perpetuas in poſteriore Diſtichi verſu mutationes, verbis Cl. Withofii, quamvis nec illius cor-

76.

ΜΥΘΟΥΣ μειλιχίους τε ΚΑΙ ΑΙΜΥΛΙΟΥΣ πεφύλαξο·
Νημερτὴς ΑΠΛΟΤΗΣ ἀγαθὴ, ΔΟΛίη δ' ἡ ἐπακτή.

SIMPLICITAS *veri fama eſt.*] Ita Editio Pithoeana. Vulgates male: *Simplicitas veri ſana eſt.* —— Fama hic eſt μαρτυρία, aut argumentum. Quemadmodum ſimplicitas vero praecurrit, ita dolus hypocriſi. Ex ſimplicitate veridicus homo arguitur, ex fraude Hypocrita.

Simplicitas veri] Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Euripid.*

Quod ceſſit in proverbium.

SCALIGER.

QUID ſit ἐπακτή in Planudeanis, non capio, caperem, ſi Graecè loquutus eſſet. ID.

Erat ipſi in mente, ἀπαιδευτοὶ λόγοι, quod quis etiam, neque barbare, nec male, in ſoluta diceret oratione. At verſus non recipiebat. Inde illa violenta nimis contractio, quae hominem, non ita graecobarbarum, offendit Scaligerum.

* *Verique ſimplex ſimplicis & oratio eſt.*

correctioni ipſi hic ſubſcribere queamus. Ita autem is commentatus eſt ad hanc noſtram lectionem:

Simplicitas veri fama eſt; *fraus ficta loquendi.*

„ Sic iterum temere Scaliger introduxit *fama eſt*, ex Editione Pithoei, pro lectione antiquorum aliorum *ſana eſt*. Interpretatur vero ita, ut *fama* ſit μαρτυρία, aut argumentum. Quis mortalium ſic unquam fuit locutus? profecto nullus. Barthius etiam huic figmento fidem non habens malebat *veri forma eſt;* Malſchius autem (immo potius jam ante eum Scriverius) *norma* hinc porro divinabat. „ Videbatur nobis aliquando, aequo jure *ſancta*, vel *cauſa* poſſe ſubſtitui. Sed ſi recte perpendas, requiritur vox oppoſita voci *ficta*, & illis praecedentibus *blandos blaeſosque* aliquid contrarium innuens". Hoc laudo. Sed quid eam aliunde conquirimus? Nonne *ſermonibus blandis* ſatis ipſa opponitur *Simplicitas;* *ficta loquendo* vero *Veri fama*? Pergit tamen vir celeberrimus: „ Hinc cogitabam, an

„ non

„ non lectio *ſana*, quam etiam Eraſmus habet, potius re-
„ tineri poſſet. Sed omnibus accurate perpenſis ſic emen-
„ dandum cenſeo unice:

„ *Simplicitas veri* plana eſt, *fraus ficta loquendi.*

„ Id eſt, ſimplicitas veri vel veritatis eſt plana, naturali-
„ ter ſe habens, non affectata, fraus loquendi vero ficta,
„ & inſtar Protei in varias formas figuraſque ſe convertens.
„ Facillime autem illud *plana* in *ſana* & *fama* errore ſcri-
„ bentium migravit. Anonymus Iſaac. Nic. Neveleti (quem
„ alibi docuimus Joſ. Iſcanum Devonium fuiſſe) Fabula
„ XXXIX. ante multa jam ſecula hunc locum manifeſte
„ imitatur:

„ *Simplicitas veri, fraus eſtque puerpera falſi.*

„ Videtur ille voce jam tum illic corrupta abſterritus aliud
„ quiddam ſubſtituere maluiſſe". Sed nihil movemur iſta cenſura, a qua, largiatur modo Deus reliquis Viri magni meritis longaevam vitam, tempus erit, quo & ipſe deſiſtat: quem ad modum & nunc *ſancta* & *cauſa* & *ſana*, & quae dudum placuere, diſplicent.

Accedit porro horum Diſtichorum nuper Editor, doctiſſ. Arntzenius qui, licet in textu quidem nihil mutaverit, „ attamen, ſic ipſe conqueritur in notis ſuis, ſcabri
„ quid latere, nemo puto negaverit. Varie quidem haec
„ tentarunt Viri Docti, ſed parum expediunt. *Simplicitas*
„ *veri norma eſt*, edidit Scriverius. Pejor multo & plane
„ inepta hoc loco, ut ſaepe alibi, eſt Malſcii conjectura:

„ *Simplicitas, veri norma eſt; laus, ficta loquendi.*

„ In quibus exponendis Davus ſum, non Oedipus. *Fama*
„ hic eſt *μαρτυρία* aut *argumentum*, ait Scaliger. Sed hujus
„ ſignificationis quaero exemplum. Ingenue fateor me ex
„ hoc verſu ſine correctrice manu nullum ſenſum exſcul-
„ pere poſſe, ita autem legendum puto:

„ *Simplicitas vera eſt fantis, fraus ficta loquentis.*

„ Amicus quidam meus volebat:

„ *Simplicitas vera eſt fantis*, frons *ficta loquentis.*

Quod poſterius hemiſtichium ipſe deinde rejicit, eo quod *ſermones blandi blaeſique* deſignent *fraudem*, non *frontem* forment.

forment. Sed & in illo priori altero, & utrique communi, exactiſſimam uſquequaque nos adhuc requirimus veritatem. Fieri enim utique poteſt, ut in dicendo aliquis a Simplicitate quidem ſermonis quam longiſſime in diverſa abiens, ſuo more, quae vera ſunt, eloquatur tamen. Ergo neque haec ipſa rem expediunt, & a ſimplicitate Catoniana ſunt alieniſſima.

RELIQUI jam fere nihil eſt, niſi ut aliquis nobis adhuc obtrudat ſimplicitatem famulam, hoc modo:

Simplicitas veri famula eſt; fraus ficta loquendi.

Puerpera ſcilicet jam adeſt ſupra: & aequitas nunc poſtulat, ut ei miniſtretur. Sed teneamus in re ſeria riſum.

EADEM prorſus oppoſitio VERI & FICTI Noſtrum arguit ſub oculis habuiſſe verſum illum Virgilianum, dicentem hoc:

Tam ficti *pravique tenax, quam nuncia* veri.

Id quod ipſi anſam praebuit, FAMAM, de qua ſermo illic eſt, alio atque alio reſpectu, diverſoque conſiderandi intuitu, ut duplicem: Alteram ut *Veri nunciam*, & tunc quidem verbis nihil praeterquam mira *Simplicitas* adeſt; nihil ea dictis aut dicendis addit, demitque nihil; rem neque auget, neque dicendo imminuit; non ex affectu loquitur, nec dictis porro ſuis pertinaciter inhaeret, ſed ea patitur ipſo eventu comprobari. Altera vero illa non itidem, nempe:

FAMA MALUM, *quo non aliud velocius ullum,*
Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo.
Haec FICTI PRAVIQUE TENAX eſt *nuncia.* —

Hoc monſtri, ut omnis fraudum artifex, anfractus quaerit, non recta incedit neque ſermones rebus, ſed audientium cupiditati adcommodat, eamque dum dictis mulcet, *ficta loquela* decipit. Jam miro judicio noſter, Poëta pariter & Philoſophus, ingenioſiſſimam hancce picturam & effigiem poëticam, ut ſolet, utque nos jam vidimus alibi, in Jano, in Occaſione Dea, in rara Fide, rurſus in illius Muſarum alumni, filioli ſui, convertit uſus. *Hinc*, ita ipſum quaſi adloquitur,

Te capere exemplar vitae morumque jubebo.

Cape tibi ergo, inquit, *hoc, ut probe ſemper dignoſcas alteram*

ab altera, FAMAM. Illa MERA SIMPLICITAS; haec MERA FRAUS EST. Haec non niſi FICTA LOQUITUR. Ejus igitur anfractus &

SERMONES BLANDOS BLAESOSQUE CAVERE MEMENTO.

Ne iis te circumveniat & tamquam laqueis in inſidias fraudulenter illiciat. Huic tu, ut ſaepe monui moneoque, CREDERE NOLI. Confer & huic, e ſacro Codice, *Proverb. VII.* 21. Alteram ipſa ſua SIMPLICITATE poteris internoſcere, quae illi ſemper adeſt. Ea NUNCIA VERI, ea VERI FAMA eſt, eique tuto credere, eam amplecti licebit.

JAM DET nobis, licet, Commentatorum turba mille alia Epitheta & laudum titulos, quos genuinae iſti adfigant Simplicitati Catonianae, ipſa tamen omnia ea reſpuet, neque ea re vera, ſimul quoque ſumta omnia, tantum dicent, quantum haec eloquentiſſima pictura poëtica, ſed in exemplar morum converſa. Nec eſt, cur illi nobis repetant: *Quis mortalium ſic unquam fuit locutus?* Et: *Hujus ſignificationis quaero exemplum.* Pro quo nos potius dicemus: Quis ita loquitur: *fraus loquendi*, & *fraus* eſt *ficta*? Profecto, qui *fraudem* jam dixit, is nihil amplius addit, dum *fictam* nobis effingit fraudem: qui dixit ipſam *Simplicitatem*, nihil dicit, dum eam laudat, ut *planam*; veluti nec, qui nivem candidam, aut albam pingit, aut ſi malis niveam. Sed quum uterque Vir Cl. & Withofius, & Arntzenius, in hoc Diſticho, ad Joſephum provocet Iſcanum, viſum eſt, ex hoc tam nitido poëta & aliud afferre exemplum, qui quarti de Bello Trojano libri inde a verſu 46. ſic nobis depingit Priamum:

> *Regius ornat honos*: placidae vox NUNCIA mentis
> *Nil tumidum, nil triſte ſonat, propiorque precanti*
> *Mollibus imperiis famulantes inſtruit aures.*

Dico igitur eodem modo, quo *vox* hic *mentis* eſt *nuncia placidae*, etiam Simplicitatem Veritatis eſſe nunciam, vel VERI FAMAM & indicium. De qua re videndus porro Eraſmus I. Chiliad. tit. CCLXXXVI. VERITATIS SIMPLEX ORATIO. In eumdem ſenſum & Cicero de Amicitia, ſive Laelii ſui Cap. XXV. *Secerni autem* inquit BLANDUS AMICUS *a vero & internoſci tam poteſt adhibita diligentia*,

tia, *quam omnia fucata a ſinceris atque veris.* Quomodo autem? nempe *Simplicitate*, quae alteri adeſt; deeſt alteri. Quod & praecipue vult Cato noſter.

DOCTISSIMUS adhuc Cannegieterus Cap. Reſcriptorum XXXIII. ſequentia addit, ad ſignificationem verborum ſpectantia: „ *Blandus* eſt verbis, *blaeſus* ſono verborum.
„ *Blandus* ergo, qui blandientibus verbis, *blaeſus*, qui blan-
„ diente ſono animum & gratiam captat. Porro *blaeſus* eſt,
„ qui litteram caninam R. horridam eam & atrocem elidit,
„ aut in molliorem blandioremque ſonum τοῦ S. convertit,
„ unde Priap. Carm. VI. *Blaeſaque lingua mea eſt.* Commen-
„ tator in hoc carmine exponendo blaeſum & balbum mi-
„ ſcet. Male. *Hirrum* balbutientem ludit Cicero, appellans
„ eum *Hillum* aut *Illum.* Fam. Lib. II. Ep. X. *De Hillo,*
„ *balbus enim ſum.* In lectionem autem illam Ciceronis Do-
„ ctiores Viri omnes conſentiunt ". Sed nos pedem hic figimus.

Sermones blandos blaeſosque cavere memento:
Simplicitas veri verius indicium eſt.
Et male fraus audit Famae bene ficta loquentis:
Hac falſi arguitur garrula Fama tenax.

Crains les adulateurs dont l'ame peu ſincere
Ne viſe qu'à tromper, par un air impoſteur,
Le vrai ne ſait ſe contrefaire
Mais le déguiſement ſuit par-tout le flatteur.

LXXVII.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur:
Nam quum animus languet, conſumit inertia corpus.

Ignava & otioſa vita fugienda eſt. Nam torpor animi corpori quoque ſitum & languorem adducit. Animi exercitatio corporis quoque valetudini confert.

Erasmus.

Segnitiem *fugito*] Scil. *animi. Quae vitae ignavia fertur.*] Quae perhibetur facere vitam ignavam; quae corpus in partes trahit, & ad negotia in vita humana obeunda facit inhabile.

Nam quum animus languet,] *piger eſt.* Animus alacris excitat & inſtimulat etiam corpus: Contra laſſus ac languidus, *hoc* etiam in partes trahit & atterit.

Daumius.

Vere hoc, ſi quidquam aliud, dictum eſſe Catonianum, nemo negabit, qui adtente legerit ac perpenderit illam priſci Catonis diam ſententiam, quam, ex ejus libro, qui *Carmen* inſcribebatur *de moribus*, & cujus hoc Dionyſii opuſculum paſſim, aut aliqua epitome, aut imitatio videtur verſibus expreſſa, A. Gellius exſcriptam, cum duobus aliis ejusdem libri fragmentis, nobis conſervavit, Noct. Atticar. Libro XI. Cap. II. ut poſtremam, inquiens: *Illa quoque ex eodem libro praeclarae veritatis ſententia eſt: Nam,* VITA, *inquit,* HUMANA PROPE UTI FERRUM EST. SI EXERCEAS, CONTERITUR: SI NON EXERCEAS, TAMEN RUBIGO INTERFICIT. ITIDEM HOMINES EXERCENDO VIDEMUS CONTERI. SI NIHIL EXERCEAS; INERTIA ATQUE TORPEDO PLUS DETRIMENTI FACIT, QUAM EXERCITATIO. Idem plane & Cato dicit noſter in hoc & ſequenti proxime Carmine, quorum quodammodo neceſſarium ordinem ac nexum fortuna quaedam ſingularis ad noſtram uſque aetatem non interruptum ſervavit. Pertinent igitur ad hoc praeſens Diſtichon duplicis & quaſi bicipitis illius oraculi Catoniani proprie

77.

ΝΩΘΡΕΙΗΝ ΦΥΓΕ, ΑΡΓΙΗν τοῦ ζωτικοῦ οἶσαν·
Ψυχῆς ἀσθενέος γὰρ χαύνωσις χρόα τήκει.

SEGNIT. ſeq.] Nihil occurrit in Planudeanis, quod caſtigatioribus judiciis ſatisfacere poſſit. Ψυχῆς ἀσθενέος videtur poſuiſſe abſolute pro ἀσθενούσης. Sed ne quis ita mentem Gnomologi aſſecutus fuerit, qui non ἀσθενοῦσαν, ſed ἀργοῦσαν καὶ ἀπονοῦσαν intelligi voluit. Deinde χαύνωσις non eſt inertia. Denique τήκειν hic locum non habet. Tantum enim abeſt, ut inertia tabefaciat corpus, quod eſt τήκειν, ut pinguius & obeſius reddat. Dicit igitur: χαύνωσις τήκει τὸ σῶμα, quum potius dicendum fuerit: ἡ ἀργία χαυνοῖ τὸ σῶμα. Quod quamvis verum eſt, tamen τὸ χαυνοῦν non reſpondet verbo conſumendi, quod nos apte δαπανᾷν vertimus.

SCALIGER.

proprie ea verba: *Vita humana prope uti ferrum eſt. Quod, ſi non exerceas, tamen rubigo interficit. Itidem homines. Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio.* Eodem modo Noſter VITAE IGNAVAE DETRIMENTUM breviter, ut ſolet, ſed efficaciter his verbis decantat:

QUUM ANIMUS LANGUET, CONSUMIT INERTIA CORPUS.

Ecce tibi verum in eo Catonem: neque tamen a Boxhornii inſultibus vel ſic inmunem futurum. Ita enim hic, in Diſſertatione ſua prorſus inlaudabili & acerba, noſtrum pergit inpetere Auctorem: *Idem videbis Diſt. VII.* ſuo ſcil. ipſius computandi modo, *Lib. III.*

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur.

Aſinina tautologia eſt. Rideret adhuc ſemel Craſſus, aut Cenſorinus ille, ſi viveret, ſi Boxhornium ſpinis & carduis adeo delectantem videret, ſuumque illud: *Digna labris lactuca!* forte ingeminaret. Sed ei Noſtroque ſuam ſedulo locat operam dignus his patronus clientibus, Cannegieterus,

Reſcriptor. Cap. XXXI. „ Tautologiam, inquiens, hic
„ nullam video; nam ſegnitiem animi, facit ignaviam vi-
„ tae vel corporis. Vide ergo, an placeat interpretatio
„ Daumii: Segnities fertur ignavia vitae, id eſt, fertur
„ vitam facere ignavam. Omnia bene haberent, ſi pro
„ *ignavia* reponere liceret *noxia*, verum Auctoris hanc vo-
„ cem eſſe, nolo adſeverare (*a*). Forte vox rarior & minus
„ intellecta Librario ea fuit (*b*), quam malim inveſtigare alios.
„ Et tamen ipſa vox noxia ſubſtantive uſurpata, pro damno
„ & nocumento, Viris tantum Eruditioribus, non & Li-
„ brariis, imo ne Grammaticis quidem mediocribus fuit
„ cognita. Servii Sulpicii ſententiam de hac voce vide apud
„ Feſtum. Adde, quae de ea porro diſputavit Perizonius
„ ad Sanctii Minervam, Lib. IV. Cap. IV. 22. & quos ci-
„ tavit Dukerus ad Opuſcula Veterum ICtorum, pag. 17.
„ Forte verbum tritum, aut dictum aliquod nobile vetu-
„ ſtioris poëtae Noſter cogitavit, quo ſegnities notabatur:
„ quale eſt hoc Horatii Lib. II. Sat. III. 14. quo fertur ſe-
„ gnities, aut ſi mavis deſidia, Seiren":

Vitanda eſt improba SEIREN DESIDIA.

Et recte deinde, de eo conſilio, propter unam aliquam vocem non ab omni parte omnibus intellectam, integram abjiciendi ſententiam, haec addit: „ Utemur hac ratione, „ cum ſervandi ſpes nulla eſt, quae nec dum decollavit". Immo neque horum Diſtichorum recens Editor, Arntzenius, intactam potuit linquere hanc Boxhornii vocem *aſininam*. Dicit ergo poſtquam eam atro carbone notavit: Segnities *proprie refertur ad animum*, ignavia *vero ad corpus*. Citatque dein nobis & Pomponium Melam & Servium Honoratum Maurum. Illum, de ſitu Orbis Cap. V. §. 25. *Solo quam Viris melior & ſegnitie gentis obſcura.* Hunc, ad Virgil. Aeneid. L. I. v. 423. *Alii* ardentes *ingenioſos dicunt. Nam per contrarium* ſegnem, i. e. ſine igni *carentem ingenio dicimus &c.*

(*a*) Adſeverat autem Clariſſ. Withofius & ſic locum unice emendandum ſtatuit, inter alia dicens: „ Forte aliquis probare poſſet, ſi loco vocis *ignavia* „ poneretur *infamia*. Sed ſequens verſiculus incipiens voce *Nam* oſtendit hic „ vocem poſitam, qua aliquid damnoſum ſignificatum ſit. Sine controverſia „ ſic unice emendandum eſt:

„ *Segnitiem fugito, quae vitae* noxia *fertur.*

„ Jam ratiocinium aptum juſtumque eſt. *&c.*

(*b*) *Oggia* forte.

&c. Ignaviam *autem*, addit ipſe, *de corpore dici, eamque vitam ignavam reddere, ex multis adparet, ut & ex adjectivo* ignavus, *vid. Non. Marcell. n.* 142. *Ovid.* Lib. I. *Ex Pont. Eleg. V. v.* 5.

Cernis ut ignavum *corrumpant otia* corpus.

Quibus rite perpenſis revera nihil eſt, quod nos amplius in hoc Diſt. remoretur, niſi nodum, quod aiunt, in ſcirpo quaerere amemus.

Languidiore animo, conſumit inertia corpus:
Hoc extinguit iners pectoris igniculos.
Tu fuge ſegnitiem, quae vitae ignavia fertur.
In motu vita eſt: Ni moveare, perit.

Evite avec ſoin la pareſſe,
Qui d'une vie heureuſe épuiſe les tréſors:
Il n'eſt pas de poiſon pareil à la moleſſe:
L'oiſiveté de l'ame eſt la perte du corps.

LXXVIII.

Interpone tuis interdum gaudia curis:
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

ANIMUS ſeriis negotiis fatigatus, aliquando relaxandus eſt honeſtis ac moderatis voluptatibus, ut redintegratis viribus ad ferendos labores ſufficiat: nam

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

ERASMUS.

INTERPONE *tuis*] Phaedrus, Fab. LIII. (ſ. Lib. III. Fab. XIV.)

Sic luſus animo debet aliquando dari:
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

OPITIUS. Vid. Weitz. p. 269. ad Ovid. I. ex Ponto. V. v. 13.

DAUMIUS.

HUC SPECTANT reliqua e Marci Catonis illo nobis ſupra * laudato oraculo. Nempe: *Vita in nana prope uti ferrum eſt. Si exerceas conteritur. Itidem homines exercendo videmus conteri.* Ergo & relaxandus aliquando hominis animus quemadmodum & ipſae res inanimatae non niſi per vices motus & a motu ceſſationis in uſum adhibentur diuturniorem. Vel, ut verbis utar Quinctiliani Rhetoris, Lib. I. Orator. Inſtitut. III. *Danda eſt*, inquit ille, *tamen omnibus aliqua remiſſio, quia nulla res eſt, quae perferre poſſit continuum laborem; atque ea quoque, quae ſenſu & anima carent, ut ſervare vim ſuam poſſint, velut alterna quiete retenduntur.* Aut verbis ſummi Ariſtotelis & arguti Senecae, quos laudat in hoc Diſt. Vir praeclarus, Wachius. „ Egregie, *ait is*, „ huc pertinent illa Ariſtotelis, Lib. VIII. Politicor. Cap. „ III. Ὁ γὰρ πονῶν δεῖται τῆς ἀναπαύσεως· διὰ τοῦτο παιδιὰς „ εἰσάγεσθαι, καιροφυλαττοῦντας τὴν χρῆσιν, ὡς προσάγοντας „ φαρμακείας χάριν. *Nam qui laborant indigent relaxatione:* „ *& propterea oportet jocum adhibere, qui tanquam medicinam* „ *eo tempore afferat.* Nec aliena, *pergit*, hinc eſſe videntur, „ quae

* Vid. paullo ante pag. 358.

78.

Ἔσθ' ὅτε παρβολάδην ΤΑΙC φροντίσι μίγνυε ΤΕΡΨΕΙC,
ΟΦΡΑ φέρειν θυμὸς φίλος ΟΝΤΙΝΑοῦν πόνον ἴσχῃ.

Interp. *tuis &c.*] Non ſolum improprio adverbio παρβολάδην uſus eſt Planudes, ſed etiam penultimam producit, oblitus apud Homerum corripi in παρβολάδην.

Scaliger.

Damus Scaligero prius; poſterius non item.

Quemvis *ſufferre laborem.*] Quid ſi legamus? *quem vis, ſufferre laborem.* Sic enim Vir Doctus conjecerat, ut fere loquitur Seneca, Ep. XXII. *Quemcumque vis* occupa. &c.

O. Arntzenius.

„ quae L. Annaeus Seneca, Libro de Tranquillitate Anim. „ Cap. XV. habet: *Danda eſt*, inquit, *remiſſio animis: meliores acrioresque requieti ſurgent. Ut fertilibus agris non eſt imperandum: cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa foecunditas: ita animorum impetus aſſiduus labor frangit. Vires recipient paullum reſoluti & remiſſi.* Unde Scaevola luſiſſe pila traditur: *quia videlicet ad hoc diverticulum animum ſuum, forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat*, ut de eo Maximus Valerius Lib. VIII. Cap. VIII. ſcriptum reliquit".

Herodoti quoque, in hanc ipſam ſententiam, valde memorabile illud eſt, quod in Euterpe (Hiſtoriarum ejus Lib. II.) de Amaſi narrat, devicto Aprie, ex homine plebejo, qualis fuiſſet antea, Aegypti rege. Qui *hoc uſus eſt*, inquit Hiſtoricorum princeps, *in rebus agendis, inſtituto. Ab aurora usque dum refertum eſſet forum, accurate negotia oblata agebat, deinde potabat & inter compotores jocabatur, morionem agens ac ſcurram. Quibus rebus offenſi amici, talibus eum verbis caſtigabant, Rex, dicentes, non e dignitate tua degis, qui ad tantam te demittis nequitiam. Nam deberes auguſto in ſolio ſedens auguſte interdiu res adminiſtrare: ita & Aegyptii cognoſcerent a magno ſibi viro praeſideri, & tu melius audires. Nunc*

haud-

haudquaquam facis e regia dignitate. His ille reſpondit : Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲν δέωνται χρᾶσθαι, ἐντανύουσι, ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι. Εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐκραγείη ἂν, ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. Οὕτω δὴ καὶ ἀνθρώπου κατάστασις· εἰ ἐθέλοι κατεσπουδάσθαι αἰεὶ, μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἑωυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν ἤτοι μανεὶς, ἢ ὅγε ἀπόπληκτος, γενόμενος. H. e. interprete Laurentio Valla, cujus ejusdem verbis latinis hanc telam orſi paullo ante ſumus hiſtoricam: *Arcus ab iis, quorum ſunt, quum eſt opus, intendi* (addendum in verſione fuiſſet, *retendi itidem, cum non opus ſit amplius*): *eos, ſi ſemper intenti ſint, ruptum iri, nec poſſe eis illos, quum indigeant, uti : Ita & hominis inſtitutum eſſe. Si aſſiduo laborare ſtudio, nec ullam partem ad luſum ſibi indulgere velit, fore ut pedetentim aut mente captus ſit, aut membris. Quod ego intelligens utrique rei tempus impertio. Haec Amaſis amicis reſpondit.* Jam Phaedrus, Auguſti libertus, homo vaferrimus idem &, ut ſunt fere omnes aulici, lepidiſſimus, potuiſſet dicere idem in defenſionem domini quondam ſui, quem refert Suetonius, in Auguſti vita, Cap. LXXXIII. *Animi laxandi cauſſa modo piſcari* ſolitum *hamo, modo talis aut ocellatis, nucibusque ludere cum pueris.* Maluit tamen, mutato nomine, narrare ut fabulam: quam citat in notis ſupra jam Opitius. Et ne qua minima in parte regia laedatur majeſtas, (prouti & alibi, quam non loquitur circumſpecte, in re fere ſimili, de Tiberio Caeſare:

Tunc ſic jocata eſt tanti majeſtas Ducis.)

neque ipſi Amaſi adjudicat, cui tribuit Hiſtoria; ſed ſuo in fingendis fabulis exemplari, fabularum Philoſopho, ut hominem Plinius vocat, Aeſopo, & pariter ſervo, & regis illius aetate aequali. Sed ſunt profecto multo plura ejusmodi, in quibus politiſſimi iſtius Scriptoris ſummum atque cultiſſimum eluceat ingenium: Qui & alio loco dicit;

Animum relaxes, otium des corpori,
Ut adſuetam fortius praeſtes vicem. Lib. III. Prologo.

Multi ſunt & fortaſſe nimii, in hoc praecepti commendando, Poëtae, ut videre eſt & in noſtris floſculis: nec id mirum; nam

Carmina ſeceſſum ſcribentis & OTIA *quaerunt.*

Neque tamen ejusdem neceſſitatem vel ipſi negant ſeveriores Philoſophi : Probant item & exemplis adſtruunt Hiſtorici:

rici: Denique imperant & Medici, vid. Venerabilis Avi noſtri Amaltheum Caſtello-Brunonianum, ſive Lexicon Medicum, in vocibus *Heſychia*, ſive Quies, & *Otium*, & eodem Auctore, Jacobo nempe Pancratio Brunone, in lucem edita Medic. General. Dogmata, P. V. Cap. V. Dogm. V. pag. 645. Qui magnus quondam Medicus & Heiſtero maximo, aliisque medicorum principibus vel hodie adhuc magni habitus, continuum laborem & vehementiorem quemcumque a prandio aut coena corporis motum vehementer reprobavit, eo diſſipari inquiens, cum humoribus concoquendo nutrimento neceſſariis, ſpiritus animales, neque naturam, huic operi intentam, ſimul aut ſeriis quibuſcumque negotiis, aut certe meditationibus, ſine corporis detrimento, poſſe ſufficere. Ipſe autem ad diſciplinae ſuae praeſcriptum vitam exigens, ad biennium ſupra octogeſimum aetatis annum incolumis produxit & filia ejus unica, mihi veneranda mater, anno jam nonageſimo propior, adhuc in vita ſuperſtes eſt: quae femina mirum in modum ſuum per omnia expreſſit parentem.

Cavendum tamen & hic, veluti ex parte altera, ne quid ſit fiatque nimium & in animi remiſſione: Namque nec argute magis, quam vere, iſtud in divina dicitur P. Syri ſententia:

Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.

quam ſic ad verbum Scaliger graece reddidit:

Τόξον τένος, χάλασμα τὸν νοῦν, ῥήγνυσι.

Et Plutarchus idem dicit in libello quo disquirit, *an ſit ſeni adminiſtranda Reſp.* Τόξον μὲν, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. Vid. ſub Proverbii titulo: ARCUS TENSUS RUMPITUR, Erasmum, qui dictis addit ſequentia: *Refertur autem in epitaphio Theophraſti, qui tantiſper viguit, dum eſſet in labore; ſimul atque remiſit ſtudium, interiit:*

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τιν' ἐλέχθη,
  Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
  Ἦν δέμας εἶτ' ἀνεθεὶς, κάτθανε πηρομελής.

Id eſt:

Frangitur, ut ſtudii tenſum laxaveris arcum,
  Veridici ſane verba fuere viri.
Namque opere aſſiduo valuit Theophraſtus: & idem,
  Laxato ſtudio, membra ſolutus obit.

No-

Nolebat hoc de ſe poſſe dici, diligentiſſimus Analecta, Baylius, qui ea propter & hoc Catonis Diſtichon, cum indignatione fere, a ſe rejicere videbatur *: Sed nec omnes Baylii ſumus, hoc eſt, aeque ac ipſe, in ſtudiis toti, & qui omnis generis ſcripta, non ſine quadam animi voluptate, tranquillus atque a nemine diſturbatus potuit perlegere, fruſtra

* Dans la Préface de la I. Edition de ſon grand Dictionnaire, pag. V. de la derniere: — *ſoit*, dit-il, *qu'une pareſſe naturelle, ou une obéiſſance trop ſcrupuleuſe au précepte qu'ils ont appris au College*, Interpone tuis &c. *les engagent à de fréquentes interruptions de leur travail.* Et peu après: *La voie des préjugés eſt trompeuſe; & s'ils veulent des préjugés favorables, je leur dirai que je me ſouviens auſſi-bien qu'eux du Diſtique de Caton,*

Interpone tuis interdum gaudia curis, &c.

mais que je m'en ſers très-peu. Divertiſſemens, parties de plaiſir, jeux, collations, voiages à la campagne, viſites & telles autres recréations, neceſſaires à quantité de gens d'étude, à ce qu'ils diſent, ne ſont pas mon fait; je n'y perds point de tems. &c.

LXXIX.

Alterius dictum aut factum ne carpſeris unquam:
Exemplo ſimili ne te derideat alter.

QUID in alios feceris, hoc in te fiet ab aliis. Si libenter reprehendas aliorum facta dictave, tuo exemplo & alii in te utentur.

ERASMUS.

EXEMPLO *ſimili*] τὸ alterius in principio prioris verſiculi, & τὸ alter in fine poſterioris de eodem dicitur. Scal. & ex eo, in excerptis, OPITIUS. Nos contra opponi arbitramur, uti ſemper *alter* & *alter*.

MERUM Hoc eſt dogma euangelicum, vel euangelicae ſaltem doctrinae conſentaneum:

ΜΗ ΚΡΙΝΕΤΕ, ΙΝΑ ΜΗ ΚΡΙΘΗΤΕ.

Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Matth. VII. 1. & 2. H. e. verbis Caſtalionis:

NE JUDICATE, ET NON JUDICABIMINI.

Nam

fruſtra nobis ille perſuadere conabitur, eorumdem otiorum ſane quam cupidiſſimis, nulla omnino ſpeculationum ſuarum *curis interpoſita* a ſe fuiſſe *gaudia*, aut, ſi non corporis, quod & ipſum tamen ea perfruitur quiete; animi certe oblectamenta.

Interpone tuis interdum gaudia curis:
Gaudia te recreent reſtituantque tibi.
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem:
Quum, novus ipſe, operis ſponte ſubibis onus.

Interromps pour un tems, par un plaiſir utile,
Le ſoin d'un travail aſſidu:
L'eſprit par ce repos plus libre & plus tranquile
Saura mettre à profit ce qu'il aura perdu.

79.

ΜΗτε ΛΟΓΟυ, μήτ' ΕΡΓΟυ ἐπιδράξῃ ἑτέροιο,
ΜΗ τῷ σῷ παραδείγματι ΚΑΙ ΣΕ τις αὖθι γελάσῃ.

EXEMPLO *ſimili.*] Non intellexit Planudes. Mens Gnomologi: Noli factum aut dictum alicujus deridere: ne contra ipſe tuo te exemplo derideat. Nam τὸ *Alterius* in Principio prioris verſiculi, & τὸ *alter* in fine poſterioris, de eodem dicitur. SCALIGER.

RECEPTAM lectionem repetire licuit in Vet. Chartac. Leid. tert. & editis antiquiſſimis. &c. O. ARNTZ.

Nam quo judicio judicabitis eodem judicabimini: & qua menſura menſi fueritis, eadem vobis remetietur. Neque tamen propterea ita ſentiendum, Catonem noſtrum Chriſtianorum ſacris addictum fuiſſe, quod ſecus eſſe, in hac ipſa Hiſtoria ſatis & abunde demonſtratum dedimus, ac diverſis in locis, contra ſtatuentem illud Boxhornium, porro evincemus. Nam & eo tempore, quo ſcripſit Noſter, recepta inter Chriſtianos morum inſtituta paſſim & ubique inter gentes fuerunt divulgata,

ta, & earum ſapientiores, quaecumque ex his rejicere plane non poterant, ne ſanctitatis aut virtutis laude illis ceſſiſſe viderentur, in ſuos uſus converſa adhibuerunt ipſi. In quibus & hoc cumprimis Juris omnis naturalis primarium quaſi principium ac fundamentum omnium ad ſe rapuit traxitque adſenſum:

QUOD TIBI TU FIERI NOLLES, NE FECERIS ULLI.

Ex quo veluti ſua ſponte profluit hoc: Nolles autem tua dicta aut facta maligno animo carpi aut perſtringi ab aliis. Ergo illud idem alteri ne feceris. Hoc eſt

Alterius dictum aut factum ne carpſeris umquam.

Epictetus ſane in nulla re, ne minima quidem, male vult de altero judicari, nedum male dici, ut qui *linguae* eſſe *temperandum*, toties inculcavit. Illud vel praecipue apparet ex Cap. Enchiridii LXVII., quod his conceptum verbis eſt: Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλὰ ὅτι ταχέως. Πίνει τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν. Πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶδα εἰ κακῶς; οὕτως οὖν συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν Φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι. H. e. ex interpretatione hic loci prae aliis curatiore Angeli Politiani: *Lavatur quis cito, ne dicas male eum lavari, ſed cito. Bibit quis multum vini, ne dicas, male, ſed multum. Niſi enim ejus conſilium ſcias, unde ſcis, an male? Sic enim accidet, ut aliorum apprehenſivas imaginationes accipiamus, aliis autem aſſentiamus.* Ita nempe, ut moris eſt Noſtro, utque pariter ait Plinius, ejusdem aevi Philoſophus: *Mitius jubetur exemplo.* Sed tamen & alibi ſeverius omne ex iſto perverſo, quod hic vetat, de aliis judicio profluens ac redundans aut derivatum in alios plane damnat vituperium, Capite ipſe monens LXXII. Σημεῖα προκόπτοντος ΟΥΔΕΝΑ ΨΕΓΕΙ, οὐδένα ἐπαινεῖ, ΟΥΔΕΝΑ ΜΕΜΦΕΤΑΙ, ΟΥΔΕΝΙ ΕΓΚΑΛΕΙ, οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. Ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ· κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται. Περίεισι δὲ καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι τῶν καθεστώτων, πρὶν πῆξιν λαβεῖν. Ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὴν δ' ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ Φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν. Ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ χρῆται. Ἂν ἠλίθιος ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, οὐ πεφρόντικεν. Ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν παραφυλάσσει, καὶ ἐπίβουλον. H. e. eodem, quo ſupra, interprete:

prete: *Signum proficientis hoc eſt*, NEMINEM VITUPERAT, *neminem laudat*, DE NEMINE QUERITUR, NEMINEM ACCUSAT, *nihil de ſe ipſo dicit, ceu ſi ſit aliquis, aut aliquid ſciat. Cum in re quapiam aut impeditur, aut prohibetur, ſe ipſum accuſat.* (Conf. Cap. III. & Diſt. XIII. & XXIII. Lib. I. p. 104. ſq. itemque XXX. Lib. II. pag. 309. ſq.) *Et ſi quis ipſum laudet, ridet laudantem ipſe ſecum: & ſi vituperet, non ſe expurgat. Degit autem inſtar valetudinarii, cavens aliquid eorum quae ſunt in ſe commovere, priusquam ad ſoliditatem perveniat. Appetitum omnem a ſe ipſo ſuſtulit. Declinationem vero in ea tantum, quae ſunt contra naturam, eorum videlicet quae ſunt in nobis, tranſtulit. Conatu ad omnia remiſſe utitur. An ſtultus, an rudis dicatur, minime curat: utque uno explicem verbo, quaſi adverſarium ſe ipſum obſervat, & quaſi inſidiatorem.* Sed haec, ut ipſe teſtatur Philoſophus, non niſi *provectioribus* ſcripta, neque adeo ſunt omnium. Jam vero Dionyſius pater, qui ſuum probe noverat filium in hiſee ſacrorum arcanis nondum initiatum, multoque minus eorum Myſten, quique eum praeterea ſciverat minime eſſe ſtipitem, neque ſine omni ſenſu aut laudis, aut ignominiae, futurum, ita & haec ſublimiora dogmata ejus ingenio captuique adcommodat, ut in ipſo gloriae adfectu adhuc inbecilliorem adoriatur animum: *Ipſe laudum cupidus & a dedecore abhorrens, cave tibi, ne alios probris aut convitiis inſecteris, aut eorum facta dictave malo animo perſtringens, ipſos indigna coinquines contumelia.* Fore enim, ait, ut, juſta quadam Nemeſi & certiſſimo talionis jure,

In caput Auctoris facinus plerumque redundet:

Quique alterum involvat obtegatque probris, ipſe viciſſim probris & convitiis proſcindatur, ſi neque ſemper ab eodem, quem laeſerat, uti rem exponit Scaliger, forte tamen ab aliis, ipſius in hoc exemplum imitantibus.

Alterius dictum aut factum ne carpſeris umquam:
Ut ſapias, mores carpſeris ipſe tuos.
Exemplo ſimili ne te derideat alter.
Caedimus; inque vicem caedimur: Alta ruunt.

Par un faux eſprit de critique,
Des actions d'autrui ne ſois pas le cenſeur;
De peur qu'à ton exemple un autre ſatyrique
Ne t'accable à ton tour, en raillant le railleur.

LXXX.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato,
Augendo ſerva; ne ſis, quem fama loquatur.

QUOD tibi obvenit ex teſtamento tuorum, id ſerva, ne fias vulgo fabula. *Quod ſors ſuprema*) id eſt haereditas, *dederit tibi notato*) id eſt inſcripto *tabulis* inſtrumentariis, vel *notata* id eſt, ſcripta tabulis; *augendo ſerva*) id eſt, ita ſerva, ut augeas etiam. Vulgus enim multa dicere ſolet, in νεοπλούτους, id eſt, in novas nactos divitias.

ERASMUS.

Juven. Sat. I. v. 59.

Qui bona donavit praeſepibus & caret omni Majorum cenſu. &c.

QUAE *tibi* eſt in Cod. ſcripto Vet. Chart. Quod ſequuntur Editt. Aug. Vind. Euchar. Trem. Eraſm. Gryph. Cord. Crucii & quaedam recentiores. Quod placuit Cl. Reſcriptorum Auctori, Capite, ut nuper me monuit, novo XXXIII.

O. ARNTZENIUS.

Reliqua ejus vide ſtatim Commentario noſtro inſerta.

NAVIGENT hunc civilis Juris Oceanum, quorum eſt, cum Lege navigare, JCti. Quod & fecere jam conſultiſſimi viri, Henricus Cannegieterus, Ottoque Arntzenius J. U. D. neque illi noſtra in eo opera indigent.

Sed non haec mihi vis: non mihi talium
Cura eſt, aut animus deliciarum amans.

Nihil itaque aut parum addam de meo iis, quae viſum erat huic erudito Doctorum Pari ad hoc Diſtichon conferre. Primus autem horum poſterior, in expoſitione ſua, ſupra jam in brevioribus doctorum Virorum notis inchoata, ita pergit: „ *Recte exponunt* ſortem ſupremam *per* hereditatem. „ *Hinc Livius Lib. I. Cap. XXXIV.* § 2. Puero poſt avi „ mortem in nullam *ſortem* bonorum nato. *Et procul dubio* „ *hinc defendi poteſt locus Horatii, Lib. II. Epiſt. II. v.* 173.

Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc *ſorte ſuprema*,
Permutat dominos, & cedit in altera jura.

„ *Ubi Bentlej. ex ſuis Codd. edidit* morte ſuprema. *Nec aliter* „ *etiam*

80.

Κλῆρον, Ὃν ἔσχες πατρόθεν, ἔγΓΡΑΦέ μοι πινάκεσσιν,
Καί μιν ΑΕ'ζων φρούρει, ΜΗ'τι κακῶς ἐπακούῃς

QUAE *tibi ſors dederit ſuprema notato.* Quae tibi ſcripto in Tabulis teſtamenti ſuprema voluntas alicujus reliquerit. At Planudes τὸ NOTATO verbaliter reddit ἔγγραφε: quum ſit γεγραμμένῳ. Ne mirere igitur tam ridicule hunc verſiculum expreſſiſſe:

Κλῆρον, ὃν ἔσχες πατρόθεν, ἔγγραφέ μοι πινάκεσσιν.

Scribe in tabulis haereditatem a patre relictam. Qui haec mihi interpretabitur, mereat montes auri.

NE *ſis, quem fama loquatur.*] Aut aliquod proverbium in profuſores bonorum jactatum hic invenitur, ut nos vertimus, aut ſimpliciter accipiendum: Ne occaſionem praebeas vulgo de te, & ſis fabula, ut bene concepit Planudes. Tunc ita fuerit vertendum:

Τήρει τ' εὖ καὶ ἄεξ' ἵνα μὴ θρύλημα γένηαι.

SCALIGER.

„ *etiam in ſuis legi, monet Torrent. Putant autem nonnulli,* „ hereditatem *ita dictam eſſe, quod ſorte quandoque divideretur; ſaepenumero etenim contingit, ut inter plures heredes de* „ ſorte, *i. e. parte bonorum,* (a) *non conveniat. Quo caſu* „ ſortis uſum *commendat ipſe Ulpianus Leg.* 24. § 27. *ff. de fideic. libert.* Tabulae *autem hic ſunt* teſtamenti tabulae, *ut* „ *apud Juvenal. Sat. XII. v.* 122.

„ —— —— Nam ſi Libitinam evaſerit aeger
„ Delebit *tabulas.*

„ *Sat.* XIV. *v.* 55.

—— —— ac poſt haec *tabulas* mutare parabis.

„ *Plura vide apud Briſſon. de Form. pag.* 528. *Denique* notato
„ tibi

(a) Unde & Graecis *hereditas* dicitur κληρονομία, ſive *ſortis*, quae unicuique obtigit, *adtributio.* Promiſi me nihil additurum; tenuem tamen hanc animadverſiunculam aequi conſulent Lector & ſuperiorum Auctor.

„ tibi *eſt*, *ut loquuntur JC^ti^*., heredi ſcripto, *vid. Grang. ad*
„ *Juvenal. Sat. III. v.* 161.

„ —— —— Quis pauper *ſcribitur heres*?

„ *Adde, quae Erudit. Cort. notavit ad Sall. Jugurth.* Cap. LXV.
„ § 1. Quem *Micipſa teſtamento Secundum* heredem ſcripſerat.
„ Notare *etenim ſaepius notat* ſcribere. *Ovid. Ep. III. He-*
„ *roid. v.* 2.

„ Quam legis a rapta Briſeide litera venit,
„ Vix bene barbarica graeca *notata* manu.

„ *Ep. I. Heroid.* v. 62.

„ Traditur huic digitis charta *notata* meis.

„ *Et ſic in proverbio*: Neque *notare*, neque literas novit.
„ *Pro quo alii malunt* natare. *At rationes, quas iſtius rei red-*
„ *dunt, magis ſpecioſae, quam verae.* Notare *itaque hoc in pro-*
„ *verbio notat* ſcribere, *ſeu* aliquid per notas exponere, *unde*
„ notae & compendia *junguntur apud Manilium, Lib. IV.*
„ *v.* 198.

„ Quique *notis* linguam ſuperet, curſimque loquentis
„ Excipiat longas nova per *compendia* voces.

„ *Sueton. Tit. Cap. III.* E pluribus comperi, *notis* quoque
„ excipere velociſſime ſolitum. *Ubi vid. Torrent. & quae*
„ *notavit Pitiſc. Simpliciter verbum* notare *hoc ſenſu occurrit*
„ *apud Quinctil. Prooem. Inſtit. Orat. Lib. I. pag.* 7. Alterum
„ pluribus ſane diebus, quantum *notando* conſequi potuerant
„ interceptum. *Ubi vid. Turneb.*" Hactenus Arntzenius.

Alter vero horum virorum, Ampliſſ. Cannegieterus, Reſcriptorum Cap. jam citato ſupra in not. ab altero, haec adfert, dicens: „ Eraſmus & alii praecipi hoc Diſticho
„ dicunt, ſervandum eſſe & augendum, quod teſtamento
„ aut hereditate relictum eſt. Sed qui huic praecepto con-
„ venit ratio: *ne ſis quem fama loquatur*, i. e. ne mala fama
„ laedat te. Cui enim fraudi fuit, aut dedecori, minuiſſe
„ hereditatem, aut non auxiſſe eam? Maxime, ſi is mi-
„ nuit, aut non auget, qui indigebat. Anne uſui relinqui-
„ tur hereditas? Quae ergo invidia, aut infamia, heredem

„ fuiſſe

„ fuiſſe ea uſum? Anne noſter Dionyſius contra monet,
„ utendum eſſe? Ita namque is, Lib. IV. Diſt. XVI.

„ *Utere quaeſitis opibus, fuge nomen avari;*
„ *Quo tibi divitias, ſi ſemper pauper abundas?*

„ Non illud ergo, ſed aliud eſt, quod praecepit filio Dionyſius hoc loco, id quod perſpicies, ſi ita legas:

„ *Quae tibi ſors dederit, tabulis ſuprema notato*
„ *Augendo* ſervo, *ne ſis, quem fama loquatur.*

„ *Quae* pro *Quod* eſt in codice vetuſto, & praeferunt Ill. Editt. multae. *Quae tibi ſors dederit*, puta opes, rem familiarem, quae ſubſtantiae nomine JCti. appellant, Philoſophi ea Fortunae i. e. ſortis bona dicere conſueverunt. Haec bona, *tabulis*, inquit, *ſuprema notato augendo ſervo. Notare tabulis*, i. e. ſcribere in teſtamento, qua locutione nihil vulgatius. *Suprema*, i. e. ſupremo atque ultimo loco. Supremus hic locus bifariam accipitur, nempe aut ultimus inter heredes, aut ultimus tabularum, ſive teſtamenti parte, quam alii imam ceram nominarunt. Sciendum autem, ita fuiſſe formata teſtamenta, ut in prima tabula heredis nomen, in ima vero & poſteriore tabula, nomina ſubſtitutorum ſcriberentur. Vult autem fieri hanc notationem *augendo ſervo*, ſive ad augendum ſervum; augetur autem ſervus unice data libertate. Hoc ergo filium monet Noſter, quod ab aliis etiam nonnullis factitatum ſcribit Juſtinianus, ut ad cavendam auctionis infamiam, quae obaeratis manebat, ultimo heredum loco ſervum heredem ſcribat, id quod per legem Aeliam Sentiam licuit. Audi Juſtinianum § 1. Inſt. de Hered. Qual. & diff. *Solent*, inquit, *ſervum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu heredem inſtituere; ut ſi creditoribus ſatis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipſius teſtatoris a creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos dividantur.* Quem ad modum autem infamiam caverit teſtator augendo ita ſervo, i. e. inſtitutione illius, docet idem Imperator § 1. Inſtit. Quib. ex cauſſ. manumittere non licet. *Valde enim proſpiciendum erat* (qua in re valde proſpiciendum arbitrabatur civibus, eadem in re ſedulo providit filio Dionyſius) *ut egentes homines, quibus alius heres*

In voce illa *Suprema*, nomen SUMMA, *Summam* quaſi auri & argenti, inveniſſe ſe arbitrabatur Gallicus hic Interpres.

Ayant reçu du Ciel une fortune aiſée,
De tes biens par écrit ſuppute le montant:
Pour ne pas du public eſſuyer la riſée,
Garde-les en les augmentant.

81.

ΗΝ ἄφενός τοι ΠΛΕΙΣΤΟΣ ἔοι ποτὶ ΓΗΡΑΟΣ ΟΥΔΩ͂Ι,
Σμικρολόγος μὴ ἴσθι, φίλοισι δὲ πλουσιόδωρος.

QUUM *tibi divitiae*] Omnino a Pindaro,

Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψας ἔχειν,
Ἀλλ' ἐόντων εὖ τε παθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων.

Nemeaco primo. Πλουσιόδωρος, ἀντὶ τοῦ πλουτόδωρος, quod hic uſurpat Planudes, βαρβαρίζει.

SCALIGER.

SUPERANT i. e. *ſuperſunt.* Cic. Paradox. VI. *Uter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui* ſuperat? Sic paſſim & Virgil., Horatius & optimi quique.

WACHIUS.

Et in primis Sall. Bell. Catil. C. XXI. Ubi ita Catilina: *Etenim quis mortalium, cui virile ingenium eſt, tolerare poteſt, illis* divitias ſuperare? & paſſim alii. O. ARNTZENIUS.

vulum profunderentur honeſte, vel inter ingenuos quidem, aſt ignotos & nulla caritate junctos, digne diffunderentur. Hic admodum aſtute ſenes multi, quales & adhuc noſtra ferunt tempora, locupletes & avari, quantum poſſunt plurimos aliorum ad ſervitia ſua, ſpecula quadam partis ex hereditate capeſſendae, tamquam eſcae illecebris variiſque artibus, pelliciunt; quos non minus, quam ipſos heredipetas, de quibus nos vidimus alibi *, falſe traducunt carpuntque

* Per totam Hiſtor. Crit. Diſticho XIX. Lib. I. ſubjunctam, pag. 84. ſqq.

que Satyrici, praecipue Juvenalis & Lucianus. Adeo ſcil. verum eſt tritum illud, ad quod & adluſiſſe videtur Eraſmus: *Cum ſeneſcente homine cetera vitia ſeneſcunt; ſola avaritia juveneſcit.* Eorum non vult filium ſuum delabi in indignos viro bono & honeſto mores, ipſique aliam inſiſtendam proponit viam. Quique teſtamenti tabulas *ſervo* maluerat inſervire *augendo*, quam aliorum ulli: certos jam *amicos* amici opibus potius *in* hujus *vita* cenſet adjuvandos, quam poſt funera. Itaque nec ſine ſermonis vi quadam atque efficacia hic dicit:

FACITO VIVAS AMICIS.

H. e. *Ne parcum te ac tenacem praebeas, in vita tua, Amicis, ea ſub ſpecie, ut munificum erga illos, in morte, te exhibere poſſis.* Stolidum eſt illud atque illiberale conſilium, tum demum quid te velle donare, quum retinere nequeas amplius. In vita potius adhuc oſtendas, te volentem lubentemque, nec ullo modo coactum, donare aequalibus atque amicis, quae dare aut deſtinare ipſorum uſibus conſultum duxeris. Iſtud eſt, aut me fallunt omnia, quod dicit Auctor:

MUNIFICUS *facito* VIVAS, NON PARCUS *amicis.*

In vita viget Amicitia; non ita poſt obitum: vivus itaque & adhuc viventibus te praebeas amicum; non mortuus & ipſis forſitan ante te diem obituris ſupremum, quando illos opibus

LXXXII.

Utile conſilium dominus ne deſpice ſervi.
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, temſeris umquam.

PROPTER auctoris humilitatem non eſt contemnenda ſalubris ſententia. Nec ſpectandum eſt quis dicat, ſed quid dicatur.

ERASMUS.

UTILE conſilium] Aliter Poëta ap. Athenaeum Lib. VI. Deipnoſoph. (Vid. in Daumii not.) ex verſione Dalecamp.

Altiſonus mentis privavit Jupiter omnes
Dimidio, quotquot fatum ſervire coëgit.

OPITIUS.

Quique & ſervorum aliquando curam habere iisque bene proſpicere, ſe non indignum eſſe putavit, ut in illo:

Nil temere — de ſervis crede querenti.

Iterumque in hoc altero:

Servorum culpis quum te dolor urget in iram.

Nec non in alio:

Ut ſervos dicas, homines tamen eſſe memento.

Denique & in iſto:

Utile conſilium dominus ne deſpice ſervi.

Quid mirum ſi idem, quippe qui neque ſervum quondam reſpuebat Philoſophiae magiſtrum ſibi, Epictetum, quid, inquam, ſit mirum, ſi & SERVO idem hic AUGENDO, quovis modo, conſulat, praecipue vero ſi eadem opera & filii conſulere famae poſſit. Id vero fiet, vel ſi dives moriatur, vel ſi tenuis & egenus. Si dives & ſine liberis, ſervire tum hereditas poterit AUGENDO revera *ſervo*, ut ſuorum alicui neceſſariorum, vel jam primario heredi, vel etiam ſecundario. Si tenuis; tamen hunc &, donata cum hereditate, libertate augebit, &, ſi in aere ipſe alieno fuerit, ſimul quoque bonorum auctionis, non adeo auguſtae aut ſplendidae, illum ſic augendo, a ſe amolietur infamiam. Quid hiſce prudentius excogitari poterat, & qua ratione melius variis ac diverſis aequabiliter provideri incommodis?

NIHIL proinde, hiſce ſemel praeguſtatis, urgebit amplius, ut confugiendum ſit ad ea remedia, quae adhiberi Cel. Withofius ſimulque Diſtichon, ſe ſponſore, ita emendari jubet:

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato,
Augendo cura, *ne* ſegnem *fama loquatur.*

Altius, certe, ulcus ſederat, quam ut his curatum radicitus malum ſit. Et in priore verſiculo dura mihi ſemper neque Auctoris noſtri ſtylo congruens viſa eſt ea Adjectivi a ſuo Subſtantivo, ut loquuntur Grammatici, ex alio commate in aliud, violenter nimis facta trajectio:

Quod tibi ſors *dederit, tabulis* ſuprema &c.

Cui ſola inconcinnitati obſervatio medebitur Cannegieterana.

opibus aut opera juvare tua conceſſum non erit ulterius. Ita cum ſuperioribus & quibusdam porro ſequentibus optime cohaerent omnia. Nullum igitur manet dubium, quin haec ipſa vera Catonis mens fuerit ac ſententia. Digna, certe, eadem eſt vel Catonum maximo. Neque nos cum ſenſum illi commodantes ex arbitrio tantum noſtro tribuimus, ipſa potius verba idem clara voce proloquuntur, tantum paullo adcuratius inſpecta, atque perſpecta penitius. Sic itaque ſimul eadem exemplum praebent nobis, quantum ab eo abſit, ut omnia, quae ſunt in hoc Auctore pulcra & eximia, hactenus ſint ab omnibus plane intellecta; namque & pueri ea prorſus callere ſibi, ut ſunt pueri, fingunt ac perſuadent pueriliter: quum neque virorum omnes, vel reliquis doctiorum, ex iſtis ſingula, ſemper, aut ex aſſe perceperint, nedum ut perſpexerint omnino.

Quum tibi divitiae ſuperant in fine ſenectae,
Cogita, ut aeternum vivere nemo queat.
Munificus facito vivas, non parcus amicis:
Vivat in ipſorum mentio mente tui.

Te voyant opulent dans l'extrême vieilleſſe,
Qui t'annonce un trépas prochain,
A tes meilleurs amis fais part de ta richeſſe;
Et jouis de la vie en attendant ſa fin:

82.

Ὠφέλιμον θεράποντος ΒΟΥΛΗν ΜΗτι παρέλθῃς,
ΜΗΔ' ἑτέροιο ΤΙΝΟC ΓΝΩΜΗΝ, ΕΙ ΣΥΜΦΟΡΟC εἴη.

UTILE *Conſilium domini ne deſpice ſervi.* Phocylides: Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος. Planudeanum μήτι παρέλθῃς, ἀντὶ τοῦ, μὴ καταφρόνησον, non poſſum ſine riſu *praeterire.*

SCALIGER.

Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται
εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνδρῶν, οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον
ἦμαρ ἕλῃσι.

Vide Macrob. I. Sat. XI. Loccen. p. 120. ad Curtium. Caſſiod. VI. Var. Ep. XIX. *Omnis prudens conſilium quaerit.*

DAUMIUS.

Servis iterum nunc patrocinatur, ſed iis tantum, qui frugi eſſent, neque in eo tam ipſorum commodis, quam domini proſpicit utilitati. Quae enim major eſſe poſſit amentia, quam ea, quae nimium ſaepe viſendam ſe praebet in quorumdam dominorum ridicula ſane obſtinatione, inque tam coeco conditionum reſpectu, ut, quae ſibi ipſis maximo ſint emolumento futura, cum indignatione aliquoties rejiciant & aſpernentur, quoniam ea ab homine non aeque fortunae donis, quam arte & ingenio ſpectabili, ab opifice, a ſervulo, eſſent in medium adlata: utque ea, quae non poſſint non ſibi eſſe damno, ipſi volentes amplectantur, ſtatim ut proficiſcuntur ab iis conſilia, quibus alioquin faveant, licet omnium rerum ignaris? Ne illi imputent deinceps aliis praepoſtera eventa, ſed ſibi ipſi, qui ſtolidam ſuperbiam magis in conſilium advocaſſent, quam optimam gubernatricem rerum, prudentiam; ſed quae non niſi quod optimum, quodque utiliſſimum, absque ullo alio re-

LXXXIII.

Rebus & in cenſu ſi non eſt, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.

Diminuta fortuna tua, non eſt utendum eodem ſplendore, quo prius: ſed contentus eris eo genere vitae, quod praeſens fortuna tibi praebet, & quod adeſt, boni conſules.

Erasmus.

Rebus & *in cenſu ſi non eſt, quod fuit ante*] Ordo eſt, *in rebus & cenſu.* Boxhornio reſcriptorum ſub finem, ſive Cap. noviſſimo, XXXIII.

Cannegieterus.

Locum ſibi convenientiſſimum ante id, quod proxime praecedit, ſortitum fuiſſet hoc Diſtichon: Sunt enim ſibi mutuo oppoſita in omnibus ſuperius LXXXI. & praeſens hoc, de quo nunc agitur. Ibi ſtatuit potentem locupletemque ſenem; hic tenuiorem ac tantum non egere incipientem. Ibi *divitiae ſuperant* atque abundant; hic inclinatis

reſpectu, jubet eligere. Id Noſter ait, *Utile conſilium*, priore verſu, & poſteriore, *ſenſum* vocat *numquam contemnendum, ſi prodeſt*: Sive jam a *ſervo*, ſive ab alio, etiam pro *nullo* habito inter mortales, proficiſcatur. Sed plana hic ſunt omnia, neque nos ea detinebunt diutius.

Quod capite ille minor, dominus, ne deſpice ſervi
Utile conſilium. Sordet an utilitas?
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, temſeris umquam.
Verba probans, non, quis dixerit illa, vide.

Reçois les bons conſeils, qu'un ſerviteur te donne,
Sans t'armer contre lui d'une ſote fierté;
Et ne mépriſe dans perſonne
Les avis dont tu peux ſentir l'utilité.

83.

Εἰ μὴ χρήματά σοι ΚΑΙ ΚΤΗΜΑΤΑ, ΩΣ ΠΑΡΟΣ, εἴη,
Ζῆσον ΤΟΙΣ δ' ἀγαπῶν, Α τέως σοι ὁ καιρὸς ὀπάζει.

FAC *vivas contentus eo, quod tempora praebent.*] Καιρὸς ſemper ἀντὶ χρόνου Planudi uſurpatur. Quod alibi monuimus.

SCALIGER.

CENSUS eſt quidquid aliquis in bonis & facultatibus numerat. Ovid. Lib. III. Amor. El. VIII. 9.

—dives eques, parto per vulnera cenſu.

Id. Lib. VIII. Metam. v. 846.

Filia reſtabat, demiſſo in viſcera cenſu.

O. ARNTZENIUS.

tis *rebus* deficiunt, ut *non ſit* amplius, *quantus fuerit antea, cenſus*, h. e. ut minuantur reditus, non jam porro augeantur. Uti igitur

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede, verum

& aequum eſt; ita tum quidem, quum ſuperant divitiae, ſua-

ſuadet eſſe munificum minimeque parcum erga amicos, obſervatis tamen iis limitibus, quos terminum vulgo conſtituunt I. Diſtichorum libro:

Dapſilis interdum ——— ——— *amicis,*
Quum fueris felix; ſemper tibi proximus eſto.

Quosque & ibi exactius perluſtravimus. Hic, contra, rebus cum fortuna converſis, & inverſo utitur ſtylo, quique alias minime tenacitatis laudator aut commendator eſt, jam *Parſimoniam* rurſus, ut *magnum vectigal*, cum Cicerone laudat, quod ſcilicet, ubi mature provideris, amiſſos aut, quocumque modo, inminutos reditus, facile poſſit compenſare, poſſit & de novo augere. Denique quam diximus inter bina illa Diſticha oppoſitionem manifeſtius adhuc idem ei adpoſitum demonſtrat verbum: VIVAS. Illic:

Munificus facito vivas. Heic: *Fac* vivas *contentus.*

Hoc eſt: Tantum abeſt, ut jam *vivere* poſſis amplius *amicis*, eo ſenſu modoque, quo antea, ut proſpiciendum tibi nunc ſit & curandum, quo poſſis *vivere* ipſe *tibi*. Id quod tibi praeſtabit *animus ſua ſorte* CONTENTUS, neque plurium aut te majorum adpetens. *Vivas* ergo, quantum potes; ſed *vivas*, per

LXXXIV.

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis:
Ne retinere velis, ſi coeperit eſſe moleſta.

FUGE) i. e. cave, ne ducas uxorem dotis cauſa. Et ſi duxeris dotatam, ne dotis reſpectu eam retineas, ſi tibi gravis ſit: Sed contempta dote repudies. Quanquam id apud Chriſtianos non habet locum.

ERASMUS.

NEC *retinere*] Nec propter dotem duc uxorem: neque ſi duxeris, retinere velis, ſi quidem moleſta eſſe coeperit: Sed malis potius dotem amittere, quam concluſam, ut ille dicebat, in aedibus feram habere. Ita Scal. ex editione Pithoeana; quod nos expreſſimus. Et exemplum ad hanc rem aptiſſimum vid. ap. Ariſtaenetum, Lib. II. Epiſt. XII. OPITIUS.

Petrus Helias verſificator Lexicus, de verbis raris κατὰ στοιχεῖον, ſub litt. N.

Nomen *cum* lite *ponit Cato cum Juvenali.* DAUMIUS.

Phocylidis autem verſus a Scaligero adducti hoc latinis dicunt auribus:

Tu dominam ipſe domum nolito ducere acerbam:
Ne dote illaqueare, feras ſervire coactus.

per hoc ipſum, ut ſis *contentus eo*, quod praeſto eſt, *quod* adhuc *tempora* etiam adverſa *praebent*, quodque tibi, tecum ipſo, animoque cum tali, ea reliquerunt:

Quod ſis eſſe velis; nihilque malis:
Summum nec metuas diem, nec optes.

Hoc enim *vivere* eſt &, quod praeſtabilius, *contentum vivere.*

Multa admodum hic dicenda forent; ſed animus non eſt, praecepta ſcribentibus philoſophica, ſcribere Satyras, aut calamum adcommodare querelis temporum. Brevius meliusque forte dicemus his verſiculis:

Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent,
Si non eſt rebus, quod fuit ante, tuis.
Qualis & in cenſu es, talem ſuperindue vultum:
Reſpue quod non es: Quidquid es, eſſe volens.

Lorsque la fortune inconſtante
Te retire ſes dons par un bizarre jeu,
Reçois de chaque jour le peu qu'il te préſente;
Et vis ſatisfait de ce peu.

84.

ΜΗδὲ κουριδίην ἄλοχον ἀγάγῃς διὰ φέρνην·
Ὡς ΜΗ ἀνάγκην σχῇς, ΚΑΤΕΧΕΙΝ ΕΠΑΧΘῆ περ ἐοῦσαν.

Uxorem *fuge ne ducas*] Planudes κουριδίην ἄλοχον. Quare κουριδίην potius, quam viduam?

Ne *retinere velis*] *Nec* eſt in Pithoeana editione: *Ne* in vulgatis, quod Planudes ſequitur. Harum duarum vocularum varietas, mirum, quantam pariat ſententiae diſcrepantiam. Si retines, *nec*, erit haec mens: Nec propter dotem duc uxorem: neque, ſi duxeris, retinere velis, ſi quidem moleſta eſſe coeperit: ſed malis potius dotem amittere, quam concluſam, ut ille dicebat, in aedibus feram habere. Alterius lectionis mens: Noli propter dotem uxorem ducere, *ne*, ſi duxeris, & coeperit nimium tinnire, ut mos dotatarum, velis eam retinere dulcedine dotis, tanquam malis ei ancillari, quam dotem amittere: quod lege Romana fit, ſi divortium incipiat a viro. In hanc poſteriorem ſententiam Phocylides:

Μηδὲ γυναῖκα κακὴν οἴκοισιν πλουσίαν ἄγεσθαι,
Λατρεύσῃς δ' ἀλόχου λυγρῆς χάριν, εἵνεκα φερνῆς.

Scaliger.

De divitiis quum ſermo eſt Auctori noſtro, iisque vel modicis, vel magnis, quarum etiam adquirendarum tritiſſima quaedam via eſt & medium dos uxoria; & hujus veluti in tranſitu mentionem injicit: ita tamen, ut ex eo quam luculentiſſime appareat, nihil minus diſciplina, quam Chriſtianum, fuiſſe hujus ſaltem praecepti aut conſilii auctorem. Idque verum eſt adeo, ut dum contrarium inde elicere fruſtra tentabat, in omnia alia ſe convertere neceſſe habuerit Boxhornius. In Eraſmum ſua tela potiſſimum contorquet ac Scaligerum, nobiſcum in hoc ſentientes, ut in aliis plerisque. *Magnus Eraſmus, ille noſtras,* Boxhornius ita loquitur, *Scriptorem, de quo agimus, a fide noſtra averſum fuiſſe conatur oſtendere ex diſticho XIV. lib. III. quod ita habet:* Uxorem &c. *Ad quae verba ita commentatur Eraſmus:* Cave ne ducas &c. (uti ſupra.) *Certe ſimpliciter hoc vult, noli dotis ſolius gratia uxorem ducere. Ne poſtea moleſtam tibi factam relinquere velis, & non poſſis. Quod nihil adverſum fidei Chriſtianae habet.* „ At vide, quanto aſtu hic rem tractarit Boxhornius, (ita homini reſcribit Cannegieterus Cap. XVIII.) „ Fingit Auctorem dixiſſe, *ne relinquere velis*, eaque verba „ in ſuam ſententiam detorquet, alieniſſimam mehercule „ ab Auctoris mente. Isne autem ſcripſit *ne relinquere velis*? „ Imo vero, *ne retinere velis*. Haeccine eadem, aut ſimilia „ viſa Boxhornio, quae diverſa ſunt & plane contraria? „ Omnino autem recte perſpexit & expoſuit ſenſum Scri„ ptoris Eraſmus". Sequuntur ea deinde in Boxhornio Reſcriptis, nos jam quibus ex parte locum adſignavimus in hac Hiſtoria, ſub Diſt. VIII. Libr. I. pag. 42. & ſeqq. In Scaligerum autem his verbis invehitur criminoſae, quanta quanta eſt, Diſſertationis anticatonianae parens & auctor Boxhornius: *Atque, inquit Scaliger, multa in his Diſtichis erroribus gentilium delibuta continentur. Certe mihi omnia diligenter iterum & iterum evolventi, nihil tale eſt compertum. An paganus eſt Auctor, quia hominem prudentem imitari vult illum Deum, qui partem utramque adſpicit, i. e. Janum? Profecto ſi valeat haec ratio, pro Paganis habendi ſunt plerique Chriſtianorum Poëtarum & nos ipſi, qui ejusmodi loquendi rationes quotidie uſurpamus. An Paganus eſt Auctor, quia vult pareri Fortunae? quaſi vero Fortunae vocabulum commodo & recto ſenſu ex Chriſtiano homine non poſſet audiri.* Sed quemadmodum pro Eraſmo, ita & pro Scaligero, ibidem ubi antea, reſpondit Clariſſimus Reſcriptorum Auctor: „ Num„ quam

„ quam me, dicendo, haec Deorum nomina, a ſcriptore „ uſurpata, induxerunt, ut eum Gentilem atque Ethni„ cum crederem; ſed longe graviora me commoverunt „ argumenta ——. Hoc tamen illa effecerunt, ut crede„ rem, ſi ex opinione Boxhornii religionem Gentilem cum „ Chriſtiana confuderit, Graecorum Romanorumque anti„ quis Sacris, non Barbaris Germanorum aliarumque ſe„ ptentrionalium nationum de Dis opinationibus; eam con„ taminaſſe " prouti ſcilicet dubio procul feciſſet is, qui, ſecundum Boxhornii dirum effatum, *ad infima Barbarorum ſubſellia* fuiſſet *abiegandus*. Melius ergo in hoc Scriptore noſtro hominem quidem civemque Romanum, non vero Chriſtianum, deprehenderunt Eraſmi & Scaligeri. Et civitatem quidem ejus Romanam ex ipſo Romanorum Jure, quantum hujus in Auctore noſtro dantur veſtigia, ipſe porro conſultiſſimus demonſtravit Cannegieterus. Cui quantum & hoc Diſtichon eorum ſuppeditaverit, id vero a nobis alibi, loco nimirum ante jam citato, indicatum eſt: Ex quo etiam de aetate hujus Poëtae noſtri, ut Juvenali fere aequalis, minus tamen acerbi, ſatis luculenter conſtat. Monſtra etenim, non jam amplius mulieres, feminae, ea tempeſtate, Romanae erant, luxu earum in abominandam verſo luxuriam; nec mirum, quod tam male audiant optimis quibusque Auctoribus, quorum e cenſu numeroque vel mille Boxhornii Noſtrum hunc deturbare in poſterum non valebunt. Nihil igitur nos, cum reliqua huc ſpectantia jam dicta ſuperius ſint, nunc iis addemus, praeterquam illud, quod ibi praetermiſimus, a ſapientiſſimo Reſcriptore adductum, de muliere *moleſta*. „ Quod ſi me roges, enim inquit, „ quae ſit UXOR MOLESTA, eam dico, quae mo„ ribus eſt moleſtis ac difficilibus, *gravem* (*familiae*) no„ minat Juvenalis, Satyra VI. 146. Sed aliter *uxorem mo*„ *leſtam* mariti, amorum deſultores, aliter JCti. aeſtimabant „ & Viri Sancti. Illorum uxorem moleſtam lepide deſcribit „ Juvenalis, Sat. ead. 143.

Tres rugae ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores,
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi.
Jam GRAVIS *es nobis, & ſaepe emungeris, exi*
Ocius & propera, ſicco venit altera naſo.

„ At vero Ulpianus tit. VI. § 12. graviores mores dicit

„ [illegible]

„ tantum adulteria, leviores omnes reliquos. Jacobus Rae-„ vardus Variorum Lib. IV. Cap. XIII. judicium hoc de „ moribus a Cenſoribus actum ſcribit, quod non perſuadet. „ Hoc addere liceat, *moleſtam Uxorem* dici Dionyſio, quae „ ob morum vitia & mediocres culpas, ut appellantur in. „ d. Lib. II. C. Theod. non probatur marito, atque eorum „ nomine exacta dotem paene omnem repetebat; cujus „ majorem partem amittebat ea, quae ob graviores mores „ matrimonio expellebatur. Quam juris rationem immu-„ tavit Juſtinianus, Nov. CXVII. Cap. VIII. & IX. & „ cum judicium de moribus, Dionyſii tempore, uſitatum „ fuerit, Juſtinianus autem Lib. XI. § 2. C. de Repudiis, „ dudum id in deſuetudinem ſua aetate abiiſſe ſignificet, „ cum ſcribit, *quod antea quidem IN ANTIQUIS LEGIBUS* „ *poſitum erat, non autem frequentabatur*, perſpicimus ex eo, „ diu ante Juſtinianum (adde: & Theodoſium, imo ante Ulpiani tempora, ſive Alexandri Severi imperium) vixiſſe „ Dionyſium. Fateor, nonnulla ex iis, quae de divertendi „ cauſſis prolata a me ſunt, a Viro Cl. Gerardo Noodt, „ Anteceſſore quondam Leidenſi me accepiſſe; cujus du-„ dum commentarii exſtant in aliquot pandectarum libros. „ Et quidem id lubens fateor: cum non Romani tantum „ juris diſciplinam olim ex ejus ore in Acad. Leid. hauſe-„ rim, ſed & inſignem porro benevolentiam, in adjuvandis „ rebus meis & commodis, fuerim expertus. Quae vero „ Paganinus Gaudentius, ex lege Anaſtaſii IX. C. de Re-„ pudiis, tricatur in additamento critico Cap. XIX. ubi de „ hoc Diſticho, parum huc pertinent". Haec ea pauca ſunt, quae ad VIII. Libri I. poſt verba —— *cum coeperit eſſe MOLESTA*, pag. 44. eo lubentius omiſimus, quo magis ea & proprie ad hoc pertinebant Diſtichon. Tractat deinde de aſperitate harum legum, ut jam vidimus ibi. Quam tamen magis adhuc, & quaſi prorſus incredibilem, exagi-tat Teutoburgenſis Doctor, Cl. Withoſius: Qui vero in binis hiſce Diſtichis inter ſe proximis, nimium longus eſt, quam ut in hanc noſtram hactenus dictorum Epitomen commode poſſint omnia transſcribi, quae rectius apud i-pſum videantur in Diſſertatione ejus, ſaepe dicta, poſterio-re. Brevi: Illud proxime ſuperius ita recudendum autumat Diſtichon:

Privatim *in cenſu ſi non eſt, quod fuit ante.*

Id quod tolerari non modo, verum, ſi adſit aliqua aucto-ritas,

ritas, etiam admitti poſſit; ubi & illam Horatii, Lib. III. Od. VIII. Strophen ultimam non infeliciter ſic emendat:

Negligens, ne qua populus laboret
Parte, privatim *nimium cavere*,
Dona praeſentis cape laetus horae, ac
Linque ſevera.

Niſi forte illud *privatus*, quod in vulgatis legitur, ad populum reſpiciat, & tunc omnis correctio circa unicam tantum verſaretur litterulam *T.* in *Parte*, pro *Parce*, quod editum erat hactenus. Aſt in hoc praeſenti Diſticho majores ab ipſo, quamvis & hic paucis in litterarum apicibus concitantur turbae: Statuit enim confidentiſſime, ita *emaculandum eſſe*:

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Ne regnare velit, *ſi coeperit eſſe moleſta.*

Quaeque deinceps, pro ſtabiliendo illo, in Eruditorum republica, regno quodam Amazonico, vel potius pro evertenda γυναικοκρατίας, jucunde pariter atque ingenioſe, in medium profert Vir eruditionis laude praecellens, ea omnia quidem bene recteque habent; ſed vix poſſum ſatis declarare, quam mihi, poſt illud ſemel jam dictum, gravius multo & capitalius:

NE REGNARE VELIT,

frigeant deinde reliqua:

—— —— *Si coeperit eſſe moleſta.*

Nam *velle regnare* mulierem & eamdem Viro *eſſe moleſtam*, nimium inter ſe conjuncta ſunt, quam ut, hujus diſtinctionis ope, adeo ſibi mutuo opponi queant. Nullo ſenſu hic acumen illud Noſtro conſuetum, non ſalem Catonianum guſtu percipio; ſed multo magis hoc ſapit:

Uxorem, talem futuram, tum jam, quum adhuc tempus eſt effugiendi eam moleſtiam, *fuge ne ducas: ne* poſt brevi, ubi illa modo *coeperit eſſe moleſta*, ipſam quidem non duxiſſe *velis; dotem* tamen, quam ſolam reſpexeris, malis *retinere*, quam & huic & illi, legum noſtrarum beneficio, nuntium remittere: atque ſic perpetua angaris diſtringarisque ſolicitudine. Idem velis & nolis. Aufugere dum vis, retinearis ipſe. Ad evitandam moleſtiam, potius habeas,

 eam

eam non retineri: &, ſive velis, ſive nolis, eam retineas tamen, ne funeſta illa, tuaeque libertati infeſta, reddenda dos ſit. Miſera haec eſt liberi hominis conditio. Tu mihi TANTI POENITERE NE EMAS, fili! *Effuge* iſta incommoda, dum potes, *uxorem ducendo non* ſolo *dotis nomine.*

QUAM foret optandum, ut plures adeſſent, qui hunc imitarentur tam providum parentem patres, quam, qui male dictae dotis illecebris ipſi prius faſcinati, liberorum, modis omnibus illiberalibus, & vitam turpiter vendunt & libertatem! Tantum igitur abeſt, ut tam atro videatur calculo notandus noſtri hujus Auctor Diſtichi, quod nimis inſectatur Doctiſſ. Withofius, ut laudem potius mereatur homo a Chriſtianis Sacris alienus, ſed vincens in hoc ipſos Chriſtianos. Quod ſi *in ſomnio apparuit* Viro eidem docto *Serenus Samonicus, vegetus alacerque, & gratias egit, quod poſt tot ſecula ſibi vindicata eſſent* haec Diſticha & hujus in primis, de quo agimus, *foediſſima* eſſet *macula abſterſa*: Sine omni

LXXXV.

Multorum diſce exemplo; quae facta ſequaris,
Quae fugias. Vita eſt nobis aliena magiſtra.

QUI SUIS diſcunt periculis quid expediat, magna mercede diſcunt. Sapiens ex aliorum vita ſumit vivendi conſilium. Hoc illi infamiam conflavit, cavebo, ne quid ſimile faciam. Hoc illi bene ceſſit, imitabor.

ERASMUS.

PROPRIE hac in re utitur voce exemplo, quo ſenſu jam ſupra fere Lib. III. Diſt. VIII. Atque — Horat. Lib. I. Serm. (Sat. IV.) v. 105.

——— *Inſuevit pater optimus hoc me,*
Ut fugerem exemplis *vitiorum quaeque notando.*

Tò *diſce* hic quoque elegantiam habet. Tibull. Lib. III. El. VI. v. 43.

——— *Felix, quicumque dolore*
Alterius diſces *poſſe carere tuo.*

O. ARNTZENIUS.

IPSE ET IN HOC roborat firmatque Auctor eam ſententiam, quam nos illi ſupra tribuimus, ad primum tertii

omni fictione praeſens praeſenti ac vigilanti adeſſe poterit Cato noſter, qui ſe horum carminum probabit verum ac genuinum Auctorem, ſuum illud repetendo : *Somnia ne cures ; nam mens humana quod optat* &c.

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis :
Dos etenim infauſtos reddidit uſque viros,
Ne te poeniteat, ſi coeperit eſſe moleſta,
Nec retinere velis, quum retinenda tibi eſt,

Cherche dans une femme un eſprit ſociable ;
Et ne l'épouſe pas pour de vils intérêts :
Ou ſi, d'humeur inſupportable,
Elle veut te quitter, ne la retiens jamais.

Ita feliciter & hic evitabat Interpres quidquid incommodi habebat Diſtichon, moribus noſtris adcommodatum.

85.

Τῷ ΠΟΛΛΩΝ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑτι ΜΑνθανε, ΤΙπτε γε ῥέξεις,
Ἢ ΦΕύξῃ· ΒΙΟτος γὰρ τῶνδε ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ἄμμιν.

PRAETER illud Graecum Diſtichon, quod, in priore Voluminis parte, Verſionibus nos primam praemiſimus, quoniam magis adriſerat, ante jam aliud effinxerat ejusdem Auctor, quod huic praecipue loco ſervavimus.

En

En tibi & hoc tale, quale fuit : nam merito diffingebatur ab artifice :

Πολλῶν δὴ ζηλῶν παράδειγμα
μάθοις τί δεῖ ἔρδειν,
Καὶ τί φυγεῖν· ἄλλων βίος ἐςὶ
διδάσκαλος ἡμῶν.

SCALIGER.

h. L. Diſtichon, alibique paſſim : Hanc ſcilicet eſſe oportere omnis doctrinae ſummam, hanc, inquam, diſciplinae

omnis,

omnis, quae vel praeceptis tradatur, vel etiam EXEMPLIS, metam atque terminum, vere ut addiſcatur, QUAENAM FACTA SINT SEQUENDA, QUAE contra FUGIENDA. Id quod ipſi adeo curae erat, ut vel propterea toties, imo fere quibusdam monitorum oſoribus ad nauſeam uſque, repetat inculcetque ſuo tyroni iſtud: FAC. FACITO. MEMENTO! Et in alteram partem, illud alterum: FUGE. FAC FUGIAS. NOLI. NOLITO! Sed quoniam longa eſt via atque anfractibus plerumque plena, qua per praecepta inceditur, planior autem multo & compendiaria magis ea eſt, qua deducaris per aliorum exempla: MITIUS enim, & Plinio teſte, JUBETUR EXEMPLO; Dum illis dat operam *praeceptis*, quorum, uti Tacitus ait, *longum iter eſt*, neque hoc viae quaſi compendium prorſus negligendum ſtatuit, EXEMPLA MULTORUM, utpote quibus *ad rationem vitae erudimur*, quod ait Plin. Minor, Lib. VIII. Ep. XVIII. (171.) ſub fin. Non eo quidem animo, ut quae modo *multi* faciant, ea ſtolide nimis aut ſuperſtitioſe imitando, ipſe unus e multis efficiaris, quod inconſultorum hominum conſilium ſuo more acriter perſtringit Satyricorum princeps idem, qui & Lyricorum, Horatius, Lib. I. Ep. XIX. v. 19.

O Imitatores ſervum pecus! Ut mihi ſaepe
Bilem, ſaepe jocum veſtri movere tumultus!

Minime vero: nam quae ſint vere imitanda, ea rectius inter pauciorum quaeſieris, quam ut a multis petieris, exempla: quae autem fugienda ſint, potius inter plurium, eaque plurima, facile inveneris. Sed ea propter in utroque genere ſive imitandorum, ſive fugiendorum, ad EXEMPLA provocat MULTORUM: quoniam quae plane ſingularia, quaeque rariſſime aut vix ſemel iterumque in univerſa omnium vita hominum occurrunt, ut Scaevolae, ut Curtii, aut Coclitis inaudita facinora, ut Codri, Athenienſium regis ultimi, vel etiam ut illa Cleliae, ut Lucretiae, ut Porciae, Romanarum mulierum, audaciſſime perpetrata, non ita tuto aut utiliter in morum exemplar trahere & adhibere poteris, atque ea, quae MULTORUM EXEMPLO, ſive laudabili, ſive jure meritoque reprehendendo, firmius jam quaſi ſtabilita, in noſtrum, in aliorum ſint commodum atque in commune emolumentum melius ceſſura. Ita ſine ullo noſtro incommodo VITA evadet ALIENA, MAGISTRA NOBIS: Non, ut quaecumque egerunt alii, agamus & ipſi; ſed tantum quae illi recte: quae ſecus, ea contra

nos

nos vitemus. Ita aliorum periculo ſecure magis erudiemur, quae ſint cavenda nobis. *Habet* enim, ut Cicero ait, *praeteriti doloris* vel noſtri ipſorum, nonne multo etiam magis alieni, *ſecura recordatio oblectationem*? Habet, certe, & miſeriae aliorum, quam effugere queamus ipſi, illorum exemplis moniti. *Diſcendam* itaque commendat HISTORIAM.

MULTIS jam variisque modis hanc eamdem veritatem veterum enuntiavit Sapientia. Dicitur enim & proverbio inde ad nos usque derivato, eoque tritiſſimo, EVENTUS STULTORUM MAGISTER, eorumdemque SUA ipſorum EXPERIENTIA ſera nimis MAGISTRA. Quod ita priſci extulerunt Sapientes, ut Heſiodus, in Ἔργοις καὶ ἡμέραις,

——— ——— Δίκη ὑπερύβριον ἴσχει,
Εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, ΠΑΘΩΝ δέ τε ΝΗΠΙΟΣ ΕΓΝΩ.

I. e. interprete Eraſmo:

——— ——— *Tandem ſua poena nocentem*
Conſequitur PASSUSQUE SAPIT TUM *denique* STULTUS.

Ad quam ſententiam, ut idem cenſet, *videtur alludere & Homerus, in Iliad.* Υ.

——— ——— Ἵνα γνοίης ἀποτίνων.

I. e. Damno noſce tuo poenamque luens reſipiſce.

Plato in Sympoſio: Ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ Ἀγάθων, μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γνόντα εὐλαβηθῆναι, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ΩΣΠΕΡ ΝΗΠΙΟΝ, ΠΑΘΟΝΤΑ ΓΝΩΝΑΙ. *I. e.* Quae ſane tibi quoque dico, Agathon, ne ab hoc fallaris, ſed ex cognitis his, quae nobis acciderunt, caveas: nec, juxta proverbium, VELUTI STULTUS, POST ACCEPTUM MALUM, SAPIAS. *Huc referendum & Plautinum illud, in Mercat.*

Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit.

Vid. Eraſm. ſub tit. SERA POENITENTIA, &: MALO ACCEPTO STULTUS SAPIT. Ubi & fabulam de duobus fratribus Prometheo atque Epimetheo itemque de Pandora, ex Heſiodo, pulcre explicat. Qui, inquit ille, *palam ad adagionem alludens ait:*

Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησεν.

I. e. Accepit tactusque malo, *tum denique ſenſit.*

„ *At multo conſultius eſt, alienis malis prudentiorem reddi,*
„ *juxta Graecam ſententiam:*

βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.

„ *I. e.* Aliena ſpectans, doctus evaſi, mala.

Conſule & eumdem, ſub proverbii Lemmate:

OPTIMUM ALIENA INSANIA FRUI.

Plinius Secundus, Naturalis hiſtoriae Lib. XVIII. Cap. V. nominatim proverbii loco citat: Optimum eſt, *ut vulgo dixere,* aliena inſania frui. *Idem totidem verbis refertur a Plinio juniore in epiſtolis, de Reguli* cujusdam *ſtultitia loquente, hominis ridicule ambitioſi, ſed tamen ad excitanda ſtudia non inidonei. Admonet adagium, ut ex aliorum erratis ipſi cautiores efficiamur & alienis periculis reddamur prudentiores, & aliorum deſipientia nobis ſapiendi praebeat occaſionem. Vulgo jactatus verſus eſt in eandem ſententiam:*

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Cicero, in epiſtola quadam, bellum eſſe *ſcripſit* ex aliorum erratis ſuam vitam in melius inſtituere. *Extat & hujusmodi quidam mimus, Publianus, uti conjicio:*

Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.

Et Demea Terentianus jubet, ex aliis exemplum capere. &c. Vid. porro in floſcul. poët. partis prioris. Denique conſuli etiam poſſit Cognatus, Gallus (*Couſin.*) Titulo:

ALIENO DISCE PERICLO.

„ *In vulgus ſaepe ſpargitur & hoc, de quo alias. Eo admone-*
„ *mur, ut ex aliorum erratis cautiores & prudentiores reddamur.*
„ *Ex alienis autem erratis ſapiens colligit, quid ſibi ſit caven-*
„ *dum, atque in melius inſtituit vitam ſuam. — Quae ſententia*
„ *a variis autoribus varie exprimitur. Mimus Publianus:*

Bonum eſt fugienda aſpicere alieno in malo.

„ *Idem:*

Ex vitio alterius &c. (quod ſupra.)

„ *Ubi Erasmus noſter:* Quid tibi ſit fugiendum, id diſcas
„ non tuo malo, ſed ex aliorum malis exemplum ſumito".

Rel.

Reliqua ſupra jam ſunt laudata, vel in iisdem, quos diximus modo, floſculis reperiunda.

PHILOSOPHUS vero noſter Epictetus & ipſe non dubitat, ad exempla aliorum, ſed graviſſimorum virorum, provocare eaque commendare ſapientiae alumnis. Hoc agit Cap. LI. praeter ea, quae jam alicubi vidimus huc facientia: Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. Καὶ οὐκ ἀπορήσεις, τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι. H. E. ut vertit A. Politian. *Congreſſurus cum aliquo & eorum praeſertim, qui potentiores videntur, praepone tibi, quid in hoc feciſſet Socrates, aut Zeno: neque dubitabis, quo te pacto gerere oporteat.* Ita & ſub fin. Cap. XXI. Diogenis laudat & Heracliti exempla atque ſimilium. Sed de his alias, alibique in praeceptis convivalibus.

Multorum diſce exemplo, quae facta ſequaris,
 Quae fugias, damnis cautior alterius.
Utilius nobis, vita eſt aliena magiſtra,
 Quam fugiendorum & nos documenta damus.

D'autrui l'exemple eſt neceſſaire,
Pour voir ce qui convient dans les occaſions:
Ignorant ce qu'il faut, ou faire, ou ne pas faire,
De ce maître ſavant prens les inſtructions.

LXXXVI.

Quod potes, id tentes: operis ne pondere preſſus
Subcumbat labor, & fruſtra tentata relinquas.

Prius expende vires tuas, quam aggrediare negotium. Ne poſtea victus difficultate, turpiter relinquas quod temere ſuſcepiſti.

Erasmus.

Quod *potes, id tentato &c.*] Vide Weitz. ad Ovid. pag. 324. Aſcenſ. Brant. Erasmus, Friſius, Corderius, Lentulus & Pulmannus habent *tentes.*

Daumius.

Congruit cum illo Evangelii Luc. XIV. 28-30. *Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν; Ἵνα μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ. Λέγοντες· Ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.*

Deliberandum est diu, quod statuendum est ſemel.

Iſtud egregium, ſane, Prudentiae ſive conſilium, ſive praeceptum, inque rebus gerendis tum publicis, tum privatis, utiliſſimum ſemper futurum, non fruſtra Noſter bis, expreſſis verbis, inculcat: repetit enim Diſt. libri ultimi XXXIII., in aliis etiam ad idem reſpicit. Neque tamen ea *tautologia* aut frigida eorumdem plane repetitio, cum Boxhornio, nimium quantum faſtidioſo, cenſenda eſt. Dicit enim hic Auctor:

> Quod potes, id tentes antea, num poſſis, videas; ne fortasse non possis.

Ibi vero, in altero, hoc vult:

> Quod antea probe perſpectum tenes, quod potes, id tenta, id efficere conare, eo praecipue modo, quo tuto potes.

Et haec quidem inter ſe quam quae maxime ſunt diverſa: alterum enim ad tarditatem in capiendo consilio per-

86.

Τοῖς ΔΥΝΑΤοῖς ἐπιχείρει, ΜΗ ὅλῃ τοῖς δὲ ΠΙΕΣΘΕΙΣ ΜΑΨίδιον ΠΡΟΛΙΠΗΙC τοὔργον, ΚΑΜάτοισιν ἀπειπών.

Ganfredus de vino ſalvo Anglus, Poëtria nova, Cap. XXXI.

Greſſum praecurrant oculi; praeconſule mentem,
Et vires metire tuas. Si fortis es, aude
Grandia; ſi fragilis, humeris impone minora;
Si mediocris, ama mediocria: ſumere noli,
Quae, quando ſumis, praeſumis. In omnibus una
Eſt virtus, ſervare modum. Bod. citante.

Id tentes habent Editiones melioris notae omnes, ut & illa Scriverii. Sed ego auctoritate Cod. Leid. ſecundi. Memb. Voſſ. Vet. Reg. & Turic. reſingerem, *id tenta.* &c.

O. Arntzenius.

Vid. lection. var. Nobis certum eſt, hanc ex IV. Libr. Diſt. XXXIII. huc eſſe tranſlatam.

pertinet; alterum, ad FORTITUDINEM, PATIENTIAM atque CONSTANTIAM *in* EXSEQUENDO *eo, quod recte antea deliberaveris.* Illud praecedit, hoc conſequitur.

In utroque autem & morem gerit ipſe idem ante jam monenti Epicteto, & hujus monitis obtemperandum eſſe, ut ubique fere, jubet. Audiamus ergo & hunc nos, quo utrique melius obſequamur. Et de altero quidem, ordine deinceps videbimus, quae ſpectent eo. Hic vero maxime Capp. Enchiridii XXV. & XXXV. conſideranda occurrunt: Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ait nimirum illo, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΠΙ ΣΟΙ νικῆσαι. H. E. *Invictus eſſe poteris, ſi in nullum certamen deſcendes, quod ut vincas,* IN TE NON EST. Nempe fluebat hoc & ſua ſponte prodibat ex ipſo illo τῷ διαιροῦντι λόγῳ, quem ſupra vidimus, & rerum omnium, in eas, *quae eſſent penes nos, quaeque non eſſent,* ab hoc Philoſopho ſapientiſſime tradita diſtinctione, ad quam eamdem, omnibus in negotiis ſuſcipiendis & agendis, aut contra declinandis, referri vult omnia. Idem tamen id latius exequitur altero illo, quod indicavimus, doctrinae ſuae Capite: Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι, κἀγὼ, νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν. Ἀλλὰ ΣΚΟ-

ΣΚΟΠΕΙ καὶ ΤΑ ΚΑΘΗΓΟΥΜΕΝΑ, καὶ ΤΑ ΑΚΟΛΟΥΘΑ· Καὶ οὕτως ἅπ7ου τοῦ ἔργου. Δεῖ σ' εὐτακ7εῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρα τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιςάτῃ, εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. Ἔςι δὲ ὅτε χεῖρα [βαλεῖν] βλαβεῖν, σφυρὸν ςρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν· ἔσθ' ὅτε μαςιγωθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ΝΙΚΗΘΗΝΑΙ. ΤΑΥΤΑ ΠΑΝΤΑ ΕΠΙΣΚΕΨΑΜΕΝΟΣ, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν, εἰ δὲ μὴ, ΩΣ ΤΑ ΠΑΙΔΙΑ ΑΝΑΣΤΡΑΦΗΣΗι, ἃ νῦν μὲν παλαιςὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕτω καὶ σὺ, νῦν μὲν ἀθλητὴς, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος, ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδὲν, ἀλλ' ὡς πίθηκος, πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει, οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπί τι, οὐδὲ περιοδεύσας; ἀλλ' εἰκῇ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. Οὕτω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες οὕτω τινὸς λέγοντος: ὡς εὖ Σωκράτης λέγει; καὶ τοι τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. H. E. ſtylo Politiani: *Vis Olympia vincere? & ego per deos: magnificum enim eſt. Sed* CONSIDERA ET INITIA, ET CONSEQUENTIA, *atque ita rem aggredare. Oportet bene ſeſe inſtituere, neceſſario veſci, (ſaginari,) abſtinere condimentis, exerceri ad neceſſitatem, ad praeſcriptam horam, in aeſtu, in frigore, frigidam non bibere, non vinum: ſi ita ferat res: totum te denique praefecto ipſi, ceu medico, tradere: tum in certamen prodire. Et interdum manum vulnerari, talum diſtorqueri, multam aphen* (percuſſionem, ictum, cum arenae pulvere) *deglutiri, interdum vero & flagellari, poſtque haec omnia* SUPERARI. HIS ANIMADVERSIS, *ſi adbuc vis, abi certatum: ſin minus,* INSTAR PUERORUM DEGES, (melius hic Hier. Wolfius: UT PUERI, RESILIES, vel, quod Cato noſter ait: *Operis pondere preſſus Subcumbet labor & fruſtra tentata relinques.* Ut pueri ergo,) *qui nunc palaeſtritae ludunt, nunc gladiatores, nunc tuba canunt, mox tragoedum agunt: ita & tu nunc athleta, nunc gladiator, nunc orator, tunc Philoſophus: toto vero animo nihil; ſed velut ſimius, quicquid cernis, imitaris, aliudque ex alio tibi placet. Non enim cum animadverſione rem aggreſſus es, neque circumſpectans: ſed temere & per frigidam cupiditatem. Sic nonnulli cum Philoſophum intuentur, aut cum a quopiam audiunt: Bene Socrates dicit, &, qui poteſt dicere, ut ille? volunt & ipſi ſtatim philoſophari.* Quis eſt, qui jam dubitare queat amplius, ſi Latine,

tine, ſi carminibus ſcribendum Epicteto fuiſſet, nullo alio modo, quam Catonis hoc noſtri, ipſum fuiſſe ſcripturum? Adeo hic totam illius profert, in hiſce Diſtichis, Philoſophiam, ſed magis adhuc in compendio, quam ipſum illud incomparabile Enchiridion, quod ſenſus foecunditate atque abundantia vel Iliadi poſſis comparare, aut ſi

Neſcio quid majus naſcitur Iliade:

Has vero noſtri Auctoris ſententias tum, non minus congruenter, ILIADA IN NUCE vocaveris, ſi recte noris.

SENSIT tamen & hoc Diſtichon emendatricem operam Cel. Withofii, qua an opus fuerit, viderint Lectores. Sic ille, ad poſteriorem verſum: Succumbat *l. & ſ. t.* relinquas:
„ *Inconcinnius paulo videtur dictum*, labor preſſus operis pon-
„ dere, *quaſi dicas*, labor labore preſſus. *Non labor*, *ſed*
„ *homo ipſe pondere operis premi poteſt. Mutata diſtinctione*
„ *malim*:

Quod potes, id tentato, operis ne pondere preſſus
Succumbas, labor & fruſtra tentata *relinquat*.

Vidit deinde ipſe V. C. & ſuo *labori* adhuc idem poſſe objectari, quod alterius: hoc tamen excuſatum vult, addit enim: „ *Et quanto nunc aptius* τὸ ſuccumbas *de ipſo potius*
„ *homine*, *quam de labore uſurpatur*? *nam* τὸ relinquat *minus*
„ καταχρηστικῶς *adhibetur*". Quanam de cauſa, id vero dicere non poſſum, nec eſt mihi tanta in divinando peritia, poſſim ut conjectando aſſequi. Hoc ſcio, correctorem ipſum, in emendando Diſt. XXXIX. L. I. ita ſcribi voluiſſe: LABORE LABOR *creſcat* *; quare ergo non & hic poſſit recte concipi, LABORE *preſſus* LABOR, quamvis neque his ipſe verbis dixerit Auctor? * Vid. pag. 165. H. C.

Quod potes, id tentes: operis ne pondere preſſus,
Quod, ſemel inceptum, turpius abjicitur,
Subcumbat labor & fruſtra tentata relinquas,
Tutius & melius quae nec adiſſe fuit.

Conſulte ton pouvoir, plûtôt que ton courage,
Lorsqu'à quelque travail tu prétens t'adonner,
De peur de ſuccomber ſous le poids de l'ouvrage,
Contraint de tout abandonner.

CHRISTINAE Apophthegma: *Si quis ridiculus cupiat eſſe omnibus, ei tantum opus, his gloriari virtutibus aut affectare naturae dona, quae non poſſidet.*

LXXXVII.

LXXXVII.

Quod noſti haud recte factum, nolito ſilere:
Ne videare malos imitari velle tacendo.

NOLI diſſimulare, ſi quid videris non recte fieri: videberis enim probare, cum ſiles. Silentium enim aliquando conſenſus eſſe videtur.

ERASMUS.

QUOD *noſti haud recte factum, nolito ſilere;*] Sic in vulgatis & duobus Codd. MSS. reliqui tamen Codices & Editt. mirum variant. —— Sed mera haec ſunt ſomnia. (Quae ſc. laudati Codd. h. l. exhibent.)

O. ARNTZENIUS.

QUI *MAXIMA EX PARTE* alias vult *PRAESTARI SILENTIUM*, idque tanto ſtudio commendat, quam ſi Harpocratis ipſe fungatur ſacerdotio, ut ſaepius ante videbamus; hic pariter tamen, qua ratione peccari poſſit Silentio, Auctor noſter oſtendit. Si enim ibi ſileas, ubi tui eſſet officii, vel palam eloqui, rem tibi non probari, quae peragatur, propterea quod ea honeſta non ſit, vel ita demum ſilere, ut ipſa taciturnitate & ſupercilio, (namque & hoc, ſi res ferat, tum utique fit neceſſarium & pro eloquio eſt,) aperte ſatis oſtendas, te quod geratur minus probare; ita non recte ſiles, uti *haud recte factum* id, quod tum geritur, aut peragitur. Tunc enim, *qui* ſic omnino *tacet* & lingua, & vultu, & geſtu denique, is plane *conſentire videtur*. Quemadmodum autem ipſam ſilentii legem, ita & hoc SERMONIS AUT TACITURNITATIS JUSTUM MODERAMEN ex Epicteti ſchola reportavit Gnomologus: ſic enim hic Cap. LV. Ench. rem enuntiat, praeter ea, quae & huc facientia ex illo jam dicta ſunt alibi: Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν· Ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ΕΠΙΠΛΗΞΟΝ ΤΩι ΠΡΟΕΛΘΟΝΤΙ· εἰ δὲ μὴ, ΤΩῖγε ΑΠΟΣΙΩΠΗΣΑΙ, καὶ ΕΡΥΘΡΙΑΣΑΙ, καὶ ΣΚΥΘΡΩΠΗΣΑΙ, ΔΗΛΟΣ ΓΙΝΟΥ ΔΥΣΧΕΡΑΙΝΩΝ ΤΩΥ ΛΟΓΩι. H. E. *Periculoſum eſt etiam, ad ſermonis obſcoenitatem prolabi. Cum igitur tale quidpiam inciderit: aut, ſi feret opportunitas*, OBJURGABIS EUM, QUI SERMONEM ILLUM INJECERIT, *aut* TACITURNITA-

TE

87.

ΜΗ ΣΙΓΑ, Τὸ ΠΕΡ ἔγνως ΟΥΚ ΟΡΘΩΣ διαΠΡΑΧΘΕΝ·
ΜΗ σκαιοὺς ΖΗΛΩΝ ΔΟξΗιC ΤΑ τοιαῦτα ΣΙωπΩΝ.

Nec Scaliger hic quidquam reprehendit, nec multa in hoc eſſe caſtiganda, ſua ipſe imitatione demonſtrat; quae dum tacet, clamat, malum non videri eum, quem imitari digneris.

Reliquos vero inter Commentatores hic altiſſimum regnat ſilentium, quo & ipſi tacito conſenſu in recepta Diſtichi lectione adquieſcunt.

TE *ſaltem* & RUBORE VULTUQUE OSTENDES, EUM TE SERMONEM FERRE INIQUO ANIMO. Nam & iſta TACITURNITAS *eloquentiſſima oratio* eſt, qua vel turpis ſermo, vel negotium turpe plane abrumpitur, neque iſtam Cato noſter reprehendit, dum ita tantum tacere te vetat, ut

Videare malos imitari velle, tacendo.

Quo idem dicit, quod & Philoſophus verbis hiſce: δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ. h. e. *Manifeſtum* ſaltem *fiat in te, eam orationem*, vel rem, *tibi diſplicuiſſe*. Quocumque jam id obtinere modo poſſis, ſive verbis increpatoriis, ſive auſtera taciturnitate, quae, aeque ac verba, prodat animum tuum.

QUOMODO vero hoc ſit trahendum ad publica negotia, ad juris quoque prudentiam, ad teſtimonium in judicio perhibendum, & ſimilia, id alibi oſtenſum jam eſt. Ne actum agamus, iſtud declarat etiam Tetraſtichon ſequens.

Quod noſti haud recte factum, nolito ſilere;
Publica ſed patriae damna, putato tua:
Ne videare malos imitari velle, patrando,
Aut ne deſtituas, iſta tacendo, Bonos.

Si quelqu'un peche en ta préſence,
Reprens-le ouvertement, bien loin de le flatter:
On pourroit croire à ton ſilence,
Que tu ſouffres un mal, que tu veux imiter.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Judicis auxilium, ſub iniqua lege, rogato:
Ipſae etiam leges cupiunt, ut jure regantur.

Si premeris iniqua lege, h. e. dura & inhumana, confugias ad judicis aequitatem. Non enim hoc eſt contra leges, ſed ex mente legum, ut ad aequitatem redigantur & temperentur. Iniqua lex eſt, cum ſummo jure contenditur. Veluti ſi pauper in vincula conjiciatur, quod non alat patrem, cum lex dicat: Liberi parentes alant aut vinciantur. Aliquando lex durior eſt, ut terreat. In his Judex, hoc eſt, Praetor aut Princeps, poteſt ſuccurrere.

Erasmus.

Judicis *auxilium*] Praecipit Gnomologus invocare auxilium Judicis in lege iniqua, quam ipſe temperet ex aequo & bono. Nam leges ipſae, *inquit*, opus habent, ut ad aequum & bonum corrigantur, ubi in eis inſuerit aliquid, quod aequitati adverſari videatur. Obſcure vero auctor dicit, *ut jure regantur. Jus* hic eſt aequitas τὸ ἐπιεικές. *Regere* eſt corrigere. *Iniquam legem* dicit ex mente proverbii: *Summum jus, ſumma injuria eſt.* Haec ex Scaligero, inde ab initio, ordine; reliqua, ut ipſe ait, ſaltuatim,

Opitius.

Judicis auxilium] Ἀκυρολογία ſolemnis Planudis, συμμαχίαν κριτοῦ. Quis ſanus judicem σύμμαχον, vocaverit? Ecquae locutio haec λίσσεσθαι συμμαχίαν, ἀντὶ τοῦ συμμαχεῖν αἰτεῖν.

Scaliger.

Qui premuntur aliquando lege, ſibi paullulum iniquiore aut viſa ſaltem, aut re vera quoque duriore nimis, quum interdum legibus &, quod iniquum ſit, ea tantum mente exigatur, ut, quod eſt aequum, tanto certius praeſtetur; illi homines facile delabuntur eo, hujusmodi legis ut rigorem variis artibus, mirisque ac infinitis fraudibus, modis innumeris, tentent eludere*, aut vi etiam aperta violare, denique & ipſi jus dicere &, quod vulgo vocant, *judicem eſſe in cauſſa propria*, ſibi arrogent. Adverſum eos hoc ita militat Diſtichon, ut ſimul tamen & eorum utilitati, aliis duntaxat modis, proſpectum velit. Dat enim atque commendat provocationis jus ad majorem JU-

* Secundum uſitatiſſimum proverbium: *Inventae legi, inventa fraus eſt.*

88.

Λίσσεο συμμαχίην, ΚΡΙθεὶς περὶ θεσμὰ, δικαστοῦ·
ΚΑΥΤΟΙ ΓΑΡ ΤΕ ΝΟΜΟΙ ΠΟΘΕΟΥΣι δίκῃ διέπεσθαι.

Ut jure *regantur.*] *Jus* hic eſt aequitas, τὸ ἐπιεικές. *Regere* eſt corrigere. Non enim eſt, ἀδικεῖν, quod videtur Planudi: ſed διορθοῦν, εὐθύνειν. *Auxilium rogare* eſt confugere ad opem: quod nos verbo ſignantiſſimo σώζεσθαι expreſſimus. *Iniquam legem* dicit ex mente Proverbii: *Summum jus, ſumma injuria.* Nam non eſt ἄδικος νόμος, niſi ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου, ut ait Ariſtoteles. Quum igitur a pedaneo judice ſub iniqua lege damnatus fueris, quia pedaneo a rigore legis diſcedere non licet, tum confugiendum ad judicem, a quo provocatio non eſt, ut rigorem ſententiae, καὶ τὸ τοῦ νόμου ἀκριβὲς ex aequo bono moderetur. Haec eſt mens Diſtichi. An ullus antea aſſecutus ſit, neſcio. Hoc unum ſcio, Planudem ignoraſſe. Scaliger.

Hieremias Paduanus, Epit. Sapientiae Part. II. Lib. VI. Cap. VIII. pag. 57. a. ita hunc verſum producit:

Judicis auxilium ſub iniquo teſte rogato.

Daumius.

Hierem. Paduani conjectura firmatur lectione Leid. pr. *ſub iniquo teſte rog.* quemadmodum quoque conjecit Verratus, Theologus, qui Auctorem noſtrum, infelici ſane conatu, ex Sacra Scriptura inluſtrare tentavit, Editione, quam citamus ſaepius, Florentina &c.

O. Arntzenius.

Reliqua Scaligeri iis vide ſubnexa, quae ſunt e regione.

JUDICEM, ut praecipuum quoddam beneficium, *Juriſque*, quod ajunt, ſtricti illius rigidique, *remedium.* Diſtinguendum igitur hic maxime cum Scaligero inter *Judicem* eſt & *judicem.* Alterum, quem ille vocat *pedaneum*, cui, „ quia
„ legum miniſter eſt, non moderator, ab earum praeſcri-
„ pto, vel aequitatis praetextu, recedere non licet (hoc
„ enim eſſet, non interpretatione laxare leges, ſed fran-
„ gere correctione”.) Qui tamen & ipſe „ non prohibetur,
„ aequitate quadam obſcurae legis verba inflectere, ut ve-
„ ram legiſlatoris ſententiam, in quaeſtione juris aſſequa-
„ tur”. (Vid. Antonii Perezii J C. Inſtitut. Imperial. Erotematibus diſtinctas, atque ex ipſis principiis, Regulisque Juris paſſim inſertis, explicatas. Leid. 1689. pag. 533. Amſtel. Edit. IX. Elzev. pag. 495. ad Erotema: *Licetne Judici*, *prae-*

praetextu aequitatis, recedere a legibus? & Corvini Enchirid. Ed. Elz. 1640. pag. 692.) Et alterum, *a quo provocatio non eſt*; cum penes ipſum legifera ſit poteſtas. Hic demum vere, ut legem ferre novam, ita & adverſus jam latam valiturum adferre poteſt *auxilium*. Hic ergo adeundus; iſtud, *ſub iniqua lege* gementibus, confidenter rogandum eſt. Hoc legitimum, hoc *ipſis legibus* non adverſum eſt, ut quibus eſt opus, quaeque *cupiunt, ut & ipſae*, quarum eſt homines juribus datis regere, optimo AEQUITATIS JURE regantur. Id quod ut fiat, Latoris legum eſt.

PULCRE ac ingenioſe nuper Ill. Mopertius, qui nuſpiam incedit ἀγεωμέτρητος, in Panegyrico dicato memoriae Auctoris, nobiliſſimi libri, cui titulus LEGUM MENS, magni illius in toga Herois, Monteſquioei, * hanc Legiſlatorum provinciam hujusmodi Problematis circumſcripſit terminis atque limitibus: *Le Problême*, inquit ſermone gallico, *que le Legiſlateur a donc à reſoudre, eſt celui-ci*: *UNE MULTITUDE D'HOMMES ETANT RASSEMBLEE, LUI PROCURER LA PLUS GRANDE SOMME DE BONHEUR, QU'IL SOIT POSSIBLE. C'eſt ſur ce principe, que doivent être fondées tous les Syſtêmes de legiſlation.* Itaque & hoc deinceps ad univerſi Juris peritos latius producendo extendit, pag. 20. his ſcilicet verbis: Les *plus grands hommes ſe ſont contentés d'apporter* des remedes particuliers aux défauts de chaque Loi, *à méſure qu'ils les découvroient.* Et paullo poſt, pag. 21. addit, quae huc ſpectant, ſequentia: *Les Lois, faites pour prévenir & punir les deſordres*, ont été CORRIGE'ES *par les deſordres mêmes.* Adeo hoc verum eſt, ut dudum in proverbium abierit iſtud: LEGES BONAE A MALIS MORIBUS PROCREANTUR. Neque huic obſtat, *virtutis cauſſa ferri leges* oportere, ſecundum Platonem; ad quem ita provocat, in Auguſtana Confeſſione variata Melanchthon, p. m. 229. „ Nec debent leges ipſae ſemina „ eſſe vitiorum. Plato graviſſime dicit, *leges virtutis cauſſa* „ *ferendas eſſe*": Sed vel propterea locus corrigendis nonnumquam legibus relinquitur, ne forte & probis bonisque fraudi ſit idem, quod contra improbos aliquando ſanciebatur.

RECTE

* *Eloge de Mr. de* MONTESQUIEU (Auteur de *l'Eſprit des Lois*,) *par Mr. de* MAUPERTUIS. Amſterd. 1756. chez Schneider. pag. 17.

RECTE etiam hîc V. C. jam ſupra laudatus, O. Arntzenius: *Judicem, quicumque judicio praeſit, non* eum, *qui ex formula a Praetore praeſcripta judicet* ac *plerumque* alias *Judex appelletur*, hoc loco intelligi. *Sub libera Rep.* porro ait, *primo* Conſules *& ſpeciatim* Judices *aliquando dictos, quod doceat* & *Cicero, Lib. III. de Leg. Cap. III.* Regio imperio duo ſunto: iique a praeëundo, judicando, conſulendo, *Praetores, Judices, Conſules* appellantor. *Dein* Praetores, *vide*, inquit, *Inluſtriſſimum Spanbemium Diſſ. X. de Uſu & Praeſt. Numiſm. pag.* 103. *Immo* Praeſides Provinciarum, Judices *dicti ſunt. Et ſic oppreſſa Republ.* Imperatores *etiam* Judices *dicti leguntur. Quod nunc non ago. Libera autem Rep.* ſub iniqua lege, *i. e. cum lex iniqua eſſet, maxime Praetorum auxilium inplorabatur, unde* officium Praetoris *deſcribitur a Papiniano, Leg. 7. § 1. ff. de Juſtitia & Jure.* Adjuvare *nempe*, ſupplere & corrigere jus civile. *Tu vide quae illic plura legentur. Ceterum Eruditiſſ. Reſcriptorum Auctor hic mavult legere*: Judex conſilium &c. *Rationes videbimus, cum novum Reſcriptorum Cap.* XXXIII. *ad nos delatum typisque impreſſum fuerit.*

NOBIS quum, ipſius editionis Arntzenianae beneficio, Cap. illud noviſſimum, una cum reliquis, ſit hodie ante oculos poſitum, illic videre quidem eas contingit rationes; quas tamen non aequales deprehendimus reliquis Viri illius Doctiſſimi argumentis, quae plerumque ſunt ejusmodi, ut vel in nobis accendere poſſint Juris civilis ſtudium, quod refugimus ſemper, & cui, non niſi in prima juventute, idque fere coacti, aliquam navavimus operam. Neſcio, utrum haec noſtra ruditas in cauſſa ſit, quare ſe minus probent ea argumenta nobis, an haec laborent ipſa. Verum, quodcumque fuerit, ita ſe habent ea: „ Ne quid diſſimulem, *inquit de hoc Diſticho Cl. Cannegieterus, loco ſupra jam dicto,* „ Diſtich. hoc parum conſentaneum videtur rationi tempo- „ rum, quae ſub Imperatoribus acta, quo tempore vixit „ Dionyſius. Num enim eo tempore quisquam judicis auxi- „ lium imploravit ad emendandam legem iniquam? Scio, „ Praetori jus fuiſſe in leges, ſed libera republica, non etiam „ ea ſubjugata, quo quidem tempore non Judicis, qua- „ cumque tandem poteſtate aut nomine is fuerit, ſed Prin- „ cipis auxilium petebatur. Quare malo:

„ *Judex auxilium ſub iniqua lege rogato.*

„ Hoc conſilium dat filio pater, ut ſi Judex fuerit factus,

 „ de

„ de iniqua lege Principem potius conſulat, quam ipſe de-
„ cernat. Fecit hoc Plinius cum Bithyniae praeeſſet, fe-
„ cerunt idem alii Praeſides, qui judicum nomine conti-
„ nentur, id quod ex utroque codice, Theodoſiano & Ju-
„ ſtinianeo, perſpicimus. Quod addit *velle leges ſe jure regi*,
„ jus intelligit artem aequi & boni, & maxime eam, qua
„ legum inclementiam mitigarunt viri prudentes, id quod
„ Praetorum & Juriſconſultorum fuit, libertate Romano-
„ rum ſalva, ea vero exſtincta, fuit illud Principum.
„ Hoc docet Pomponius in Lib. II. ff. de Orig. Jur. § 5.
„ Illam partem, quae a JCtis fuit profecta, κατ᾽ ἐξοχὴν Jus
„ fuiſſe dictum, & quidem jus civile. Imaginem illarum
„ diſputationum deferebant (forte *referebant*) Principum
„ Semeſtria, quibus etiam Juriſconſulti, ſive Adſeſſores ex
„ JCtis. capti intererant, quos συνέδρους καὶ συμβούλους no-
„ minabant, vid. Jac. Gutber. de Offic. dom. Aug. Lib. I.
„ Cap. XVIII". Haec ille. Quae quomodo conſpirare aut quadrare cum iis poſſint, quae Juris Anteceſſores alioqui de Papinianis & Ulpianis & Tribonianis ſuis, ceterisque Praetorio praefectis, Imperatorum Amicis, & Patribus quoque, & Conſiliariis jucundiſſimis, & in ipſo tribunali Adſeſſoribus graviſſimis atque venerandis, magnifice ſatis gloriari conſueverunt, equidem non video. An tam ſubito omne ſub Imperatoribus Juris periit exercitium, miniſteriumque prorſus evanuit, nihil ut Judicibus amplius fuerit relictum minoribus; ſed omnes ab unius ore Principis continuo pependerint & in omnibus? Quae igitur tanta illorum Semideorum Heroumque in Themidis ſacrario gloria? Facile largior, a Nerone neminem in conſilium advocatum, de interimendo fratre Britannico, praeter ſervulos & libertos, hominum & naturae propudia: At Caracalla, in ejusdem criminis caſu, durum hoc reſponſum retulit: *Facilius eſſe, perpetrare parricidium, quam defendere.* Ergo inter utrumque hunc tyrannum magna intercidit rerum diverſitas. Interceſſerunt OPTIMI PRINCIPES: Quorum unus, enſem qui porrexit & contra ſe, ſtringendum, ſi male imperaſſet, annon pariter & jura conceſſerit digne adminiſtranda miniſtris idoneis? Poſt Trajanum, & Hadrianus & Antonini an minores fuere laude Juſtitiae? an pares gerendis omnibus, ſi vel maxime voluiſſent, ipſi ſoli? An ſemper praeſentia fuere haec Numina, quorum adhuc legimus datas e longinquis regionibus ad ſenatum litteras? Quod ſi tum, de auxilio

xilio quaerendo Judici, incidiſſet ſermo, nonne ipſi potius, hi tales Principes, in dijudicandis legibus, auxilium rogaſſent Juris peritos, quam ut omnia, vel minima, ſuo pro arbitrio adminiſtrare ipſi praeoptaſſent? Horum autem feliciſſimam aetatem vivendo attigit Cato noſter. Quid opus ergo filio, judici futuro, pro Juſtitia & Jure, quaerere auctoritatem Principis! Et tum ſcribendum ſic fuiſſet:

Ipſae nam cupiunt ut leges enſe regantur.

Non, *ut jure regantur.* Adhaec non convenit proprie, *Judex* ut SUB *iniqua lege* conſtitutus, dicatur aut concipiatur ipſe: Convenit ei, qui *ſub* ejusmodi lege patitur. Judicem autem, qua talem, omni patiendi ſenſu & adfectu vacare oportet. Qui vero non patitur, neque *auxilium* in eum cadit, ut juvandum. Competit ei, contra, qui iniqua lege premitur, idque ex aequo & bono, a ſolo Judice, adferendum; non illi, qui tum Medici, immo qui Numinis vicem gerit. Haec fere ſunt, quibus impedimur, quo minus in hanc diſcedamus pariter ſententiam.

Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato:
Temperet ut rigidam gratia Juſtitiam.
Ipſae etiam leges cupiunt, ut jure regantur:
Vergit in injuſtum degeneratque rigor.

Si l'abus d'une loi t'eſt préjudiciable,
Va d'un juge éclairé rechercher la faveur:
Les lois veulent ſouvent qu'un droit plus équitable
Regle de leurs décrets la trop grande rigueur.

LXXXIX.

Quod merito pateris patienter ferre memento:
Quumque reus tibi ſis, ipſum, te judice, damna.

Incommodum, quod tua culpa tibi accidit, non imputabis alii, quam tibi. Et cum tibi ſis conſcius, damna te ipſum. Tute judex eſto, & ea te poena dignum exiſtimato.

Erasmus.

In vulgatis eſt *patienter perfer ad ipſum*. Sed longe maxima pars Codicum manu & typis expreſſorum legunt *pat. ferre mem.* Sic Leid. tres, Coll. Voſſ. Veterr. Chart. Membran. Voſſ. & Cod. Turic. quibus adſenſum praebent Editt. haud paucae, eaedemque antiquiſſimae, nec non Scriver.

O. Arntzenius.

Et justus vir, ſub iniqua lege, nullo ſuo merito, accidere poteſt ut patiatur, & pariter injuſtus, idque aequa ſub lege, atque ex merito ſuo: Recte horum ad utrumque animum advertit Auctor, quem interpretamur, in binis hiſce proximis, quibus adhuc in exponendis verſamur, Diſtichis. Atque in ſuperiore quidem horum dilucidabat prius, poſteriore huic ſervato, ad quod progreſſi ſumus. Illic *Judicem* requirebat *facilem*, atque a nimio abhorrentem rigore, qualis Horatianus ille,

Inſigne moeſtis praeſidium reis
Et conſulenti Pollio, curiae.

Hic alium vultum, alios mores induit, tantumque ab eo abeſt, *Judicis* ut favorem & gratiam *Reo* conciliet, benevolentiam captet; ut incitet potius Judicem adverſum hunc, illique ſuadeat & commendet inculcetque ſummum rigorem. Illudque quum egiſſet ante, ut praeverteretur privatorum hominum judicio, ſuis ipſorum in cauſſis, quos quippe delegaverat ad majorem & legifera poteſtate judicem; Hoc jam vero agit, ut *Privatum* aliquod ſtabiliat erigatque *tribunal*, in quo *idem* ſedeat *judex*, *qui* eo trahitur *reus*;

Quum.

89.

Ἣν τι δικαίως ΠΑΣΧῃς, ΚΑΡΤΕΡικῷ φέρε ΘΥΜΩι·
Καὶ σαυτῷ πλαίσας, ΣΑΥΤΩι Σὺ τίνυε δικαστήν.

Quumque reus tibi ſis, ipſum te judice damna.] Planudes: Καὶ σαυτῷ πλαίσας, σαυτῷ σὺ τίνυε δικαστήν. Quae non capio. Sed Planudes ſcripſerat, σαυτῷ σὺ τίνυε δικαστῇ. Et abſolutum dativum Graece poſuit, quia in Latino ſcriptore τὸ *Judice* eſt abſoluti caſus, qui eſt manifeſtus barbariſmus. Deinde πλαίσας, pro reo, quis ferat? Gnomologus praecipit nobis, apud nos ipſos cauſam dicere, & a nobis judicibus damnari. ἐπὶ κριτοῦ τινὸς κρίνεσθαι Graece dicitur. Latine, apud illum judicem cauſam dicere. Planudem conſtat non capere.

SCALIGER.

Quumque reus tibi *ſis*, *ipſum*, te judice, *damna*.
Scilicet haec ex eo oritur profluitque tanta differentia: quod ibi erat ſub iniquiore paullum lege preſſus inmerito juſtus; hic injuſtus atque iniquus patitur quidem, ſed ex merito & lege ſub aequiſſima, a qua propterea hic ne latum quidem unguem recedi permittit, quum ſupra ab altera eſſe recedendum, ipſi judici ſuaſor & auctor ſit: Nunc legem perpeti non tantum, ſed & exequi, duriſſimam quamlibet, at juſtam tamen, ipſi perſuadere tentat reo. Brevi: Sic JUSTITIAE RIGOREM ab unoquoque vult hominum jubetque exerceri *erga ſemet ipſum*: Aſt *erga alium* quemcumque, BENIGNITATEM AC BENEVOLENTIAM.

DIVINA plane SENTENTIA, immo *divinis* quoque eadem *Oraculis* prorſus & examuſſim conſentanea!

זִרְעוּ לָכֶם לִצְדָקָה קִצְרוּ לְפִי-חֶסֶד

Injunxit Deus O. M. quondam Israëlitis per vatem Hoſeam, Cap. X. v. 12. Quae verba, haec ipſa dum ſcribo *, mittunt

* Menſe Februar. 1756.

tunt ad me ejuſdem populi e Primoribus, una cum ſextupla eorumdem verſione, conſultum ac rogatum mentem meam, quaenam harum videatur optima. Erant hoc ordine ſcriptae:

1. *Seminate vobis ad Juſtitiam, metite ad os Miſericordiae.* Pagnini.
2. *Seminate vobis in Juſtitia, & metite in ore Miſericordiae.* Vulgata.
3. Sembrad para vos otros a Juſticia, Segad para vos otros a Miſericordia. *Sipiriano de Valera.*
4. *Seminate vobis in Juſtitia, vindemiate in fructum Vitae.* Graeca LXX.
5. *Serite vobis Juſtitiam, & metite os* (i. e. ſummum) *Probitatis.* Syriaca.
6. *Seminate vobis aequitatem, Legite fructum Vitae.* Arabica.

Reſpondi extemplo & ex tempore ſciſcitantibus, & quidem de verſionibus primum: Nullam earum exacte ſenſui ſatisfacere textus Hebraici, ut qui talis eſſet, qualem ſupra praemiſi & in hiſce Diſtichis, quae nunc tracto, deprehenſum, nempe:

JURIS RIGOREM ERGA VOS EXERCETE; BENIGNITATEM ERGA ALIOS.

Addidi deinde pauca de quibusdam harum interpretationum: uti, in Hiſpanica falſum eſſe poſterius illud: *para vos otros.* Graecos vero ita legiſſe, ac ſi ſcriptum fuiſſet לפרי חיים pro לפי חסד ſic & Arabas. Quibus tum ſequentia ſubjunxi ad verum verborum ſenſum ſpectantia:

Legi omnes (veſtratium ſcilicet,) in hunc verſum Commentatores. Nemo melius expoſuit, quam Kimchius (*Radak*,) ut fere ſemper ille optime ſenſum litteralem explicat. Ex ejus igitur interpretatione ſic verba Latine forent concipienda:

SERITE AD JUSTITIAM VOBIS. METITE MODULO BENIGNITATIS.

Aliud tamen adhuc animadvertendum in hoc dicto eſt, quod ipſe Kimchius non obſervavit. *Juſtitia* & *Benignitas* poſſunt intelligi triplici modo, vel 1. Dei erga nos, vel 2. noſtra

noſtra in nobis ipſis & erga nos, vel denique 3. erga alios, & vice verſa, aliorum erga nos.

Jam לצדקה non accipitur *primò* modo, ut ſit *Dei Juſtitia erga nos*. Nam ſic potius eſſet comminatio, quam promisſio, ſi Deus ſuam Juſtitiam erga nos exerceret. Et mali tantum ſeminant in hanc Juſtitiam irae. Conf. verſ. ſeq. 13.

Neque idem accipiendum *tertio* modo, ita ut nos ſtricti *Juris rigorem erga alios* exerceamus. Nam tunc non adeſſet & חסד *Benignitas*; & uti ſementem faceremus, ita & meteremus, non autem לפי חסד

Eſt igitur tantum in *ſecundo* horum ſenſuum, h. e. *noſtra in nobis Juſtitia*, & bona recte factorum Conſcientia.

Quare dicit לכם לצדקה cum accentu conjunctivo *Schophar mehuppach* conjunctum: AD JUSTITIAM VOBIS, & ipſi exercete Juſtitiam: זרעו *Seminate*, *ſerite* eam, vel in eamdem obtinendam*. Hoc labor eſt, hoc *expenſae*; קצרו vero *reditus* percipiendi & laboris inpenſi fructus.

Sed *Benignitas* in omni illo triplici ſenſu poteſt accipi. Ut pulcre *Kimchi* dicit: *Sperat ſe meſſurum duo ſata aut amplius*. Itemque, חסד *Benignitas eſt plus quam Juſtitia*, inquit. (Quare & hoc latiore ſenſu, quam illud, adhibetur.)

Metite לפי חסד *modulo benignitatis* ERGA ALIOS; non ſtricti Juris rigore, ſed cum *beneficentia*: ut Boas, in meſſe ſua, erga Rutham. Hoc ergo opponitur alteri לצדקה Juſtitiae ſtricte ſic dictae.

Ita *metetis* לפי חסד & A DEO. Ille pariter non exercebit ſtrictum Jus & rigorem erga vos; ſed *Benignitatem*.

Denique & *metetis* ac recipietis ALIORUM ERGA VOS, vel pari menſura, vel majori modulo, *benignitatem*.

Hoc eſt ergo לפי חסד Nam פי eſt etiam *acies* gladii, ut חרב פיפיות Pſalm. CXLIX. 6. Hoc igitur modo & hoc *gladio ancipite* recte dividitur ac diſtinguitur ſenſus vocis חסד itemque verbi צדקה *Zedakah*, quod falſo jam, inter *recentiores Judaeos*†, vicem illius obtinet ac pro *eleemoſynis* (vel ſtipe egenis eroganda,) accipitur.

Salvo meliori.

De

* Eſt etiam inter Reginae Succiae, CHRISTINAE, Apophthegmata: *Beneficiorum ratio ut ſementis eſt, quae ſaepius & large committenda terrae, ſub incerta ſpe reportandi fructus.*

† In autographo, quod penes ipſos eſt, ſcripſeram: *modernos*, voce moderna, κατ' ἄνθρωπον.

De JUDICII autem RIGORE in ſe ipſum a quolibet exercendo plura ſunt ſacrarum Litterarum dicta egregia, interque alia Paulinum illud 1. *Cor. XI.* 31. *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.* H. e. verbis latinis Scaligeri: *Si apud nos ipſos cauſſam diceremus, non a judice damnaremur.* Philoſophorum vero in univerſum omnium quum ſacratiſſimae Diſciplinae nemo propius accedat ipſo Epicteto noſtro, & illius quaedam dictis ubi ſubjunxerimus, hic ſubſiſtemus. Pertinet autem huc Cap. Enchiridii XLVIII. multum complectens brevi verborum ambitu: *Ἐάν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακά, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.* H. e. *Si quis ad te deferat:*

XC.

Multa legas facito: perlectis, neglige multa:
Nam miranda canunt, ſed non credenda, Poëtae.

MULTA quidem legas, ſed cum judicio. Nec enim omnia vera ſunt, quae legis apud Poëtas. Fortaſſis pro *perlege* legendum eſt *perline.* Hoc eſt, dele, & corrige: etiamſi Planudes vertit aliter.

ERASMUS.

PERLECTIS *perlege multa.*] Perlegere Barthio idem hic eſt ac curſim & perfunctorie legere. Adverſarior. Lib. XXVIII. Cap. I. (col. 1311.)

OPITIUS.

Vetus Scholiaſtes ait in quibuſdam libris haberi: *Perlectis neglige multa*, i. e. ſperne de his multa, quae leguntur. &c. DAUMIUS.

AJUNT alioqui: MULTUM ESSE LEGENDUM, NON MULTA.

Ei contrarium hoc Noſtri eſſe videtur, quem, quidquid & decernatur de reliquis Diſtichi verbis, certum eſt, ſub initium eorum ita ſcripſiſſe:

MULTA LEGAS FACITO.

Neque

rat: Ille de te male dicit; ne excuſa quae dicantur, ſed reſponde: Nimirum hoc eſt, ignorat ille & alia, quae mihi adſunt mala: alioquin non ſola haec diceret.

Quod merito pateris patienter ferre memento:
Quodque unum culpes, ſit tua culpa tibi.
Quumque reus tibi ſis, ipſum, te judice damna:
Et, quam ſponte ſubis, ſit tibi poena levis.

Supporte ſans impatience
Le mal que tu connois avoir bien mérité:
Te ſentant criminel, ta propre conſcience
Doit décerner la peine avec ſévérité.

90.

Βιβλία πάγχυ μετέρχεο ΠΟΛΛά, μετέρχεο ΠΛΕΙΣΤα·
ΠΟΙΗΤΑΙ ΘΑΥΜΑΣΤΑ ΓΑΡ, ΑΛΛ᾽ ΟΥ ΠΙΣΤΑ, ΛΕΓΟΥΣΙΝ.

MULTA *legas facito:*] μετέρχεσθαι βιβλία non auſim cum Planude dicere: ſed potius διέρχεσθαι.

SCALIGER.

Quid ſi ergo ſic?

Βιβλία πάγχυ διέρχεο πολλά,
μετέρχεο πλεῖστα.

FRESIUS, τὸ *perlege multa*, cepit, pro *perlege multum*: Qui & notat alios legere: *ſelege*: (ita ſane Aſcenſius edidit, explicatque *ſegrega, rejice, neglige, ſeorſum lege.*) Alios *perline* h. e. *dele* & *corrige*. Barthius aliquando *elige* legit.

IYER. DAUMIUS.

Neque tamen revera hoc ita contrarium eſt verbis ſuperioribus, quin potius eadem confirmet, quum deinde addat, ex his *multis*, *multa* rurſum eſſe *ſeligenda*, ut *neglectis* aliis, illud tantum obtineat retineaturque, quod in altero proverbio MULTUM dicitur, h. e. majoris ponderis, majoris momenti ac roboris. Atque hoc quidem modo ſenſum hujus Praecepti jam pridem accepit expoſuitque Joannes ille Sares-

Saresberienſis, in iis Policratici ſui verbis, quae pag. 6. hujus Hiſt. Crit. in alium finem, laudavimus: —— *Sic tamen omnia legenda ſunt*, inquiebat, *ut eorum aliqua, cum lecta fuerint*, NEGLIGANTUR, *reprobentur nonnulla, aliqua videantur in tranſitu, ne ſint omnino incognita.* Eſt etiam in Apophthegmatis doctiſſimae quondam terrarum Borealium reginae, indeque in auſtrales transfugae, Chriſtinae, aliquod, LECTIONIS quod MULTAE UTILITATEM, immo NECESSITATEM, his verbis in apricum ponat:

Partem officiorum viri boni & boneſti continet LECTIO. *Ita vero legendum eſt, animum ut inſtruamus, nos ſolemur, corrigamus ipſi. Oraculum, ſane, iſtud, quod conſulendos eſſe ſuadebat mortuos, libros intelligi volebat* *.

Sed quid oraculum inde a ſuperſtitioſis gentibus & polytheis repetimus, ipſa etiam reverenda nobis divina placita & conſulere vetant mortuos, & LABIA DORMIENTIUM, שפתי ישנים quod RECTUM ſit, perpetuo LOCUTURA, eodem ſenſu, nobis qui conſiderandus hic veniebat, commendant tamen. *Cantic. canticor. Cap.* VII. *vs.* 10.

LEGENDUM vero eſſe CUM DELECTU, id ſi umquam alias, hac certe noſtra aetate, in qua legendorum vere infinita & copia eſt, & diverſitas, fit ſumme neceſſarium; nobis igitur & maxime nobis, quae filio praecepit Cato, hic dicta ſunto. Quumque, turbam inter reliquorum omnium Auctorum, praecipue

Aut prodeſſe velint, aut delectare POETAE,
Aut ſimul, & jucunda, & idonea dicere vitae;

ex his utilia tantum, uti fructus, decerpere hortatur, inque vitae uſus convertere; quae vero pulcra, quae cum ingenio dicta, quaeque jucunda ſolum, ea florum inſtar amoeniſſimorum in tranſitu mirari, eorum elegantias ſemel aut iterum depraedicare, tum deinde miſſa facere, neque iis nimium inhaerere diu, aut verum vitae ſcopum, iſta continuo ſectando, praetermittere. Minimeque omnium ex anilibus antiquitatis fabulis, de diis & vel ſuperorum vel inferorum rebus, falſas ſibi adquirere formas ſive notiones. Caven-

* Otia CHRISTINAE, reginae. Opus MS. quod citatum, partem etiam inde excerptam vidimus, non ſine deſiderio reliquorum, in Novis Leidenſ. a. 1752. [*Leydſe Vrydagſe Courant*. No. 24. Paris.]

Cavendum ergo, ea ne, dum miramur, adſenſum etiam nobis extorqueant. Ea tu *nolito credere, nam*

MIRANDA CANUNT; NON CREDENDA.

Et ſcitum eſt pervetuſtum, immo & inde uſque ab antiquiſſimis petitum ipſis vatibus:

ΠΟΛΛΑ ΨΕΥΔΟΝΤΑΙ ΑΟΙΔΟΙ.

PLURIMA CANTANDO VATES MENDACIA DICUNT.

Quo proverbio non male uſus eſt Ariſtoteles, in reprehendendis Poëtarum fabulis, de deorum affectibus, ut invidia, aliisque, ait enim Metaphyſicor. libr. I. Cap. II. *Εἰ δὲ λέγουσί τι οἱ* ΠΟΙΗΤΑΙ, *καὶ πέφυκε φθονεῖν τὸ θεῖον, ἐπὶ τούτου συμβῆναι μάλιστα εἰκὸς, καὶ δυστυχεῖς εἶναι πάντας τοὺς περιττούς. Ἀλλ' οὔτε τὸ θεῖον φθονερὸν ἐνδέχεται εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν· πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.* H. E. *Quod ſi aliquid* POETAE *dicant, & in naturam divinam ut maxime cadat aliqua invidia, veriſimile eſt hac in re id maxime accidere & infelices eſſe eos omnes, qui altiora ſe quaerunt.* (Conf. huic Lib. II. Diſt. II. Noſtri, quod nullus dubitem hinc ortum ſuum traxiſſe.) *Verum neque Divinitas invida eſſe poteſt, &* multa, *ut eſt in proverbio*, mentiuntur Poëtae. Cognatus, in Adagiis, hoc ipſum ex Platone citat, ita enim inquit: *Inter illos dialogos, qui cum Platonis operibus circumferuntur Platonici plane, quod Platonis ſententiis & verbis conſcripti ſunt, extat unus* de Juſto, *in quo Hoſpes: Atqui, o Socrates, recte habet proverbium vetus:* Poëtas in multis mentiri. Et confert deinde cum praeſenti hoc Diſticho. Nec mirum, iſtud proverbii ſaepius exaudiri in Socratica ſchola: nam & illi Poëtas Philoſophi eliminandos propter hoc e republica paullo durius cenſuerunt; ſed poſtquam ipſi Philoſophi a Fl. Veſpaſiano erant urbe pulſi, poſtquam &, ipſorum ſub Poëtarum inſignibus, paullatim in gratiam redire coeperunt, & Poëtae contra non jam demum coepere philoſophari, inquiebat enim pridem Horatius poëta:

Rem tibi SOCRATICAE *poterunt oſtendere* CHARTAE;

Nunc & Philoſophi mitiores ſunt redditi erga illos, & vatum amantiores, & Cato noſter, qui ipſe pariter Philoſophus ac Poëta, abuſum tantum horum inprobat, ipſos uſum-

uſumque eorum laudat, depraedicat, commendat: Qua de re nos jam fuſius alibi.

„ NON QUIDEM abhorret, ait Cannegieterus, Cap. „ Reſcr. III. haec admonitio a patre; non a Dionyſii pruden„ tia: qui filium monet, multa in poëtis, quos ſolos nunc „ ob aetatem legebat, contemnenda & non credenda eſſe. „ Credo, Deorum atque Heroum flagitia, Poëtis decanta„ ta, ſignificari, quorum exempla inſidias facere ſolent „ lubricae aetati: Quam ob rem Plato Poëtas a Republica, „ ut notum eſt, excluſit. Eademque haud dubie cauſſa in„ pulſus Quinctilianus Inſtit. orat. I. Cap. VIII. Comoedias „ tum adoleſcentibus legendas praecipit, ubi firmior aetas „ & mores in tuto fuerint. Sed tamen lectio vulgata & „ tantum non omnibus codicibus recepta, (ſcil. *perlectis* „ *perlege multa*) quae ſenſum nullum habet, magnam doli „ adhibiti & ſuppoſititii foetus ſuſpicionem injicit". Itaque deficiente meliore, Daumianam ex Scholiaſte vetere emendationem, expoſitione quoque Jo. Saresberienſis roboratam & ipſe admittendam eſſe autumat, cui, poſt Arntzenium, in quem ille devolvit, cuique hanc tradit provinciam, & nos ſubſcribere aequum duximus.

LONGE ALIA rurſus tentavit via inclyt. Withofius: „ *Sed venio nunc*, ait, *iterum ad locum memorabilem & vexa*„ *tiſſimum:*

Multa legas facito &c.

„ *Locus hic, ſi quiſquam alius, a Criticis & interpretibus miri*„ *fice fuit agitatus. Et ſane plura ibi ſunt incommoda, quam* „ *alii etiam* animadverterunt". Poſt eorum & variae lectionis enumerationem ſic deinde pergit ſedulo: „ *Vides, hic* „ *varie fluctuatum eſſe, & pleroſque edidiſſe, quod ipſis com*„ *modius eſt viſum. Sed revera omnia ſunt inania. Si τὸ* per„ lege *vitioſum eſſe crederem, nihil aptius ſubſtitui poſſe arbi*„ *trarer, quam* ter lege, *emphaſi non exigua. Sed alibi latent* „ *ulcera. Quare in altero verſu* poëtarum *meminit, addita etiam* „ *particula* nam, *ſi nondum facta eorum fuerit mentio quae*„ *dam in priori? Deinde num Auctor & poëta ipſe & poëta*„ *rum amans,* ——— *videri poteſt de Poëtis ſcripſiſſe tam ge*„ *neratim, eorum dicta* non eſſe credenda? *Ego Auctorem ſic* „ *unice ſcripſiſſe nullus dubito*":

„ Multa legas facito: *ter Vatis perlege* multa:
„ Nam miranda canunt, ſed non *ridenda* poëtae.

Addit:

Addit: „ *Jam omnia ſunt egregia, vera & decentia. Jam rè* „ Sed *recte contrarium aliquid prodit*". Immo vero rectius antea, quum contraria eſſent: *miranda* quidem; SED *non credenda* tamen. Sed jam ſuperfluum & ita inamoenum redditur illud, *Sed*; ut eadem dicturus melius fortiusque id praeſtiterit ſimplice oppoſitione duarum partium, ſine hac particula:

Nam *miranda* canunt; *non deridenda*, Poëtae.

Ablegat deinde ad Horat. Lib. I. Ep. I. v. 37.

——— *Sunt certa piacula, quae te,*
Ter *pure lecto poterunt recreare libello.*

It. ad ejusd. Hor. Lib. II. *Ep. II. initio mire ea illuſtrantem, quae hic voluit Auctor, nec opinor*, inquit, *dubitabis; adeo nunc omnia ſunt manifeſta.* Nos nemini ſcrupulum injiciemus, qui dubitare nobiſcum amplius, detrectabit.

Multa legas facito: Perlecti cernito multa,
Ex illis retinens pauca, ſed utilia:
Nam miranda canunt, ſed non credenda Poëtae.
Deme veneficio carmina: Mella fluent.

Lis beaucoup, lis ſans fin; mais cherchant à t'inſtruire,
A tout auteur ſans choix ne vas pas te livrer:
Souvent en vers on oſe dire
Des choſes que l'on doit moins croire, qu'admirer.

XCI.

XCI.

Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus;
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.

In foro locus eſt eloquentiae, in cubiculo ſilentii. In conviviis, alternis ac moderatis ſermonibus uti convenit, iisque venuſtis & amoenis. Quidam, dum humanitatem affectant, loquacitate moleſti ſunt reliquis convivis, quibus non relinquunt loquendi ſpatium.

Erasmus.

Modestus non ſolum eſt, qui plura, quae ſignificatio tamen huic loco potiſſimum convenit, ſed & alia non loquitur, quam decet inter honeſtos, qui moderatis utitur ſermonibus, quique verbis libidinoſis, praetextatis, ſimilibusque ſedulo abſtinet. Unde *pudens* & *modeſtus* junguntur ap. Ter. Hecyr. Act. I. Sc. II. v. 90. Eod. ſenſu *modeſta lingua* occurrit ap. Ovid. Ep. XIX. Her. v. 63.

O. Arntzenius.

Modum, quem omnibus in rebus cumprimis commendat, etiam in conviviis, sermonibusque convivalibus, ſummo ſtudio vult ſervari Noſter. Etenim peccatur ibi vel moribus nimium triſtibus ac tetricis, vel nimia hilaritate & effuſa laetitia, ſub ſpecie urbanitatis. Jam mediam, inter utrumque illud, ſolamque virtutem veram atque laudabilem, collocat prudenterque inculcat filio, in ſermone modestiam. Quippe quae omnes decet & homines, & aetates, ſed praecipue exornat commendabilemque reddit juvenem. Hac efficitur, ut in neutram partem inpingat bene ac decenter formatus animus, ſive ruſtica taciturnitate, ſive non minus ingrata, magisque adhuc moleſta futura aliis, loquacitate & ineptiis.

Partem vitae aliquam conſtituebant apud veteres *Convivia*, utpote qui de die in diem non niſi ſemel cibum capere plerumque ſoliti, exantlato diurno opere, inter coenandum genio tantum indulgere, corporisque reficiendis ex labore defatigati viribus unice intenti, eam, tamquam maxime ſanitati conducibilem, tum ſolam ſibi eſſe inpendendam,

91.

ΣΥΣΣΙΤῶν ἑτάροις καὶ μέτριος εἰς ΛΟΓΟν ἴϑι·
ΜΗ κόβαλος ΔΟξῃς, ὅτε κόσμιος ἔμμεν᾽ ὀφείλεις.

INTER *convivas*] Planudes inconcinne:

——— καὶ μέτριος λόγῳ ἴϑι.
——— *fac ſis ſermone modeſtus.*

Ut taceam penultimam puram productam. Ipſe vero putavit omnem puram vocalem penultimam produci. (*Hoc falſum eſſe ſtatim ſequens oſtendit verſus in κόσμιος.*) Ut μέτρια σοφίης.

——— ἴστοι κωλεῖν.

Tota metaphraſis monachalis eſt, & non nauci. SCALIGER.

NE *dicare loquax, dum vis urbanus haberi.*] Planudes:

Μὴ κόβαλος δόξῃς, ὅτε κόσμιος
ἔμμεν᾽ ὀφείλεις.

Verſus & puero indignus. Urbanus eſt κομψός. At κόβαλος eſt ſcurra. (*Sed quid impedit, & hoc modo accipi a prohibente?*) Illud ὀφείλεις, quam inepte? quaſi quicquid volumus, id debeamus velle.

IDEM.

dam, aut etiam permittendam operam exiſtimarunt. Qui vero reliquis ſapientia aut eruditione praeſtabant, ii & illud tempus recreando pariter animo, tum feſtivis, tum litteratis ſermonibus, aptum putarunt atque idoneum; unde tot egregiae ad noſtram quoque potuerunt pertingere aetatem doctae Antiquitatis, in eo genere, reliquiae, Sympoſion utrumque Socraticum, & Platonis, & Xenophontis, Δειπνοσοφιστῶν libri Athenaei, aliique, quos jucunde, uti ſolet, imitatus, recentiore aetate, omnis verae urbanitatis receptaculum, Eraſmus, in dialogis illis lectu & relectu digniſſimis, quibus ſequentes praeſcripſit titulos: *Convivium religioſum*, *Convivium profanum*, *Convivium poëticum*, *Convivium fabuloſum*, *diſpar Convivium* & Νηφάλιον συμπόσιον, ſive *Convivium ſobrium.*

HAC VERO noſtra, qua nunc vivimus, aetate, quid ſit de noſtris, quibus in convivando ſumus, moribus ſentiendum, ipſos adteſtor Gallos, quos *comitatis atque urbanitatis* nobis exempla praeponimus; ſed annon & illorum ſapientioribus gravioribusque, iisque pariter eruditis, in ea ipſa

re, praeſtaret auſcultari, quam rudiori ac inconſultae plebeculae, eique quavis aura mobiliori? Ita autem ſcriptum publice editumque invenimus a nobiliſſima *Academia*, quae ex Humanitatis ſtudiis atque *Inſcriptionibus* ſortita nomen eſt, unicum fere illud Eruditionis in Gallia aſylum, in Commentariis ejus hiſtoricis, de iis, quae ab anno hujus Saeculi XI. ad XVIII. uſque, in ipſa acta geſtaque ſunt, Tom. II. Editionis, quae Hagae Comit. prodiit a. CIƆIƆCCXXIV. pagg. 75 & 76. ſub tit. *Des Plaiſirs de la table chez les Grecs.*

Les écrits des anciens conſidérés par rapport aux moeurs, ne meritent pas moins l'attention du Public & de l'Académie, que les mêmes ouvrages regardés du côté de l'eſprit & du ſçavoir. M. l'Abbé Gédoyn dans un diſcours lû en 1715. propoſe pour modéle des plaiſirs innocens de la table, les deux fameux Banquets, l'un tiré de Platon, l'autre de Xénophon; & il a traduit une partie du dialogue du premier de ces deux Philoſophes, pour faire voir quels étoient les entretiens, que les anciens ſçavoient mêler dans leurs feſtins. C'étoit, dit-il, par le ſecours de ces converſations également ſçavantes & morales, que les Grecs rendoient utiles les plaiſirs de la table, & corrigeoient ce que la licence & la trop grande liberté n'aménent que trop ſouvent dans les longs repas.

La choſe lui a paru d'autant plus néceſſaire, qu'on ne voit presque plus aujourd'hui de converſations parmi nous; que le vin pris ſouvent immodérément à table, & le jeu, lorsqu'on en eſt ſorti, tiennent lieu de ces aimables entretiens, qui charment les honnêtes gens. Mademoiſelle de Scudery, ſi elle vivoit encore, ſeroit bien plus étonnée que M. l'Abbé Gédoyn, de voir que loin d'entendre, dans les Compagnies du beau monde, ces converſations qu'elle aimoit tant, on ne lit pas même les excellens modéles, qu'elle en a laiſſés.

Quoi qu'il en ſoit, il eſt conſtant que les plaiſirs de la table, ſouvent groſſiers parmi nous, étoient & plus purs & plus honnêtes chez les Grecs, par le ſecours de la converſation, qui en étoit l'ame. On voyoit ſouvent huit ou dix des plus honnêtes gens d'Athénes ſe raſſembler chez un ami commun, paſſer pluſieurs heures à table, non à boire, mais à s'entretenir, & quels étoient leurs entretiens? Les plus libres, les plus familiers, les plus enjoués, les plus polis, les plus doctes, & les plus ſolides. „ S'il arrivoit que quelqu'un abuſant de la liber- „ té de la table, dit quelque choſe de licentieux, on ne man- „ quoit

„ *quoit pas de relever ce qui étoit échappé contre les bonnes* „ *moeurs, & de faire tourner la converſation ſur quelque point* „ *de morale qu'on tâchoit d'approfondir* ". Vid. Epicteti Cap. LV. citat. ſupra pag. 398. & XLII. pag. 52.

Socrate, voyant ſes Amis en train de boire dans le Banquet de Xénophon, leur fait un beau diſcours, pour prouver avec quelle modération on doit boire. Sequuntur deinde quaedam ex illo ſermone convivali excerpta, quae vero potius ad Diſt. XXI. Libri II. vel Libri IV. Diſt. XXIV. pertinerent. Additur demum:

C'eſt en ce ſens-là qu'Horace dit que Caton animoit quelquefois ſa vertu par une pointe de vin:

Narratur & priſci Catonis
Saepe mero caluiſſe virtus.

V. Hiſtoire de l'Academie Royale des Inſcriptions & Belles Lettres, dépuis 1711. *jusqu'à* 1718. *Tom. ſecond. A la Haye* 1724. *pag.* 75—77 *.

EX SOCRATIS vel convivio vel ſchola, in quam hi nos introduxerunt eruditi Galli, non nimis alienum erit & in Epicteteam velle deſcendere. Ita autem non minus ſapiens iſte

* *Ajoûtez-y les expreſſions très ſenſées dont Mr.* D'ALEMBERT, *l'un des principaux Auteurs du grand Dictionnaire Encyclopédique, ce vaſte monument du genie & de l'induſtrie de notre ſiécle, ſe ſert dans ſon Eloge de Mr. de* MONTESQUIEU, *lorsqu'il rend compte & donne un racourci des inimitables* Lettres Perſanes *de ce grand Auteur:*

„ La peinture des moeurs orientales, *dit-il*, n'y ſert, pour ainſi dire, „ que de Pretexte à une Satyre fine de nos moeurs, & à des matieres im„ portantes que l'Auteur aprofondit en paroiſſant gliſſer ſur elles. Dans „ cette eſpéce de tableau mouvant, Usbek expoſe ſur-tout avec autant de „ legereté que d'énergie ce qui a le plus frappé parmi nous ſes yeux pene„ trans; notre habitude de traiter ſerieuſement les choſes les plus futiles, „ & de tourner les plus importantes en plaiſanterie; nos CONVERSA„ TIONS ſi bruyantes & ſi FRIVOLES; notre ENNUI dans le SEIN „ DU PLAISIR même; nos prejugés & nos actions en contradiction con„ tinuelle avec nos lumieres; tant d'amour pour la gloire joint à tant de „ reſpect pour l'idole de la faveur; nos courtiſans ſi rampans & ſi vains, „ notre politeſſe extérieure & notre mépris réel pour les etrangers, ou no„ tre predilection affectee pour eux; la bizarrerie de nos goûts, qui n'a „ rien au-deſſous d'elle que l'empreſſement de toute l'Europe à les adop„ ter; notre dédain barbare pour deux des plus reſpectables occupations „ d'un citoyen, le Commerce & la Magiſtrature; nos diſputes litteraires ſi „ vives & ſi inutiles; notre fureur d'écrire avant que de penſer, & de ju„ ger avant que de connoitre". *Voila un morceau admirable & d'autant plus intereſſant, qu'il eſt moins partial!*

iſte Philoſophus, cum in colloquendo, tum in convivio, MODESTIAM pariter commendat, Capp. LIV. & LXVIII. Enchiridii ſui. Illo dicit: Ἀπέϛω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν· ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς σὲ τῶν πλησίον ἀνιέναι. H. E. *Abſit etiam ut riſum moveas. Eſt enim res vulgaris, & neſcio quo modo ducit ad vilitatem: & haec una venerationem, qua te proſequantur qui adſint, remittere poteſt.* In altero vero ſic loquitur: Μηδαμοῦ σαυτὸν εἴποις Φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων· οἷον ἐν ΣΥΜΠΟΣΙΩι μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλὰ ἔσθιε ὡς δεῖ. Μέμνησο γὰρ, ὅτι οὕτως ἀφηρήκει πανταχόθεν καὶ Σωκράτης τὸ ἐπιδεικτικόν. Ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βουλόμενοι Φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συϛαθῆναι, κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς· Οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος. Et hoc ita Lat. reddidit Politianus: *Nullo modo te ipſum dixeris Philoſophum, neque multum loquere inter ineruditos de ſpeculationibus: ſed fac aliquid ex ipſis ſpeculationibus. Veluti* IN CONVIVIO, *ne dic quo pacto oporteat comeſſe, ſed comede, ut oportet. Memento enim & Socratem undecumque abſtuliſſe oſtentationem.* Hoc vero, quod ſequitur, ille neglexit interpres: *Conveniebatur Socrates ab illis, qui ſe ab eo commendari vellent Philoſophis, atque ipſe abducebat eos. Adeo leniter ferebat neglectum ſui.* Adjungemus his breviſſimum illud Cap. XLIII. Γέλως μὴ πολὺς ἔϛω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος. H. E. *Riſus neque multus*

XCII.

Conjugis iratae noli tu verba timere;
Nam ſtruit inſidias lacrymis, quum femina plorat.

UXORES lachrymas habent in promptu, his expugnant viros. Admonet igitur, ne quid commoveamur hujusmodi lachrymis. Fingunt enim eas ſaepenumero, quo viros ſuos fallant; velut cum ſimulant ſe commoveri zelotypia, ut ſuum adulterium diſſimulent, aut iratas ſe fingunt, ei quem efflictim amant. Pro, *Noli tu*, legendum arbitror, *Nolito.*

ERASMUS.

QUORSUM, quaeſo, ſequens *Nam?* vel ſi omittis, ac legis, ut eſt in Edit. Florent. *Inſtruit inſidias* &c. quomodo verſus ſecundus priori reſpondet? Scio, τὸ *nam*, ſimiliter ac *jam*, nonnumquam inſervire tranſitioni & connectendae orationi. Vid. Cl. Duker. ad Flor. Prooem. L. I. § 2. Sed illud etiam hic locum tueri non poteſt. Docet, verba non eſſe timenda; ſed lacrimae an timendae plus minusve, quam verba, non addit.

O. ARNTZENIUS.

multus ſit, neque ob multa, neque ſolutus. Namque & hic, & iſte, MODESTIAE repugnat, & ille.

QUAM MOLESTA autem ſit aliis unius ejusdemque hominis, uti in conviviis, ita ſemper & ubique, illa perpetua numquamque interrupta LOQUACITAS, ad vivum id expreſſit Horatius, Sermonum priore libro, Satyra IX. integra, quae pariter & URBANITATIS male ſedulae, neque in loco adhibitae, ſuppeditare poteſt exemplum, in quam etiam illud cadit ejusdem vatis:

Sedulitas autem, quem ſtulte diligit, urget.

Sed de hoc jam dictum alibi, in nimis blandientibus, quos aeque ac Garrulos Auctor hic noſter & acerbe ſatis videtur eſſe exoſus, eo ſuo animo, quo Modeſtiam non fictam neque fucatam & hic & alibi eſt exoſculatus.

Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus:
Ne dicare, alios paſcere velle ſonis.
Spes tua te fallet, dum vis urbanus haberi,
Ore, cave, patulo ne videare loquax.

Parmi les conviés étant aſſis à table,
Ne t'y montre point trop joyeux:
De crainte qu'affectant de paroître agréable,
Tu ne paſſes plutôt pour cauſeur ennuyeux.

92.

ΣΗϹ ΟΡΓΙΖΟΜΕΝΗϹ ΑΛΟΧΟΥ ΜΗ ΔΕΙΔΙΘΙ ΦΩΝΑϹ·
Τῆμος γάρ σοι τεύχει ΕΝΕΔΡΑ ΓΥΝΗ, ὅτε ΚΛΑΙει.

TOTUM priorem Planudae verſum retinuit Scaliger, niſi quod τὸ ΣΗϹ illius non minus recte mutaverit in ΤΗϹ. Ipſum etenim nomen *Conjugis*, τῆς ἀλόχου, ſatis indicat, cujus ea ſit intelligenda. At poſteriorem verſum tandem ita mutavit: Ἣ κλαίουσα γυνὴ δακρύοις ἔνεδρον ὑπόδρα. Cum prius hujus Hemiſtichium antea fuiſſet: Εὖ τε τὸ θῆλυ γένος. In utroque neglexit, ut ſuperfluam, particulam NAM, quam bene in ſua μεταφράσει expreſſit Planudes: nec eam abundare, nos ſtatim demonſtrabimus.

QUUM *femina*] *Dum femina*, maximam partem Editionum & Codicem ſuum, quem vocat, Leidenſem tertium, in illius locum exhibere, proximus ante nos docet Editor. Et parum refert ad ſenſum, utrum alteri praeferas: in reliquis tamen Codd. veluti & a Planude in ſuo, QUUM, non male, legebatur.

 AN

AN ILLE MIHI *liber videatur*, ita Cicero exclamat, Paradoxorum V., CUI MULIER IMPERAT? *Cui leges imponit, praeſcribit, jubet, vetat, quod videtur? Qui nihil imperanti negare poteſt, nihil audet? Poſcit: dandum eſt. Vocat: veniendum. Ejicit: abeundum.* MINATUR: EXTIMESCENDUM. *Ego vero iſtum non modo ſervum, ſed nequiſſimum ſervum, etiamſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto.* Ex iſta tam dira pariterque nequiſſima ſervitute adſerere & ſervare liberum, aut ubi jam inprudens in eam forte inciderit captivitatem, ſub Virtutis ac Prudentiae inſignibus, in priſtinam filium vindicare libertatem, viribus adnititur omnibus, parens ſalutis illius ſtudioſiſſimus. Inquit ergo: VIRI *non eſſe, iram minasque extimeſcere* FEMINAE: *nec detere* MARITUM, *ita ſubjici imperio ſuae* CONJUGIS, *ut illa tale quidquam facile aut inpune auſit.* Praeterea, inpotens ſui, leve & inſtabile, eſſe mulierem, ita ut ejus IRAE, MINAE, RIXAEQUE tanti non ſint faciendae, quanti quidem, a ſibi conſtanti ac propoſiti tenaci viro quae proceſſerint.

Illa, ut eſt VARIUM & MUTABILE *ſemper* FEMINA,

Par levibus plumis volucrique ſimillima vento,

facillime, dictoque citius, alternis veluti viciſſitudinibus, e riſibus luſibusque delabi in luctus, in moerorem poteſt, ex altiſſima amarulentiſſimaque triſtitia iterum in riſus ſolvi, inque effuſiſſimam transferri laetitiam; e blandimentis in effrenatam devehi iram, in jurgia, in furorem agi; ex letalibus inimicitiis, rixis, minisque, pro re nata, parique mobilitate, rurſus deſcendere ad blanditias, ad miſeras preces, ploratus, ejulatus: atque tunc quidem magis, quam in ardentiſſima ira, timenda viro eſt. In quo nobiſcum conſentit ille Publii Syri Mimus, ſ. ſententia mimica:

Aperte mala cum eſt mulier, tum demum eſt bona.

Quam ſic graece effert Scaliger, nec male:

Ἐσθλὴ γυνή ἐστιν, ἥτις ἐμφανῶς κακή.

Et in quam ſimiliter commentatur Erasmus: *Fucatum & fraudulentum animal eſt mulier*, EOQUE MINIME NOXIA, CUM PALAM EST MALA. Et Menander expreſſius, TIMENDAM eloquitur *mulierem, cum bene loquitur*:

Ἐστὶ

Ἐςὶ δὲ γυνὴ λέγουσα χρησ' ὑπερβάλλων
ΦΟΒΟΣ. ——— ——— ———

Ait proinde Cato:

Conjugis, iratae, *noli tu verba timere.*

In *ira* nempe inpotens ſui eſt, efficiet nihil; *tu*, ſi vir es, tantum *timere noli*. *Verba*, nec quidquam, praeter *verba* ſunt & arma muliebria.

——— ——— *Vana eſt, ſine viribus*, IRA.

Sed ego tibi, Nate, monſtrabo, *quando ſit timenda mulier.* Quum maxime jam tinnierit, detonuerit, fulguraverit ſatis, quum virus omne ſuum jam paene effuderit, quum laſſata a rixando demum in FLETIBUS & LAMENTIS perfugium quaeſierit, quum ad hanc quaſi ſacram confugerit ancoram, (in his armis verae ſunt Amazones, his omnia ſibi ſubigunt, Aſiam Europamque, Juſtino teſte Lib. II. Cap. IV. perdomant): Tunc tibi timendum eſt, tunc maxime virtute opus erit, tunc, ſi potes, virum te praeſta. Quod enim vi non effecerat aperta, id fraude perficiet.

Nam LACRYMIS ſtruit inſidias, *quum* femina PLORAT. Hic verus Diſtichi ſenſus eſt, quem miror ex tot egregiis Interpretibus hactenus detectum aut ſaltem praeceptum eſſe a nemine. Proximus tamen ante nos Editor tunc forte ei jam adpropinquaverat, quum: *Quorſum, quaeſo*, interrogans inquiebat, *ſequens* NAM? Haec enim praecipue particula ſenſum iſtum patefacit, cui plane alioquin eſſet nullus, velut jam recte collegit vir idem clarus, dum ſupra, in notis, ſic ſcribit: „ Sed illud etiam hic locum tueri „ non poteſt. Scilicet ut τὸ *nam* inſerviat tantum tranſitioni: ſed indicat revera cauſſam. „ *Docet*, inquit porro, *verba* „ *non eſſe timenda; ſed lacrimae an timendae plus minusve*, „ *quam verba, non addit* ". Immo vero addit, eo in ipſo, dum *lacrymis* tribuit *inſidias*, quae ſemper plus ſunt timendae, vi quavis manifeſta, ne dicam muliebri. Nunc vero nexus eſt ſuaviſſimus, & ſic omnino *verſus ſecundus priori reſpondet*. VIM NON ESSE TIMENDAM; ſed TIMENDAM ESSE MULIEBREM FRAUDEM. Non IRAM; ſed INSIDIAS: Non VERBA, quamlibet aſpera; ſed doloſas LACRYMAS & PLORATUM illum miſerabilem.

FATEOR aliquid ſic eſſe ſupplendum, ſcilicet: *Sed time*

fraudem potius, aut aliud hujusmodi. Verum & ipſa contexta verborum id ſatis arguunt, & hoc eſt, quod celeberr. ajebat Reſcriptorum Auctor: Haec Diſticha plus in receſſu habent, quam quod prima fronte prae ſe ferunt. Qui vir ampliſſ. quaſi aliud agendo, aliquando conjectabat legendum pro: *Noli tu verba*, *Noli lamenta* timere. Sed confido, propius jam perſpecto integro Sententiae nexu, & ipſum non alienum ab hoc noſtro ſenſu eſſe futurum. Quare etiam me a propoſito, ulterius haec in apricum ponendi, ipſa revocat Viris de Catone meo tam praeclare meritis ſummo jure debita obſervantia.

Lepide prorſus, in hunc fere eumdem ſenſum, jam olim dixere, qui omnium minime ſunt uxorii, Hebraeorum Sapientes:

במקום שאין אנשים השתרל להיות איש:

H. E. *Quocumque in loco vir non adeſt ullus, ibi praecipue te memineris praeſtare virum**. Quo innuunt: In conſuetudine maxime cum ſequiore ſexu, prudentia opus eſſe ac fortitudine. Licet & alium verborum ſenſum doctores inde eliciant **. Sed quum eo nunc deventum eſt, ut inde uſque a primis habitati orbis aetatibus paullo longius repetenda ſit ejus juris, quod viro competit in mulierem, cauſſa & origo, opportune ſe nobis offert non invenuſte ſcriptum opuſculum, quod nuper in Germaniae lucem prodiit, & cui praefixus eſt titulus: *Homo integer & corruptus, ſecundum Oracula ſacra.* Lipſiae ap. F. G. Jacobaeerum CIↃIↃCCLIII. In quo inter alia minimeque vulgaria, hoc argumentum paullo curioſius pertractari cernimus. Auctor enim ejus, poſtquam Lib. I. Sect. II. Cap. IIII. § XVI. pag. LXXXVI. ex ipſa rerum natura, eque innumeris tum graviditatis tum puerperii incommodis muliebribus, certo certius deduxerat ac ſtabiliverat hoc, quam prorſus non carere nuptae poſſint alieno praeſidio, (adeo ſibi mutuo conjuncta ſunt, quae in iſto verſiculo verba continentur: *Se* parat, *ut* pariat *mulier* paretque *marito*.) inſequente § XVII. deinde ſic ait:

Perſequemur reliquas uxorum incommoditates, quae ex primo EVAE *peccato ortae ſunt, atque demonſtrabimus, uxores auxilio mariti*

* In *Pirkee Abooth* Cap. II. § 5.   ** De quo & nos alibi, L. IV. D. XXIII.

mariti indigere, eamque ob cauſſam non ſolum ejus prudentioris conſiliis obſequi, ſed etiam ſuperioris mandatis parere debere. *Quod ne arrogantius dictum putet aliqua Juno, unde* mariti imperium *derivetur* & quale *ſit, curatius verboſiusque exponemus. Ac primo quidem obſervamus* cauſſas, *cur feminae viris ſint minores, duplicis eſſe generis. Aliae ex primo peccato, ex corrupta natura ſequuntur, atque hae verſu noſtro* (Geneſ. III. 16.) *indicantur, aliae ex natura integra a* PAVLLO *derivantur. Uxor etiam innocens minor erat innocenti marito, quia illa hujus ergo, non hic illius cauſſa creabatur,* 1. Cor. XI. 9. & *igitur femina viri gloriae inſerviebat, non vir feminae gloriae,* vs. 7. *Nam non vir ex femina, ſed haec ex illo exiſtebat:* vs. 8. *immo adhuc vir non ex femina exiſtit, ſed ex viro per feminam, διὰ τῆς γυναικὸς,* vs. 12. *Porro* ADAM *primo fingebatur, deinde* EVA, 1. Tim. II. 13. *quo ipſo capite* vs. 14. *hanc adhuc* PAVLLVS *addit cauſſam, quia* ADAMO *non imponebatur, ſed* EVAE. *Quomodo haec verba explicabis? Num* PAVLLVS *docet, integram quoque feminam facilius falli, quam virum integrum? Cave omnibus promiſcue feminis hanc explicationem proponas, modeſtas quaere. Vides igitur, & ſi nemo peccaſſet, tamen viros feminis futuros fuiſſe nobiliores. Nunc, cur mortales mortalium poteſtati ſubjectae ſint, videamus.*

—— Duris genuit vos cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

qui feminas *ex civitate ejicere* hominum *capiteque minuere ſuſtinetis. Ego veto.* —— Removendo tum ab omnibus in univerſum inque ſummam collectis id, quod de ſingulis dumtaxat, ſingulorum ſuorum imperio conjugum ſubjectis ſit intelligendum, ita deinde pergit:

DEUS *maritum* EVAE אִישָׁהּ EVAE *dominum vocat* dicendo יִמְשָׁל־בָּךְ והוא *Id ergo tantum ex hoc verſu efficitur, ut, ex quo mortalis homo factus eſt,* maritus praeſit ſuae uxori. *Et veritati & juri repugnat, primo, mares dominationem habere in mulieres, deinde maritos omnes omnibus uxoribus imperare. Singulae modo uxores in ſingulorum maritorum ſunt poteſtate & eſſe debent.*—— Porro § XVIII. *Poſtquam mortalitas corpus humanum pervertit, poſtquam parere morbus eſſe coepit, uxor non poteſt non indigere auxilio ſanorum, ipſa cum fetu interitura, niſi opera, remediis conſiliisque juvetur, quibus omnibus nec carere, nec potiri ſine mariti adjumento poteſt. Hinc imperium mariti, quod non ſolum*

ſecundum PAVLLVM *praeſtantiore ejus natura, ſed & ſecundum* MOSEM, *facultate dandorum puerperae beneficiorum nititur. Maritus uxore praeſtat, quia non parit. Quot & quantis caret doloribus, morbis, periculis, impedimentis? In negotiis ſuis verſatur, ſine interpellatione, audet, laborat, fingit, diſcit, ingenium acuit, inſitam mentis vim promovet, pauca ejus ſtudium remorantur. Contra ea uxor vix aliquam telam incboavit, vix ſtudio alicui ſeſe dedit, vix minimum ſuſcepit negotium, gravida languet, animus bebeſcit, infirmum corpus refugit laborem. Tam longe maritus uxorem praecurrit viribus, quam ſtrenuus atque robuſtus viator puellam teneram identidem cadentem atque laſſam poſt ſe relinquit. Deinde quoniam ſine dubio major eſt qui dat; quam qui accipit beneficia, quae tam impia eſt uxor, ut mariti, a quo tot ac tanta in ipſam proficiſcuntur dona, defugiat auctoritatem?*

—— —— Neque fervidus aeſtus
Dimovet hunc lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum,

dum ne uxori liberisque deſint vitae praeſidia. Quomodo ergo imperium in maritum capeſſere uxor audet? Tantumne illi a par-

tu

XCIII.

Utere quaeſitis, ſed ne videaris abuti.
Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur.

UTERE quae paraſti, non abutere. Ne profuſis bonis tuis; cogaris, vel impudenter rogare aliena, vel ſerviliter ex alieno vivere, vel periculoſe furari aliena.

ERASMUS.

SED *ne videaris abuti.*] Pro *ne abutaris.* Ubi τὸ *videri* eleganter redundat, ut ſaepius ap. optimos quosque. Cic. Or. pro Leg. M. Cap. IV. it. X. Juſtin. L. II. Cap. IV. [bis.] Valer. Max. L. III. Cap. VIII. n. 2. Ita Graeci quoque, 1. Cor. XII. 22. Aelian. L. III. Var. Hiſt. Cap. XLVII. Iſocrat. Orat. ad Dem. Cap. IV. v. 9. Herodian. L. V. C. II. v. 13. Quorum Auctorum loca adjici poſſunt iis, quae Clariſſimi Viri, Sebaſtianus Caſtalio ad Cap. IV. Epiſt. ad Ebr. & Thomas Gattakerus, Cap. III. Cin. notarunt.

WACHIUS.

SI

tu eſt otii, ut majora curet, ut ſcientiis artibusque praeſtantioribus det operam? Tantumne gravidae eſt audaciae, ut pericula, moleſtias, labores viriles adire ſuſtineat? Tantaene puerperae vires, ut facere patique ea poſſit omnia, quae maritus ejus cauſſa, ejus amore, tolerat? ——— Hactenus ille, & quae porro, eodem auctore Anonymo, ibi ſequuntur. Quorum omnium haec eſt ſumma, haec conſequentia: Ergo ipſa jubente natura matre, uxor marito ſubſit, hujus unius, ut luna ſolis coruſcet radiis, non ſuis, ſit licet formoſiſſima, ſit potentiſſima, ſit denique ditiſſima.

Vir bonus & prudens, noli tu verba timere
Conjugis iratae: Quum cadet ira, cave.
Nam lacrymis ſtruit inſidias, quum femina plorat.
Tunc te magnanimum praeſtiteriſque virum.

Ne crains point les tranſports du courroux d'une femme
Qui fait par ſes diſcours éclater ſes fureurs;
Mais crains quelque ſecrete trame,
Lorſque, pour te fléchir, elle a recours aux pleurs.

93.

ΧΡΩ σοῖς χρήμασι, καὶ ΜΗ ἀπλήστως ΤΟΙΣ ΔΕ ΚΑΤΑΧΡΩ ΤΩΝ σῶν γὰρ ΔΑΠΑΝΗθέντων, ΤΑ ξεῖνα ματεύσεις.

Qui *ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur.*] Planudes in ſecundam perſonam tranſtulit:

Τῶν σῶν γὰρ δαπανηθέντων τὰ ξεῖνα ματεύσεις.

Taceo obſcuritatem. Τὰ ξεῖνα ματεύειν, ἀντὶ τοῦ τὰ ἀλλότρια πτωχεύειν. Scaliger.

Sequuntur & *ſequentur* saepius commutantur, vid. Cl. Burmann. ad Ovid. Triſt. L. I. El. V. v. 28. [& vid. var. lect.] Ceterum τὸ *aliena* non aliter hic ſumuntur, ac ap. Juſt. L. II. C. II. § 9. *Haec continentia illis morum quoque Juſtitiam edidit, nihil* alienum *concupiſcentibus.* Et mox. *Atque utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio & abſtinentia* alieni *foret.* ——— L. XXXIX. Cap. VII. § 3, *Sed dum* aliena *adfectat, ut adſolet fieri,* propria *per defectionem Syriae amiſit. Sequuntur* autem hic elegantiſſimae eſt ſignificationis & notat *avide nimis quaerunt per fas & nefas*, vel, ut Juſtin. modo, *turpiter adfectant.* &c. O. Arntzenius.

Si infixum hoc penitus intimisque hauſtum medullis firmiter tenuiſſent, credo, neque L. Catilina remp. ſubjugare patriam, ſucceſſu tamen non reſpondente conatibus, neque Caeſar tentaſſet, votis quamlibet reſpondente, ipſiusque fere ſpem ſuperante. De illo enim haec tradidit Saluſtius, Belli Catilinarii Cap. V. *Animus audax, ſubdolus, varius, cujuslibet rei ſimulator ac diſſimulator*, ALIENI ADPETENS, SUI PROFUSUS: ARDENS IN CUPIDITATIBUS, *ſatis loquentiae, ſapientiae parum, vaſtus animus* INMODERATA, INCREDIBILIA, NIMIS ALTA, SEMPER CUPIEBAT. *Hunc, poſt dominationem L. Sullae*, LUBIDO MAXUMA *invaſerat reip.* CAPIUNDAE: *neque id quibus modis adſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quidquam penſi habebat.* AGITABATUR MAGIS MAGISQUE IN DIES ANIMUS FEROX INOPIA REI FAMILIARIS. Alterum autem, C. Caeſarem, nemo mirabitur in largitionibus profuſiſſimum, qui noverit aliud illum non adpetiiſſe, quam ſua ſub poteſtate tenere in univerſum omnia, nihil moderatius exoptaſſe, quam totius terrarum orbis videri ſalutarique dominum, Alexandri in eo M. exemplum, ad profuſas usque lacrymas, & ſtudioſe imitatum & ſemper imitaturum magis, qui, cum univerſam praedam Perſicam amicis diſtribuiſſet, ſolam ſibi ſe ſpem integra potiundi Aſia, retinere ipſe confeſſus eſt, eoque illud lucratus, ut a temperantioribus Scythis nulliusque alieni concupiſcentibus, *omnium, quas adiiſſet, gentium latro* appellaretur.

Integerrimus harum Auctor ſententiarum, utpote qui ſemper in medio utriusque vitii, cupiditatis ac luxuriae, pariterque inexplebilis avaritiae, collocatam profeſſus eſt virtutem, moderationem puta ac temperantiam, id quod inter alia probant Diſticha XXIX. Libri I. & undeviceſimum ſecundi; nunc etiam ad eamdem illam manu quaſi ducit, eidemque in manus tradit formandum, tyronem ſuum, ne is egeat auxiliis praeſidiisque neceſſariis adverſus illud utrumque aeque deteſtabile pernicioſiſſimumque vitii monſtrum, quod, eodem illo & ibidem, ubi antea, teſte Saluſtio, publicam demum rem everterat Romanam. *Incitabant praeterea*, inquit ille, *corrupti civitatis mores: quos peſſuma, ac* DIVERSA INTER SE MALA*, LUXURIA, *atque* AVARITIA

* Conf. cum iis quae & nos ſupra diximus, in Hiſt. Crit. Diſt. jam cit. XIX. Lib. II. pag. 262 — 265.

TIA *vexabant.* Jam contra iſtorum alterum, vocibus his eum tuetur, avaritiam:

U T E R E   Q U A E S I T I S.

Ne te impediat haec pudenda ſcabies, quo minus & libere & liberaliter utaris, quae ad uſum tibi tuisque paraſti. Nam propter id utique ea quaerere te convenit, ut quaeſitis nactus perfruaris. In alterum vero, luxuriam, dictum & hoc eſt:

S E D   A B U T I   N E   V I D E A R I S.

Ne ſcilicet contingat, ut inveniare moderatum verumque eorum uſum, qualicumque modo, vertere in luxum aut prodigentiam. Hoc enim illud incommodi poſt ſe trahit, quod alibi jam deſcripſerat iis verbis:

Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Inde illud prona fluit conſequentia, ut antequam credas vel ipſa neceſſaria tibi ſint defutura. Quibus vero *deſunt ſua*, ut nimis largiter nimiumque cito *abſumta*, ii facile tum, & quovis modo, *ſectantur* aucupanturque *aliena*. Hoc nunc demum & alibi dictis adjungit graviſſimum, ſane, argumentum: quodque vel ſolum poſſit adigere virum juſtum atque honeſtum, natura & ex ingenio proprio non nimis alias adtentum ad rem, ut abundantibus parcat abſtineatque ſumtibus, tantum ut aliis ne ſit aliquando gravis, illa priori ſua liberalitate, futurus, cogaturque ipſe tum experiri alienam, ſuae fortaſſis minus aequalem.

IDQUE ſanae nec in minimo repugnat Philoſophiae: Docet enim & ipſe Epictetus, *irritam incommodorum fugam reddere calamitoſum, fruſtrationem vero cupiditatum infortunatum facere*, antevertendum ergo, in tempore, utrique. Haec illius, de ea re, ſunt verba Cap. VI. prolata: Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ. Ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται. Καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει περιπίπτων, δυστυχής· ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνῃς περιπέσῃ. Νόσον δ᾽ ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. H. E. *Memento appetitus promiſſionem eſſe, ut conſequaris, quod appetis: declinationis autem promiſſionem, ut in id non incidas, quod declinas. Qui ergo appetitus promiſſio-*

ne

ne excidit, infortunatus eſt: qui autem in id, quod declinat, incidit, male eſt fortunatus. Si ergo ſola declines, quae praeter eorum naturam ſunt, quae in te ſunt, nunquam in id incides, quod

Utere quaeſitis, ſed ne videaris abuti.
Quo poſſis aliis vivere, vive tibi.
Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur:
An certum eſt, alios vivere velle tibi?

XCIV.

Fac tibi proponas, mortem non eſſe timendam:
Quae bona ſi non eſt, finis tamen illa malorum eſt.

MORS vel ob hoc timenda non eſt, quod finis eſt omnium hujus vitae malorum.

ERASMUS.

QUIS Chriſtianus non ob id magis mortem non metuendam doceat, quod ea januam aperit ad vitam beatam? Boxhornio Reſcript. Cap. XXII. ſub fin. CANNEGIETERUS.

MODO dixerat Philoſophus, quem ſequitur Cato noſter: *Morbum autem ſi* DECLINES *aut* MORTEM, *male fortunatus eris*: Evitare enim non poteris; & pergit deinde idem ſtatim ſequente Capite Enchiridii VII. ΑΡΟΝ οὖν ΤΗΝ ΕΚΚΛΙΣΙΝ ἀπὸ ϖάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ ϖαρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. Τὴν ὄρεξιν δὲ ϖαντελῶς ἐπὶ τοῦ ϖαρόντος ἄνελε. ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινὸς, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, οὐδέπω σοι ϖάρεσι. Μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κούφως μέν τοι, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως. H. E. ex mente Politiani, uti & ſuperius: AUFER *igitur* DECLINATIONEM *ab omnibus, quae non ſunt in nobis*, (vel: quae impedire, quo minus eveniant nobis, in nobis non eſt,) *eamque transfer in ea, quae praeter eorum naturam ſunt, quae in nobis ſunt. Appetitum vero penitùs in praeſentia aufer. Si enim appetis, quae in nobis non ſunt, ab aliquo eorum excidas neceſſe eſt; quan-* tum

quod declinabis, Morbum autem ſi declines, aut mortem, aut paupertatem, male fortunatus eris. Quod ſi vero in ea ſponte ruas, quis tunc eris?

Placé par la fortune au ſein de l'abondance,
Uſe des biens, mais ſans abus,
Pour n'être pas contraint par ta folle dépenſe
D'en chercher chez autrui, quand tu n'en auras plus.

94.

Ἀσφάλισαι τεὸν ἦτορ, ΜΗ ΤΑΡΒΕῖΝ ποτὲ πότμον·
Ὅς κἂν ΜΗ καλὸς ᾖ, πλὴν τῶν γε ΚΑΚΩΝ ΤΕΛΟC ΕΣΤΙ.

SCALIGER aliam quoque exhibuit praeter jam datam μετάφρασιν·
Σπουδάζειν, μηδὲ δεδιέναι μοῖραν θανάτοιο·
Ἤ γ' ἐσθλὴ μὴ ἐοῦσα, κακῶν τέλος ἐστί περ ἔμπης.

FINIS *tamen illa malorum*, omiſſo verbo *eſt*, Vet. Chart. & Leid. tert. qua in re ſaepius peccarunt Librarii. Vid. ſup. Lib. I. Diſt. XIII. Conſule Cl. Cann. Reſcr. Boxh. Cap. XXII. in f.

O. ARNTZENIUS.

tum vero eorum, quae ſunt in nobis, appetere expediat, nondum tibi conſtat. Solo ergo animi conatu aut avocatione utere leviter, & cum ſupputatione, & remiſſe. Quod hic ait: AUFER ab iis omnibus, quale & eſt MORS, DECLINATIONEM OMNEM, id Noſter his inculcat verbis:

FAC TIBI PROPONAS, MORTEM NON ESSE TIMENDAM.

Sed de hoc ſpeciatim & Catonis & Epicteti ſententiam jam indagavimus, alio in loco, cum hoc praeſente quidem conferendo, neque tamen prorſus eodem, veluti & illud contra Boxhornium ſimul evictum dedimus. Vid. Lib. I. Diſt. XXII. pagg. 100. 101 & 102. & Lib. II. Diſt. III. pag. 196. hujus Hiſt. Crit. Confer etiam, ſi lubet, quantum ad hoc praeſens attinet, e priore voluminis parte, quam pone ver-

verſiones Gallicae tranſlationi notam ſubjecimus, & omnia in hoc Diſticho plana erunt atque expedita.

Meretur tamen & adtentionem quamdam peculiarem illa argumentorum, qua utitur Noſter, pulcra progreſſio. In iſto enim primi libri jam cit. Diſt. dixerat tantum, *ultimam vitae finem* eſſe *Mortem.* Jamque alio iterum in loco hanc ejus vitae conditionem nobis graphice depinxit:

Quum dubia in certis verſetur vita *periclis.*

Quemadmodum etiam Euripides, in Antiope:

Φεῦ, Φεῦ· βροτείαι πημάτων ὅσαι τύχαι;
Ὅσαι τε μορφαί· Τέρμα δ᾽ οὐκ εἴποι τις ἄν.

Quod ita latine reddidit Gulielmus Canterus:

Heu, heu, quot homini cladium caſus dati,
Quotque data genera. Nemo finem dixerit!

Nunc igitur *finem* dicit eorum omnium *malorum*, ex quibus *vita* quaſi contexta eſt, *mortem.* Nam ſi *vitae ultimum*, talis videlicet, ut ante deſcripta erat, *mors* eſt; erit & *malorum ultimum.* Comparandum ergo animum, ad eam, hilari potius, quam triſti vultu, excipiendam. Sive propterea vitae *bona* conſideres; non eſſe timendam mortem, ne iis excidas, ante terminum, bonis: Nam

Quum mortem metuis, quod vivis, *perdis id ipſum.*

Stultum eſſe autem,

Dum mortem metuas, amittere gaudia vitae.

Sive, ex altera parte, vitae ſpectes *mala*; iterum non eſſe mortem timendam, ne conflictandum tibi ſit aeternum cum ejus vitae malis, incommodis & calamitatibus. Quocumque itaque te vertas, tamen mortis LINQUE METUM. Non averſare eam ante obitum, NE BONA TIBI PEREANT: Non in ipſo obitu, NE MALA MANEANT, quantum in te eſſet, alioqui perpetuo duratura. Dixit autem & jam pridem Herodotus Lib. VII. ſive Polyhymniae Cap. XLVI.: Ο ΘΑΝΑΤΟϹ, μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζωῆς, καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γέγονε. H. E. MORS *optatisſimum eſt perfugium aerumnoſae hominum vitae.* Confer Jeſu Sy-

Syracidae Cap. XLI. vs. 3. Nec non egregie huc facientem P. Syri ſententiam, in edit. Haverkamp. v. 91.

Bona *homini* mors *eſt*, vitae *quae extinguit* mala.

Decet igitur unumquemque, qui haec probe cogitat, ita bene praeparato pectore ex vita iſta diſcedere, tamquam ex Captivitate, non tamquam ex hoſpitio, aut tamquam ex domo, ut, non in Epitaphio tantum de ſe praedicare, ſed in ipſo obitu vere poſſit dicere:

Κάτθανον οὐκ ἀέκων, ὅτι παύσομαι ὧν ἐπιμάρτυς
Πολλῶν, ὧνπερ ἰδεῖν ἄλγιον ἦν θανάτου.

H. E. *Exceſſi e vitae aerumnis facilisque lubensque,*
Ne pejora forent morte videnda mihi.

Ita enim inſtructum, Baylio monitore *, quemlibet oportebat eſſe mortalium, & hac mente praeditus unusquisque foret, ſi meditata conſideratio, ſi verus rerum & ex veritate ſenſus, ſi denique ratio, ſufficerent ſuperandis iis, veluti inpulſibus machinalibus, vitae nimium deamatae inſtinctibus.

Quam metuunt homines, mortem non eſſe timendam,
Fac tibi proponas: Non adeo illa mala eſt.
Quae bona ſi non eſt; finis tamen illa malorum
Sitne bona, an mala, nos addubitare facit.

Si tu veux de la mort ne point craindre l'image,
Penſe qu'elle doit mettre un terme à tes travaux.
Si nul bien ne vient d'elle, elle a cet avantage
Qu'elle eſt au moins la fin des maux.

* BAYLE, T. I p. 153. a. *de ſon Diction. Hiſt & Cr. en parlant de cette Epitaphe, dit:* „ Voilà quelle ſeroit la diſpoſition de tous les hommes, ſi „ la reflexion, ſi la raiſon, ſi le bon ſens, étoient capables de ſurmonter „ les impreſſions machinales, qui nous font aimer la vie. " *Et il a raiſon d'appeller cette reflexion même une* profonde moralité, *lorsqu'il continue ainſi:* „ Mais laiſſant à part cette profonde moralité, &c.

XCV.

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento:
Namque malum eſt, non velle pati nec poſſe tacere.

In amicis leviuſcula quaedam vitia ferenda ſunt, ſi alioqui probi fuerint. Velut in uxore, ſi paulo ſit loquacior, aut linguae procacioris; ferendum eſt, ſi alioqui pudica eſt, & frugi. h. e. ſuo fungens officio: maxime quod linguae morbus ei ſexui peculiaris eſt. Malus eſt is, qui nihil vitii ferre poteſt in aliis, praeſertim cum res facilis ſit tacere. Sic enim uxor deſinet obgannire, ſi nihil reſpondeas: quemadmodum ſolitus eſt Socrates.

ERASMUS.

UXORIS *linguam*] Ita illa apud Euripidem, ex verſione incomparabilis viri, Hugonis Grotii:

Sumus mulieres, quale non dicam, malum
Sumus: Sed haud te decuit aequatum malis,
Dementia certare cum dementibus.

Poſt quaedam, ex Scalig. excerpta,

OPITIUS.

AD SATYRICUM hoc propius accedit ſcribendi genus, quam horum Diſtichorum aliud ullum. Prae ſe enim fert, natura ipſarum MULIERES, praeſertim UXORES, TACERE NEC POSSE: Condonandum illud ergo genio eſſe muliebri. Quis enim *ultra poſſe* teneatur umquam? Et *Malum* idcirco non in ea ſitum eſſe, quae non praeſtet, quod praeſtare nequeat, ſed in te, qui poſtules ea, quae effici ab illa nullo modo poſſint.

Huic deſint vires; *tua ſed culpanda* voluntas.

Atque ſermonis argutia & lepos omnis unice in iſta comparatione, vel diſtinctione potius, inter haec duo: NON VELLE, aut NON POSSE, quaerenda ſunt: ſic omnia erunt liquida, in quibus Eruditorum non pauci ſcabra multa, dura atque aſpera, ſe inveniſſe rati ſunt, quaeque non niſi majore aſperitate atque ſcabritie emendare fruſtra ante adlaborarunt. Sed ipſos occupaverat obſcuritas, nullo Auctoris vitio. Excuſat igitur linguae inpotentiam in feminis omnis

95.

ΤΗς ἀγαθῆς ΑΛΟΧΟΥ ΓΛΩΣΣΑΝ φέρε νουθεσίην τε
Ὅττι ΚΑΚΟΝ, μηδὲν πάσχειν σιγᾷν τε δύνασθαι *.

UXORIS *linguam.*] Omiſit Planudes, deterritus, ut puto, ſententiae obſcuritate. Eſt ὕστερον πρότερον. Mens eſt: Fateor moleſtum eſſe, hanc non poſſe tacere: qui morbus Graece γλωσσαλγία dicitur: ſed tibi longe moleſtius, non poſſe garrulitatem pati. Igitur κρεῖττον ἐστὶν ἀνέχεσθαι τῆς γλωσσαλγίας, τοῦ δυσανασχετεῖν. Clarius ita ſcripſiſſet Gnomologus:

Namque malum eſt te nolle pati, hanc non poſſe tacere:

Ita vitaſſet τὸ ὕστερον πρότερον.

SCALIGER.

SI FRUGI *eſt*,] Similiter Penelope mulier frugi dicitur Horat. Lib. II. Serm. V. vs. 77.

——— ——— ——— *Putasne,*
Perduci poterit tam frugi *tamque pudica?*

Et vs. 31.

Sic tibi Penelope frugi *eſt*, &c.

Eodem autem nomine omnes pariter complectebantur virtutes. Vide Weſterh. ad Terent. Eunuch. Act. III. Scen. V. vs. 60.

O. ARNTZENIUS.

omnis ubique loquacitatis, ut ſaepius jam vidimus, hoſtis acerrimus. Sed quare in his excuſat? Quod earum ſit proprium & altera veluti natura: qua ſimul carere & feminam exuiſſe oporteat. Qui, ſane, excuſandi modus multo mordacior quavis reprehenſione manifeſta eſt, eoque vehementius urat neceſſe eſt, ſi qua ſit, quae ſentiat; quo minus a tam ſevero alioqui Philoſopho jocum adeo amarulentum expectaveras. Quae & fortaſſe cauſſa erat, quare tot ac tanti viri genuinum hunc Diſtichi ſenſum parum recte fuerint adſecuti. Deterrebat eos a joculari dicto Catonis gravitas. Sed retro adſpicerent oportebat in illud tempus, quo & vixit Auctor, & ſcripſit. Prodigii inſtar erat, ſi qua *frugi* fuit. Quo etiam reſpicit haec ipſa conditio, non ſine divite ſenſu hic expreſſa: SI

* Abeſt a Scaligeri, Colon. Franequeran. & vet. Argentoratenſi Editionib. In Lipſienſi eſt. *Nota Arntzenianae prioris.*

SI FRUGI EST.

Si cetera frugi eſt, crede, hoc minimum in ea vitium eſt, non poſſe temperare linguae, *tacere non poſſe.* Hoc naturae donabis, hoc ſexui, hoc ingenio. Sed quo liberalius hoc feminae donandum cenſet, eo quoque a Viro vult eſſe alienius. Sic ſalva erit Philoſophi gravitas atque auctoritas: Sic & digna reliquis Sententia.

TE NOLLE, poterat tam bene ſcripſiſſe Cato noſter, quam qui ejus hic Paedagogum agit, Scaliger; ſed reſpuebat utrimque quartum Pronominis caſum Verbo infinito jungendum, ut generalius & Gnoma dignius dictum eſſet, ac volebat clarius patere utriusque inter ſe oppoſitionem, ſive VELLE reſpicias, ſive POSSE. Eſt ergo jam, quod Dialectici *ratiocinium* vocant *imperfectum*, ubi deeſt, vel ſupplenda *Subſumtio* eſt.

Quia, quod quis nec poteſt ſecus agere, id ferre nolle, malum eſt:

Feras igitur loquacitatem muliebrem.

Intellige: Atqui *Uxor ſine ea vivere & manere ſemina non poteſt.*

DOS EST UXORIA LINGUA, aut hujus modi aliquid. Et ſic demum ratiocinii *perfecti* formam facile induet.

HUNC SENSUM jam animo praecepiſſe videtur Clariſſ. Cannegieterus, licet in Boxhornio reſcriptis non exponat ipſe. Quorum quippe Cap. XVIII. illud tantum dicit de hoc, deque eo, quod eſt tertium ante hoc Diſt. „ Poſteriora duo Diſticha male accepta ſunt ab Eruditis Viris. „ Sententiam meam de iis perſcripſi ad Arntzenium noſtrum". Hunc porro ſi conſulas, fideliter is ſibi credita reddit, atque alia inſuper iis addit ipſe. *Varie enim*, inquit, *ſed infeliciter haec tentarunt indocti librarii* (adderem, ſi liceret: & docti Commentatores,) *quod non intelligerent vim vocis* NEC, *quamque putabant reſpicere τὸ praecedens* NON. *Contra omnino.* NEC *hic ponitur ſimpliciter pro* NON, *qui uſus vocis vetuſtus eſt, quod eleganter, datis ad me litteris, obſervat Cl. Cannegieterus.* —— *Exemplis adfirmo. Sic* nec opinantes *apud Terent. Andr. Act. I. Sc. II. v. 9. Atque ita vetuſti JCti dicunt* res eſſe mancipi & nec mancipi. *Ut in l. I. § ult. Cod. de Uſucap. transformanda, &c.* furtum manifeſtum & nec manifeſtum. *L. 8. ff. de Furtis. Et in Leg. XII. Tabul.* at ſi cuſtos nec eſſit. *Vid. Feſt. in voce* nec. *Philipp. Pareum, Lexic.*

Lexic. Crit. Voc. nec *pro* non. *Adde Brantium, not. Crit. ad Hirtium, de bello Alexandr. Cap.* XXXIII. *Verba autem haec* nec poſſe tacere, *eodem monente Cannegietero, loco ſubſtantivi ponuntur. Et ſic ſaepe infinitivus pro ſubſtantivo, praeſertim apud Graecos, praemiſſo articulo, adhibetur, quod haud raro imitantur Latini. Ovid. Lib. II. Met. v.* 483. Poſſe loqui *eripitur, &c. Immo exempla pueris nota:* Scire tuum *nihil eſt. Et:* Didiciſſe *fideliter artes emollit mores &c. Adde Cic. de Amic. Cap. VII. Alia vide apud pleroſque Grammaticos, etiam ap. Sanctium in Minerva, Lib III. Cap. VI. Ubi quaedam notat Perizon. Nec tantum infinitivus pro caſu nominis primo, ſed & quarto ponitur, ut in vulgari iſto:* Non tanti emo poenitere. *Vid. Vorſt. de Latinit. merito ſuſpecta, Cap. VI. pag. Edit. Berol.* 61. *Sic hoc loco:* malum eſt, non velle pati nec poſſe tacere. *i. e. non velle pati inpotentiam coërcendi linguam. Elegantiſſima ſane ſententia eſt & plena efficaciae. Malum eſt, illud non velle pati in muliere frugi, quod ipſa non poteſt emendare; feminarum enim haec inpotentia eſſe dicitur atque inmodeſtia, non poſſe tacere etiam cum volunt. Multa de hac inpotentia linguae femineae apud Poëtas & alios reperiuntur, quae hic non cumulamus, ne in odia earum incurramus.* Hactenus laudat. Arntzenius. Et notiſſima eſt, quae huc pertinet, illa de Papirio Praetextato hiſtoria, M. Catone referente, in A. Gell. Lib. I. Cap. 23.

Nova, ut eſſe ſolet, eaque ſatis ingenioſa, diligentiſſimi conjectura Withofii eſt, ſed quae inter emendationes, ſi tamen emendatione opus erat, omnium minime locum tueri poterit, uti ſtatim videbimus. En tibi eam:

Uxoris linguam &c.

„ *Hic locus*, inquit, *ob exiguam mendam adeo iterum intrica-*
„ *tus eſt, ut ſummis Viris crucem fixerit. Praecipit, bonae uxo-*
„ *ris monita non eſſe adſpernanda. Et recte illud quidem. Cur*
„ *vero?* AUDI INEPTIAS: Nam malum eſt non pati
„ velle, nec tacere poſſe. *Quis vero tacere debet? maritus?*
„ *at non de mariti, ſed de uxoris lingua vel loquela agitur; an*
„ *uxor? at illam ut frugi mulierem interdum loqui decere &*
„ *oportere, ſatis innuit verſus antecedens, totumque praeceptum.*
„ *Videsne tricas ingentes? Planudes plane omiſit hoc Diſtichon*
„ *ejus difficultate deterritus, ut opinatur Scaliger, qui deinde*
„ *ait, clarius ita ſcripturum fuiſſe Gnomologum:* te nolle pati,
„ hanc non poſſe tacere. *Nos nobis nunquam revera tantum*
„ *licentiae in vocibus pro arbitrio intrudendis & mutandis ſump-*

 „ *ſimus.*

„ *ſimus. Planudis tamen verſio in Lipſienſi quadam Editione*
„ *exſtat, ubi ultima ſic reddantur,* μηδὲν πάσχειν σιγᾶν τε δύ-
„ ναϲθαι; *ſed nihil ad rem facit, quod etiam de ipſius Scaligeri,*
„ *Zuberi, Mylii & Opitii verſionibus affirmari poteſt. Nec*
„ *mirum; cum nihil ſani ſit in toto jam verſiculo. Emendandum*
„ *eſt vix exiguo apice mutato capitaliter ita:*

„ Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento;
„ Namque malum eſt, non velle pati, nec poſſe *carere.*

„ *En lux manifeſta. Fer, inquit, linguam frugi & bonae uxo-*
„ *ris; nam malum eſt, talis uxoris conſilium non velle pati &*
„ *admittere, & eo tamen carere non poſſe. Summa ſane infeli-*
„ *citas eſt, indigere monitis, & iis tamen uti nolle, ſi dentur.*
„ *Quid clarius, verius, certius fingi vel optari poteſt*"? Laudamus, ut egregiam Parodiam, ſive imitationem Catonianam, quae eo quoque venuſtior, praeſtantior, artificioſior eſſe cenſenda eſt, quo longius, iiſdem fere omnibus Catonis noſtri verbis, exigua tantum unici inmutatione, ab ipſa recedit mente Catoniana. Sed hanc plane aliam maximeque ab illa fuiſſe diverſam unicuique patebit, qui haec noſtra huc uſque ordine atque adtente perlegerit. Nihil itaque de ſenſu addam, qui ſupra clare ſatis atque dilucide eſt expoſitus. Ex Grammatica tantum argumentabor: Quae autem iſta tam violenta, tamque prorſus non toleranda eſſet omiſſio, ſive duplex Ellipſis, pronominis, quod hic ſummae neceſſitatis eſt, relativi, idque pone Verba diverſi regiminis & propterea etiam in diverſis caſibus ſubſtituendi, quarto ſemel & deinde ſexto:

Namque malum eſt, non velle pati hanc, *nec poſſe carere* hac vel ea.

Neque tamen adeo deſperatum fuiſſet ejus inconcinnitatis remedium, in promptu potius auxilium & ex eadem mente ſcribere volenti hoc eſſet:

Namque malum eſt, hac *nolle* uti, *nec poſſe carere.*

Nec dubito quin ita ſcripturus & Cato fuiſſet, ea ipſi modo ſi inſediſſet ſententia. Sed quoniam ipſe LINGUAM toties inculcabat REFRENANDAM; ergo ei in altero verſiculo opponit POSSE TACERE. Porro, ſine ipſius Viri doctiſſ. expoſitione, qualis non ejus poſteriori verſui, in prioris

prioris loco, adjungi poſſet verſus alius, quam non manifeſte Auctori contrarius? verbi gratia:

Nec frugi mores uxoris ferre memento:
Namque malum eſt, non velle pati, nec poſſe carere.

Fac ebriam, fac prodigam, fac libidinoſam eſſe mulierem, fac denique talem, quales Ariſtophanes in ſcenam producit omnes:

Τὰς οἰνοπότιδας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους,
Τὰς οὐδὲν ὑγιὲς, τὰς μέγ' ἀνδράσιν κακόν.

I. e. *Vini bibaces, proditrices, garrulas,*
Nihilque ſanum, maximum viris malum.

At ſi vir ejus UXORE tamen CARERE nequeat, ſemper MALUM erit, & eam NON VELLE PATI. Ut nunc ſunt mores, poſſit vel hoc aliquando verum eſſe videri: Aſt

——— ——— *Non ita Romuli*
Praeſcriptum & intonſi CATONIS
Auſpiciis veterumque norma.

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento: ut
Sit tibi grata magis res mala, facta bona.
Nam, bone Vir, non velle pati: (HANC) NEC POSSE TACERE,
Feminae & ingenium demere velle, malum eſt.

Supporte les diſcours d'une femme colere,
Si d'ailleurs par ſes ſoins tu vois tout réuſſir:
C'eſt un défaut bien grand, de ne pouvoir ſe taire,
Et de ne vouloir rien ſouffrir *.

* Hoc incommodi ſecum trahebat nimium commoda illa ſequiori ſexui Pariſina lectio:

Namque malum eſt nil velle pati, nec poſſe tacere

Maritum ſcilicet. Ea noſtri jam eſt ſaeculi elegantia:

Tu, vir, vade foras; aut moribus utere noſtris.

XCVI.

AEqua diligito caros pietate parentes:
Nec matrem offendas, dum vis bonus eſſe parenti.

PIETAS, amor & cultus eſt erga parentes, patriam, Deum, & ſi quis loco parentum eſt. Quidam veluti legibus coacti colunt parentes, non ex animo. Dilige parentes charos pietate. *non aegra:* I. e. non coacta, neque gravatim, ſed prompte & alacriter. Et ſi quid inciderit diſſidii inter parentes, ita alteri obſequaris, ut alterum non offendas: ſed pietas tua careat omni moleſtia.

ERASMUS.

AEQUA *diligito* &c.] Ita Pithoeana Editio rectiſſime. &c. Scal.

OPITIUS.

Pithoeanae Editionis lectionem confirmant MSS. Codd. duo, Vet. Chart. & Membr. Voſſ. nec non Editt. Franeq. & multae recentiores, auctoritate Scaligeri. Sed venia Viri Eruditiſſ. Diſtichon hoc, quod ſibi pulcre intelligere videtur, corruptiſſimum exiſtimo. (Plura in noſtro Commentario.)

O. ARNTZENIUS.

SI QUOD ALIUD, hoc certe Diſtichon ſua ſeorſum ac peculiari modo pertractanda indiget hiſtoria critica: Adeo enim in contrariam prorſus detorquetur ſententiam, aequum in iniquitatem, in inpietatem pietas, ipſum jus pervertitur in injuriam. Nos hic praecipua tantum adtingemus, breviterque id, quod caput eſt rei, indicabimus. Recte igitur ſic Scaliger, cujus non auctoritatem, ſed, quas profert, rerum librando pondera ſectamur: „ *AEqua diligito* &c. Ita „ Pithoeana Edit. rectiſſime. Vulgatae: *Dilige non aegra;* „ mendoſiſſime. Quod ſequitur Planudes". Addendum erat, & ipſe quoque Eraſmus, horumque & ex illo tempore permoti auctoritate complures alii. Sed nondum haec ſumma mali eſt labes. AEgrum adhuc vivere ac, dum vivit, ſperare licebit; verum majore jam porro Noſtrum malo, quam ſimplici aegritudinis laborare incommodo ſtatim videbimus. Nihil enim minus nunc agitur, quam ut vitae ſenſu omni omnino privetur, dum alio donatur, quam ſuo. Interim ipſa viri clariſſimi verba, Arntzenii, de Pithoeana, ſive Scali-

96.

Μὴ ψυχρῇ ϛοργῇ σοὺς ΑΜΦΑΓΑΠαζε ΤΟΚΗΑϹ·
ΜΗΤεΡΙ ΜΗ ΠΡΟΣκρου', ἐθέλων ἀρέσαι γενετῆρι.

AEQUA *diligito.*] Ita Pithoeana Editio rectiſſime. Vulgatae, *Dilige non aegra*: Mendoſiſſime. Quod ſequitur Planudes.

SCALIGER.

Qui aliquando etiam reddidit:

> Ἀμφοτέρους ἀγαπᾶν ἴσῃ φιλότητι τοκῆας.

Pro ἀγάπαζεν, quod eſt in ejus verſione altera.

In ult. III. Libri Diſticho infeliciter, ſane, Erasmus pro genuina lectione:

> *AEqua diligito car. pietate parentes*,

vel, ut alii habent *Diligito caros aequa &c.* malebat: *Dilige non aegra c. p. p.* Atqui vocem *aequa* totus ſecundus verſiculus unice poſtulat. Sed Homerum aliquando dormitare & magnos etiam viros interdum hallucinari novimus, quorum ſenſus omnibus intentus ſaepe minor eſt ad ſingula.

J. H. WITHOFIUS.

Scaligerana, quae & noſtra eſt, lectione perluſtremus: *Pithoeanae*, inquit ille, *Editionis Lectionem confirmant MSS. Codd. duo, Vet. Chart. & Membr. Voſſ. nec non Editt. Franequ. & multae recentiores, auctoritate Scaligeri.* Num hujus tantum auctoritate magni quondam Litteraturae Coryphaei, an vero optimae notae fideique Codicum, quos nobis ipſe nominat, ac fortaſſe plurium aliorum, quos nec vidit ipſe; id ſane dijudicare ſerioque decernere non audebit vir aliter quamlibet Erudit. Arntzenius. Certe eos omnes Editores, quibus & Amſtelodamenſis Editionis Janſſonianae auctor accedit, non id ſua ipſorum auctoritate ita facere, aut effingere, atque ita nobis obtrudere ſuſtinuiſſe, ſatis in aprico eſt. Et, quantum ad hoc adtinet, confitentem habemus adverſarium. Sed quanam auctoritate ipſe huic Noſtro plane contrariam adfingere conatus fuit ſententiam? Iterum ipſum hac de re audiamus Eumdem: *Nos itaque*, inquit, (rejecta Malſcii lectione, quae haec erat:

> *Diligito charos aequa pietate parentes.*

 Nam

Nam hic in textu ſic edidit, ipſo referente:) *Nos itaque ex veſtigiis horum librorum atque ex expreſſa lectione Leidenſis tertii:*

Dilige non aequa caros pietate parentes:

Genuinum procul dubio dedimus. Nos vero, ut ingenue rem fateamur, ab iſto dubio tam procul nondum receſſimus, neque tam facile id exuere aut rejicere a nobis poſſumus. Namque ad reſtim fere jam res redit, cujus nimirum cardo omnis in unius Codicis Leidenſis tertii, reliquis contradicentibus, auctoritate verſatur. Sed num is ſemper omnino omnis expers, vel ab ipſo ſuo propugnatore, inventus eſt erroris? Quantum enim eſt, de veſtigiis eorum librorum, qui *non aegra* nobis exhibuerunt, id vero univerſum in mera ſitum eſt conjectura. Et pari jure modoque ego quoque ex ipſius Codicis, quem appellat, Turicenſis elicere poſſem lectione: *Dilige non caros egra*, quae *quatuor*, ut ipſe ait, *verba in raſura legebantur;* ante raſuram factam, ibi ſcriptum fuiſſe: *Diligito caros equa.* Quidquid tamen eo fiat, aut factum fuiſſe concipiatur, certe tanti non erat haec qualiſcumque demum auctoritas, ut propter eam ab omnibus reliquis, praeter unum, Codicibus editisque libris tantam ſeceſſionem faceremus, inque ipſum textum plane contrariam ac diverſam a mente auctoris noſtri reciperemus lectionem. Quis enim nobis umquam perſuadebit, Dionyſium hunc, Catonianis moribus, adeo ſui, monitique ſui:

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe,

fuiſſe prorſus oblitum, ut, eodem ſpiritu verſuque, quo nobis, qui aequali jure PARENTES eſſent, *aeque caros* eſſe oportere, duobus illis, quibus, non ſine efficace vi ſenſusque abundantia, uſus eſt cognominibus: CAROS PARENTES, praecipit, tertia modo accedente voce, id infringeret deſtrueretque rurſus? Quaſi qui dixiſſet: Habeas aeque *caros*, qui tibi, fili, aequali jure *parentes* ſunt; ſed, ne erres: *dilige* eos *non aequali pietate.* Nonne *contradictio* ea eſſet, quam *per accidens* vocare amant Logici? Fortaſſis tamen id obtineret Adverſarius, niſi iterum alia ſtatim mentis induenda facies, per ſequentis tenorem verſus, auctori foret noſtro. Is enim verſus, ſi Cato ſcripſit antea: *Aequa dilige pietate* utrumque eorum, ut qui tibi *aeque parentes*

rentes ſunt, eos & *aeque caros* habeas; tum, profecto, huic antecedenti reſpondens optime adhaeret, luculentiſſimeque porro & aequabili motu defluit:

Nec matrem offendas, dum vis bonus eſſe parenti.

Sin vero minus, ſin inaequalem antea erga parentes aeque caros praecepit pietatem; tunc, ſane, tertiam, tam gravis alioquin auctor, eodem in Diſticho, jam ſubit, neſcio qua animi inbecillitate, mutationem. Quae vel ſaltem aliqua reſtrictionis particula, ita v. g. declaranda fuiſſet:

Nec tamen offendens matrem bonus eſto parenti.

Sic enim, nec ullo modo alio, multo minus ſimplice tantum copula, conjungenda forent, quae toto quaſi coelo disjuncta a ſe invicem erant ac diverſa. Id quod & probe ſenſiſſe videtur, ipſe in hoc noſter Adverſarius, cetera colendus, dum poſterioris verſus *ſcabri quid ineſſe verbis* ipſe ſcribit. Tollimus autem omnem ſcabritiem, verum iis ac genuinum ſuum reſtituendo ſenſum: quem & iisdem maſcule vindicat cel. Withoſius, qui ubi non ipſe corrigit, ſed reſtituit, eximius in judicando eſt. Scribit enim, uti ſupra jam haec ejus verba excerpſimus in notis: „ *Atqui* „ *vocem* aequa *totus ſecundus verſiculus unice poſtulat*". Et recte quidem.

LONGUS autem hic eſt & multis oſtendit exemplis clariſſ. Arntzenius, AEQUA dici pro AEQUALI, & contra: NON AEQUA, pro INAEQUALI; ſed de hoc nemo eſt, credo, qui dubitet. De eo vero merito dubitatur, Catonem ita ſcripſiſſe: *NON AEQUA*, ſive, quod idem eſt, *INAEQUALI PIETATE diligendos eſſe PARENTES.* Video quidem, & me videre doleo, quod porro ait: *Huic lectioni adſtipulatur Cl. Cannegieter. Reſcript. Boxborn. Cap. XVIII. in f.* Doleo autem, quo magis ex animo veneror magni hujus Viri merita, cui exciderunt, dicto loco, quae & nunc ſequuntur: „ Imo qualem in matrem fuiſſe cen- „ ſeas? qui ita ſcripſit Diſt. extremo Lib. III.

„ *Dilige non aequa caros pietate parentes.*

„ Nam ita ſcripſiſſe noſtrum mihi plane perſuaſum. In vul- „ gatis Editt. eſt *aegra*, id quod facile pro illo receptum. „ Codd. multi *aequa* oſtentant, ſed Verborum ordine mu- „ tato, & detracta particula negativa". (Scil. uti nos in textum

tum iterum recepimus : nam pro nobis hoc ſtat. Pergit vero ſua ex ſententia:) „ Sed haec ab illis migrata ſunt, „ quibus Auctoris de mulieribus ſententia perſpecta non eſt, „ aut iniqua judicata. Praeceptum hoc, quantum diſtet ab „ Ulpiani monito, Lex IV. D. de Curatorib. furioſ. de„ clarat. In qua Juriſconſultus, *pietas enim Parentibus, etſi* „ *inaequalis eſt eorum poteſtas*, AEQVA *debebitur*". Non nobis adverſa eſt haec Lex, ſed pro nobis militat, neque diſſentit a mente Catonis noſtri, quam in ipſius verbis nos deprehendimus. Utique enim non ſequitur, ex *inaequalis* jure *poteſtatis*, qua pollebat parentum alteruter alterius reſpectu, & *inaequalis* erga eosdem *pietas*. Sint *inaequalia* utriusque in civitate *jura*, hoc Judici dijudicandum relinquitur, non liberis; quos aequali modo parentum utrique ſubjecit NATURA, omnium MATER. Neque convenit, ut ullis legum placitis ſacroſancta hujus ipſius jura evertantur. Quid multis? Ipſa quoque vox, *INAEQVALIS* vel NON *AEQVA* *PIETAS* monſtri ſimile quiddam eſt. Saltem ubi in laudem accipiatur. Et monſtrent nobis velim unicum exemplum, non dico *inaequalis juris*, id enim concedo; ſed *inaequalis* propterea liberorum *pietatis*. *Reverentiam* dicunt matri deberi. Illud recte : ſed quid tum? Ergo non *pietatem*? Id vero nego & pernego: Ait Arntzenius: *Jureconſulti dicunt*; reverentiam *deberi Matri, quae vox minor eſt voce* pietatis. *Vid. L.* 4. *Cod. de patria poteſt.* Reverentiam *autem debitam exhibere Matri filios coget. Ubi vid. Gotbofred.* Non iſtis moveor. Etenim Reverentia ſexui praecipue debetur : Qua matrona eſt; non qua mater, neque id a filio tantum; ſed & ab ipſo patre, ſive Conjuge ejus. Quare & ille in Hecyra Terentiana pater ne verbulum quidem obſcoenum, praeſente matrefamilias, eloqui volebat, qui aliter, iratus ut erat, ab eo non abſtinuiſſet. Ergo aliquid, & praeter pietatem, matri debetur, ut feminae, ut matronae; atque illud Reverentia eſt. An vero propter ea non & pietas? Immo vero ET PIETAS, ET REVERENTIA.

PRO PAUCIS igitur iis exemplis, quae dederat adverſa pars, in quibus aliquid diverſum eſſe a nobis videatur, in me recipio, me daturum, ubi res ferat, innumera LIBERORUM etiam ERGA MATRES ſtabilientia PIETATEM. Neque quidquam partem juvat alteram, quod ſub finem Diſtichi *pater*, excellentiae cujusdam veluti praerogativa, ſolus appelletur PARENS : Poterat enim id, quod ajunt,

κατ' ἄνθρωπον ita dictum eſſe intelligi: *Dum bonus eſſe vis* ei, qui, tua ex ſententia, quaſi ſolus tibi ſit *parens*, contra licet reclamante rerum natura: Hanc vero potius, quam privati cujuſcumque Juris ſcita aut placita legulejorum, ſectari filium prudens jubet, & philoſophus, &, vel duplici nomine, pater. Valeant ideoque aeternum, exulentque procul a litteraria civitate tam longe inde petita, tamque *iniqua* interpretamenta & vel ipſum Jus & aequum in iniquitatem Injuſtitiamque pervertentia! Neque deerunt tamen aliae civitates, quarum ex inſtitutis, & ipſi patresfamilias, ſtabilita modo firmiter PIETATIS LIBERORUM AEQUALITATE, certe, non parum inde lucraturi eſſe videantur.

AEqua diligito caros pietate parentes,
Quos Natura pari collocat aequa gradu.
Nec matrem offendas, dum vis bonus eſſe parenti:
Cui parit; an minus eſt quae parit ipſa, PARENS?

Montre envers pere & mere une pieté tendre,
Rends à tous deux même devoir:
Que l'amour paternel n'empêche point de rendre
Les ſoins que pour ſa mere un bon fils doit avoir.

FINIS HISTORIAE CRITICAE LIBRI DISTICHORUM TERTII.

DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM.

LIBER IV.

PRAEFATIO.

Securam quicumque cupis perducere vitam,
Nec vitiis haerere animum, quae moribus obſunt;
Haec praecepta tibi ſemper relegenda memento.
Invenies aliquid, quo te nitare magiſtro.

ET HOC prooemium eſt quarti libri. Si vis eſſe liber ab omnibus vitiis, & nullius mali tibi conſcius vivere, haec ſemper habeas prae manibus. In quibus invenies, in quo te ipſo magiſtro poſſis uti, h. e. ut ipſe regas ac modereris vitam tuam, adjutus his praeceptis.

ERASMUS.

QUO *te nitare magiſtro.*] Coacta ſane lectio. — Apertior, veriorque ad aevum ſenſumque Auctoris eſt, quam Lipſ. Col. Aſcenſii, Brant I &c. Editiones praeferunt: — *quod te vitare magiſtro.* Gloſſographus: *magiſtro i. e. doceo.* — Vid. Feſtum in hac voce pag. 308. Spartianus, Hadriano, pag. 7. *Inde in Germaniam tranſiit: Paciſque magis quam belli cupidus, militem, quaſi bellum immineret, exercuit, tolerantiae documentis eum imbuens; ipſe quoque inter manipulares vitam militarem* magiſtrans, i. e. *agens magiſtrum* vitae militaris. Caſaub. pag. 42. ad Spartian. — Apud elegantiſſimum Scriptorem Joann. Caſſianum *diſcere aliquid magiſtrante experientia* duobus locis reperiri, idem annotat, ibid. Frequentius poſteriori aevo id verbi. — Joſeph. Devonius, Lib. IV. de bello Trojano, v. 332.

——— ——— *ſic, quae ſubeunda,* magiſtrat:
Quae vitanda, docet. ——— ——— ———

Hildebertus Cenom. Carm. de Simon. v. 5.

Ira, libido, caeca cupido, cuncta magiſtrant. &c.

DAUMIUS.

ΚΑΤΩΝΟϹ ΡΩΜΑΙΟΥ ΓΝΩΜΑΙ

ΔΙΣΤΙΧΟΙ,

ΜΕΤΕΝΕΓΚΑΝΤΟϹ

ΑΥΤΑϹ ΕΙϹ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΔΙΑΛΕΚΤΟΝ
ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀσφαλέα ζωὴν ΟΣΤΙϹ ΔΙΑΓΕΙΝ ἔρον ἴσχεις
Καὶ ΠΑΘΕΩΝ ΑΜΙΓὲϹ φρουρεῖν κέαρ ὀλεσιθύμων·
ΤΑϹ Δὲ παραιφασίας ἀναγινώσκοις ὅσαι ὧραι·
ΔΗ/ΕΙϹ γάρ τι παρ᾽ αὐταῖς, ΤΩΙ προσέχειν Σε ἄνωγα.

Nec *vitiis haerere animum.*] Quod Latinis eſt Vitium, id Graeci quo exprimant, non habent. Nam non eſt *κακία*, quae aliud eſt apud Juriſconſultum interpretantem Aedilitium edictum. Πάθος pro eo uſurpamus, quia melius non habemus, & Planudes quoque eodem utitur: qui quod hic dicitur, *vitiis haerere animum*, melius dixit, *ἀμιγὴς παθῶν*, quam ſi dixiſſet *κακιῶν ἀμιγής*. Imo ſi ita loquutus eſſet aliquis doctior, ludibrium deberet. Quod alibi dicitur:

Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat,

Tolerabilius reddidit Planudes:

τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ, quam ſi vertiſſet: *τροφὴν κακίαισι χορηγεῖ*. Imo nemo hoc ferret. Porro frigidiſſime totum hujus Prooemii Tetraſtichon, ut ſolet, expreſſit Metaphraſtes.

Scaliger.

An hoc etiam Prooemium pauca tantum reponimus; Multa etenim inſunt, ut reliquis etiam Praefationibus, aliena & inepta. Vocabulum certe *quicumque* alienum & a praeſtigiatore quodam profectum videtur. Vid. quae diximus ſupra ad v. 1. Praef. Lib. III. —— Porro Leidenſ. ſec. tert. Membr. Voſſ. & Cod. Turic. ut & Edit. Florent. & Boill. exhibent, *quod te vitare magiſtro*. Al. exhibent: *in quo te utare magiſtro*. Aliae ſunt Editt. quae praeferunt, *quo tu te* vel *quo tute utere magiſtro*. — Locum quoque meretur lectio Scriveriana:

Quo vitae utare magiſtro. &c.

O. Arntzenius.

Satis

Satis jam atque abunde oſtenſum ſupra eſt, intermediorum in librorum prooemiis, harum praefatiuncularum auctorem longe alium a Catone noſtro, ſive Diſtichorum auctore, habendum eſſe ſcriptorem: pleraque enim omnia, alteri quae conveniant, ſeu temporis & aetatis rationem habeas, ſive mores ſpectes atque diſciplinam, ſeu intuearis ſcribendi genus, elocutionis tum ſimplicitatem, tum concinnitatem, cum decente gravitate conjunctam, prorſus non convenire alteri, in quo invenias aſpera multa, & incongrua moribus pariter atque aetatibus, denique & ratione ſtyli inconcinna plurima ac inamoena offendas. Quae ita obſervata, ſufficere poterunt expurgando ab his naevis egregio alioquin opuſculo, neque porro neceſſe erit, inquirere in annos, aut aetatem, aut nomen quoque auctoris, tam male ſeduli, tamque inauſpicati, cui hoc quidquid eſt praefationum, Diſtichis quadrifariam diſtributis ipſius ex arbitrio praefixum, aut cum laude acceptum referri oporteat, aut cum ignominia reddi. Neque enim noſtrum eſſe arbitramur, dum criticam ſcribimus horum carminum hiſtoriam, aut altiſſimis involuta obtectaque tenebris, nimium curioſe perſcrutatos, omnia in lucem ponere, aut ſumendum id nobis inpune exiſtimamus, ut dubia plane atque incerta pro certis, proque noſtro ſtudio detectis, & quaſi omni exceptione majora eſſent eadem, ſuperiorum more faeculorum, confidentiſſime venditemus. Minime vero: Sed ſi quid alibi jam dictis addi poſſe ulterius in eumdem finem judicamus, etiamſi nobis ita perſuaſum ſit, vero id eſſe proximum; non ut certum tamen aut conſtans obtrudimus aliis, ſed noſtram in eo, uti eſt, ita dare poſſumus volumusque conjecturam.

Quoties autem D. Magni Auſonii Burdigalenſis opera evolvimus, quem Theodoſius Auguſtus parentem compellare, quem mulcere laudum encomiis, quem omnium ſummorumque honorum exornare titulis, ut avara tunc jam erat aetas eximiorum heroum, haud eſt dedignatus; toties eum, ſi non in omnibus & ubique, paſſim tamen, ac in plurimis, nam in aliquibus tantum manifeſto major eſt, talem utique deprehendimus, qualis, aut non multum ab eo diverſus, eſſe potuerit harum praefatiuncularum artifex, Catoniano inſertarum opuſculo. Quis vero alius umquam reperiundus eſt inter litteratos omnium aetatum omnes homo, in quem potiori jure cadere poſſit novum

vum forte, ſed juſtum cognomen, PERPETUI PRAEFATIUNCULARUM FABRICATORIS, quam in Poëtam hunc vix mediocrem, cujus univerſum opus, cum in quibusdam Editionibus *centifolium* poſſit appellari, (200. paginarum in quibusdam,) quis credat, refertum eſſe centum fere Praefationibus, Prologis & librorum Periochis? Adeo ſibi placuit in ejusmodi nugis & minutiis, quas otioſus luſit, vir ille conſularis, nequidquam in aliis gravitatem eque negotiorum tractatorum pondere auctoritatem affectans ſingularem. Praefationes autem & Epiſtolas tot ad nauſeam uſque ſuis ipſe libellis praefixit; Periochas ſcripſit in alienos, ut in Homeri libros ſingulos, in Suetonii Caeſares, utriusque porro generis vorſa modo oratione, modo prorſa ac numerorum ſoluta legibus: Plane ut in hiſce quatuor Catonis noſtri operi praemiſſis, jam ſimplici ſermone ludit, jam verſuum modis adſtricto. Praeterea vanum admodum hominem, circa alienum de ſe ſuisque rebus judicium nimis anxie ſolicitum, laudemque etiam in minimis maximam adfectantem, trepideque ſectantem, parum dicentem longo ſermone, ſaepiusque eadem continuo repetita, multis verborum ampullis, ſine ullo delectu, ſparſim undique projicientem, omnia quae ab ipſo conſcripta ſuperſunt, ubique fere loquuntur ac produnt. Sit documenti loco illud *protrepticon de ſtudio puerili*, ſive *Edyllium IV. ad nepotem Auſonium*, quod cum ſequenti V to. *Genethliaco ad eumdem* miſſo, communi gaudet Praefatione, *Heſperio filio*, hujus avunculo, dicata, in qua *judicationem* filii, de iſto duorum carminum libello, emendicare prorſus non erubeſcit. Sub initium igitur illius protreptici idem, quod Cato noſter breviſſime dixerat Diſtichi verbis:

Interpòne tuis interdum gaudia curis,
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

Multis verborum ſtrophis ita circumſcribit verus & perpetuus *tautologus*, ſi quis umquam fuerit alius:

1. *Sunt etiam* Muſis ſua ludicra, 2. *miſta* Camenis
Otia *ſunt*, *mellite nepos*; 3. *nec ſemper acerbi*
Exercet pueros (*) vox imperioſa magiſtri;
Sed requies, 4. ſtudiique vices *rata tempora ſervant.*
Et ſatis eſt puero memori, legiſſe libenter:

5. *Et* ceſſare licet. 6. *Grajo* ſchola *nomine dicta* eſt;
7. Juſta *laboriferis* tribuantur *ut* otia Muſis.
8. *Quo magis*, alternum *certus* ſuccedere ludum,
§ *Diſce libens.* 9. *Longum* delenitura laborem
Intervalla damus. 10. *Studium puerile fatiſcit*,
Laeta *niſi auſteris* varientur feſta profeſtis.
§§ *Diſce libens*, (**) tetrici *nec* praeceptoris habenas
Deteſtere, nepos. (***) *Numquam* horrida forma magiſtri.
(****) *Ille licet* triſtis ſenio, (*****) nec voce ſerenus,
(******) Aſpera contractae minitetur jurgia frontis,
Numquam immanis *erit: placet*, *aſſuetudine*, vultus.

Poſt pauca:

Tu quoque ne metuas: quamvis ſchola (†) verbere multo
Increpet, (*******) & truculenta ſenex gerat ora magiſter.
——— *Nec te clamor*, (††) plagaeque ſonantes,
Nec matutinis agitet formido ſub horis,
(†††) *Quod* ſceptrum vibrat ferulae, (††††) *quod* multa ſupellex
Virgea: (†††††) *quod* fallax ſcuticam praetexit aluta:
Quod fervent trepido ſubſellia veſtra tumultu. &c. &c.

Jam *ex ungue*, quod ajunt, *leonem* agnoſce & ex hiſce faſcibus majeſtatem intellige Conſulis hujus Romani. Patet ex his & pluribus aliis, bonum cum primis, aptioremque ſine dubio, quam Conſulem, Paedagogum fuiſſe Auſonium. Ne quis ergo credat eum a nobis adfici injuria, ſi quidquid Paedagogum redolet, in Catoniano opuſculo, & praecipue putidas haſce praefatiunculas tanto, tamque auguſto tribuamus Auſoniano nomini, ipſique id omne, abſque haeſitatione ulla, adjudicemus. Profitetur, ſane, ipſe & paſſim alibi & ibidem, ſe plurima omnis generis praecepta filiis nepotibusque ſuis aliisque pueris, etiam Caeſaribus, dictaſſe ac dediſſe praeſcripta. Quid mirum, ſi inter ea etiam utiliſſimum hoc Catonis opus, e quibusdam vetuſtatis fragmentis ſituque priſtino tum forte de novo detectum protractumque in lucem emiſerit, inque aliqua exigua volumina digeſtum, ſuo modo, ſuaque commendatiuncula iterum iterumque exornandum eſſe putaverit? Id quod praeſtitit ſuis

ſuis hiſce, quas ipſe addidit, praefationibus. Unde ſic orditur genethliacon iſtud:

Carmina prima tibi quum jam puerilibus annis
Traderet aſſidui permulcens cura magiſtri,
Supple: Catonis.
Addidimus nil triſte ſenes: ne cura monendi
Laederet, aut dulces guſtus vitiaret amaris.
At modo, quum motu vigeas jam puberis aevi,
Fortiaque a teneris poſſis ſecernere: & ipse
Admonitor morumque tibi, fandique videri: Accipe &c.

Nonne fere eodem modo, quo in hac praefatione quarta & ultima demum dicit:

Invenies aliquid, quo te nitare magistro.

Scil. ut tandem *ſine cortice*, quod dicitur, diſcas *natare, vitamque deducere ſecuram*, ſine alieni praeſcripti adminiculo. Et in ſuperiore antea laudato Edyllio dixerat:

Haec olim genitorque tuus, genitrixque ſecuti
Securam placido mihi permulſere ſenectam. ——
Hac gradiare via, qua nos praeceſſimus: & cui
Proconsul genitor, praefectus avunculus *inſtant.*
—— *Acceſſit tamen ex nobis bonor inclytus. Hunc tu*
Effice ne ſit onus: per te ut connixus *in altum*
Conſcendas: ſperesque tuos, te consule, faſces.

Nonne plane idem genius, eadem indoles, verba denique paene illi eadem, & huic noſtro Praefationum ſcriptori? Et quemadmodum hic in iis toties, inque hac iterum repetit:

Haec praecepta tibi ſemper relegenda, *memento:*

Atque in ea, quae II. Libro praefixa, *legendorum poëtarum* dederat Catalogum; ita pariter conſularis ille paedagogus, ibidem ubi, ante proxime citatum verſuum numerum ternarium, ſubſtitimus:

—— *Perlege quodcumque eſt memorabile. Prima monebo*
Conditor Iliados, & *amabilis orſa* Menandri
Evolvenda tibi. Tu flexu & acumine vocis

Innumeros numeros doctis accentibus effer. ——
Te praeeunte, nepos, modulata poëmata Flacci
Altiſonumque iterum fas eſt didiciſſe Maronem.
Tu quoque, qui Latium lecto ſermone, Terenti,
Comis & adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.
Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum:
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Jam lego civili *miſtum* Mavorte duellum. H. E. Lucanum.

Ecce tibi eum, qui & in his prologis ROMANA ET CIVICA BELLA, & MARTIS PRAELIA & diverſa POETARUM INGENIA, in uno laborans ac diverſo carmine, conjunxit. Praeterea admodum in deliciis quoque habuit Auſonius illud QUICUMQUE (*ſecundae Perſonae* iunctum), quod & Prologus noſter tam paucis in Praefationum ſuarum verſibus repetere tamen atque iterare amat, quod & iam doctis Viris palmarium contra ipſum ſuppeditavit argumentum, ea a Catone ſcripta non eſſe, quae non Filio eſſent ſcripta, ut ab illo, ſed quae CUICUMQUE. Ita ergo pariter Auſon. Edyll. II. Diſt. ultimo:

Haec QUICUMQUE leges, *non adſpernabere ſari:*
Talis vita tibi, qualia vota mihi.

Itemque in fine inchoati ſupra V ti.

Idus ſaepe colas bis ſenis menſibus omnes,
Auſonii QUICUMQUE *mei* celebraveris *Idus.*

Et alibi ſaepiſſime. Quid multa? Non ovum magis ſimile eſt ovo, quam ſe mutuo refert uterque hic Prologorum artifex, quem nos ideo & eumdem credimus. Ea tamen argumenta noſtra per ſingula velle deducere, in longius juſto temporis ſpatium ſermonem extraheret. Illud unicum addemus: Inde ergo factum, ut tam diu (N B.) *ſub Auſonii nomine* hic Auctor noſter delituerit, veluti nos ſub initium hujus Hiſtoriae vidimus: utque citatus, tamquam verus eſſet *Auſonius*, qui has concinnaſſet ſententias, & adhuc paſſim in ſcriptis inveniatur.

HIS GENERATIM monitis, de ſingulis horum Librorum

rum Praefationibus earumque Scriptore, quantum quidem conjectando adſequi potuimus, nihil jam ſpeciatim de poſtrema dicendum ſuppetit aut occurrit, praeter ea quae de in hac notare, ſuoque modo corrigere, viſum eſt Withofio. Qui V. Cl. ſequentia de eadem litteris conſignavit: *Pergimus* inquiens *ad Lib. IV. cujus haec eſt Praefatio:*

Securam quicunque cupis traducere vitam &c. uti nos, uſque ad verba:

——— ——— *quo* te *nitare magiſtro.*

Sic vulgo exhibetur; nam perducere vitam, *quod in nonnullis eſt, non eſt nauci. Diximus ſupra. At in fine, altiſſimum eſt ulcus, quod grave, artis erit non proletariae. Ipſe Auctor magiſter erat morum, volebatque ut ſe duce & ſuis praeceptis uteretur, qui tanta legeret, non ut αὐτοδίδακτος eſſet. Adverſatur id toti loco ſcriptoris. Pulmannus etiam citat,* in quo te utere magiſtro. *At Chriſtianus Daumius utrumque merito damnat, tam hoc, quod pro varia lectione laudat Pulmannus, quam alterum, probatque quod in aliis antiquis editionibus inveniſſe ſe ait,* quod te vitare magiſtro, *ut* magiſtro *ſit verbum idem notans quod* doceo, *multa accumulans ex deterioris notae ſcriptoribus bujus verbi exempla, ſicut ſolebat Vir majoris diligentiae ac doctrinae, quam judicii. Indigna haec vox eſt Auctore noſtro, & ejus indole ac tempore, qui nibil minus, quam iſtud ſcripſit. Praeterea ſenſus ipſe non placet. Non enim vitanda tantum, ſed etiam multa ſequenda docet bic ſcriptor. Vid. Lib. III. Diſt. XIV. Intuere modo varias, quas dixi, Lectiones, iiſque inter ſe collatis certus eſto, ſic emendandum eſſe feliciter:*

Securam quicunque cupis traducere vitam,
Nec vitiis haerere animum, quae moribus obſunt,
Haec praecepta tibi ſemper relegenda memento:
Invenies aliquid, *quod* te *tibi corrigat* iſtic.

Hanc ego veriſſimum dico ſcripturam olim ſic ab ipſo Auctore profectam fuiſſe. Ego vero crediderim a Catone, cui tamen omni conatu vindicatum it Vir celeberr. ita proficiſci haud potuiſſe, ab alio vero, ab Auſonio, ut arbitramur, ſive quocumque minorum gentium profectam genio, parum admodum referre noſtra, hoc eam modo vitioſam eſſe, an alio. Laborat autem in eo, quod ISTIC dicitur pro: *in iſtis praeceptis*, quae ſtatim antea HAEC *Praecepta*, Prono-

 mina

mine ſcilic. propioribus jungi ſolito, non remotioribus, appellabantur. Non vero ſic vel Cato, vel quivis melioris aevi ſcripturus Auctorum fuiſſet, qui numquam Pronomina tam promiſcue confundunt, quam id fieri ſolet a ſequiorum aetatum ſcriptoribus, prouti quidem habentur, Latinis. Sed commode nobis ſeſe offerunt verba ejusdem V. C. e regione ejus ipſius paginae, in qua haec ita emendat, paullo ante occurrentia: *Nos nobis nunquam revera tantum licentiae in vocibus pro arbitrio intrudendis & mutandis ſumpſimus.* Magis etiam arrideret, ſi optioni locus eſſet, altera illa ipſius emendatio, quae deinceps ſequitur,

Invenies aliquid, quod te juvet, arte magiſtra.

Sed quemadmodum altera lectio: *quod te vitare magiſtro*, ut recte notat V. Doctiſſ. indigna Catone erat, ita hic Praefationum dictator perpetuus altera tamque elegante lectione: *quod te juvet arte magiſtra*, indignus ipſe videtur nobis. Valeat ergo poſtmodo, quum huic tantum ex verbis ejus luſui condonatum adhuc fuerit: Secu-

XCVII.

Deſpice divitias, ſi vis animo eſſe beatus;
Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper, avari.

Non jubet abjicere divitias, ſed non magni facere. Etenim qui has ſuſpiciunt, h. e. mirantur ac magni faciunt, dum non audent uti quae poſſident, & ſemper aliquid accumulant, ſemper mendicant, h. e. egeni ſunt.

Erasmus.

Despice *divitias &c.*] Simile Diſtichon & hoc etiam elegantius eſt apud Lucret. Lib. V.

Divitiae grandes homini ſunt, vivere parce,
AEquo animo: neque enim eſt unquam penuria parvi.

Opitius.

Vid. Rivin. ad Sariſb. Eutheticon, ſive Nutheticon malis. v. 287.

Daumius.

Securam quicumque cupis traducere vitam,
Ducere quo ſanctos vita beata ſolet;
Nec vitiis haerere animum, quae moribus obſunt,
Ceu bellaturis ſarcina prenſa viris:
Haec praecepta tibi ſemper relegenda memento,
Firmius usque animus quae, repetita, tenet.
Invenies aliquid, quo te nitare magiſtro,
Repoſito tandem cortice & ipſe natans.

Qui que tu ſois, Lecteur, qui veux en aſſurance
Profiter de la vie, & goûter ſes douceurs;
Et qui cherches la délivrance
De ces vices honteux qui corrompent les moeurs.
A lire ces Quatrains ton intérêt t'invite:
Tâche à les retenir par coeur.
Ils t'offrent les moyens de regler ta conduite:
Par eux tu deviendras ton propre Précepteur.

97.

ΠΛΟΥΤΟυ ΥΠΕΡΦΡΟΝΕΙ, ἢν ἐθέλῃς ΝΟΟΝ ΟΛ[illegible] ΕΙΝΑΙ
Οὗ ὁ ἱελδόμενος, τητώμενος Αἰὲν ἀπα[illegible]

Quas *qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper, avari.*] Quas avari dum mirantur ac deſiderant, ſemper mendicant. Juxta illud: *Semper avarus eget.* At Planudes:

Οὗ ὁ ἱελδόμενος τητώμενος αἰὲν ἀπαιτεῖ.
Κίμβικες ἐν ποθέοντες αἰεὶ πτωχοὶ τελέθουσι.

Vel: — ἀεὶ τελέθουσι πένητες.
Vel: Οἱ θαυμάζοντες πλοῦτον ἀεὶ φιλοκερδεῖς.

Scaliger.

Beatus i[illegible] dicitur, ut apud Horat. Epod. II. v. 1.

Beatus *ille, qui procul negotiis.* Cum ceteroquin *beati* quoque dicuntur *divites*, quibus divitiae ſuperant, qui ſumma ſaepe liberalitate vel [illegible]idine divitias ſuas vincere nequeunt. Vid. Cicer. Orat. II. In Catil. Cap. IX. *Hi dum aediſicant, tamquam beati, dum praediis, lectis, familiis magnis, vivis apparatis delectantur*, &c.

O. Arntzenius.

PROFANUM Vulgus & veritatis indocile omni quidem tempore, tum vero maxime, quum Romana jam diffluere luxu potentia coepit, eos tantum depraedicare conſuevit beatos, omnium qui rerum copia abundarent, quibus & omnia concupiſcentibus nihil, quod concupiſcerent, deeſſet. Sed ubi tales invenerit umquam? Nuſpiam certe, numquamque. Namque, ut recte ridetur a Mimo avarus, P. Syri Sententia, ex edit. S. Haverkampi, 56.

Avarum irritat, non ſatiat pecunia.

Utque ridetur a Poëtis, Sapientibus & Philoſophis omnium aetatum omnibus: E. G.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit. — —Vid. tot. illam Od. II. L. II. Horatii.

Nempè :

Quo plus ſunt potae, plus ſitiuntur aquae.

Et pariter:

—— *Multa petentibus Deſunt multa.* ——

Itaque &, eodem teſte, Horatio, L. IV. Carm. IX. ſ. f. populum falſis uti dedocente vocibus,

Non poſſidentem multa vocaveris
Recte BEATUM: *Rectius occupat*
NOMEN BEATI, *qui Deorum*
Muneribus ſapienter uti
Duramque callet pauperiem pati.

Atque hoc eſt, quod voluit noſter, & Philoſophus idem, & Poëta, Dionyſius Cato, ſive quodcumque tandem ipſi fuerit nomen. Inquit igitur : *Si animo* & re vera, non mero tantum nomine, aut titulo tenus inani, non dici modo, ſed & *eſſe vis* BEATUS,

—— —— *Nil cupientium*
Nudus caſtra petas transfuga, divitum
Partes linquere geſtiens.

Namque hi dicuntur quidem, ſed omnium minime ſunt BEATI; potius vero *mendicant ſemper*, quia *ſemper cupiunt*, auctis

auctis jam ultra modum divitiis plura adhuc addi, plura adcumulari, per fas atque nefas. Ideoque numquam poſſunt eſſe contenti iis, quae habent: neque habent revera; ſed habentur ipſi, ſed tenentur, ſed diſcruciantur ab illis. Quomodo igitur *beati* forent; quum ſint miſerrima omnium mancipia? Nec miſeranda tamen: namque iterum, ut ridendo verum dicit Mimus, vs. 58.

Avarus IPSE MISERIAE CAVSSA *eſt ſuae.*

Porro, ut idem ait, vs. 163.

DESPICERE oportet, quae poſſis deperdere;

Ita & Noſter: DESPICE DIVITIAS,

Quas qui ſuſpiciunt, inquit, omnium ſunt miſerrimi, quia perpetuo agitantur verſanturque in timore, ne vel in vita, vel in morte, pereant eae ſibi. Jam mihi repetant ſuum illud continuo, quod in ore habent, quo ſeſe jactant: BEATI POSSIDENTES! Poſſeſſores ut ſunt, ſcilicet! Riſum teneatis. Quibus ſua avaritia neque uſumfructum concedit rerum, quas habere in poteſtate, quas poſſidere, nimirum in ſomnio, ſibi pulcre perſuadent. Sed de hoc deinceps. Adeamus nunc Philoſophos.

ANAXAGORAS vero, prudentiſſimus ille rerum aeſtimator, Valerio Maximo referente, Lib. VII. Cap. II. *de ſapienter dictis aut factis ab Externis*, n. 9. „ *nec parum prudenter interroganti cuidam,* QVISNAM *eſſet* BEATVS: „ Nemo, *inquit*, ex his quos tu felices exiſtimas: ſed eum „ in illo numero reperies, qui a te ex miſeris conſtare cre„ ditur. Non erit ille divitiis & honoribus abundans: ſed „ aut exigui ruris: aut non ambitioſae doctrinae fidelis ac „ pertinax cultor, *in ſeceſſu*, quam in fronte, *beatior*". Quid hoc, in ſeceſſu? Intus, in penetralibus ANIMI. ANIMO *eſſe beatum.* Quae ergo dictio πλεονάζειν minime credenda eſt, cum Arntzenio.

QUANTUM autem ſit, eas poſſe *deſpicere*, quas *ſuſpiciunt* plurimi *divitias*, optime tradentem audiemus Epictetum, Enchiridii Cap. XXI. quod his conceptum verbis eſt: ΜΕΜΝΗΣΟ, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναςρέφεσθαι. Περιφερόμενον γέγονέ τι κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. Παρέρχεται; μὴ κάτεχε. Οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω

τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατά σε. Οὕτω πρὸς τέκνα. Οὕτω πρὸς γυναῖκα. Οὕτω πρὸς ἀρχάς. ΟΥΤΩ ΠΡΟΣ ΠΛΟΥΤΟΝ, καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. Ἂν δὲ καὶ ΠΑΡΑΘΕΝΤΩΝ ΣΟΙ ΜΗ ΛΑΒΗΙϹ, ἀλλ' ΥΠΕΡΙΔΗΙϹ, τότε οὐ μόνον συμπότης, τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ ΣΥΝΑΡΧΩΝ. Οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο. H. E. *Memento, oportere te in vita, veluti in convivio verſari: in quo ſi fercula ad te perveniunt, extenta manu modeſte carpe: ſi te tranſit eorum aliqvod, ne detine: ſi nondum pervenit, ne procul appetitum extende; ſed expecta, dum ad te veniat. Sic erga filios, ſic erga uxorem, ſic erga principatus, SIC ERGA DIVITIAS: Eriſque aliquando dignus deorum convivio. Si vero quae & APPOSITA fuerint, NON CAPIES, SED CONTEMNES: tunc vero non modo deorum conviva, ſed COLLEGA eris. Id enim cum facerent Diogenes & Heraclitus atque his ſimiles, merito & divini erant, & vocabantur.*

Dulce eſſet haec populorum omnium celebrari linguis, inſcribi inſigique penitus animis omnium, ad quos amor ille ſceleratus habendi penetravit, quoſcumque ſub jugum miſit. Ideoque nec contenti graecis latiniſque oraculis, gallica quoque, nam & gallica nimis amantur hodie, tribus hiſce proxime ſequentibus ad marginem ſubjiciemus Diſtichis, ejus-

XCVIII.

Commoda naturae nullo tibi tempore deerunt,
Si fueris contentus eo, quod poſtulat uſus.

Si metiaris ſumptus uſu, h. e. neceſſitate, non ambitione neque voluptate, nunquam tibi deerunt commoditates naturae, quae paucis contenta eſt, cum cupiditates immenſum deſiderent.

Erasmus.

Si *fueris contentus.*] Senec. Epiſt. XVI. in f. *Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum.* Conf. ejusd. Epiſt. CXIX. p. 590. & 591. Edit. Elſev. &c. (Edit. Elz. a. 1658. Tom. II. p. 455.)

O. Arntzenius.

ejuſdem fere argumenti, quaedam PHILOSOPHI cujuſdam AMABILIS *.

Dives es, an pauper, ſi vis animo eſſe beatus;
    Quaeſitas aliis deſpice divitias.
Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper avari:
    Sufficiat reliquis; ſemper avarus eget.

Si tu veux vivre heureux, mépriſe l'opulence:
Garde-toi de courir après l'or & l'argent.
Au ſein même de l'abondance,
L'avare des mortels eſt le plus indigent.

* *Reflexions d'un* PHILOSOPHE AIMABLE. *A la Haye, chez* Rutgerus van Laak, *Libraire dans le* Langue-Pooten, 1756.

L'Amour ſe ſoûtient par l'Eſpoir,
Le Zêle, par la Récompenſe,
L'Autorité, par le Pouvoir,
La Foibleſſe, par la Prudence:
Le Credit, par la Probité,
La Santé, par la Tempérance:
L'Eſprit, par le Contentement,
Le Contentement, par l'Aiſance,
L'Aiſance, par l'Arrangement.

Plus de Douceur que de Beauté,
Me ſemble aux Filles néceſſaire;
Plus d'Eclat que de Vérité
Dans un Auteur ne me plaît guère;
Pour être heureux, il faut avoir
Plus de VERTU que de SÇAVOIR,
Plus d'Amitié que de Tendreſſe,
Plus de Conduite que d'Eſprit,

PLUS DE SANTE' QUE DE RICHESSE,
PLUS DE REPOS QUE DE PROFIT.

La ſuite, à la fin du ſecond Diſtique de ce IV. Livre.

98.

Τ'αγαθὰ τῆς ΦΥΣΕΩC οὐκ ἄν ποτέ σοι ἐπιλείψει·
ΗΝ ἀγαπᾷς ΚΕΙΝΟΙC, ἐς ἅ ΠΕΡ ΧΡΕῖος κατεπείγει.

COMMODA *naturae*] Praeter aliam metaphraſim noſtram, potes etiam hac uti:

Οὔποτέ σοι φύσιος ἐπιλείψεται οὐδὲν ὄνειαρ.

Simplicius:

Τῶν φύσεως χρειῶν ἐπιδευὴς οὐκ ἂν ἔσοιο.

SCALIGER.

QUOD *poſtulat uſus.*] Χρεῖος pro χρείας, aut χρεώ male poſuit Planudes.

IDEM.

P. Syrus in ſententiis:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

AR.

ARCTISSIMIS nexus ſane quam jucundiſſimi vinculis bina haec ſe ſequentia copulantur Diſticha, ceu praemonuimus alibi. Quid enim magis hominem reddere avarum ſolet, quam ea importuna cura & ſolicitudo, qua exagitantur plerique, ne ſibi aliquando aut praeſidia ad vitam neceſſaria, aut vitae *COMMODA deſint*. Ea videlicet de cauſſa certiſſima quaevis ac praeſentia incommoda penſi non habent, ne incerta, & quae ſibi tantum fingunt ipſi, ſint *quodam tempore* ſubeunda futura. Contra haec, tam maleſuada cura atque anxietate oppreſſos erigit Noſter animos: Fore enim, ait, ut *nullo* umquam *tempore deſint commoditates* & ad vivendum & ad bene vivendum neceſſariae, ei, qui *contentus eſſe* didicerit neceſſariis tantum, quae, uti ipſe rerum *uſus* & *natura poſtulant*, ita & ubique & aequaliter ferme eorum prodiga ſemperque ſuppeditare & omnibus ſoleat NATURA. Scilicet adeo verum illud eſt, *contentum eſſe rebus ſuis, maximas eſſe certiſſimasque divitias*, ut nihil majus & praeclarius nihil, ne votis quidem omnibus, expeti poſſit: Quid enim ultra flagitaveris, quam *contentus* ut ſis & ut eſſe revera queas?

USUS autem quid ſit, de quo hic ſermo eſt mentioque ſub fin. injicitur, nemo melius, quam ex Epicteto qui didicerit, ille docebit. Certe enim non uſus & conſuetudo vulgaris eſt, cui ita ſervum addicat filium Cato, neque ſapientis eſt, ei hoc modo ſubjici, ut quidquid ille *uſus poſtulat*, ſine diſcrimine admittendum ſit, aut etiam praeſtandum. Non ita. Sed quum res quaelibet, quantum valent, non niſi ſuo valeant ex uſu, quem concedunt eae nobis, hunc idcirco RERUM USUM conſtituit aeſtimationis earum arbitrum quaſi & ſequeſtrum. Sic etiam paſſim Philoſophus noſter Epictetus, interque alia, Cap. XI. Enchiridii, ubi haec ait: Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. Εἰ ὁ ἵππος, ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἂν, ὅτι καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. Σὺ δ᾽ ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. ΤΙ ΟΥΝ ΕΣΤΙ ΣΟΝ; ΧΡΗΣΙΣ ΦΑΝΤΑΣΙΩΝ. ὥσθ᾽ ὅταν ἘΝ ΧΡΗΣΕΙ Φαντασιῶν ΚΑΤΑ ΦΥΣΙΝ σχῇς, τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ. τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινὶ ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ. H. E. *Ob nullam alienam praeſtantiam aut excellentiam te efferas. Si equus ſuperbiens dicat, pulcer ſum, ferendum eſſet. Tu vero cum dicis ſuperbiens, pulcrum habeo equum: memento te ob pulcrum equum ſuperbire. QUID ERGO EST TUUM? NIHIL praeter USUM RERUM*, vel *imaginationum*,

num, quales ſcilicet illae ſunt extra uſum. *Ergo cum* IN VSV rerum & de rebus *opinionum* SECVNDVM NATVRAM *te habebis*, *tum vero ſuperbias licebit : ob aliquod enim tuum bonum ſuperbies.* Quibus nos in ima pagina recentioris *Philoſophi* illius *amabilis* quae porro ſequuntur, quaeque nos promiſimus ante, adjungimus. †

At ſic non cupido, nullo tibi tempore, nullo,
Naturae deerunt commoda & ulla bona.
Si fueris contentus eo, quod tempora praebent,
Quodque uſus rerum poſtulat, aut quod honos.

Ce qui ſert aux béſoins dans l'uſage ordinaire
Ne te manquera pas, ſi tu ſçais en tout tems
T' en tenir au ſeul néceſſaire :
Peu de choſe ſuffit pour nous rendre contens.

† Petit bien, qui ne doive rien,
Petit jardin, petite Table,
Petit minois, qui m'aime bien,
Sont pour moi choſe délectable ;
J'aime à trouver, quand il fait froid,
Grand feu dans un petit endroit.
Les délicats font grande chere,
Quand on leur ſert dans un repas
De grand vin dans un petit verre,
De grands mets dans de petits plats.
Il réſulte de ce langage
Qu'il ne faut jamais *rien de trop* :
Que de ſens renferme ce mot !
Qu'il eſt judicieux & ſage !
Trop de repos nous engourdit ;
Trop de fracas nous étourdit ;
Trop de froideur eſt indolence ;
Trop d'activité, turbulence ;
Trop d'amour trouble la raiſon ;
Trop de remède eſt un poiſon ;
Trop de fineſſe eſt artifice ;
Trop de rigueur eſt dureté ;
Trop d'oeconomie, avarice ;
Trop d'audace, témérité.
Trop de bien devient un fardeau ;
Trop d'honneur eſt un eſclavage ;
Trop de plaiſir mène au tombeau ;
Trop d'eſprit nous porte dommage ;
Trop de confiance nous perd ;
Trop de franchiſe nous deſſert ;
Trop de bonté devient foibleſſe ;
Trop de fierté devient hauteur ;
Trop de complaiſance, baſſeſſe ;
Trop de politeſſe, fadeur.
Ce TROP pourroit, à le bien prendre,
Aiſement ſe changer en bien :
Cela vient faute de s'entendre ;
Le TOUT ſouvent dépend d'un RIEN.

Ce RIEN *s'appelle communément* FORTUNE, *comme nous verrons, avec le reſte de ces vers ſententieux, à la fin du Diſtique qui ſuit incontinent.*

XCIX.

Quum ſis incautus, nec rem ratione gubernes,
Noli Fortunam, quae non eſt, dicere coecam.

SI ies male tibi ſuccedunt tuapte negligentia, ne conferas culpam in fortunam, ut illam coecam appelles, cum tu ipſe magis parum proſpexeris. Poteſt accipi bifariam *quae non eſt*, i. e. *quae nulla eſt*. Fingunt enim mortales hanc eam, cum nulla ſit, aut *quae non eſt*, ſubaudi *coeca*.

ERASMUS.

RES non ſimpliciter hic notat *rem familiarem*, ſed *rem omnem*, cum privatam tum publicam, cum forenſem tum militarem. *Ratio* autem hic eſt *animi ratio* ſive *conſilium*, quare voci *prudentiae* ſaepe adjungitur. Vid. Horat. Lib. I. Ep. XI. v. 25.

—— *Nam ſi* ratio *&* prudentia *curas*,
Non locus, effuſi late maris arbiter, aufert, &c.

O. ARNTZENIUS.

NEQUE HOC multum recedit a ſuperiorum tenore, &, ut omnia fere hujus ultimi libri Diſticha, ad Fortunae reſpicit munera, quae vulgus mortalium nimium quantum ſuſpicit. Tu *deſpice* ea; ita paullo ante ex ſe nato praeceperat: Nunc: deſpice *Fortunam*, ait, non quidem, ut coecam eam, cum vulgo, Deam eſſe crimineris; ſed uti nullam eſſe, cum hominum ſapientioribus, tibi fortiter firmiterque perſuadeas. Rurſum ſupra, *deſpice*, ajebat, non abjice, Fortunae quae habentur dona: Hoc enim inprudentis, illud maxime prudentis eſt; hic vero vetat *eſſe incautum*, praecipit contra, *rem gubernari* cum *ratione* & conſilio. Quae efficient, ut neque abutatur rebus animi providus, nec iisdem nolit uti. Porro, promiſerat ante, *non eſſe defutura umquam* ei *Naturae commoda*, *ſi* quis recto rerum *uſu contentus fuerit*; nunc contra: Si tibi ea forte aliquando deſint, incuria tua, aut non rite utenti rebus, non id inputabis alicui, qualicumque illi, *Fortunae*, ut adverſae tibi, ut *coecae*, ut pertinaci pervicacique Deae, ut mobili & inſtabili,

99.

Ἢν ἀφύλακτος ΕΩΝ, ΑΛΟΓΩC ΤΑ ΣΑ πάντα Διοικῇς,
ΜΗ τι ΤΥΧΗΝ λέγε ΤΥΦΛΗΝ, ΜΗ τοίην περ ΕΟΥΣΑΝ.

Noli *Fortunam, quae non eſt, dicere coecam.*] Planudes:

> *Μή τι τύχην λέγε τυφλὴν, μὴ τοίην περ ἐοῦσαν.*
>
> *Noli Fortunam, quae non eſt talis, vocare.*

Ergo Fortunam eſſe credit, ſed non coecam, qualis habetur vulgo. Atqui ridiculum.

Au-

Auctor vetat Fortunam coecam dicere, quae tantum abeſt, ut coeca dici poſſit, ut nulla ſit Fortuna in rerum natura. Sic igitur reddendum erat:

> *Μὴ κίκλησκε τύχην τυφλὴν, τὴν μηδὲν ἐοῦσαν.*

Et profecto clarius extuliſſet auctor:

> *Noli Fortunam, quae nulla eſt, dicere coecam.*

Scaliger.

bili, tamquam mulieri: iſta enim Poëtarum figmenta ſunt & vulgi fabulae; ſed tuae ipſius tribues inprudentiae, ſed temeritati propriae atque dementiae. Tu in eo ſcil. *coecum* exhibuiſti te; quid jam coecitatis vitium a te fruſtra amoliris? Quid transferre crimen in alium praepoſtere tentas? Id, certe, culpa vacat, *quod non eſt.* Ergo Fortuna non coeca quidem, ſed coecis, vitae dux eſt: Ratio, perſpicacibus & conſilio pollentibus. Et pulcre profecto P. Syrus:

Male geritur, quidquid geritur Fortunae fide.

Et: *Fortuna nulli plus quam conſilium, valet.*

Idque, ut ſolet, in utramque partem. Pulcrius fortaſſe idem:

Homo, ne ſit ſine dolore, Fortunam invenit.

Et hoc in utramque Fortunam, & proſperam & adverſam, aeque commode dicendum. Huc refer quae adportat Cl. Cannegiet. Cap. IX. Reſcriptor. ad hoc praeſens Diſtichon fa-

ſacientia : „ Didicerat ſimiliter Dionyſii fil. ex Pacuvio,
„ vid. Auctor. ad Herenn. Lib. II. Cap. XXIII.

„ *FORTVNAM inſanam eſſe & CAECAM & brutam*
„ *perhibent Philoſophi.*

„ Didicerat praeterea ex eodem:

„ *Sunt autem alii Philoſophi, qui contra FORTVNAM*
„ *NEGANT.*
„ *ESSE VLLAM.* ——— ———

„ Imo & hoc didicerat ex illo :

„ *Sed TEMERITATE omnia autument REGI.*

„ Quid in illa priſcorum Philoſophorum ambiguitate, quam
„ veteris Poëtae carminibus perceperat, ſequatur, quid
„ fugiat, hoc ſuo Diſticho monet pater. – Poëtas autem
„ intelligi, cum Philoſophos nominat Pacuvius, dubitan-
„ dum non eſt. Hoc praeterea nemo dubitabit, qui Catoni
„ noſtro pacuvianos illos verſus in oculis fuiſſe perſpexerit,
„ quin verba illa Diſtichi: *quae non eſt*, interpretetur: *quae*
„ *nulla eſt*, quo ſenſu ea etiam accepit Sarisberienſis Joan-
„ nes in Policratico, Libr. III. Cap. VIII. (praeter alia di-
cens : *Fruſtra ergo* caecitas *ejus arguitur, quae in natura re-*
rum inveniri non poteſt.) Quod addo, quia Eraſmus ambi-
„ gue exponit, Scriverius etiam mutat". Hactenus cel.
Reſcriptor. Sed innumera ſunt, multoque plura virorum
ſapientium, quam plebeculae, in Fortunam dicteria. Quae
fruſtra hic enarrare velle ſuperſedebimus. Potius nos, quae
ex Epicteto noſtro huc pertineant, paucis tantum verbis
indicabimus. Sic ille ſedulo monet LXmo. Capite : Ἐν τῷ περιπατεῖν καθάπερ προσέχεις, μὴ ἐπιβῆς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε, μὴ ΤΟ ΗΓΕΜΟΝΙΚΟΝ βλάψῃς ΤΟ ΣΕΑΥΤΟΥ. Καὶ τοῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάσσωμεν, ΑΣΦΑΛΕΣΤΕΡΟΝ ἀψώμεθα τοῦ ἔργου. H. E. *Inter deambulandum quemadmodum caves, ne clavum calces, aut pedem diſtorqueas: ita cave, ne QVOD IN TE IPSO DOMINATVR, offendas*, vel : ne in illam actionum omnium GUBERNATRICEM inpingas, RATIONEM. *Et hoc ſi in quavis re ſervemus, TVTIVS illam CAVTIVSQVE adgrediemur.*
Sic idem Cap. & LXXI. apertius docet: Ἰδιώτου στάσις καὶ χαρακτὴρ, οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. Φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτὴρ, πᾶσαν ὠφέ-

λειαν

λειαν καὶ βλάβην ΕΞ ΕΑΥΤΟΥ προσδοκᾷ. H. E. *Ineruditi ſtatus & nota eſt, nunquam a ſe ipſo expectare utilitatem aut damnum, ſed ab externis.* Quale & Fortuna. *Philoſophi ſtatus eſt atque norma, omnem & utilitatem & noxàm* A SEMET IPSO *expectare.* Ergo ipſi FORTUNA NIHIL EST. Quibus, ad inferiorem paginam, *Anonymi amabilis* reliqua juxta adponere conſultum duximus †.

Quum ſis incautus nec rem ratione gubernes,
Lumine quum caſſum coeca cupido trahat;
Noli Fortunam, quae NON EST, dicere coecam.
Velle ſuum cuique EST; EST tibi velle tuum.

Sans ſoins, & dépourvu de la raiſon commune,
Si tu réuſſis mal à conſerver ton bien,
D'aucun aveuglement n'accuſe la fortune:
Qu'eſt-ce que la Fortune? UN RIEN.

† Un RIEN eſt de grande importance,
Un Rien produit de grands effets,
En amour, en guerre, en procès,
Un Rien fait pancher la balance.
Un Rien nous pouſſe auprès des Grands,
Un Rien nous fait aimer des Belles,
Un Rien fait ſortir nos talens,
Un Rien dérange nos cervelles.
D'un RIEN de plus, d'un RIEN de moins,
Dépend LE SUCCES DE NOS SOINS.
Un Rien flatte quand on eſpere,
Un Rien trouble lorsque l'on craint,
Amour, ton feu ne dure guère,
UN RIEN L'ALLUME, UN RIEN L'ETEINT.

C.

Dilige denarium; ſed parce dilige formam:
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.

AMARE pecuniam ad uſum, prudentis eſt: Amare, ut forma paſcat oculos, avari ac dementis. Denarium volunt omnes; formam ſoli mali captant.

ERASMUS.

DILIGE *denari*] Ita legit Scaliger. Eſt elegans Diſtichon, ait idem. Avarus diligit numum propter materiam, aurum, argentum, aes: Sapiens propter uſum. Non, inquit, veto te amare numum ipſum, ſed intra modum: quatenus ſapiens ab uſu captat eum; non ut vulgus, a materia, amant duntaxat conciſum in formas parvas, faciesque minutas, ut jocatur Juvenalis. Forma denarii eſt τὸ χάραγμα. Denarius, Eſt ἑλληνισμός.

OPITIUS.

NEMO *ſanctus nec honeſtus* —— *ab aere.*
Ratiocinium fere quale & Mimi illud: Edit. Haverkamp. v. 608.
Repente dives NEMO *factus eſt* BONUS.

NON TAM MORUM Doctrinae atque praeceptis in hoc, quam Criticae navanda opera eſt. Vexatiſſimum enim eſſe Diſtichon omnes tibi unanimi conſenſu fatentur. Quomodo autem e tanto ſingulorum diſſenſu eluctari nos verumque breviter & dilucide tamen exponere queamus, vix, profecto, videmus.

QUID *putidius fingi poteſt* (ex ungue leonem, ex acerbitate atque aſperitate in dicendo, agnoſcite Boxhornium, qui nobis agmen ducat diſſentientium,) *quam Diſt. Lib. IV. ſi recte ſe habeat lectio vulgata*:

Dilige denari, ſed parce dilige formam:
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.

Quid eſt parce diligere denarii formam, eamque neminem ſanctum

100.

Ἀργυρίῳ χρῶ, Ἀργυρίου ΦΙΛΙΗΝ δ᾽ ἀπόλειπε·
Ἣν ΟΥδεὶς σοφὸς, οὐδεὶς τίμιος ἠγάσατ᾽ ΑΝΗΡ.

Dilige *denarium.*] Falſa ſyllaba ſecunda in voce *Denarium.* Multi hoc Diſtichon vexarunt fruſtra. Legendum vero:

Dilige denari, ſed parce dilige, formam:
Quem nemo ſanctus, nec honeſtus captat ab aere.

Eſt elegans Diſtichon. Avarus diligit nummum propter materiam, aurum argentum, aes: Sapiens propter uſum. [*Et reliqua, ſupra jam ab Opitio exſcripta.*]

Sed *parce dilige formam.*] Planudes: ἀργύριον φιλίαν ἀπεῖπε. Neque mentem loci capit, & barbare φιλίαν ἀργυρίου, ἀντὶ τοῦ φιλαργυρίας, dixit. Nam φιλαργυρία eſt a nomine φιλάργυρος, quod quidem eſt φιλῶν τὸ ἀργύριον, non autem φίλος τοῦ ἀργυρίου. Quis Graece ſciens hoc pateretur? Neque magis φιλίαν ἀργυρίου potes dicere, quam Latine amicitiam pecuniae, quod Salluſtius recte ſtudium pecuniae. Quis unquam putaſſet hominem & genere Graecum & ſtudiis excultiſſimum idiomatis ſui tam aut neſcientem, aut negligentem fuiſſe? Mihi certe non mediocris hujus viri admiratio inceſſere ſolet, quoties haec lego. Scaliger.

ctum vel honeſtum ab aere captare? Scio vulgo ſic exponi, prudentis eſſe, amare pecuniam, quoad uſum; ſtulti vero eſſe, & avari, pecuniam amare, ut forma ejus atque ſpecie oculi tantum paſcantur. Praeclara quidem ſententia, ſed quomodo ea ex verbis Diſtichi elici queat, nondum video; forſan tamen ſtupor hic non tam Auctori, quam deſcriptoribus debet imputari. Facile crediderim, primitus ita ſcriptum fuiſſe:

Dilige DENARIUM, ſed parce dilige. FAMAM
NAM nemo ſanctus VEL honeſtus captat AB AERE.

D*ENARIUM habent omnes Libri* MSS. *etiam noſter. Primus Scaliger reſtituit* DENARI, *nempe* FORMAM, *non alia de cauſſa, quam quia ſecunda in* DENARIUS *produci debeat. Sed ea emendatione non eſt opus.* DENARJUM *hic triſyllabon eſt,*

 per

per licentiam poëticae contractionis, cujusmodi exempla apud alios, etiam caſtigatiſſimos Auctores, exſtant. Quidquid ſit, nihil eſt, quod vulgo legitur. Haec Boxhornius: quibus hunc in modum reſpondet poſtremus Editor horum Diſtichorum, Arntzenius: „At negamus, ipſi licere, quod olim Clyti interfector voluit, nodos quaſi Gordios gladio rumpere. Licet „ etiam non ignoremus *famam* & *formam* ſaepiſſime ab in„ doctis librariis confundi, vid. Celeb. Burmann. ad Ovid. „ Epiſt. IV. Heroid. v. 27. eumdem ad Epiſt. VII. v. 5. & „ denique ad Lib. X. Metam. v. 240. Addit tamen Boxhorn. „ *denarium habent omnes libri* MSS. *etiam noſter.* Lector facile „ ex his intelligit, per *omnes libros* MSS. unicum Boxhor„ nianum Codicem intelligi debere. Sane quinque meorum „ nil mutant. Voſſii tamen Conl. Leid. tert. Cod. Turic. „ & libri typis inpreſſi antiquiſſimi, ut Editt. Boill. Eraſm. „ Gryph. Cord. Cruc. & aliae *denarium* praeferunt: Sed ita „ forte mutarunt illi, qui neſciebant, *denarî* pro *denarii* „ recte dici caſu gignendi &c". Equidem nullus haeſitarem, licet a Boxhornio profectam, in hanc tamen ſubſcribere emendationem, modo plures addicerent Codd. & alia verborum ſerie eſſet concepta, v. g. hacce:

Dilige Denarjum, ſed parce: Dilige Famam,
Quam nemo ſanctus vel honeſtus captat ab aere.

Namque in altera illa mentem quidem facile agnoſco Catonianam, minime vero dictionem. Mentem videlicet agnoſcerem eamdem, ex qua & illud profluxiſſet:

Non OPIBUS *bona* FAMA *datur, ſed moribus ipſis.*

Si vero FORMA ſit ſervanda, pro FAMA, mallem hoc modo efferri, audaciore quamlibet correctione, ſi correctione tamen opus:

Dilige Denarjum, ſed parce dilige formam,
Quam nemo ſpectat, *&* *honeſtus* curat haberi. *

Sed mutare tamen ex meo ſenſu non auſim. Auſi vero ſunt alii

* Niſi cui forte magis adriſerit hoc modo:

Quam nemo ſpectat, qui curat *honeſtus haberi.*

Senſu, certe, manente ſemper eodem. Etiam cui diſplicuerit CURAT, retineat licet illud CAPTAT. De eo enim non laboramus.

alii longius recedere a recepta lectione: quibus ne recenſendis omnibus nimium inmorer, id quod & jam egit Daumius, & plures ipſum ſecuti alii, vel propterea adeundi, ea tantum breviter enarrabo, quae ex illo tempore prioribus addidit, inque medium de novo deque ſuo adtulit nobiliſſimum Criticorum Par, Cannegieterus & Withoſius.

CANNEGIETERUS quidem maximam partem Capitis XXXI. Boxhornio reſcriptorum huic noſtro conſecravit Diſticho: nos praecipua tantum ex eo ſtrictim indicabimus, ut quid caput ſit rei intelligi poſſit. „ Hic verſus, *inquit*, „ multos exercuit, neque interpretes duntaxat, ſed & Salmaſius de eo interpretando laboravit ad Lampridium in „ Alexandro Severo Cap. XXXIX. Quot autem capita, „ tot ſententiae. Hoc unum rogo, ne in tanta opinionum „ varietate meam conjecturam declaraſſe fraudi mihi ſit". *Non erit, certe, ſed grates potius debentur huic tanto ſtudio cum modeſtia tanta conjuncto.* „ Ipſe quidem moleſte non feram, „ eam reliquis poſthaberi. Omnes autem in eo maxime „ deſudant, ut, quid forma denarii ſit, elucident. *For-* „ *mam pecuniae* quam dixerit Tacitus, Annalium Lib. XVI. „ Cap. I. de moribus Germanorum Cap. V. notum eſt: „ quaeque alias dicatur, & quae mens ſit Juriſconſulti, in „ L. XCIX. Dig. de Solutione, hujus loci non eſt inquirere, fiet id a nobis opportuniore tempore. *Formam &* „ *famam* Librariorum oſcitantia mutatam non nego, & forte commutata illa apud Tacitum, Annalium Lib. III. „ Cap. LII. ubi de Afro oratore, *proſperiore eloquentiae, quam* „ *morum fama fuit*, nunc *forma* legitur. Ita ſcripſiſſe Dionyſium puto,

„ *Dilige* TE ORNARI, *ſed parce dilige formam*,
„ *Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat* HABERE.

Pluribus deinde hanc feliciſſimam conjecturam, ſed conjecturam tamen, prouti & ipſe adpellat, ad finem usque Capitis adſtruit vir eruditiſſimus, quae apud ipſum perlegiſſe, nec amplectentium hanc eamdem ſententiam, ſaltim poenitebit neminem. In quibus & haec adtentionem aliquam merentur, quae ſub finem habet reliquisque adnectit: „ Neque—non conveniet noſtro & Ovidio. Noſter ornatum „ probat, eum Ovidius munditiem nominat, atque ut intelligas munditiem hanc ſignificari noſtro, ita ille in ſententiis minoribus, quae praemittuntur Libro I. *Mundus*

 „ *eſto*;

„ *eſto;* quod fortaſſe lemma fuit hujus Diſtichi, de quo
„ hic diſputamus. Formam parce diligi vult noſter, nec
„ plane negligi, Ovidius. Sed utile erit adſcribere verſus
„ hujus Poëtae, qui egregie illuſtrant ſententiam Dionyſii.
De Art. am. I. 505.

Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos:
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Iſta jube faciant, quorum Cybeleia Mater
Concinitur Phrygiis exululata modis.
FORMA VIROS NEGLECTA DECET. *Minoida Theſeus*
Abſtulit, a nulla tempora comtus acu.
Hippolytum Phaedra, nec erat bene cultus, amavit.
Cura Deae, ſilvis aptus, Adonis erat.
MUNDITIAE PLACEANT: *Fuſcentur corpora campo:*
Sit bene conveniens & ſine labe toga.
Linguaque ne rigeat: Careant rubigine dentes:
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonſura capillos:
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus ungues:
Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus.
Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris,
Nec laedant nares, virque paterque gregis.
Cetera laſcivae faciant, concede, puellae,
Et ſi quis, male Vir, quaerit habere virum.

„ Neque hunc ornatum abnuit Cato Priſcus, *veſtiri*, in-
„ quit, *in foro, honeſte, mos erat; domi, quod ſatis erat,*
„ Vid. Gellium Lib. XI. Cap. II. Licet exempla proferre
„ Virorum maximorum, cùm in Graecorum, tum Roma-
„ norum civitate, qui delectati ſunt ornatiore habitu, Al-
„ cibiadis, Ariſtotelis, Zenonis, Caeſaris, Hortenſii & alio-
„ rum. Dictum Actii Poëtae vetuſtiſſimi eſt, *Diſcincta
veſtis, diſcinctus animus, ne nega.* Haec & plura alia d. l.
Vir ille praeclarus, qui ſe per omnia conſpiciendum prae-
bet *elegantioris Jurisprudentiae* cultorem eximium, de qua
egregie ante annos aliquot & dixit & ſcripſit, *ambitum ejus
dimetiendo*, quum *provinciam capeſſeret feudalem*, Erneſtus Mar-
tinus

tinus Chladenius V. Celeberr. Vitembergae CIↃIↃCCXLVII. Cujus in illo ſcripto perjucundo plurima ad elegantiam & hoc totum argumentum ſpectantia curioſus indagator inveniet.

WITHOFIUS non multum in diverſa abit, ſi ſenſum reſpicias, quamvis ille Vir opt. fere ſemper de epitheto aliquo ſolicitus, quod cum ſuſpecta voce litterarum quibusdam apicibus conveniat, poſtquam illud inveniſſe ſe arbitratur, id omni molimine lectoribus, ut veram genuinamque lectionem, tantum non obtrudere ſaepe fruſtra tentet. Ita hic ſuſpectae ſibi voci *Denarii* congruens reperit *Formae* Epitheton, *tenera*, tribus ſcil. aut quatuor litterulis E. N. R. & A. Harum fide vel jurabit, *Teneram formam parce diligendam eſſe*, id ſolum voluiſſe Auctorem noſtrum. „ *Pervenio nunc*, inquit, *ad locum*, *cujus reſtitutio & emendatio ut palmaria, ita mihi jucundiſſima fuit*, *Lib. IV. Diſt. IV. ut olim ubique lectum fuit:*

> Dilige *denarium*, ſed parce dilige formam,
> Quam nemo ſanctus, nec honeſtus, *captat ab aere.*

„ *Sic omnes ſcripti editique Libri conſtanter habuerunt. Futilitatem Praecepti nemo eſt quin videat. At eam Boxbornius non innocentiſſimo Auctori, ſed temporum injuriae, & putidiſſimis Librariis imputare debuiſſet. Sed ſtoliditas praecepti jam omittatur, ad quam minuendam quam ſe torqueant interpretes, ut de denario & denarii forma dicant, quae non exſibilentur, taedet narrare. De verſu tantum dicemus prius ipſo, qui vocem* denarium *non admittit. Nihil Scriverii inventum, nihil Daumii ſimilia exempla ex omnis aetatis etiam infimae poëtaſtris clauſtralibus congeſta juvant. Praevaluit itaque magni Scaligeri ſententia, interpolatum illud* denarî *& mox* Quem *obtrudentis, ut nunc vulgo exhibetur: quo pacto via emendandi difficilior redderetur, niſi ſciremus, id ejus eſſe commentum, cujus incomparabilis Viri intempeſtiva Auctoritas optimis ſcriptoribus ſaepe damnoſa fuit. Idem hic contigit. Omnibus rationibus bene ſubductis, intuens voces* formam, ſanctus, honeſtus, *multaque alia conſiderans affirmo ſecure, Auctorem longe aliud hic praeceptum dediſſe. Emenda, ſcribe, lege:*

> „ Dilige *te*, *teneram* ſed parce dilige formam,
> „ Quam nemo ſanctus nec honeſtus *curat habere.*

„ *En aureum plane praeceptum, auream ſententiam! Te, inquit,*

„ *ſecun-*

„ *ſecundum naturae jus legesque dilige, ſed formam teneram di-*
„ *lige parce, quam nemo ſanctus boneſtusque babere curat, aut*
„ *magni facit. Syllabâ* te *male omiſſâ & non geminatâ ex* tene-
„ ram *fluxit* Denarium, *incredibili ſtoliditate, tot magnis dein-*
„ *ceps hominibus multum negotii excitaturâ. Eo autem facto tan-*
„ *to facilius* τὸ habere *in* ab aere *corrumpi potuit. V*ox ſan-
„ ctus *peculiariter de caſtis, ac pudicis uſurpatur. Exempla in*
„ *Cicerone, Virgilio, Phaedro, aliisque exſtant innumerabilia.*
„ *Vide Cl. Dukerum ad Flori Lib. II. Cap. VI. ubi* ſanctitas
„ Scipionis *praedicatur eo ſenſu. Clauſulam Diſtichi ſumpſit ſan-*
„ *ctiſſimus ſcriptor e ſuo Horatio, qui Lib. II. Epiſt. II. v.* 182.
„ *ſcribit*, Sunt qui non habeant; eſt qui non curat habere.
„ *Vid. etiam Cl. Bentlejum ad eundem, Lib. I. Epiſt. II. v.* 34.
„ *Hic autem* curat *in* captat, *ob alia jam corrupta porro mu-*
„ *tatum eſt; ut ſupra vidimus, idem verbum* cura *in* ſerva *in-*
„ *eptiſſime mutatum eſſe*". (Innuit hic Auctor Lib. III. Diſt. IX. ſua ex ſententia, quam ibi indicavimus.) „ *Ceterum obſerva,*
„ pergit, *jam Andream Alciatum Lib. IV. Parerg. Cap.* XXIII.
„ *in hoc Diſticho ſe fruſtra torſiſſe, & eum eſſe, quem praecipue*
„ *Scaliger intellexiſſe videtur, cum ait, multos hoc Diſtichon*
„ *vexaſſe fruſtra. Et ſane, ut ipſe ſibi fingebat, quae Auctori*
„ *nunquam in mentem veniſſe certus ſum, ita Alciatus nullum*
„ *operae tulit pretium. Vid. ipſum l. c. & Daumium in notis,*
„ *ut quid lucida utiliſſimi praecepti veritas tenebroſae praecepti*
„ *inutilis caligini praeſtet, tanto magis eluceſcat*". Conſiderem prius citiusque clavam poſſe eripi ipſi Herculi, quam hujus opinionis parmulam domino ſuo, itaque nec in ea inpugnanda operam perdam. Interim adſerere voluimus ſuam libertatem lectoribus, in hac tanta varietate, quod optimum ipſis videbitur, eligendi.

Ceterum non tam inutile, nec abſurdum magis, quam illud P. Syri v. 90. Haverk:

Bona, imperante animo, fiet pecunia

hoc eſſe, de pecunia ubi etiam praeceptum intelligatur, & Epicteti Philoſophia ubique clamat, ut quae *Pecuniam ſolo ex uſu aeſtimandam* docet, cujusmodi ad ſequentia quaedam ex ipſo adlegabimus, & duo inter ejusdem Philoſophi Apophthegmata, quae Stobaeus nobis conſervavit, mire cum hoc noſtro concordant. Alterum ita habet: ΠΛΟΥΤΩι μὲν δὴ ΧΡΗΣΤΕΟΝ ὡς ΥΛΗι τινὸς, οὐχ ἐπὶ παντὸς ὁμοίως. Ἀρετὴν οὖν τοῖς πᾶσι μᾶλλον εὐκταῖον, ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερόν.

λερόν. ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία· καὶ ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει, τὸ λυσῶδες αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν ἐκπληροῦν ἔχων. ΟΥΔΕΙΣ ΦΙΛΟΧΡΗΜΑΤΟC, καὶ φιλήδονος, καὶ φιλόδοξος, ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΣ, ἀλλὰ μόνος ὁ ΦΙΛΟΚΑΛΟC. H. E. *DIVITIIS UTENDUM EST, ut MATERIA quadam, non in omni re eodem modo. Virtutem igitur omnibus optare praeſtat, quam divitias, inſipientibus periculoſas. Pecuniis enim augetur improbitas : & quo quiſque ſtultior eſt, eo magis inſoleſcit, cum voluptatum ſuarum rabiem explere poteſt. NEMO AVARUS, nemo voluptarius, nemo ambitioſus eſt, IDEMQUE HUMANUS ; ſed ſolus HONESTATIS STUDIOSUS.* Alterum vero, hoc modo : Καθάπερ ἔχιν, ἢ ἀσπίδα, ἢ σκορπίον, ἐν ἐλεφαντίνῃ, ἢ χρυσῇ θεώμενος κίστῃ, οὐ διὰ τὸ πολυτελὲς ΤΗC ΥΛΗC ΑΓΑΠΑΙC καὶ εὐδαιμονίζεις, ἀλλ' ὅτι λυμαντικὴ ἡ φύσις, ἐκτρέπῃ καὶ μυσάττῃ· οὕτω καὶ ἐπειδὰν ΠΛΟΥΤΩι καὶ ὄγκῳ τύχης θεάσῃ ΚΑΚΙΑΝ ΕΝΟΥΣΑΝ, μὴ καταπλαγῇς ΤΟ ΠΕΡΙΛΑΜΠΕC ΤΗC ΥΛΗC, ἀλλὰ καταφρόνει τῆς ἐν τῷ τρόπῳ κιβδηλίας. H. E. *Ut viperam, aut aſpidem, ſcorpiumve in eburnea vel aurea ciſta viſum, non OB MATERIAE PRETIUM magnifacis aut DILIGIS, ſed ob peſtiferam naturam odiſti & averſaris : Ita cum in DIVITIIS & fortunae ſplendore IMPROBITATEM conſpexeris, noli percelli MATERIAE tanto SPLENDORE* (h. e. DENARII AERISQUE FORMA,) nempe DIVITIARUM MAGNIFICENTIA; *ſed perverſitatem morum*, quae iis adhaeret, ut Vir ſapiens, ſanctusque & incorruptus, *adſpernare.* Sic Virtus jubet,

—— Regnum & diadema tutum Deferens uni, propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos.

Dilige denarjum: Sed parce dilige formam:
Dilige ſed famam: Dilige honore trahi.
Quem nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere:
Conciliant proprium nulla aliena decus.

N'aime l'argent que pour l'uſage;
Et de ſon vain éclat ne ſois jamais épris:
A ce trait on connoit le ſage,
Qui pour le metal ſeul ne ſent que du mépris.

CI.

Quum fueris locuples, corpus curare memento.
Æger dives habet nummos, ſe non habet ipſum.

CUM agitur de corporis valetudine, ne tum parcas divitiis tuis. Etenim qui morbo non ſuccurrit, ne minuat pecuniam, is habet quidem nummos, ſed ſe.ipſum non habet: cum enim male valeat, mavult nummos eſſe ſalvos, quam ſeipſum, & illis frui, quam ſeipſo. Fortaſſe pro *ſed*, legendum *ſe*.

ERASMUS.

QUUM *fueris locuples, &c.*] Vide Weitz. ad Idyllium XVI. Theocriti v. 24.

Se non habet ipſum.] Vet. *ſed non habet ipſum.* pro *ſe ipſum.* Weitz. d. l. legit:

——— *ſed non habet uſum.*

DAUMIUS.

NUMMOS nunc vocat Latinorum, quod DENARIUM ſtatim ante vocaverat, Graecorum more, ut qui, ex Horatii praeſcripto, exemplaria Graeca & Poëtarum & Philoſophorum diurna verſabat nocturnaque manu: Namque hic etiam manifeſte in eodem pergit Auctor argumento & nihil eſt hoc aliud, quam adplicatio eorum ab unoquoque facile inſtituenda ſpecialior, quae dicta modo erant generalius. Idque inter alia maxime inſervit ei probando ſuperioris Diſtichi ſenſui, quem ſub finem criticae ejusdem Hiſtoriae nos quoque ſtabilivimus adverſum aliter ſentientes.

DISTINGUIT autem maxime inter hominem & pecuniam ejus, idque Epicteteo plane more, ut quae tota Philoſophia Diſtinctione nititur ea, quam ſaepius vidimus, quaeque in hoc praeſenti negotio explicite magis enodata, in extrema deducendorum linea, nulla alia quam haec eſſet: TU IPSE NON ES PECUNIA. Et hanc eamdem expreſſe in uſus quoque vocat trahitque ſuos, vel, ſi voluerimus, noſtros potius Epictetus, Capite Enchiridii LXVI. dicens: Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύνακτοι· Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων· Ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ἄρα κρείσσων.

IOI.

ΑΦΝΕΙΟC ΓΕΓΟΝΩC ὑγιῆ σέο τὸν χρόα τήρει·
Ὄλβον ΕΧΕΙ ΝΟΣΕΩΝ ΓΑΡ ΠΛΟΥΣΙΟC ΟΥχὶ καὶ ΑΥΤΟΝ.

Corpus *curare memento.*] Pythagorei:

Μηδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν

εἴχειν χρή.

Scaliger.

H. E.

Non plane negligenda corporis ac valetudinis cura eſt.

Alanus Planet. Nat. Metr. VII. vs. 54.

Divitias *non* dives habet, *ſed* habetur *ab illis*,

Non eſt poſſeſſor numi, *ſed poſſidet ipſum*

Numus.

Quem locum inter alia laudat Erud, Cortius ad Sall.

O. Arntzenius.

σων. Ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτοί· Ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις τῆς σῆς κρείσσων· Ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς κρείσσων. ΣΥ δὲ ΟΥτε ΚΤΗΣΙC ΕΙ, οὔτε λέξις. H. E. *Hi ſermones non congruunt: Ego ſum ditior te; Ego te igitur ſum praeſtantior. Ego te ſum eloquentior; ergo & te melior ſum. Hi autem magis congruunt: Ego te ſum locupletior; mea igitur poſſeſſio, quam tua, melior eſt. Ego ſum te eloquentior; mea ergo oratio, tuae praeſtat.* Tu *vero* neque possessio, nec pecunia, *nec Oratio* es.

Haec quum didiciſſet Cato noſter, ex iis ita colligit: Quid igitur habet *dives*, quum male ſe habet, ſive corporis intuitu, ſive animi? *Se* enim tunc certe *ipſum non habet*, quia male habet. Quid igitur eſt, quod habeat? nummos: *Denarii formam*, quam, ſi ſanctus & honeſtus non eſt, ſolam ante alia diligit. Quid jam in iis habet? Aes, aurum, argentum, ut jocabatur antea Scaliger,

Conciſum in formas parvas, faciesque minutas.

Egregia, ſane, poſſeſſio! Habeat, valeat, vivat cum illa, ſi poteſt. Atqui non poteſt, cui non mens ſana eſt in corpore

pore ſano. O infeliciter beatum, qui, quo aliquid, quodcumque ſit, habere poſſit, illud non habet, SEMET IPSUM!

ERGO *ſi ſanus es & locuples*, utere, dum potes, divitiis, non niſi ab uſu aeſtimandis, ad conſervandam corporis ſalutem, etenim hoc bonum omne divitiarum eſt; &, quod Cicero ſaepe ait: *Cura ut valeas*, & : *Valetudinem tuam fac cures*, & *cura diligenter*, idem Noſter, ut alibi: QUOD PRIMUM EST, CURA SALUTIS, ita & hic: *Corpus curare* MEMENTO. Ne tam ſalutare Praeceptum umquam neglexeris,

CII.

Verbera quum tuleris diſcens aliquando Magiſtri,
Fer Patris imperium, quum verbis exit in iram.

VAPULASTI puer a praeceptore cum diſceres literas: multo magis ferre convenit, cum pater te verbis objurgat. Tuliſti literatoris tyrannidem multo ſaeviorem: feras & patris imperium, qui etiam cum iraſcitur, tamen a verberibus temperat.

ERASMUS.

FER *Patris ingenium &c.*] Ita Scaliger. Caeterae Editiones *imperium*. Quomodo & legitur in Monoſtichis, Columbano a quibusdam, ab aliis Alcuino verius, adſcriptis, v. 21. Ita Seneca Herc. Fur. v. 1315. *Perfer* imperium *patris*. Martial. ὑποβολιμαῖος, Lib. undique ſuſcept. Cap. III.

Dilige, ſi bonus eſt, juſta pietate, Parentem;
Si malus eſt, toleres. Filius eſto bonus.

DAUMIUS.

ARGUIT hoc Dionyſii filium jam tum exceſſiſſe ex ephebis, quum ipſius haec in gratiam a patre ſcriberentur. Praeterea in ſe ſatis dilucide hoc indicat Diſtichon bonae rectaeque EDUCATIONIS NECESSITATEM, pro diverſa tem-

glexeris. Sed ſurdis narratur fabula & Aethiopem vere lavat, ſi quis avarum corrigat.

Quum fueris locuples, corpus curare memento:
  Mens ſit ut in ſano corpore ſana tibi.
AEger dives habet nummos, & habetur ab illis;
  Ipſum ſe miſer, heu! non habet: Ecquid habet?

Penſe dans l'opulence à jouir de la vie,
Ne te refuſant rien pour la ſanté du corps:
Le riche a des écus: mais par la maladie
Il perd le plus grand des tréſors.

102.

Πληγὰς ἔϑ' ὅτε μυςοπόλοιο φέρων παρὰ χειρὸς
ΤΛῆΘΙ καὶ ἐμβρίμημα ΧολΩΟΜΕΝΟΙΟ τοκῆος.

VERBERA *quum tuleris.*] Et hic quoque ſolet imaginoſum Planudes: μυςιπόλος pro magiſtro & paedagogo vertens. Portentum eſt, non Hellenismus. Rurſus improprie καὶ ἐλλιπῶς, φέρων, ἀντὶ τοῦ ἐνεγκών.

SCALIGER.

IMPERIUM habet quoque Coll. Voſſ. Leid. tert. Cod. Turic. & Editt. antiquae fere omnes, certe ita legunt Boill. Eraſmus, Gryph. Cord. & Cruc. Nec aliter Scriverius edidit. Sed male, ſi quid video. Non nego, *imperium* patris dici, Vid. Terent. Adelph. Act. I. Sc. I. v. 41. *Qui* imperium *credat gravius eſſe, aut ſtabilius &c.* ibid. v. 52. *Fateatur neſcire* imperare *liberis.* Et Act. II. Sc. I. v. 2. Cic. de Sen. Cap. XIV. Egeſipp. Lib. II. Cap. II. Patris imperio *neci traditus.* Et inde Manlium *imperioſum* eſſe cognominatum ſcio. Vid. Liv. Lib. VII. Cap. IV. Pluribus vid. Viros Doctos ad Flor. Lib. I. Cap. XIV. § 2. (Imo vid. plurib. Lect. var. in priore parte.) Unice mihi ſatisfacit *ingenium.*

O. ARNTZENIUS.

temporis atque aetatum, ingeniorum quoque ratione, vel VERBIS inſtituendae promovendaeque, vel VERBERIBUS. Et optime conſpirat cum *brevibus Sententiis*, ſive Lemmatum ſecundo & quarto: PARENTES AMA. MAGISTRUM ME-

METUE. Quibus haec adſcripſerat Eraſmus. *Olim dabatur ingenuis pueris Paedagogus, quem vererentur. Hunc Magiſtrum vocat. Et animadverte*, inquit, *verborum proprietatem: Deo ſupplicandum eſt, Parentes amandi, Cognati colendi, Magiſter metuendus, quippe ſervus plerumque juxta veterum conſuetudinem.* In eoque ſane, notabilis temporum morumve immane quanta diverſitas. Servis illi veteres caſtigandos ſuos tradiderunt liberos, ut ab his amarentur potius, quam metuerentur ipſi. Nos ne caſtigari quidem impune patimur ſervos, quid enim dicam filios? Quem vero ut plurimum ejus reportamus mollitiei fructum? Neque metuunt nos ſervi, nec a liberis diligimur, quibus complacere tamen, quibus obſequi, omnibus modis exoptamus. Et vere de hoc Auctor, inter caſtigatiſſimos non minimus, jam queritur, Quinctilianus, Inſt. Or. Lib. I. Cap. II. *Mollis illa educatio*, inquit enim, *quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit.* Adeo nempe

Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.

Et: DETERIORES OMNES SUMUS LICENTIA!

Immo ſic

Aetas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

In quantum igitur delapſi ſumus, quum ita jam comparatum ſit, ut neque *boni* ſuis a liberis ferri poſſint amplius *Parentes*, vel ipſum per id, quod *nimium boni*: Et natura tamen ita comparatum eſt, ut neceſſario ſint ferendi, vel *mali*. P. Syr. Haverk. v. 23.

Ames parentem, ſi aequus eſt; ſi aliter, FERAS.

Cui proinde conſentaneum praecipit Noſter:

FER Patris imperium,

etiam cum maxime *irati*, aut *iracundi*. Audiamus de hoc Epictetum Philoſophum & relinquamus ſimul triſtem querimoniarum materiam.

CAPUT vero ejus XXXVII. ita cum generatim praecipit: *Nobis officio fungendum erga omnes, licet etiam alii ſuum erga nos officii munus non exequantur*, tum ſpecialius LIBERORUM tradit ERGA PARENTES munus, & hos etiam malos.

Tu

Τὰ καθήκοντα, ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. ΠΑΤΗΡ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, ΠΑΡΑΧΩΡΕΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ, ΑΝΕΧΕΣΘΑΙ ΛΟΙΔΟΡΟΥΝΤΟΣ, ΠΑΙΟΝΤΟΣ. Ἀλλὰ ΠΑΤΗΡ ΚΑΚΟΣ ἐστι; μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; οὐκ, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν πρᾶξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. Σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. Τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. Οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν. H. E. *Officia in univerſum omnia mutuis habitibus penſantur, ex iisque colliguntur. PATER appellatur: curandus eſt, CEDENDUM EI IN OMNIBUS, FERENDUS, CUM AUT OBIURGAT, AUT VERBERAT. Sed MALUS PATER eſt. At natura te non bono patri, ſed patri conciliavit. Frater injurius eſt: Vide quo tu loco ſis, non quid ille faciat. Propoſitum namque tibi eſt, ut ſecundum naturam tu facias. Nemo enim te laedit, niſi volentem. Tum laeſus eris, cum te laedi opinaberis. Sic ergo a cive ad civem, a vicino ad vicinum, ad Imperatorem ab Imperatore, vel ab Imperatore ad exercitum, & contra, officium facile invenies, ſi conſiderare habitus adſueſces.*

Verbera quum tuleris diſcens aliquando magiſtri;
Fer patris ingenium: Fer patris imperium.
Verbera non haec ſunt, quum verbis exit in iram.
Quod tibi conducat quaerit, & ira patris.

Confié dans l'enfance aux ſoins d'un maître auſtere,
Tu ſçus te ſoumettre à ſes coups:
Soumets-toi donc ſans peine à l'empire qu'un pere
Veut exercer ſur toi, lorſqu'il gronde en courroux.

CIII.

CIII.

Res age, quae proſunt: Rurſus vitare memento
In quibus error ineſt, nec ſpes eſt certa laboris.

De quibus dubites, ea ne feceris. Age illa, ex quibus certa ſperatur utilitas. Rurſus in quibus falli poſſes, & incertum eſt, profuturane ſint an nocitura, ab iis abſtineas.

ERASMUS.

Res *age quae proſunt: &c.*] Nam *ſtultus labor eſt ineptiarum.* Quod Martialis ait, Lib. II. Epigramm. LXXXVI.

DAUMIUS.

QUANDOQUIDEM in agendo maxime ſeſe vel Virtus exſerit vel inprobitas, ita maxime in illud intendendus eſt animus, ut ſciamus, *quid*, quoque id *agendum* modo *ſit*. *Res* vero uſu ſuo, quem nobis eae praebent & utilitate penſari, ſupra jam vidimus: Ait igitur Noſter jam explicite magis, eas nobis eſſe prae ceteris agendo tractandas, ex quibus ſit utilitas in nos aliosque redundans aut major, aut certior tutiorque, futura. Expreſſit autem perquam feliciter Cato binis hiſce verſibus duo ex Epicteti doctrina capita palmaria, quae neque brevius, neque planius aut melius reddi potuiſſent, & priore quidem verſu Cap. Enchiridii IX. poſteriore vero Diſtichi membro, XXXIV. Illud ita habet: Ὅταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπόμνησον σεαυτὸν, ὉΠΟΙΟΝ ΕΣΤΙ ΤΟ ΕΡΓΟΝ. Ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀποῤῥέοντας, τοὺς ἐγκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας. Καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι εὐθὺς λούσασθαι θέλω· καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι. Καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. Οὕτω γὰρ, ἂν ᾖ τι πρὸς τὸ λούσασθαι ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται· ἀλλ' οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι· Οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα. H. E. *Cum rem quampiam* aggre-

103.

ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΩΦΕΛιμα· προσεχῶς ΔΕ ΦΥΛΑΣΣεο κεῖνα ΟΙC τισὶν ἀμφίβολος πέλει ἡ τοῦ κέρδεος ἐλπίς.

IN *queis error ineſt.*] *In quibus* habent Editt. omnes antiquae, ut Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & Scriveriana, Leidenſemque tert. adſtipulantem habent. *In quibus* Cod. Turic. ſed *bus* ſcriptum exſtat in raſura a poſteriori manu, ut teſtatur Cl. Hagenbuchius. ERROR hic eleganter admodum ponitur pro *dubitatione* ac *re incerta*. *Error* enim notat quemcunque adfectum atque animi perturbationem, quae mentem dubitare facit, immo ad prava inpellere atque, ita in errores perducere ſolet.

O. ARNTZENIUS.

aggreſſurus es, *redige tibi in memoriam*, QUALISNAM EA RES SIT. *Si lotum abis*, *propone tibi quaecunque in balneo fiunt*, *irrorantes*, *inquietos*, *convitiantes*, *furantes*, *atque ita tutius rem aggredieris. Si autem continuo dices*, *lavari quidem quam fieri poteſt promptiſſime volo*, *ſed & propoſitum meum*, *quod ſecundum naturam eſt*, *ſervare*, *& in quacunque re ſimiliter: non peccabis. Hoc enim pacto ſi quid inter lavandum impedimenti accidat*, *in promptu hoc tibi erit: Non hoc volebam ſolum*, *ſed & meum propoſitum*, *quod eſt ſecundum naturam*, *ſervare. Non ſervabo autem*, *ſi moleſte feram*, *quae fiunt.* Et hoc jam eſt *vitare res*, *in quibus error ineſſe* queat, & magis id adhuc declaratur altero illo, quo diximus Capite: Ὥσπερ ΣΚΟΠΟC ΠΡΟC ΤΟ ΑΠΟΤΥΧΕΙΝ ΟΥ ΤΙΘΕΤΑΙ, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. Εἰ μὲν τὸ σῶμα σου τις ἐπέτρεπε τῷ ὑπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν· ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα ἐὰν λοιδορήσεταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; Τούτου ἕνεκα ΕΚΑΣΤΟΥ ΕΡΓΟΥ σκόπει ΤΑ ΚΑΘΗΓΟΥΜΕΝΑ, καὶ ΤΑ ΑΚΟΛΟΥΘΑ αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. Εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ. H. E. *Quemadmodum* ABERRANDI CAUSSA

METANON PONITUR: Sic neque mali natura in mundo exſiſtit. Quod ſi corpus quidem tuum aliquis obvio cuipiam permitteret, indignareris. Tu vero, qui animum tuum cuilibet permittas, ut ſi convitia tibi dixerit, perturbetur & moereat, nonne erubeſcis? Quamobrem CUJUSQUE REI INITIUM primo, tum QUID deinde SEQUATUR conſidera, atque ita rem adgrediare licebit. Id ſi non feceris, ipſam quidem prompte adgredieris, nihil eorum cogitans, quae ventura ſunt. Poſtmodum vero, cum quaedam apparebunt turpia, pudore afficieris. Ceterum confer cum iis, quae dicta jam ſunt ad Diſtichi VI. verba, Libro I. Quae

CIV.

Quod donare potes, gratis concede roganti;
Nam recte feciſſe bonis, in parte lucrorum eſt.

DONA libenter, ſi quid potes: nam lucrum eſt, non damnum, quod contuleris in bonos. Et beneficium dando accipit, qui digno dedit. Redit enim cum foenore, quod probo viro benefeceris.

ERASMUS.

RECEPTAM lectionem ſervant Editt. antiquae omnes, Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulm. aliaeque, quibus adſtipulatur Codex Membr. Voſſ. Vet. Reg. Leid. tert. & Cod. Turic. Niſi quod *praeſtare* pro *donare* ibi legatur, &c.

O. ARNTZENIUS.

SERVAVIMUS huic praecipue loco ea quae Boxhornii criminationi adverſus Diſt. XXXIX. Libri I. ei Reſcriptorum praeclarus Auctor regeſta oppoſuit, quoniam ex propoſito nunc nobis Diſticho illa optime luculentiſſimeque inluſtrantur. Et Boxhornii quidem verba, quae refutantur, haec erant: *Labor in damno eſſe dicitur, pro laborari in damno reſarciendo. Obſcura eſt dicendi ratio, & quis Latine ſic loquitur?* „ Nemo, nemo ſic loquitur, reſpondet Cannegieterus

Quae nocitura tenes, quamvis ſint cara, relinque.

Res age, quaę proſunt: Nec ſpes eſt certa laboris,
Nec fructus praeſens, in quibus error ineſt.
Tu labyrintheos reditus vitare memento:
Rurſus ut evadas, jam fuge circuitus.

Tâche en tout de tendre à l'utile:
Prens garde que l'erreur n'y gliſſe ſon venin:
Si le travail eſt difficile,
Soûtiens-le par l'eſpoir d'un ſalaire certain.

104.

Πᾶν ὃ ΔΥΝῃ ΔΟΥΝΑΙ χάριν, ΑΙΤίζοΝΤΙ χαρίζου·
ΤΟΥϹ ΑΓΑΘΟΥϹ ΕΥ ῥέξαι, ἐν ΜΕΡει ἔπλετο ΚΕΡΔουϹ.

Quod *donare potes gratis concede roganti.*] Gratis pro Grates, & Sermonis pro Sermones in veteribus libris legi, nemo neſcit. Propterea hic Gratis pro Grates accepit Planud. quod reddit χάριν.

—— *Gratis concede roganti.*
—— χάριν αἰτίζοντι χαρίζου.

Itaque aliter diſtinguit:

Quod donare potes, gratis concede roganti.

Quodſi χάριν adverbiale accipit, ut δωρεὰν, tolerabile erit, ſi quidem ita uſurpatum ab idoneis Helleniſmi auctoribus: Sed negamus apud ullum claſſicum auctorem hoc modo uſurpatum.

Concede roganti.] Haec eſt vulgata lectio, & quidem inepta, quae impoſuit metaphraſtae. Pithoeana optime: *ne vende roganti.*

SCALIGER.

„ rus Cap. reſcriptorum XXIX. Et tamen recte & Latine Dionyſius, cujus ſententiam nec Boxhornius, neque alii interpretes adſecuti ſunt. Diſtichon hoc eſt:

Conſerva potius, quae ſunt jam parta, labore.
Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

„ Primo dicendum, vocem *labor* aliter uſurpari verſu priori, aliter in verſu altero. In illo ſignificat induſtriam,

„ in hoc, rem labore quaeſitam. Vide ad Avianum notas „ meas, Fab. XXXIV. 5. *In damno eſſe* dicuntur, quae de- „ minuuntur; ut *in lucro*, quae augentur. Varro, de lingua „ Latina pag. 41. *Damnum a demtione, cum minus re factum,* „ *quam quanti conſtat Lucrum a luendo, ſi amplius ex eo lue-* „ *rit, quam quanti eſt emptum.* Atque ita Iſidorus Originum „ Lib. V. Cap. XXVII. & Paullus L. III. D. de damno in- „ fecto. *Damnum ab ademtione, & quaſi deminutione patrimo-* „ *nii.* Ut ergo labor dicitur in lucro eſſe, cum res parta „ augetur, ſic contra in damno, cum deminuitur. Ovidius „ Lib. I. Triſt. Eleg. III. 68.

„ *IN LUCRO, quae datur hora, mihi eſt.*

„ Verum eſſe, quod dixi, oſtendit τὸ *creſcit*, quod oppo- „ nitur τῷ *in damno eſt*, ut ſolet Auctor amare oppoſita. „ *Egeſtas creſcit, cum labor*, i. e. parta bona minuuntur. „ Quid? ſi dicamus ex calculatorum & mercatorum uſu „ locutiones has repetendas. Soliti illi ſunt PARTES LUCRI „ & DAMNI facere, atque inde aliquid eſſe dicitur in par- „ te lucri, ſive, ut Noſter ait Lib. IV. Diſt. VIII. *in parte* „ *lucrorum.*

„ *Quod praeſtare potes, gratis concede roganti.*
„ *Nam recte feciſſe bonis* IN PARTE LUCRORUM *eſt.*

„ Idem hoc, *in lucro deputare* dixit Terentius in Phormione „ II. I. 16. & 21.

„ *Quidquid praeter ſpem eveniat, omne id* DEPUTARE
„ *eſſe* IN LUCRO.

„ *Apponere lucro*, Horatius, Carm. Lib. I. Od. IX. 14. 15.

„ *Quem ſors dierum cumque dabit*, LUCRO APPONE.

„ *Pro lucro*, Dionyſius Lib. I. Diſt. XXXIII.

„ PRO LUCRO *tibi pone diem, quocumque laboras.*

„ Daumium hic conſuluiſſe juvabit. Ex his apparet, quid „ ſit, *in damno eſſe.* Neque tamen intercedo, quo minus „ quis haec ſimplicius hoc modo interpretetur. *In damno* „ dicitur, quod eſt damnoſum; *in lucro*, quod eſt lucro- „ ſum; quemadmodum *in pretio*, quod eſt pretioſum. Sic „ & *in armis eſſe* dicitur armatus, & ſexcenta alia". Hacte- nus Vir ille laudatus, immo laudatiſſimus merito ſuo: Et

ſic

ſic horum Diſtichorum alterum alteri lucem affundit haud mediocrem. Neque tamen vel ſic, hoc, de quo agimus, noſtrum, quodque mirum in modum conſpirat cum ſententia Syri Mimi 72.

Beneficia dando accepit, qui digno dedit,

ullo modo ſatisfacere potuit celeberr. Withoſio, qui *juxta veras*, ait, *Artis regulas repone indubitato*:

Quod donare potes, *precibus ne vende* roganti.
Nam recte feciſſe bonis in parte lucrorum eſt.

Regulae vero *Artis* iſtae optime diſcentur apud ipſum Doctorem & ſunt enim paullo longiores, quam ut iis commode hic inmorari poſſimus. Hoc unum mihi dici velim: Si cui propoſitum ſit amplificare tritum illud: *Omnia labore vendunt dii*. Num id magis placere poterit tali modo redditum: *Labore vendunt dii omnia operanti?* Atqui eodem pacto placebit & in eo Carminis genere, in quo ne verbum quidem unicum abundat, ſupervacaneum iſtud:

PRECIBUS ne vende ROGANTI.

Quod praeſtare potes gratis, ne vende roganti:
Nam prece vel pretio quaeque parare licet:
Et recte feciſſe bonis, in parte lucrorum eſt,
Ut dubium ſit, plus debeat alter utri?

Prête, à qui la reclame, une main généreuſe;
Donne, ſans exiger aucun retour de lui.
Aux yeux de l'ame vertueuſe
C'eſt travailler pour ſoi, que d'obliger autrui.

CV.

Quod tibi ſuſpectum eſt, confeſtim diſcute quid ſit.
Namque ſolent, primo quae ſunt neglecta, nocere.

Quae ſuſpicionem habent mali, ea noli negligere, ſed ſtatim examina, & exquire cujusmodi ſint. Nam initiis facile medeberis, ſi quid mali ſit: at neglecta creſcunt, ac maxime laedunt poſtea. Veluti ſi ſuſpicaberis, amicum alieniore eſſe in te animo, noli negligere, quid ſibi velit: ſed excute, unde hoc natum ſit. Et ſi quid eſt, ſtatim occurre naſcenti malo. Erasmus.

Recte Scaliger: *diſcutere*, ut pueri ſciunt, eſt ἐξετάζειν. Et tamen, quem proxime ſequimur, Editor quaſi mirabundus ait: „ *De locutionibus* pericula, conſilia, muros, „ matrimonia, veſtes, dolos, jubas, „ oſſa, criſtas *ſimiliaque* diſcutere *nota* „ *ſatis ſunt omnia. Sed hac ſignificatione* „ *verbum* diſcutere *ſimpliciter pro* circumſpicere, examinare, dijudicare, „ *rarius eſſe puto*".

Discute quod audias omne, quod credas proba. Hanc, inter ſingulares P. Syri Mimi & L. Annaei Senecae ſententias, doctiſſimum Par Virorum, Sigebertus Haverkamp & Abrahamus Preyger, huic Diſticho maxime conſentaneam, loco referunt numeroque 170. Quae ſimul veram vim uſumque antiquiſſimum verbi docet, a proprio *diſcutiendi* ſenſu ad res quoque rationis & intelligentiae deducti atque tranſlati. Nam quemadmodum jam Ciceronianum erat, *diſcutere caliginem*; ita non minus eleganter ad quamcumque dubitationis ac ſuſpicionis nebulam umbramque ſedulo examine diſcutiendam idem transfertur: quo ſenſu etiam hic adhibetur a noſtro Auctore. Suspicio etenim quum ſit duplicis generis, & altera quidem in laudem accipiatur, vituperium contra habeat altera; poſteriore rejecta, utpote in quam juſte invehitur Diſt. XLIII. libri hujus poſtremi, priorem tantum inculcat filio, quippe quae ad *prudentiam* pertinet ac *providentiam*, de qua nos ſecundum Catonem alibi; inque rebus agendis illa adeo eſt neceſſaria, ut eadem carere plane turpe ſit, veluti v. g. tur-

105.

Πᾶν ὁτιοῦν ὂν ΥΠΟΠΤόν σοι, ταχέως ἀποστίου·
Ὅττι φιλεῖ τὰ πάρος ὀλιγωρηθέντα λυμαίνειν.

CONFESTIM *diſcute quid ſit.*] Planudes ταχέως ἀποστίου. Certe diſcutere, ut pueri ſciunt, eſt ἐξετάζειν, non autem ἀποστίεσθαι.

Namque ſolent, primo quae ſunt neglecta, nocere.] *Nocere*, Planudes putide λυμαίνειν.

SCALIGER.

PRIMO *quae ſunt neglecta*, i. e. quae *principio* ſunt neglecta. Nil frequentius apud Terent. Phorm. Act. I. Sc. II. 25. *Coepi adverſari* primo. Ibid. v. 30. *Noſter mali nihil quidquam* primo; & paſſim alibi. *p. q. ſ. neclecta, nocere.* Cod. Turic. Vid. quae dicta ad fin. Praefat. Lib. I. &c.

O. ARNTZENIUS.

turpe imperatori, dicere: ISTUD NON PUTARAM; ubi vero adeſt; non raro maximae & noxae & calamitati ſolet antevertere, id quod iterum argute Mimus verbis innuit Monoſtichi 479. ex eadem editione, de qua ſupra:

NON CITO RUINA PERIT IS, QUI RIMAM TIMET. *

Suſpicione vaca: Confeſtim diſcute quid ſit,
Quod tibi ſuſpectum eſt: Cognita damna fuge.
Namque ſolent, primo quae ſunt neglecta, nocere, &
Quae minus ipſa nocent, illa timore nocent.

As-tu ſur quelque point la moindre défiance?
Attentif à t'inſtruire, examine d'abord:
La plus légere negligence
Souvent gâte une affaire, & cauſe bien du tort.

* Quo etiam ſpectat Nepotis illud: MATREM TIMIDI FLERE NON SOLERE.

CVI.

Quum te detineat Veneris damnoſa voluptas,
Indulgere gulae noli, quae ventris amica eſt.

Cave ne duplices morbum tuum. Unus enim utcunque fertur, duo ſimul ferri non poſſunt. Amare damnoſa res, damnoſa gula. Quod ſi pariter utroque laboras malo, ſupereſt ut mox ad egeſtatem redigaris. Gulam vocat ſtudium exquiſitorum ciborum: eamque dicit ventris amicam: quod per eam venter ſaginatur, res & fama decreſcit.

Erasmus.

Attende praeceptum ſimul & rationem, quam apponit. Praeceptum: Si natura deditus es rebus Veneris, noli gulae indulgere. Ratio: quia gula eſt ventris amica. Quid inteſtinis aut voraci ſtomacho cum Venere? Qui antiquitus hunc libellum pueris legebant, quaedam, quae minus Chriſtianiſmo conveniebant, mutabant. Ut Deus, ubi auctor poſuerat Dii. Et, ut apparet, multa diſticha ſuſtulerunt, quia plus ad cultum Deorum paganicorum, quam ad Chriſtianam pietatem faciebant. Praeterea, ſi quid minus honeſte minusque caſte dictum eſſet, id quoque pudentioribus verbis commutarunt: quale hoc, quod hic propoſitum eſt:

Quae ventris amica eſt.

Nam ſine ullo dubio Gnomologus ſcripſerat:

Quae penis amica eſt.

Gula τῶν ὑπὸ γαστρὶ amica eſt, juxta illud: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Quam vera eſt ea ſententia, tam certum eſt *penis* ab auctore ſcriptum fuiſſe, & *ventris* a Magiſtris ſubſtitutum, ne pueri praetextata verba legerent. Nos & menti auctoris & receptae lectioni ſatisfecimus, quum pro obſcoena voce vertimus τῶν ὑπὸ γαστρί. Scalig. ex quo Opitius.

Fascinatus erat e lectione nimis ſedula, nimiumque frequente atque adtenta meditatione Priapeiorum ſuorum magnus, magni Filius, magnorumque heroum Nepos, Pronepos, Abnepos, Adnepos, * Joſeph. Juſt. Scaliger, adeo ut

* Vid. finem Canonum ejus Iſagogicorum Chronolog. a. CIƆIƆCXXII. pag. 550. Josephus Justus Scaliger, Julii Caeſaris cognomento a Burden *filius*, Benedicti *nepos*, Nicolai *pronepos*, Gulielmi cognomento Grossi *abnepos*, Canis II. cognomento Facini *adnepos* &c. explicui hos Canones.

106.

Ἢν ἀκόλαστος ὄρεξις ἐνοχλοίη σε Κυθείρης.
ΜΗ θελε χρηστεύεσθαι ΛΑΙΜΩι ΓΑΣΤΡΟC ΕΤΑΙΡΩι.

QUUM *te detineat Veneris damn. vol.*] Plan. Ἢν ἀκόλαστος ὄρεξ. ἐνοχλ. σε Κυθείρης. Barbariſmus, ὄρεξις Κυθείρης, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς. Sed gravius βαρβαρίζει in verbo ἐνοχλεῖν. Contrarium enim ſentit auctor. Ἐνοχλεῖσθαί τινι πράγματι eſt aliquo infeſtari. At detineri aliquo eſt ἐναςμενίζειν τινί. In altero eſt gravatio, in altero oblectatio.

I n

INDULGERE *gulae noli.*] Planud. μὴ θέλε χρηστεύεσθαι λαιμῷ. Uno verbo duas valde diſcrepantes ſententias efferunt Latini. Indulgeo amico, χαρίζομαι τῷ φίλῳ, χρηστεύομαι πρὸς τὸν φίλον. Et, indulgeo voluptati, ἡττῶμαι τῆς ἡδονῆς. Vide quam diverſa: tam profecto, quam χρηστεύεσθαι & ἡττᾶσθαι. Planudes in ſuo Gloſſario Latino-graeco legetat ſine dubio, *Indulgere* χρηστεύεσθαι. Ac propterea putavit, dici poſſe χρηστεύεσθαι τῷ λαιμῷ. Age: ne ſummum jus ſumma ſit injuria, hoc homini Graeco condonemus. Barbariſmos tamen, & commiſſa in proprium idioma quomodo excuſemus, non video.

SCALIGER,

Qui poſteriorem verſum etiam hoc modo poſſe reddi cenſuit:

Μὴ λαιμῷ ὑπόεικε, ὃς ἔπλετο γαστρὸς ἑταῖρος.

ut ſuſpicaretur fere eodem quoque faſcino teneri & caſtiſſimum Auctorem noſtrum. In quo certe vehementer falſus eſt. Quod jam oſtenderunt & ſuperioris & inferioris Germaniae Critici non ignobiles. Ex illis quidem Barthius Daumiusque, ex his vero Editor horum carminum noviſſimus, laudatus ſaepe Arntzenius. Quorum videlic. qui primo loco nominatus: *Venter eſt*, inquit, *cum libidinem denotat. Dionyſius, Libro IV. Diſt. X.* Quum te detineat &c. *Pudice & turpius membrum nominare noluit: quare nec mutandi cauſſa Illuſtriſſimo interpreti.* Vid. ipſum commentantem ad Claudian. II. Edit.

 pag.

pag. 1362. etiam Libro Adverſarior. LXI. adeundum. Qui ſecundo loco, adſtruit ea, uti ſolet, aliorum exemplis: *Eucberius Paraenetico pag. 67.* „ Anne aliquis ex illa Ariſtippei „ ſchola veritatem videbit, qui ingenio ſuo a ſuibus aut „ pecore nihil differt? cum beatitudinem in corporis vo„ luptate conſtituat, cui Deus *venter* eſt, & gloria in pu„ dendis". *Apulejus, Apologia:* „ Delicias *ventris* & ingui„ num neque vult ullas, neque poteſt". *Alan. l. 4. in Propbet. Merlini pag. 142.* „ Sicut *ventris* inteſtina ac genitalia „ membra proxima ſunt loco atque vicina, ſic gaſtrimargia „ & filia ejus luxuria contubernales ſunt, & ſibi conhabi„ tant, &c". *Prudentius II. Catbemer. v. 81.*

„ Nutabat inguen ſaucium,
„ Quae corporis pars vilior;
„ Longeque ſub cordis loco,
„ Diram fovet libidinem.

Ego vero, inquit Tertius, *cum Doctiſſ. Bartb. aliisque exiſtimo, nil bic, conſentientibus Codd. MSS. mutari oportere;* ventrem *enim eſſe locum quaſi & ſedem omnium libidinum & voluptatum, res extra aleam poſita, unde etiam* ventrem *&* libidinem *conjungit Seneca Lib. VII. de Benef. Cap. II.* „ *Ventri* ac *libidini* „ dediti; quorum animus inerti otio torpet". Haec congeſſerunt Viri illi doctiſſ. ad probandum inde Scaligeri errorem, qui, certe, pudendus eſt. Etiam hic oblitus eſſe videtur, iſta a patre ſcripta & puero, cui ſane aetati generatim convenit quidem dici: Fugiendas eſſe pravas voluptates omnes atque libidinem; minus vero aut conveniens aut tutum eſt, ipſa indicari arma Veneris, aut turpis adeo recenſeri inſtrumenta militiae. Praeterea mihi quidem videtur Auctor, uti paſſim gentilium ſuorum religiones ita carpit, ut doceat ſimul, quid earum quaeque non ſit, licet ab inſipientibus eo modo, quaſi eſſet id, ſpectetur colaturque, & quid eae revera ſint, paucioribus licet hoc modo cognitae; quemadmodum ſic FORTUNAM, FAMAM, OCCASIONEM, MORPHEUM, JANUM, BACCHUM aliaque Poëtarum Numina, pari virtute, qua vel Saturnum, vel Vulcanum, vel omnes una Titanas ipſe Jupiter, de coelo deturbavit, relicta tantum ibi FIDE Dea, tamquam in terris nimium infrequente raraque; ita etiam hic VENERIS cultum, quo ille ſit habendus loco, in eumdem quoque velle redigere.

Quid

Quid autem eſt, inquit, *qua colitur haec Magna Dea*, VENERIS VOLUPTAS? Nihil aliud illa, quam VENTRIS eſt. Hac illi in ara, miniſtrante GULA, execranda paſſim fiunt ſacra. Tu in meliora nate, utramque pariter fuge, altera enim alterius & Lena turpis, & *Amica eſt*, neque poteris alteram effugere, alterius tenaciter haerens in amplexibus.

AD SENSUM ergo hujus Diſtichi quod adtinet, tria praecipue huc ſpectant capita, ex Epicteti compendio doctrinae, XLVII. LVI. & LXIII. quae, ſine multis verborum ambagibus, hic ſtatim ſubjungere voluimus. 1.) ΠΕΡΙ ΑΦΡΟΔΙΣΙΑ, εἰς δύναμιν, πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νομιμόν ἐστι, μεταληπτέον. Μὴ μέν τοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτῷ οὐ χρῆ, παρέφερε. H. E. *CIRCA REM VENEREAM, quantum in nobis ſit, ante nuptias pure agendum eſt. Quod ſi urgemur aut urimur, quae tamen ſunt legitima, aſſumenda. Ne ſis vero moleſtus utentibus, neque redargutor: neve ſaepius objice, te non uti.* 2.) Contra Venerem importunam & forte jam intermiſſam diu, bella tamen rurſus moventem: Ἐὰν ἡδονῆς τινὸς φαντασίαν λάβῃς ΦΥΛΑΣΣΕ ΣΑΥΤΟΝ, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς· ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτοῦ λάβε. Ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὅν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ, καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ἀποσχόμενος χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς ἑαυτόν. Ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου; πρόσεχε μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν. Ἀλλ' ἀντίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι σεαυτῷ ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι. H. E. *Cum voluptatis cujusdam imaginationem capis SERVA TE IPSUM, ne ab ea corripiaris: ſed excipiat te res ipſa, non praevertatur, atque aliquod tute ſpatium cape. Tum utrumque tempus animo voluta: & qua voluptate potieris, & qua jam potitus ejus poenitentia afficieris, teque ipſum tute increpabis. His vero oppone: Quantopere, ſi abſtinueris gaudebis? Teque ipſum tute laudabis? Quod ſi res poſtulare videtur, ut rem aggrediaris; cave ne ſuis te blandimentis atque illecebris ſuperet. Tum oppone, quam melius ſit hujus certaminis victoriam tibi ipſi conſcire.* Et denique 3.) contra nimium in omnibus corporis cultum, in animum potius transferendum: Ἀφυΐας σημεῖον τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα· Οἷον ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ΕΣΘΙΕΙΝ, ἐπὶ πολὺ ΠΙΝΕΙΝ, ἐπὶ πολὺ ΑΠΟΠΑΤΕΙΝ, ΟΧΕΥΕΙΝ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ΕΝ ΠΑΡΕΡΓΩ

ΕΡΓΩι ποιητέον, περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔσω ἐπιςροφή. H. E. *Degeneris ſignum eſt, inſiſtere admodum iis, quae corporis ſunt: ut plurimo exercitio, plurimo corporis cultui; nimium eſſe* IN REBUS VENEREIS, IN VENTRE, *ſive onerando ſive exonerando.* Ita *Venerem* & *Ventrem* pariter turpiſſima ſocietate conjungit magiſter & diſcipulus ejus, Auctor noſter. * *Oportet igitur nimiam corporis curam, velut ab re eſſe arbitrari, taliaque agere quidem, ſed obiter: Maxime vero curam ejus habere, quod ipſo utitur corpore.* Quemadmodum autem ante jam, in CASTITATE tuenda, omnem ſubmovit oſtentationem, capite trium horum primo, ita & FRUGALITATIS reſpectu idem praeſtat Epictetus capite LXX. quod etiam hic locum invenire

* Ita & *Aur. Carm. Pythagor.* v. 10.

CVII.

Quae tibi proponas animalia cumque timere;
Unum praecipio tibi plus hominem eſſe timendum.

CUM tua ſponte putes omnes feras eſſe timendas, meo praecepto unum animal maxime timebis, nempe hominem. Nam nulla bellua magis homini nocet, quam homo homini.

ERASMUS.

QUUM *tibi proponas*] Bias, apud Auſonium:

Pernicies homini quae maxima? Solus homo alter.

OPITIUS.

Vid. Rittershuſ. p. 256. ad Oppian.

DAUMIUS.

INMITIORES paullo huic ſeſe Diſticho exhibuere CLL. VV. Cannegieterus atque Arntzenius. Hic enim: *Mirari ſubit*, ait, *patientiam Eruditorum Virorum, mitemque ſtomachum, qui hunc verſum* (priorem ſcil.) *ut nunc eſt*, (qualem puta poſt alios plerosque & ipſe edidit,) *ineptiſſimum ferunt.* Si tibi proponas, *ait*, timere animalia cuncta. *Si* cuncta; *ergo etiam animalia meticuloſa & fugientia humanum conſpectum, ut lepores,*

venire optime queat; nos, ne & hoc ſit nimium, horum Diſtichorum omnium ſedem ei ultimae proximam ſervabimus.

Quum te detineat Veneris damnoſa Voluptas:
(Te tamen hoc animi proripe deliquio:)
Indulgere gulae noli, quae Ventris amica eſt;
Inſtimulant Venerem Liber & alma Ceres.

Combattu par l'incontinence,
Dans ſes honteux liens crains-tu d'être arrêté?
Obſerve en tes repas la juſte tempérance:
La crapule eſt unie avec la volupté.

107.

Ἢν προκέηται ΘΗΡΙΑ ΠΑΝΤΑ ἔχειν διὰ δεῖμον,
ΕΝ ΚΕΛΟΜΑΙ ΤΡομέειν σε, τὸν ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΩΝ.

QUUM *tibi proponas*] Ab hac ſententia non abludit illud Lycurgi veteris Poëtae:

Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν· ἀλλὰ σχήματι
Πλάγι' ἐςὶ τ' ἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.

SCALIGER.

VERSUS hi a Scaligero producti ſequentem continent ſententiam:

Putasne aliquid differre a beſtiis
Hominem? Plurimum ſane: nempe habitu
Reliquae inflexae ſunt; haec ſola recta beſtia.

lepores, aviculas, a quibus ne quidem puellae & pueri metuunt. Vidit hoc homo, neſcio quis, qui Aviano Fab. XVII. *v.* 19. *hoc ſuppoſuit Diſtichon:*

Bruta licet ſoleant animalia jure timeri,
Omnibus eſt illis plus metuendus homo.

Bruta *enim legit pro* cuncta. *Non ignoramus quidem, nullam vocem*

vocem crebrius fere ſubſtitutam a librariis inportuniſque correctoribus, quam vocem cuncta, *vid. Nobiliſſ. Heinſ. & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. IX. v.* 641. *Freinsb. & Graev. ad Flor. Lib. IV. Cap. XII §* 64. *Doctos interpretes ad Ovid. Lib. II. Metam. v.* 185. *Canneg. ad Avian. Fab.* XLII. *v.* 7. *aliiſque locis. Et infra quoque hoc libro, Diſt.* XX. *Quare nullo negotio aliud quoddam Epitheton, adhibito Gradu ad Parnaſ. qui liber nonnullis profanandae Criticae fons eſt, pro τῷ* bruta *quaeri poſſet; ſed tutius meo judicio, atque admonente Cl. Cannegietero, ſtatuerimus, hominis hoc inepti & magiſtelli eſſe putidum commentum, quam Dionyſii noſtri vel Aviani Diſtichon opinari. Et adſtipulatur idem V. Cl. quantum ad Avianum adtinet, ad eumd. Auctorem l. c. Nunc etiam vide ejusd. Reſcripta Boxbornio Cap.* XXIV. *Quia tamen omnes Codd. ſcripti Editioneſque typis exaratae adnoſcunt, & dedita quaſi opera in eumdem hunc errorem ſeſe proruunt, rejicere non debui, ſed tamen aliis literis,* curſivas *vocant, inprimendum curavi.*

Priore autem loco nobis nominatus doct. horum Virorum alter, ipſe Cannegieterus, ibi nempe, ubi dictum jam ab altero, idem profitetur judicium: *Imo*, namque inquit, *ſi meo arbitrio res agatur, eundem hunc verſum ab hoc Dionyſii Libro excluderem, qui vix ſenſum, nedum elegantiae quidquam praefert, de qua re memini me ad Arntzenium meum ſcribere.*

Proscriptum itaque jam & condemnatum, hoc conſentiente tam doctarum frontium judicio, reum auſi ſumus in tutelam recipere noſtram, eidemque petere, provocationis beneficio, modiſque legitimis inpetrandam tentare, debitam ipſi in integrum reſtitutionem. Quod ubi conſequuti erimus, non noſtro id, ſed cauſſae merito, quam tuendam ſuſceperimus, omne tribuendum eſſe putamus: Sin minus, tolerabilem ſaltem ſic eſſe redditam ſententiam, quae ipſorum ſenſu judicum admodum inepta erat antea, id, profecto, nemo inficiabitur. Leviſſima, certe, eſt inmutatio, neque ea ex *Gradu ad Parnaſſum* petita, ſed quam ipſe ſenſus, ab omnibus & antea jam facile praecipiendus, fieri jubebat; ejusque tantum vocis jactura facta, in quam ſolam omnia tollendam conſpirarunt, quamque rejiciendam jure poſtularunt omnes. Denique, ne plura dicam, liquida nunc & plana ſunt omnia. Reliquum, ut de ſenſu addamus pauca.

De transformandis vero quodam modo in beſtias hominibus, etiam ſecundum Philoſophorum placita, egit aliquando Genevenſis ille Praeſul, Franciſcus Saleſius, & a ſuo

ſuo licet coetu ſolemni apotheoſi in divorum numerum relatus, re vera tamen vir ſanctiſſimus pariterque doctiſſimus, cujus ipſius verba, ut ea Gallica lingua conſcripſerat, in inferiore paginae parte hic adponimus *.

TALES igitur homines poſteaquam ſemel in bruta degenerarunt, feritate atque crudelitate ipſa deinde vincunt animalia, eorumque etiam, quae ſunt omnium maxime effera ac indomita. Si quidem optimi cujusque corruptio & eſſe peſſima, nec niſi peſſimum efficere ſolet. Ii proinde ſunt prae ceteris cavendi homini. Homini, inquit Plinius Major, Hiſt. Nat. Lib. VII. ſub fin. Prooemii, *Uni animantium luctus eſt datus, uni luxuria, uni ambitio, uni avaritia, uni immenſa vivendi cupido, uni ſuperſtitio, uni ſepulturae cura, atque etiam poſt ſe de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido major, nulli pavor confuſior, nulli rabies acrior. Denique cetera animantia in ſuo genere probe degunt: Congregari videmus & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat: Serpentum morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem belluae ac piſces, niſi in diverſa genera ſaeviunt. At, hercule, homini plurima ex homine ſunt mala.* Horum igitur

* Traité de l'AMOUR DE DIEU, par St. FRANÇOIS DE SALES, Evêque & Prince de Geneve, Tom. I. Chap. X. pag. 34. *Les Philoſophes anciens ont reconnu qu'il y avoit deux ſortes d'extaſe, dont l'une nous porte au-deſſus de nous-mêmes, & l'autre nous ravaloit au-deſſous de nous-mêmes; comme s'ils euſſent voulu dire, que l'homme étoit d'une nature moyenne entre les Anges & les bêtes: participant de la nature Angelique en ſa partie intellectuelle, & de la nature des brutes en ſa partie ſenſitive; & néanmoins il pouvoit par l'exercice de ſa vie, & par un continuel ſoin de ſoi-même, s'ôter & deloger de cette moyenne condition; d'autant que s'appliquant & exerçant beaucoup aux actions intellectuelles, il ſe rendoit plus ſemblable aux Anges, qu'il ne l'étoit aux bêtes; que s'il s'appliquoit beaucoup aux actions ſenſuelles, il deſcendoit de ſa moyenne condition, & s'approchoit de celle des bêtes: Et parce que l'extaſe n'eſt autre choſe que la ſortie qu'on fait de ſoi-même, de quel côté que l'on en ſorte, on eſt vrayement en extaſe. Ceux donc qui touchés des voluptés divines & intellectuelles, laiſſent ravir leur coeur aux ſentimens d'icelles, ſont veritablement hors d'eux-mêmes, c'eſt-à-dire, au deſſus de la condition de leur nature; mais par une heureuſe & déſirable ſortie, par la quelle entrant en un état plus noble & relevé, ils ſont autant Anges par l'operation de leur Ame, comme ils ſont hommes par la ſubſtance de leur nature & doivent être dits ou Anges humains, ou hommes Angeliques.* Au contraire, ceux qui attachés aux plaiſirs ſenſuels, appliquent leurs ames à la jouiſſance d'iceux, ils deſcendent de leur moyenne condition, à LA PLUS BASSE DES BETES, & meritent autant d'être appellés BRUTES, par leurs opérations, comme ils ſont hommes par leur nature. Malheureux en ce qu'ils ne ſont hors d'eux-mêmes, que pour entrer en une condition infiniment indigne de leur état naturel!

tur ut dentes, rictus, ungulasque evitaremus, praeſcripto opus erat Sapientiae: quare & Cato noſter, PRAECIPIO TIBI ait, veluti jam ante ipſum Epictetus, Capite XL. Τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξῃς, ἐπί τε σεαυτοῦ ὢν, καὶ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΕΝΤΥΓΧΑΝΩΝ. H. E. *Statue tibi ipſi formulam quamdam ac regulam, quam deinceps ſerves, & cum tecum ipſe es, &* CUM IN HOMINES INCIDIS.

Quae

CVIII.

Quum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
Fac ſapias: Sic tu poteris vir fortis haberi.

SI natura dedit vires corporis, non ſtatim vir fortis eris, niſi adjunxeris ingenii vim, hoc eſt, ſapientiam, qua corporis robore recte utaris.

ERASMUS.

FAC *ſapias, &c.*] Vide ad Diſtich. IX. Libr. II.

DAUMIUS.

Al. *Fac ſapias animo; poteris ſic fortis haberi.*

OBSERVO & hujus cum prioribus nexum, veluti in plurimis. Idcirco, *eſt quaſi dicat*, ne tam rabida tu quoque evadas beſtia, tum maxime,

Quum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
FAC SAPIAS,

teque dedas formandum Sapientiae hominem, *Virumque fortem* ac ſtrenuum. Sine hac non eris niſi robuſtum animal, ut belluae omnes. Neque eſt tamen verum robur in nervis ſitum artubusque; ſed animo inſitum, adverſus omnes fortunae adſultus a Sapientia confirmato. Id ſi ſenſiſſet, Ariſtoteles probari poſſet, qui primariam omnium ſtatuit eſſe Virtutum, FORTITUDINEM: Verum ſi id egit

Quae tibi proponas animalia cumque timenda;
Vi, noceantne dolo; dente, dolone necent:
Unum, praecipio tibi, plus hominem eſſe timendum:
Cornua quum ſumat, natus inermis, homo.

Sur ta timidité ne pouvant te contraindre,
Si tu crains tous *les animaux*: (cuncta)
Conſidére que l'homme eſt beaucoup plus à craindre,
Et capable lui ſeul de cauſer tous les maux.

108.

Εἰ ΣΘΕΝΟϹ εὐπάλαμον σέο τὸν χρόα συμπεριφράττει,
Σπεῦδε καὶ εὖ ΦΡΟΝΕΕΙΝ, ὡς γάρ δόξεις ΑΝΔΡΕΙΟϹ.

QUUM *tibi praevalidas &c.*] Monachalia ſunt Planudea, inerudita, inamoena.

SCALIGER.

CONFERATUR locus Sall. Bell. Catil. Cap. II. *Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi, res militaris magis procederent. . . . . . Utrumque per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget.*

O. ARNTZENIUS.

egit adulandi animo, utque gratificaretur Alexandro diſcipulo, cujus indolem bellicam jam tu[m] praeſenſiſſet, ipſe potius expers illius virtutis primus fu[iſſ]e, foret aeſtimandus, ad quam incitare juvenem prae ſe ferebat, Fortitudinis, quam ut recte tradere eamdem aliorumque inculcare potuiſſet animis. *Contraque* in hanc rem, de Fortitudine ſcil. cum Sapientia Juſtitiaque copulanda, praeclare paſſim, & in medio fere I. de Officiis libro, his verbis, diſputat Cicero: *in laudibus, quae magno animo, & fortiter, excellenterque geſta ſunt, ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. Hinc Rhetorum campus, de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris, Stratocle. Hinc noſter Cocles, hinc Decii, hinc Cn. & P. Scipiones, hinc M. Marcellus, innumerabilesque*

 alii:

alii : maximeque ipſe populus Rom. animi magnitudine excellit. Declaratur autem ſtudium bellicae gloriae, quod ſtatuas quoque videmus ornatu fere militari. Sed ea animi elatio, quae cernitur in periculis & laboribus, ſi juſtitia vacat, pugnatque, non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis, in vitio eſt: non enim modo id virtutis non eſt, ſed POTIUS IMMANITATIS, *omnem humanitatem repellentis. Itaque probe definitur a Stoicis* „ fortitudo, *cum eam* „ virtutem *eſſe dicunt* „ propugnantem pro „ aequitate". *Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam conſecutus eſt, inſidiis & malitia laudem eſt adeptus : nihil enim honeſtum eſſe poteſt, quod juſtitia vacat. Praeclarum igitur Platonis illud* : Non ſolum, *inquit*, ſcientia quae eſt remota a juſtitia, calliditas potius quam ſapientia eſt appellanda; verum etiam animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi inpellitur, audaciae potius nomen habeat, quam fortitudinis. *Itaque* VIROS FORTES *& magnanimos, eosdem, bonos & ſimplices, veritatis amicos, minimeque fallaces eſſe volumus.* Nos, puta, Platonici : namque ſtatim iterum Platonem citat & in hoc : *omnem morem Lacedaemoniorum inflammatum eſſe cupiditate vincendi, ſic,* UT QUISQUE ANIMAL MAGNITUDINE MAXIME EXCELLIT, *ita* MAXIME VULT PRINCEPS OMNIUM ESSE, *vel potius ſolus eſſe. Difficile autem eſt*, addit ipſe, *cum praeſtare omnibus*

CIX.

Auxilium a notis petito, ſi forte laboras:
Nec quiſquam melior medicus, quam fidus amicus.

CORPORIS morbos aperi medico: animi morbos aperi fideli amico. Ille pharmacis ſanat, hic verbis. Aliter. Si quid morbi inciderit, magis amicum acceſſe, quam medicum.

ERASMUS.

AUXILIUM] intelligit, quam Graeci νουθεσίαν vocant &c. Scal. (quem vide ſtatim.)

OPITIUS.

A NOTIS *petito*,] Amicis intimis.

BARTHIUS.

bus concupieris, ſervare aequitatem, quae eſt juſtitiae maxime propria. Poſt pauca deinde capita orationis ad idem redit, quod ſibi quaſi ut palmarium propoſuerat, ne non obtineret ſuum illud:

Cedant arma togae, concedat laurea linguae.

Repetit igitur dicendo: *Sed quum plerique arbitrentur, res bellicas majores eſſe, quam urbanas; minuenda eſt haec opinio.* Deducit ea tum latius per exempla Tullius, in quibus illa, quam inſtituit, Solonem inter & Themiſtoclem Athenienſes, interque Lacedaemoniorum Lycurgum, Lyſandrumque atque Pauſaniam, perquam egregia eſt, comparatio.

Fac ſapias; ſic tu poteris vir fortis haberi:
Vir nec enim armipotens, ſed ſapientipotens.
Quum tibi praevalidae fuerint in corpore vires;
An dici immanis bellua, barrus, ames?

E'tant doué d'un corps vigoureux & robuſte,
Fais, pour devenir ſage, un généreux effort:
C'eſt alors qu'on parlera juſte,
Lorſqu'on te donnera le titre d'homme fort.

109.

Συμμαχίην ΠΑΡὰ γνωςῶν αἰτεῖν, εἴ ποτε ΚΑΜΝΗιC·
ΠΙΣΤΟῦ γὰρ ΦΙΛΟΥ ἸΗΤὴΡ προφερέςερος ΟΥδείς.

Auxilium intelligit, quam Graeci νοσηλείαν vocant: nimirum opem, quae aegris ab aſſidentibus praeſtatur. Oppianus βορῆς νοσήλια dixit, quae reficiendo aegro dantur. Itaque nos ea voce uſi ſumus in noſtra metaphraſi. Planudes more ſuo συμμαχίην, quia in ſuo Gloſſario hoc viderat. Scaliger.

Hominibus ignotis non vale caput committi, quibus, ut eſt apud Phaedr. Lib. I. Fab. XIV. Vir Sapiens ne pedes quidem calceandos committit. Sed ſuadet eligendum Medicum notum, amicum, cujus fidem quis & dexteritatem perſpectam habeat &c. O. Arntzenius.

Duplicem hic Expoſitionem in medium adfert Eraſmus, neutra tamen rem expediente. Prior enim potiori jure pertinebat ad Diſt. XXII. Libri II. in quo etiam pertractando nos jam praemonuimus de hoc, quisnam ejus, in oppoſitione illius, verus eſſet ſenſus. Vid. ſupr. pag. 273. In poſteriore vero eraſmica unicam tantummodo vocem deſiderarem ultimo loco adjungendam, IGNOTUM; & longe alius, ſed & verior inde ſenſus prodierit: quem, reliquos inter interpretes, ſolus optime & percepit, & enodavit V. Cl. Arntzenius. Niſi quod amiciſſimus ipſi celeberrimusque Reſcriptorum Auctor, ab illo licet altero Diſticho occaſione deſumta, in ſimili argumento, quoque optime jam confutatas dederit Boxhornii calumnias, Cap. eorumd. integro XXXII. quod hunc locum ſibi recte vindicare poteſt, quum, uti ſupra jam demonſtravimus, medicorum proprie res hic loci agatur. „ Hoc modo ſibi optime defunctus eſſe videtur accuſatione Boxhornius, ſed ita, ut plura exagitanda relinquat; quae quia in medium non protulit, illi divinent, quibus crimina alia vera fuerunt viſa. *Atque haec*, inquit, *e multis pauca. Cetera ingenio & judicio legentium remittimus, & ſatis nos pro ſententia noſtra dixiſſe exiſtimamus. Non tamen inficias eo, quaedam, ſed valde pauca, acuta, in hoc opuſculo exſtare, quae facile eſt a reliquis diſcernere, & credibile eſt, multa talia antiquitus Catonis nomine fuiſſe evulgata, quae jam periere. Et ſic factum, ut ejus meminerit vetus ſcriptor Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum, ubi ait*, quendam oculorum rheumate laborantem, flentem & gementem illud Catonis ſaepe repetiiſſe:

„ Corporis *auxilium* medico committe fideli.

„ *Vulgo, ſed male, pro* auxilium, exigua *legitur*. Vide autem quam hic omnia turbet & miſceat, ut huic noſtro Catoni verſum illum a Vindiciano laudatum eripiat. Neque id mirum, de eo tantopere illum laborare; ſi quidem is unus, ſi alia nulla indicia eſſent, evincit, Catonem hunc Dionyſium ad antiquiora tempora revocandum, omnemque Boxhornii operam, quam in redarguendo eo poſuit, irritam eſſe. Adſcribit ergo hunc verſum alii Catoni, & quidem ei, quem Sulpicia memorat: is autem Priſcus eſt, atque adeo Cato major, ſive Cenſorius: eum namque hoc cognomine inſignem fuiſſe, docet Plutarchus.

„ Verum

„ Verum nec ſermo, nec ſententia Priſco huic Catoni con-
„ venit. Multi Catonis vitam, plures ſcripta prodidere;
„ eorum nullus tamen carmina aut verſus ab ipſo compoſi-
„ tos meminit. Exſtant hodie monumentorum ejus frag-
„ menta, ſed in iis nullum verſum oratione ligata ſcriptum
„ reperias. Neque puto, ſi ſcripſerat, omnem memoriam
„ penitus intercidiſſe. Verum ſi damus, ſcripſiſſe eum, ſen-
„ tentia praecepti omnino ab animo & ingenio Catonis ab-
„ horret. Is enim filium monuit, ut medico corpus & ſalu-
„ tem committeret? Imo diverſa omnia tradit Plinius, qui
„ ipſa Catonis haec verba ponit, Natur. Hiſt. Lib. XXIX.
„ Cap. I. *Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, M. fili, quid Athe-*
„ *nis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit, eorum litteras in-*
„ *ſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſimum & indocile genus*
„ *illorum, & hoc puta vatem dixiſſe: Quandocunque iſta gens*
„ *ſuas litteras dabit, omnia corrumpet. Tum etiam magis, ſi*
„ *MEDICOS ſuos huc mittet. Jurarunt inter ſe, barbaros necare*
„ *omnes MEDICINA.* Et poſt pauca addit: *interdixi tibi de*
„ *MEDICIS.* Eadem paene, ſed Graece, de odio ejus in
„ medicos Graecos, Plutarchus in vita hujus Catonis, i. e.
„ Majoris. Nolim exiſtimes Catonem hunc, Graecae gentis
„ duntaxat medicos odio proſecutum fuiſſe, Latinos atque
„ alios probaſſe. Nam ea aetate praeter Graecos nulli fue-
„ runt Romae, qui illam artem factitarunt, ut ex ipſo Pli-
„ nio diſcimus. Sed lepidum eſt, quod addit Boxhornius:
„ *Et Catonis ſententias in ore omnium fuiſſe, vel ſola Sulpiciae*
„ *Satyra teſtari poteſt, in qua inter alia dicitur:*

„ *Quos inter Priſci ſententia dia Catonis*

„ *Crediderim uno libello eas fuiſſe comprehenſas. Sed poſtea inepti*
„ *homines, cum quae bona non aeſtimarent, quia non didicerant,*
„ *quae bona, more ſuo corrupere, ſubſtituentes ſua, meras febres*
„ *& oſcitationes.* Quaero, ſi Catonis Priſci ſententiae uno
„ libello compoſitae & conjunctae tam celebres fuere &
„ decantatae, tempore etiam Vindiciani, qui factum, ut
„ nemo Veterum earum mentionem injecerit? Verum mit-
„ tamus hoc. Quam ſuave illud, quod ſententiam Catonis
„ in Sulpiciae verſu γνώμην accipit, atque ex earum ſen-
„ tentiarum genere, quae diſcebantur, aut ſaltem legeban-
„ tur, quales ſunt Dionyſii atque aliorum ſententiae. Anne
„ autem contra *Sententia Catonis* ipſum Catonem ſignificat?
„ Neque tantum apud Sulpiciam, ſed & Horatium Lib. I.

 „ Serm.

„ Serm. II. 32. Inſpice loca ipſa & intelliges, non me, ſed
„ Boxhornium falli. Simili autem modo *virtus Catonis*, pro
„ ipſo Catone apud Horatium, ut monuit Douza ad illum
„ verſum Sulpiciae, ita Juvenalis IV. 81.

„ *Venit & CRISPI jucunda SENECTUS:*

„ i. e. ipſe ſenex Criſpus: haud aliter *vis Herculis*, *forma*
„ *Junonis*, de qua notat Daumius ad Lib. IV. Diſt. IV.
„ pro ipſo Hercule & Junone ponuntur, de quibus monere
„ ſupervacuum. Vellem ergo, ne feſtinationem imputaret
„ Boxhornius, addit namque, *quod hac extemporanea Diſſer-*
„ *tatione indicandum cenſuimus.* (Sed an & tum feſtinavit,
„ cum, in notis ad illum Sulpiciae verſum, Catonem Pri-
„ ſcum diverſum ſcribit Cenſorio?) Tandem in eam clau-
„ ſulam deſinit: *Si cui tamen ſecus videatur, judicium per me*
„ *quidem integrum ipſi eſto; aliorum enim inſaniam tollere non*
„ *poſſum,*

CX.

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia eſt, morte alterius ſperare ſalutem.

VETERES credebant expiari ſcelus commiſſum, mactata pecude, quae nihil commiſerat, & pro alieno peccato innocens dabat poenas, cum is qui peccavit, potius mactari debuerit, quam victima. Stulte autem ſperabant alienam mortem ſibi ſaluti fore; cum ſua quemque mala de ſuo dependere oporteat. ERASMUS.

STULTITIA *eſt morte &c.*] Celeſtina, Act. I. pag. 23. *Malo es eſperar ſalud en muerte agena.* Quod Barthius vertit pag. 12. Pornoboſcodidaſcali: *Salutem ſuam in alterius pernicie ponere, malum eſſe ajunt.*

DAUMIUS.

NE FALCEM nos, ceu dici adſolet, in alienam inmittere meſſem velle videamur, cum τὰ θεολογούμενα, quae occurrunt in Catoniano hoc opuſculo, exactiſſime abſolutiſſime-

„ *poſſum, ſed volui caſtigare.* Quid alii velint, neſcio. Mihi
„ liceat, in hac re cum Scaligero inſanire potius, quam
„ ex Boxhornii judicio ſapere. Ceterum placet hoc Quin-
„ ctiliani Inſt. Orat. VI. Cap. VIII. *Cum judicium meum oſten-*
„ *dero, ſuum tamen legentibus relinquam*".

Judicio conſtans petito, ſi forte laboras,
Auxilium a notis: Et bene nota juvant;
Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus.
Numen amicitiae eſt, & medicina potens.

Une peine d'eſprit, un ſujet de triſteſſe
T'oblige à rechercher un ſalutaire avis:
Penſe qu'aux maux de cette eſpece
Les meilleurs medecins ſont les meilleurs amis.

110.

ΕΙ ΣΥ πλαίεις, ΤΙ ΘΝήσκει ΣοΥ ΕΚΗΤΙ ΤΟ ΘΥΜΑ;
ΑΦΡΑΔΕΣ ΕἸΝ ἑτέρου ΜΟΡΩι ΕΛΠΕΣΘαι σωθῆναι.

SCALIGER etiam reddidit:

Τίπτε θάνοι τεὸν ἵκητι τὸ θῦμα,
σὺ δ᾽ ἤλιτες αὔτως;
Ἐν μόρῳ ἀλλοτρίῳ ζῆν ἐλπίσθ᾽
ἀφραδές ἐςι.

Alio nempe modo, quam quo ſupra.

OVID. XX. Heroid. v. 179.

Siſte metum, virgo, ſtabili potiere ſalute;
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Nec bove mactato Coeleſtia Numina gaudent;
Sed, quae praeſtanda eſt, & ſine teſte, fide.

O. ARNTZENIUS.

tiſſimeque jam pertractaverit divini humanique juris Vir pe-
ritiſſimus, Henric. Cannegieterus, in egregie illis a ſe Box-
hornio reſcriptis ſaepiusque laudatis, nihil omnino prome-

Ii 4 ritae

ritae ipſius gloriae decerpere conſtituimus, ſed venia hiſce Eumdem ante rogata, doctiſſime elucubrata Ejus, ſuis porro locis quaelibet excerpta dabimus, intacta ceterum a nobis ſartaque Auctori ſuo relinquenda.

OCCUPAVERAT ante Boxhornius, quae in ipſum retorqueri poſſe tela, ſuae ſibi culpae conſcius, jam tum ex parte praeſenſerat, cum ita ſcriberet: *Porro quae de non caedendis victimis non ſemel hic inculcat Auctor, Chriſtianum eum fuiſſe, & a ſacrificiis gentium longe alieniſſimum ſatis probant. Sic Diſt. XIV. Lib. IV.*

Quum ſis ipſe nocens &c.

Melius, purius non loqueretur ſummus aliquis fidei noſtrae conſultus. „ Sed quale tibi hoc commentum Boxhornii vide-
„ tur? —— *Ita fari, ita baecce legentes interrogare, infit, Cap. Reſcriptor. XIV. eorum Auctor, & deinde pergit;* „ Ego vero
„ hic omnia diverſa cenſeo. An non enim Chriſtus victima
„ pro nobis mortuus eſt? An non is morte ſua ſalutem hu-
„ mano generi redemit? An non inde Chriſtiani omnes *al-*
„ *terius morte ſalutem ſperamus*? Nemo ergo, non dico ſum-
„ mus aliquis fidei noſtrae conſultus, ſed etiam recens ini-
„ tiatus myſteriis, hoc negaverit. Omitto divinorum virorum
„ teſtimonia, quae pueri pariter & puellae, ut neceſſarium
„ carmen, diſcunt & promte decantant. Sed, ais, Diony-
„ ſius hic pecorum victimam, aut quamcumque humanam
„ intelligit. Non nego id, ſed velim mihi dari unum Chri-
„ ſtiani veteris dictum, quo is praecipiens κατηχουμένοις aut
„ pueris, (quorum numero accenſendus Dionyſii puer, ſi
„ Chriſtianus fuit, quem fuiſſe ille cenſet, nos negamus,)
„ *ſtultos* dicat eos, qui *morte alterius ſalutem ſperent*; ita, ut
„ ex iis, quae antecedunt, aut quae ſubſequuntur, intelligi
„ nequeat, de gentilium ſacrificiis eum loqui? At vero cum
„ negat, noxiorum ſcelera expiari victimarum cruore, quid
„ aliud, quaeſo, docet, quam quod Viri ſapientiſſimi inter
„ Gentiles dudum ante Dionyſium clamarunt omnes? Ex
„ plurimis paucos in medium producam. Plautus in prologo
„ Rudentis v. 22.

„ *Atque hoc* SCELESTI *in animum inducunt ſuum,*
„ JOVEM SE PLACARE POSSE DONIS, HOSTIIS:
„ ET OPERAM ET SUMTUM PERDUUNT: *ideo fit, quia*
„ *Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.*

„ Cice-

„ Cicero pro Cluentio, Cap. LXVIII. *Neque intelligit, pietate & religione & juſtis precibus Deorum mentes, non contaminata ſuperſtitione,* NEQUE *ad ſcelus perficiendum* CAESIS HOSTIIS POSSE PLACARI. Sed nemo Dionyſii mentem ac ſenſum, de rebus divinis, quem cum hoc Diſticho, tum alibi declarat, melius expoſuit, quam Seneca, ejusdem Philoſophiae Stoicae cultor, de beneficiis Lib. I. Cap. VI. *Nec in victimis quidem, licet optimae ſint, auroque praefulgeant, Deorum eſt honos; ſed pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fritilla religioſi ſunt, mali rurſus non effugiunt inpietatem,* QUAMVIS ARAS SANGUINE MULTO CRUENTAVERINT.

ET EST operae pretium his adjungere, quae Cap. quoque XVII. antea dictis addit idem praeclariſſimus Auctor:

„ Verum neceſſe eſt reliqua expendere, quibus ſententiam ſuam tuetur Boxhornius. *Nemo autem hinc exiſtimet,* inquit, *putere me, Pythagoram etiam, ejusque ſectatores improbaſſe caedes victimarum, ſed dogmata eorum, inter reliqua gentilium philoſophorum, quam maxime olim commendabant Chriſtiani, quod neſcire non poſſunt, qui Patrum antiquorum ſeria lectione ingenium ſuum imbuere.* Quorſum haec pertineant, vix video. Docuit Pythagoras abſtinendum eſſe a caede & mactatione boum ad epulas humanas. Et haec peculiaris fere ejus ſententia laudatur a multis. Nam quod in ſacris abſtinere voluit ab iis, non hoc privum Pythagoreorum placitum fuit, ſed ſectarum omnium, certe nobiliorum, quos Daumius enumerat ad Libri I. Diſtichon I. quibus adde a nobis citatos ſupra Cap. VIII. atque a Cyrillo adverſus Julianum Libro IX. pag. 306. & ſeq. Non autem negat Dionyſius recte caedi vitulos in uſum humanum, ſed in uſum divinum. Quanquam non ita decreti hujus obſervantem ac tenacem accepimus, ut nunquam immolarit animal aliquod †: nam & gallos gallinaceos, porcellos, imo boves, &, quod majus eſt, ἑκατόμβας boumque greges aliquando mactatos ab eo ad aras, traditum eſt a Porphyrio, Apollodoro, Laërtio, Athenaeo atque aliis, quibus teſtimonium denunciat Guilielmus ab Irhoven *, qui in pago Edano, „ Arn-

* Nunc Academiam Trajectinam condecorans, in qua Theol. profitetur.
† Scil. Pythagoras.

„ Arnhemiae noſtrae proximo, ſacris praeeſt, vir haud „ paullo eruditior concionatorum vulgo per vicos atque „ oppida noſtra. Tu vide librum illius primum de palinge- „ neſia veterum Cap. XV. Illud quoque me neſcire fateor, „ Pythagoreorum dogmata prae ceteris placuiſſe Chriſtianis. „ De Stoicorum decretis id docet Hieronymus, ut ſupra „ oſtendi, ſed qui de Pythagoreorum id doceat, quaero. „ Scio Pythagoram nonnulla praecepiſſe, a quibus non ab- „ horruerit Chriſtianus; ſicut Philoſophorum nullus fuit, „ quin ad virtutem amplectendam diſcipulos ſuos cohorta- „ tus ſit. Sed proprias illius perſuaſiones, antiquae Eccle- „ ſiae acceptas magis atque impenſius probatas fuiſſe, quam „ ceterorum, ignoro.

„ Diſcuſſimus, ut puto, Viri Clariſſimi argumenta, qui- „ bus Dionyſium Chriſtianorum gregi inſerere inſtituit. „ Temere ergo iis hoc epiphonema ſubjunxit. *Puto jam ſa-* „ *tis luculentis teſtimoniis a me probatum, aut omnino Chriſtia-* „ *num; aut, ſi cui nimium videatur, ſemichriſtianum fuiſſe bo-* „ *rum Diſtichorum conditorem.* Imo ne hoc quidem conce- „ dendum arbitror, ſemichriſtianum fuiſſe Dionyſium, de „ quibus haec refert Boxhornius. *Semichriſtianos voco, qui* „ *aut ad Chriſtianam fidem amplectendam haud leviter nutabant;* „ *aut ea arrepta, nondum plane exuerant omnem gentium ſuper-* „ *ſtitionem. Quales multi olim erant. Unde etiam factum, ut in* „ *veteri Eccleſia multi ritus uſurpati, qui a paganis derivati,* „ *eorum ineptias adhuc redolebant. Quod ipſum pluribus hic ex-* „ *cutere ſuperſedeo; quia in commentario noſtro Quaeſtionum Ro-* „ *manarum pluribus indicamus.* Nam omnia indicia, quae „ Chriſtianum aut ſemichriſtianum prodere viſa ſunt illi, „ Ethnicorum & Philoſophorum ſcriptis, & ſententiis ac- „ commodatiſſima ſunt. Unum miror, cum hanc Viri Cla- „ riſſimi de ſemichriſtiano ſententiam mecum reputo, non „ vidiſſe eum, nihil validius adverſari ſuae opinioni, qua „ ad ima barbarorum ſubſellia hunc ſemichriſtianum deji- „ ciendum cenſet. Quaero namque, utrum ex iis gentibus, „ quae Graecis litteris aut diſciplinis imbutae fuerunt, an ex „ nationibus barbaris, Francis, Burgundionibus, Vandalis, „ Gothis; qui disjectis Romanorum praeſidiis, imperium „ eorum vaſtarunt; hunc Semi-Chriſtianum ortum exiſti- „ met? Nemo, credo, dicet ex his prodiiſſe, aut barbariem „ horum ſacrae religioni Chriſtianae miſcuiſſe. Cultiorem „ namque philoſophiam Diſticha omnia fatentur. Supereſt

ergo,

„ ergo, ut dicamus, Graecorum rationem & cultum cum
„ Chriſtianis caeremoniis conjunxiſſe, atque ex utrisque
„ his ſibi religionem peculiarem confinxiſſe. Sed iterum
„ quaero, quo tempore hos Semi-Chriſtianos ex Graeco-
„ rum Philoſophia & Chriſtianis ſectis conflatos, vixiſſe
„ & aetatem degiſſe in terris putet? Credo reſpondebit, iis
„ temporibus hos fuiſſe, quae Conſtantini aevo proxima
„ ſunt. Nam inſecutis ſeculis extincta plane & deleta fuit
„ illa vetus Graecorum & Romanorum Religio, periitque
„ numinum antiquorum cultus, legibus publicis ſevere
„ coërcitus; usque adeo, ut ſcribant Imperatores Hono-
„ rius & Theodoſius in L. XXII. de Paganis ſacrificiis &
„ templis Cod. Theodoſ. ſeſe credere nullos ſuo tempore Pa-
„ ganos eſſe. Temere ergo ad infima barbarorum ſubſellia
„ damnat Boxhornius, quem Conſtantini aetati ſupparem
„ facit". Sed nos priorem Antoninis, ſtatim oſtendemus.

Stultitia eſt, morte alterius ſperare ſalutem:
  Victima cur pro te caeditur innocua?
Quum ſis ipſe nocens: Moritor, qui morte piamen,
  Qui ſperare, nefas ſolvere poſſe, poteſt.

Pourquoi teindre l'Autel du ſang pur des victimes?
L'animal innocent doit-il pour toi mourir?
Sa mort n'efface pas tes crimes:
Celui qui fait le mal, doit lui-même périr.

CXI.

CXI.

Quum tibi vel ſocium, vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita, petenda.

AMICUS, quem velis adjungere, non aeſtimandus e cenſu, ſed ex moribus. Idem oportet fieri in uxoribus.

ERASMUS.

ALITER haec diſtinguit Leidenſ. pr. *Non tibi fortuna eſt, hominis ſ. v. p.* Doct. Scriverius, neſcio qua auctoritate, pro *petenda* edidit putanda, i. e. *aeſtimanda.* O. ARNTZEN.

Ita mavult & hodie Withoſius.

QUAE VERBIS hic, eadem & exemplo docuit ſuo Cato noſter. Tempus enim eſt utique & rerum ordo poſtulat, ut quem per ſe, niſi ex his egregiae, ſane, doctrinae ac diſciplinae praeceptis, parum novimus, eum aliquando ex amicis ſociisque, ſi fieri poſſit, paullo penitius pernoſſe diſcamus, hunc noſtrum Auctorem. Eſt autem mihi tam perſuaſum, quam quod perſuaſiſſimum, neminem fuiſſe alium, quam ipſum hunc, quem M. Aurelius Antoninus, Imperator idem & Philoſophus, inter eximios ſuae aetatis viros alios, quorum ipſe opera non parum profecerit in Sapientiae ſtudio, CATONEM nobis commemorat. Quique negare iſtud tentent, ii oſtendant, rogo, in quemnam *Catonum* alium, aliqua ſaltem ſub ſpecie umbrave veritatis, cadere illud poſſit? Ita vero Imperator ait, non teſtis aliquis obſcurus aut ſubleſtae fidei, εἰς ἑαυτὸν, ſ. *de ſe ipſo* Libr. I. § 11. Παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου Σευήρου, τὸ Φιλοίκειον, καὶ Φιλάληθες, καὶ Φιλοδίκαιον· καὶ τὸ δι' αὐτὸν γνῶναι Θρασέαν, Ελβίδιον, ΚΑΤΩΝΑ, Δίωνα, Βροῦτον. Quae Latine ita ſunt reddita, ſi & poſſent melius: *A fratre meo Severo, amorem familiarium, & veritatis, juſtitiaeque. Per eundem cognovi Thraſeam, Helvidium, CATONEM, Dionem, Brutum.* Iam, qui fuerint Thraſea & Helvidius, novimus ex Hiſto-

III.

Εὖ τ' ἂν ΕΤΑΙΡΟΝ, Η αὖ ΠΙΣΤΟΝ ΦΙΛΟΝ, ὦ φίλε, δίζῃ.
ΟΥΧΙ ΤΥΧΗ μερόπων, ὁ ΒΙΟϹ Δ' ἰχνευτέος ἤτω.

NON *tibi fortuna eſt hominis, ſed vita pet.*] Hominis illius nempe quem ſocium, vel amicum tibi quaeris.

At Planudes:

Οὐχὶ τύχη μερόπων, ὁ β. δ' ἰχν. ἤτω.

Quum tibi aliquem amicum paras, noli fortunam hominum inveſtigare.

Non ſunt ſani capitis iſta.

SCALIGER.

Hiſtoricis, Tacito (*a*), Suetonio (*b*), Juvenali (*c*) Poëta, Plinio Minore (*d*), Arriano (*e*). His viris tantis conjungitur TERTIUS E COELO Philoſophorum, CATO noſter. Namque & ejusdem prorſus diſciplinae fuiſſe, quam magnos hos inſignesque viros, ipſius quae ſuperſunt clamant omnia, & eodem tempore vixiſſe jam alibi probatum eſt, neque vel Cenſorinum, vel Uticenſem, Catones noſſe potuerat Aurelius: Et, quod *Dion* proxime jungitur Catonis nomini, inde forte ſuam trahit originem, quod, diſtinguendi

(*a*) TACITUS, Annalium Libro XIII. Edition. Plantinianae Lipſii, a. CIƆIƆC. pag. 161. it. Lib. XVI. pag. 210. ſqq. & Hiſtoriar. Lib. IIII. pag. 300. de Paeto Thraſea; ibid. & Annal. Lib. XII. p. 141. de hujus genero Helvidio Priſco. Et de utroque Lipſius, in Commentar. pag. 242. & in Notis, XLIII. LXXIIII. & LXXV.

(*b*) SUETONIUS, de Thraſea, in Nerone Cap. XXXVII. & Domitian. Cap. X. de Helvidio, patre, in Veſpaſian. Cap. XV. filio, in Domitian. l. c. Vid. utrobique Torrentium & Commentatores reliquos.

(*c*) JUVENALIS, Satyra V. v. 36. vid. ibi Scholiaſt. veter. & VV. Doct.

(*d*) PLINIUS, Epiſtolar. Lib. IIII. ad Cerealem. Edit. Pariſ. Rob. Steph. a. CIƆIƆXXIX. pag. 62. Venet. ex AEdib. Aldi a. CIƆIƆVIII. (117. & (118.

(*e*) ARRIANUS, in Epictet. Lib. I. Cap. II. tot. ubi integra illa Helvidiana diſputatio, quae male habuit Veſpaſianum. Edit. Colonienſ. Birkmanniane a. CIƆIƆXCV. Tom. III. pagg. 12—16.

di ejus cauſſa a reliquis, ſcriptum fuerat per compendium: *Cognovi Catonem Dionyſium*, ex quo, ſicuti plura erant nomina, duos effecerunt eſſe viros librarii, qui & ſub initium ſtatim inſequentis Capitis ex alterius compendio nominis: Παρὰ κλ. μαξίμου, pro: Κλαυδίου Μαξίμου ſ. *Claudio Maximo*, dederunt adulterinum illud: Παράκλησις Μαξίμου. In his igitur *Sociis* & *Amicis* ſibi eligendis ipſe Cato *fortunam*, certe, *non quaeſivit*, quae illos parum proſpera eſt inſecuta; *ſed vitam* moresque, quos, uti diximus, non minus ipſe factis tradidit, quam praeceptis.

Aureaque porro ſunt in hanc ſententiam, aeque ac in reliquis, quibus in aurea commentatus eſt Pythagorae carmina, verba Hieroclis pag. 69. Ταῦτα γὰρ ὁ τῆς ΦΙΛΙΑC ὑπαγορεύει θεσμὸς, μεγίστης οὔσης ἀρετῆς, καὶ ταῖς ἄλλαις, ὡς τελειότητος ἐπιφαινομένης. Πέρας μὲν γὰρ τῶν ἀρετῶν ἡ ΦΙΛΙΑ· ἀρχὴ δὲ εὐσέβεια. Καὶ ἔστιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος σπέρμα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἡμῖν· ἡ δὲ τῆς Φιλίας ἕξις, ὁ τελειότατος τῶν ἀρετῶν καρπός. Ὥσπερ οὖν δικαιοσύνης ποιεῖσθαι δεῖ λόγον, οὐ μόνον πρὸς τοὺς δικαίους ἡμῖν προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀδικεῖν ἐγχειροῦντας, ἵνα μὴ τῷ ἀνταδικεῖν εἰς τὴν ἴσην καχεξίαν αὐτοῖς ἔλθωμεν· οὕτω καὶ τῆς ΦΙΛΙΑC ἀντέχεσθαι δεῖ, τουτέστι τῆς Φιλανθρωπίας πρὸς ἅπαντας, οἳ τοῦ γένους ἡμῖν κοινωνοῦσιν. Ἐν τάξει δὲ τῇ πρεπούσῃ τὰ τῆς ΦΙΛΙΑC μέτρα ποιησόμεθα, ΤΟΥC μὲν ΑΓΑΘΟΥC, ὡς ἀποσώζοντας τὴν τοῦ ἀνθρώπου τελειότητα, καὶ διὰ τὴν Φύσιν, καὶ τὴν γνώμην, ΠΑΝΤΟΙΩC ΑΣΠΑΖΟΜΕΝΟΙ· Τοὺς δὲ Φαύλους, ὡς μηδὲν ἀπὸ γνώμης εἰς αἵρεσιν ΦΙΛΙΑC ὑπέχοντας, διὰ δὲ μόνην τὴν κοινὴν Φύσιν ἀγαπῶντες. Διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, ὡς οὐδεὶς ἐχθρὸς τῷ σπουδαίῳ καὶ μόνος ὁ ἀγαθὸς αὐτῷ ΦΙΛΟC. Εἰ μὲν γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἀγαθὸν Φιλεῖ, οὐδὲ τὸν κακὸν, ἐχθρὸν τίθεται· εἰ δὲ τὸν ἀρετῇ κεκοσμημένον ζητεῖ ΠΡΟC ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ, ΤΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ΕΚ ΠΑΝΤΩΝ ΕΚΛΕΓΕΤΑΙ, μιμούμενος καὶ ἐν τοῖς τῆς ΦΙΛΙΑC μέτροις τὸν Θεὸν, ὃς μισεῖ μὲν οὐδένα ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἀγαθὸν διαφερόντως ἀσπάζεται. Τὸ γὰρ τῆς Φιλανθρωπίας ἀγαθὸν κοινῷ τῷ γένει προτείνων, τῆς προσηκούσης μοίρας ἕκαστον ἀξιοῖ· τοὺς μὲν ἀγαθοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἀνάγων, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς Φυγάδας, τοῖς τῆς δίκης νόμοις πρὸς τὸ δέον ἀπευθύνων. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἑκατέροις σύμμετρόν τε καὶ ὠφέλιμον. Οὕτως καὶ ἡμᾶς προσοίσει τὴν Φιλίαν τηρεῖν πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μετὰ τῆς πρὸς τὴν ἀξίαν ἀπονεμήσεως. κ. τ. λ. H. E. Interprete Jo. Curterio: *Haec enim ſubindicat* AMICI-

TIAE

TIAE divina lex, maximae profecto virtutis, & quae ceteras, tamquam perfectiſſima, ſupereminet. Eſt enim Virtutum limes ultimus AMICITIA; *principium vero, Pietas. Eſt etiam nobis & pietatis ratio, ſemen bonorum omnium;* AMICITIAE *vero habitus, perfectiſſimus virtutum fructus. Quemadmodum igitur juſtitiae nobis eſt habenda ratio, non apud eos tantum, qui juſte nobiſcum ſe gerunt, ſed qui damnum etiam conantur inferre, ne injuriam referendo, in eandem vitii pravitatem deveniamus: ſic decet etiam* AMICITIAM *retinere, i. e. humanitatem erga omnes, qui ejusdem nobiſcum generis communione utuntur, colere.* Optime *autem & convenienter* AMICITIAE ORDO *ſervabitur,* ſi BONOS, *tamquam qui hominis perfectionem,* (ex communi veluti naufragio,) *retinuerint, & propter naturam etiam, animique ſignificationem,* OMNINO AMPLECTAMUR: *Malos autem amemus propter naturam ſolum, tamquam nihil ab animo ad amicitiae ſuſceptionem afferentes. Unde fit etiam ut recte dicatur: Virum bonum odiſſe neminem, ſolumque ſibi amicum exſiſtere. Cum enim* BONUM *diligit, non eum qui malus ſit, putat inimicum. Sin autem* VIRTUTE PRAEDITUM QUAERIT AD SOCIETATEM, EX OMNIBUS *eum* DELIGIT, QUI PROBUS SIT; *atque in* AMICITIAE *legibus* DEUM *ipſum imitatur, qui nullum quidem ſolet odiſſe, ſed eum maxime, qui bonus ſit, amplecti atque diligere. Amoris enim commoda univerſo mortalium generi proponens, parte ſua quemlibet dignum exiſtimat: eosque qui probi ſunt, ad ſe evocat; virtutis autem deſertores atque profugos, juſtitiae legibus ad id, quod rectum eſt, dirigit atque ducit. Eſt enim id utrisque congruum atque utile. Sic etiam fuerit operae pretium amicitiam cum omnibus, adhibita ſingulorum dignitatis obſervatione, colere.* Et rel. ad fin. usque ſectionis, ubi hac porro clauſula utitur: *Eſt vero* HUMANITATIS *ſtudium communiter quidem in omnes, ſed* AMICITIAE, *praecipue* & peculiariter *erga bonos ideo colendum, quod eidem humanitatis nomen praecipue inſerviat,* ſive quod ERGA HOMINES AMORIS, φιλανθρωπίας, cognomen ei maxime conveniat, in eamdemque quadret. Ita enim reddendum foret, quod ibi paullo intricatius enuntiatum eſſe videtur.

DE SOCIETATE vero quae, uti ſolet, doctiſſime in medium profert Eruditiſſ. Reſcriptorum Auctor, in calce eorum, ſi ceteroquin ſpatium permiſerit, ad XXXVI. huj. Libr. Diſt. referri, non noſtro quidem, ſed ipſius Cl. Scriptoris ſenſu, ea commode poterunt.

Quum

Quum tibi vel ſocium, vel fidum quaeris amicum,
Vel vitae comitem participemque tori;
Non tibi fortuna eſt, hominis ſed vita, petenda.
Non rem, ſed mores foedus amoris amat.

Cher.

CXII.

Utere quaeſitis opibus: fuge nomen avari:
Quo tibi divitias, ſi ſemper pauper abundas?

FRUSTRA paraſti divitias, ſi partis uti non audes, & inter magnas opes vivis inops. Nihil enim refert habere, ſi, quae habes, nihilo plus tibi proſunt, quam ea, quae non habes.

ERASMUS.

UTERE *quaeſitis opibus.*] Theognis: *τῶν σεαυτοῦ κτεάνων σὺ ἐπαυχέμεν.* Et ita vertimus. At Planud. *χρῶ τοῖς κερδηθεῖσι.* Ignoravit *quaeſita* eſſe in genere *τὰ κτήματα*, ſive ea nobis parentes noſtri, ſive nos quaeſivimus. Et ita auctor alibi uſurpat.

SCALIGER, Qui & priorem verſum reddidit aliter:

Χρῶ ταῖς κλειότεσσι· τὸ κίμβικος οὔνομα φεῦγε.

ADEO PLANUM eſt & liquidum, quod hic dicitur, ut clarius enuntiari nihil fere poſſit, & niſi hoc ſufficiat domandae AVARITIAE RABIEI, colligi vere inde liceat, eam eſſe plane indomitam nullaque perdomandam arte, ſed malum inmedicabile prorſus ac deſperatum. Enimvero quis, niſi mente captus, in animum inducat ſuum, eo fine *adquiri* OPES ac DIVITIAS, non ut PAUPERTATIS incommoda evadas, ſed ut in illa totis viribus ruas? Atque ita tamen eſſe comparatum, ita rem, dicamne ſe habere, an haberi? aetatum omnium ac ſaeculorum jam nos pridem docuit experientia, docuitque pariter uſus,

Cherchant un compagnon fidelle
Et qui de l'amitié ſache écouter les loix,
Ce n'eſt pas de ſes biens l'eſtime criminelle,
Mais ſa ſeule vertu, qui doit fixer ton choix.

112.

Χρῶ τοῖς κερδηθεῖσι, κνιπίης ΟΥΝΟΜΑ ΦΕΥΓων·
Τίπτ᾽ ὄφελος ΠΛΟΥΤΟυ, εἰ ΠΛΟΥΤΕις αἰὲν ἀπαιτῶν;

Fuge *nomen avari.*] Planudes *κνιπίης οὔνομα φεῦγε.* Nos ſcimus *τὸν κνίπα* dici, quem aliter *κίμβικα καὶ κυμινοπρίστην* vocabant. Quod ſi *κνιπίας*, & Ionice *κνιπίης* formetur, non refragabimur. Sed Planudes *κνιπίην*, pro avaritia videtur nova incude fabricaſſe: quod non magis licere, quam *κιμβικίην ἀπὸ τοῦ κίμβικος*, putamus.

Si *pauper abundas.*] Plan. *εἰ πλουτεῖς αἰὲν ἀπαιτῶν.* Hinc quoque *ἀπαιτῶν* pro *ἐπαιτῶν* poſuit. Et praeterea *ἐπαιτῶν* eſt mendicans, non mendicus, i. e. *ἐπαίτης.* Itaque minus male dixiſſet:

—Εἰ πλουτεῖς αἰὲν ἐπαίτης.

Sed ne ſic quidem bene. Dicendum enim erat:

—Εἰ πλουτῶν αἰὲν ἐπαιτεῖς.

Sed *ἐπαίτης* aut *ἐπαιτῶν* hic locum non habet. *Πένης* aut *πενητεύων*, aut *ἀπορῶν* ſubſtituendum erat. Senſus eſt: Quid proſunt divitiae, ſi in tantis divitiis pauper es? *Εἰ πλουτῶν πενητεύεις.* Ut vertimus. Scaliger.

uſus, & hujus meram conſiderationem nihil valere ad tollendum malum, quod profecto nimis tenaciter & ipſis oſſibus inſidet, & medullis inhaeret, quo ſcilicet neque verbà nec herba poſſunt usque pertingere. Quid in eo igitur curando operam ludimus? Sed noſtrum nos, quae inſervire poſſint aliis, praeſcribentem ſequimur Auctorem. Dixerat ille jam paullo ſuperius: *Divitias qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper avari.* Haec parum nunc inmutata inculcat iterum ſpecialiusque adplicat ex ſe nato:

Quo tibi divitias? Si ſemper-pauper abundas.

 Cui

Cui ſcil. umquam eae forent uſui, ſi tamen uſus rerum tibi per innatum, aut aliunde in te derivatum avaritiae contagium, concederetur numquam? Sed, ſi mavis intactum te ſervare ab iſta tam foeda labe:

Utere quaeſitis opibus: Fuge nomen avari.

Nulla hic explanatione opus: Senſum haec (modo adſit is) non ita leviter perſtringunt, ſed in conſenſum ſui penitus abripiunt.

JUNGIMUS idcirco iis, quae ex Epicteto ad I. h. L. Diſt. jam propoſuimus, etiam aliquod inſigniorum ejus Apophthegmatum, in quo VITAM BEATAM a DIVITIARUM STUDIO plane, totoque quaſi coelo, disjungit, adeo ut alterum cum altero una conſiſtere haudquaquam poſſit: Ἐξέταζε σαυτὸν, inquit, Stobaeo referente, πότερον ΠΛΟΥΤΕΙΝ θέλεις, ἢ ΕΥΔΑΙΜΟΝΕΙΝ. Καὶ εἰ μὲν πλουτεῖν, ἴσθι ὅτι οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε ἐπὶ σοι πάντη. Εἰ δὲ εὐδαιμονεῖν, ὅτι καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἐπὶ σοί. Ἐπεὶ τὸ μὲν τύχης ἐπίκαιρον δάνειον. Τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, προαιρέσεως. H. E. *Inquire te ipſum*

CXIII.

Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam,
Fac fugias animo, quae ſunt mala, gaudia vitae.

SI cupis honeſtam tueri famam, noli amare voluptates inhoneſtas: nempe gulae, libidinis & ſimilium.

ERASMUS.

SI *famam ſervare cupis, d. v. honeſtam.*] Vid. Freher. lib. II. de Exiſtimatione, cap. III. n. 3. pag. 102.

DAUMIUS.

QUOMINUS hoc praecipientis ita Philoſophi aliquis in eum ſenſum rapiat, aut trahere quoque poſſit, quo quidam ſacro-

ipſum DIVESNE *malis eſſe, an* BEATUS? *Quod ſi dives: ſcito id neque bonum eſſe, neque omnino penes te. Sin beatus: id & bonum eſſe, & penes te. Nam opulentiae uſura eſt ad breve tempus a Fortuna conceſſa: Beatitudinis vero, ab animo & voluntate pendet.* Haec ſumma rei, hic cardo eſt. Repetendum propterea, cum Catone:

Deſpice divitias: Si vis ANIMO ESSE BEATUS.

Utere quaeſitis opibus: Fuge nomen avari.
Quo tibi divitias, ſic inopi inter opes?
Nonne tibi melius multo, ſi pauper abundas;
Quam ſi, quidquid habes, ſemper avarus, aves?

Fais de tes revenus un honorable uſage:
De l'infame avarice abhorre les liens.
De ton or quel eſt l'avantage,
Lorſque tu reſtes pauvre au milieu de tes biens?

113.

Τίμιον ΕΙ φήμην ΕΘΕΛοις βιόων προΦΥΛΑσσειν;
Σπεῦδε ΦΥΓΕιν κραδίῃσι ΚΑΚὰς τέρψεις ΒΙΟτοιο.

Ex Solone apud Demetrium potes vertere, ἐὰν θέλῃς τρόπον καλοκαγαθίας φυλάττειν. H. e. Exiſtimationem tueri. Non quod καλοκαγαθία ſit exiſtimatio, ſed quod illa ab hac. Putido verbo προφυλάσσειν utitur Planudes. Nam ſimplex φυλάσσειν ſufficit. SCALIGER.

Qui & alio modo reddidit priorem verſum:
Εἰ λῇς εὐδοκιμεῖν ἐν εὐκλείῃ διάξειν.

ſacrorum Antiſtes contubernalibus ſuis idem praecepiſſe fertur: *Vivite*, inquiens, *cariſſimi mihi Fratres*, SI NON

CASTE,

CASTE, AT CAUTE, impedit lectiſſima vox, ANIMO, quae vacare, aut certe abundare, fruſtra eſt nonnullis viſa, nec umquam tamen ſine quadam peculiari vi ab Auctore uſurpata noſtro. *ANIMO*, eſt ut dicat, *ſi fugias* ea mortalis *vitae gaudia*, *quae mala ſunt*, ſic inſimul optime ſartam tectamque tibi, *dum vivis*, *HONESTATIS FAMAM EXISTIMATIONEMQUE ſervabis*. Et *ſi*, *dum vivis*, *ſervabis*; eadem, etiam poſt funera ſuperſtes, intemerata manebit. *Vivito* bene, *vivito* honeſte, quantum in te ſitum eſt, & *vitae te honeſtae fama*, ut corpus umbra, ſequetur. Itaque verba illa *dum vivis*, in priore verſu, in poſteriore autem *vitae*, ſeſe mutuo reſpiciunt & Catonianae elocutioni frequentiſſima illa oppoſitione invicem junguntur. Sic etiam in alterutra Diſtichi parte, *ſervare & fugere* eadem oppoſitorum ratione connexa ſunt. FUGIENDO SERVABIS. Utque SERVES *bona*, HONESTAM FAMAM, FUGIAS *mala*, *contraria vitae*, cum honore peragendae, GAUDIA. Hic verus ſenſus eſt, neque is Philoſopho indignus; & ille licet res potius quaerat ipſas, quam rerum exiſtimationem aucupetur.

EX UNO reliqua colligi vult Epictetus, cujus in pugillaribus loco numeroque XLIX. & L. haec inſcripta deprehendimus: Εἰς τὰ θέατρα πολὺ παριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον Εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ. Τοῦτ' ἔςι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾷν μόνον τὸν νικῶντα. Οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. Βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾷν τινὶ, ἢ ἐπὶ πολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου, καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. Ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν. Κεφ. ν. Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥαδίως πάριθι. Παριὼν δὲ, τὸ ΣΕΜΝΟΝ, καὶ ΕΥΣΤΑΘΕΣ, καὶ ἅμα ΑΝΕΠΑΧΘΕΣ ΦΥΛΑΣΣΕ. H.E. *Ad Theatra ſaepe accedere, neceſſarium non eſt. Quod ſi quando tempus incidat, cave, ne cuiquam magis ſtudere videaris, quam tibi: Velis quae fiunt, ita fieri, ut fiunt: & eum tantummodo vincere, qui victor fuit. Sic enim non impedieris. Clamore autem, aut arriſione aut vehementiore commotione, penitus abſtineto. Egreſſus ſpectaculo, multa de iis, quae facta ſint, ne diſputa, quando ad te corrigendum non faciunt. Multa enim de iis loquendo manifeſtum erit, te eſſe admiratum, quae quaſi invitus ſpectaſſe volebas videri.* L. *Ad recitantes quosdam ne accede*,

cede, neque bis, aut raro, interſis. Quod ſi interſis GRAVITATEM, CONSTANTIAMQUE *ita* SERVA, *ut moleſtia vaces.*

DENIQUE vero, inquit hic Arntzenius, per *mala gaudia vitae* intelligit *voluptates*, quo ſenſu Virgil. dixit *mala mentis gaudia*, Lib. VI. AEneid. v. 278.

—— —— *& mala mentis*
Gaudia, *mortiferumque &c.*

Quem Virgilii locum optime interpretatur Seneca, Epiſt. LIX. *Itaque cum dicit Virg. noſter:* & mala mentis Gaudia; *diſerte quidem dicit, ſed parum proprie; nullum enim malum gaudium eſt.* Voluptatibus *hoc nomen impoſuit, &, quod voluit, expreſſit; ſignificavit enim homines, malo ſuo laetos.*

Fac ANIMO fugias irritamenta malorum.
Quae mala ſunt vitae gaudia, dantne bonum?
Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam,
Quidquid honos, ut agas, poſcit, honeſtus agas.

Veux-tu par ta conduite acquerir quelque eſtime,
Et parmi les méchans n'être point confondu?
Evite la tâche du crime,
Et l'appas dangereux du plaiſir deffendu.

CXIV.

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam:
Nam quicumque ſenet, ſenſus puerilis in illo eſt.

Cum per aetatem vigeat ingenium tuum & animi vis, noli deridere ſenectutem, quae minus animo valeat. Deſipiſcit enim omnis ſenex, & ad puerilem ſtultitiam redit. AEtatis igitur vitium ferendum, non ridendum eſt.

Erasmus.

Nam *quicunque* &c.] Sophocles:

Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Namque hominis aetas ultima in puerum redit.

Opitius, qui & Latinum addidit, neque vel absque hoc, aliquid *ſublegiſſe Scaligero* recte diceretur. Veluti jam monuimus alibi.

Non dissimulanda triſtis haec quantum libet veritas, neque, vel eo deveniendum, cum Scriverio, ut eamdem quomodocumque extenuando, ſenſum quoque Auctoris, acute quidem, ſed non contorte loquentis, in ipſi contrariam prorſus detorqueamus ſententiam. Ita enim proximo abhinc Saeculo ille edere non dubitavit verſum in Diſticho poſteriorem:

Non, quicunque ſenex, puerilis ſenſus in illo eſt.

Quod non obſervatum ab aliis, vel minutiſſima quaeque ad examen revocare ſolitis: Quum jam animadvertiſſent alios, non niſi verborum diſtinctione alia, in eumdem tamen pronos fuiſſe ſenſum, ita efferendum:

Nam quicumque ſenex puerilis, ſenſus in illo eſt.

„ Hac nimirum ſententia: Licet ſenex pueriliter admodum
„ ſaepe ſe gerat, animi tamen vim quamdam obtinet &
„ ſenſus aliquis ipſi conſtat". Sed nihil opus iſtiusmodi velis, aut palliis, magis etiam ipſa veritas, & adſpectu horrida & nuda placet.

Repuerascere Senes, id adeo verum notumque eſt, ut ipſum hoc verbum & tritiſſimum pariter proverbium ſuam inde trahat originem;

Bis

114.

ΑΡΤΙΦΡΩΝ ΤΕΛΕΘΩΝ νέα ΜΗ ΧΛΕΥΑΖΕ ΓΕΡΑιόν.
Πάντεσι ΓΑΡ πολιοῖς παίδων ΦΡέΝΕς εἰσὶ νεογνῶν.

NAM *quicunque ſenex.*] A Sophocle:

Πάλιν γὰρ αὖϑις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

SCALIGER, qui ipſe potius ſublegit a ſe peſſime accepto Adverſario, quo nomine vehementer redarguitur a Fr. Vavaſſore. *

PLATO, Lib. I. de Legib. ὁ γέρων, inquit, δὶς παῖς γένοιτ' ἄν. *Senex bis fuerit puer.* De cetero τὸ *ſenere* verbum eſt antiquum, quod Veteres quoque Poetae, Pacuvius & Accius uſurparunt.

WACHIUS.

Videndus etiam hic Arntzenius.

BIS PUERI SENES. ΔΙC ΠΑΙΔΕC ΟΙ ΓΕΡΟΝΤΕC.

Unde & illa ſenum in puerulos propenſio mira & quandoque nimia erga hanc aetatem facilitas, qua fit, ut NEPOTES appellentur lurcones, atque in quam, alius licet generis, facete luſit Martinetus quidam, Poëta Gallus, cujus hoc Diſtichon cum amicis communicaſſe fertur Doctiſſ. Menagius:

Vidimus attonito puerum gannire ſenatu.
BIS PUERI, PUERUM qui ſtupuere SENES.

De

* FRANCISC. VAVASSOR, Libr. de Epigrammate Cap. XVI. pag. 193. hiſce in eum verbis invehitur: *Sed hic Scal. ſpeciatim, genere toto peccavit, qui alienis uſus vocibus verſibusque Planudae dimidiatis, Catonem jam Graece redditum Graece reddidit. Improbaret, ſane, Planudeana omnia: Graece negaret ſcite hominem Graecum, praetereaque in ſcribendo exercitatum: converteret denique Latina in Graecum etiam melius, quam Planudes aut Gaza; abſtinere ſaltem ipſorum verbis, ſi facultatem illam ſuam oſtenſam voluit; videre, ne quid commune cum iis haberet, potius quam interpolare aliena, & inculcare nonnulla aliquot locis, & levi commutatione opus alterius facere ſuum velle, debuit. Qui plagii accuſari potuerit, niſi plagium fateretur. Etenim videmus perſaepe ſcriptoris unius Graeci interpretes Latinos duos pluresve, qui ſemper id agant in primis, ut diverſi ſint; ne quid alius ab alio videatur ſumpſiſſe, aut laborem fruſtra ſuſcepiſſe vertendi.* Haec ille.

De ipſo proverbio autem qui plura volet ex antiquis Scriptoribus tum Graecis, tum Latinis, in unum congeſta, inveniet apud Polydorum Vergilium Urbinatem, qui librum Adagiorum, & ante Eraſmum, conſcripſit ediditque Venetiis an. MCCCCXCVIII. Guidoni Ubaldo Urbini Duci dicatum, num. CV, fol. 22. verſo, ſub fin. & fuſius adhuc apud Eraſmum, Chiliad. I. num. CCCCXXXVII. Ed. Ald. fol. 55. itid. verſo. Cui proverbio adeo ortum ſuum debere hoc Diſt. Ccl. creditur Withofio, ut ex illo alterum hujus verſum ita recudendum ſtatuat, quod non probamus:

Nam quicunque ſenex, pueri bis *ſenſus in illo eſt.*

Non negat id aetatis vitium Cato noſter, non ait hic, ut in Catone Majore Cicero: *Mens enim & ratio & conſilium in ſenibus eſt*: quamvis & hoc tueri facile poſſit; ſed eam conditionis noſtrae imbecillitatem fragilitatemque naturae libere fatetur: Sed recte negat fieri, ut propterea deſpectui ſint juvenibus aetate modo vigentibus ſenes. Sive enim hi praeterita reſpexerint, ſive proſpicere voluerint e longinquo aliquando ventura, utrimque rationum abunde ſegetem invenerint, quibus ab iſto conſilio fortiter deterreantur. Quum adhuc ipſi eſſent pueri, ſenibus tum & iisdem forte jam ſeneſcentibus, quos delirare nunc videant,

CXV.

Diſce aliquid: Nam, quum ſubito Fortuna receſſit,
Ars remanet, vitamque hominis non deſerit umquam.

Opes ſaepenumero ſubito fortuna eripit homini: veluti incendio, furto, bello, naufragio: verum ars eripi non poteſt. Haec itaque certiſſima profeſſio eſt, quae ſemper & ubique te poſſit alere.

Erasmus.

Notanda hoc loco ſunt verba, quae Nero ſemper in ore habuiſſe dicitur apud Sueton. Ner. Cap. XL. Τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει. H. E. *Artificem omnis alit terra.* Notumque illud:

Diſce bonas artes, moneo, Romana juventus.

O. Arntzenius.

deant, aut male rideant, in deliciis atque oblectamento erant: Nemo facilius, nemo majore cum patientia ipſorum tunc dementiam atque inſcitiam, interdum & nequitiam ferre potuit, quam ſenes, qui in ſinu fovere ipſos, qui defendere, quicum colludere ſolebant ipſi. Cogitent, & jam tempus eſſe paria illis & eamdem gratiam referendi, in hac altera pueritia, deliris plerumque ſenibus. Sive animum ad futura adplicent magis, ſortem pariter eamdem manere etiam ſemet ipſos reputent, exhibeantque tales ſe aetate provectioribus ac decrepitis, quales eo ſenectutis morbo confecti, & ipſi in ſe aliquando voluerint experiri alios. Ea nos complexi ſumus ſequenti Catoniano Tetraſticho.

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam:
Nam puerum patiens ipſa ſenecta tulit.
Si, quicumque ſenet, puerilis ſenſus in illo eſt,
In te, quando ſenes, nonne ſenilis erit?

Si tu prêtens au nom de ſage,
Reſpecte la vieilleſſe en ſon infirmité:
L'enfance eſt ſon triſte apanage,
C'eſt un tribut qu'on doit à la caducité.

115.

Καὶ ΤΕΧΝηΝ ΜΑΘΕ· ὅττι ΤΥΧΗC τροχαλῶς ΑΠΙΟΥΣΗC, ΤΕΧΝΗ ΜΙΜΝΕΙ, ΚΑΙ μερόπων βίον ΟΥΚ ΑΠΟΛΕΙΠΕΙ.

DISCE *aliquid;*] Nihil venuſtum in Planudeanis, quibus noſtra opponere nulla invidia eſt: niſi fortaſſe haec magis placent:

Σπούδασόν τι μαθεῖν· ἡ μὲν τύχη αὐτίκ᾽ ἀπέπτη.
Ἡ δὲ τέχνη μίμνει τε καὶ οὐκ ἀπολείπεται ἀνδρός.

Sive hoc, ſive alterum, ſive utrumque amplecteris, tibi nihil de ſententia deperit.

SCALIGER.

An haec tria verba, quae ex Planudeanis adoptare non eſt dignatus, tantum diſpendii meruere?

O Saeclum ſapiens, ſed invenuſtum!

FABELLA DICAT, QUAE DOCENDA SUNT MODO.
Hiſtorica ſaepe facta recondunt fabulae:
HISTORIA ſaepe tradit & ipſa FABULAS.

De Juvene & Puellis duabus.

JUVENEM duae venuſtum amant puellulae,
Diſſimulat illa amorem : ſimulat altera
Et oſcula ſponte praebet, in amplexus ruit:
Laſciva, facilis, grata riſibus & jocis.
Quaerentis illa baſiis ſe ſubtrahit,
Incontinentis verbere ſauciat manus,
Nec adloquentem ſine querela ſuſtinet,
Severa, dura, rigida, acerba, pertinax.
Quid faceret ille? Creditam amare deperit
Et limina obſequium abnuentis deſerit.
Quae triſtis in ſeceſſibus agitat otium.
FORTUNA, nomen alteri, donis beat
Suis amantem, certum amari, aſt credulum
Nimis doloſae. Voluit ipſa nil prius,
Subducere ut rivali amicum : Sed procum
Sibi reddere & petitum amoris aemulum.
Voto potita : Valeat iſte, quoad licet!
Sic fatur, & ſimul remittit nuntium,
Et quaelibet repetit ſua ipſum munera.
Utramque amando ſemet ipſe perdidit,
Infidus illi, ſed fidelis perfidae,
Utriusque amorem perdidit miſer ſimul.
Miſerata MUSA transfugam, id nomen fuit
Prius adamatae. Glorioſae virginis
Nec jam auſus ipſe flagitare nuptias,
Quae ditioris ſpreverit connubium,
Illi lubens famulantis elocat operam.
Ut vidit illa ſobriumque, induſtrium,
Suetum labori, deditumque, ac ſtrenuum,
Hac victa ſe modeſtia, conſtantiae
Tradit, dicatque, conſecratque praemium:

Cum

Cum dote, quae ſat ampla, vigilanti viro
Penſare furta amicae priſtinae, & levis:
Sibi jungit illum ſempiterno foedere,
Beatque coelo & coelitum conſortio,
Dignumque laude, diva, nunc vetat mori.
  Haec tibi, Girarde, ſcripta ſint ſolatio!

Conferantur porro huic Diſticho, quae ad XXVIII. primi Libri dicta jam ſunt. Mutatis enim perſonis, idem prorſus eſt argumentum utrique.

Diſce aliquid certi: Subito fortuna recedit:
  Namque volubilibus vertitur illa rotis.
Vitam hominis, vita potior, non deſerit umquam,
  Ars remanet, conſtes tu quoad ipſe tibi.

Bien que tu ſois dans l'opulence,
A cultiver les arts donne ton premier ſoin.
De la fortune un jour ſi tu ſens l'inconſtance,
L'Art te reſte; & jamais ne te manque au beſoin.

CXVI.

Perſpicito tecum tacitus, quid quisque loquatur.
Sermo hominum mores & celat & indicat idem.

NULLA res magis arguit & aperit vitam & ingenium hominis, quam illius oratio. Hoc eſt certiſſimum animi ſpeculum. Igitur ſi vis hominem cujusmodi ſit cognoſcere, perpende tecum qualis ſit illius oratio. Sermo indicat mores hominis, ſi loquatur ex animo & celat idem, ſi vel taceas, vel diſſimulanter loquaris.

ERASMUS.

HUC facit illud Veterum Ebraeorum: הדבור שלוח השכל *Sermo eſt nuncius mentis.* Bene ergo Perſae: *Quamdiu*, inquiunt, *aliquis nullum verbum prolocutus, dedecus & decus ejus ignorantur.* Vide mihi ſis Levini Warneri Proverb. Perſ. LXXIII.

WACHIUS.

AD SILENTIUM maxima ex parte praeſtandum, quod, uti ſaepius jam vidimus, frequenter admodum variisque & modis, & rationum momentis, ſuo Noſter imperat, non minimi ponderis incitamentum eſſe poteſt, ſi continuo apud te probeque perpenderis, qualemcumque de rebus SERMONEM, INDICEM ESSE ANIMI MORUMQUE LOQUENTIS. Tibi itaque ex uſu id omne eſſe poterit, quidquid & ſit, quod ediſſerant, vel de quo verba conſerant, qui tecum ſunt, alii: Dummodo & ipſe tecum maneas, neque inter orationes illorum tui ipſius rationem habere negligas. Sive igitur pravi ſit quidquam inprobique illud quod dicatur, TECUM reputa, te in eamdem abreptum iri inprobitatem atque malitiam, ſi pari modo reſpondeas; & veluti jam iſte *Sermo* corruptos *indicarat* eloquentis *mores*, ita tuos te pateſacturum, ut eorumdem non diſſimiles. Quam hoc probe, ſero licet, perſpexerat ex Scandinaviae imperii proceribus, Ericus Brahaeus, ultimo nuperrime ſupplicio adfectus, ceu egregia illa teſtantur, aeternaque memoria digniſſima, ad novennem data filium, litterisque conſignata, paullo ante obitum, MONITA vere PATERNA! Sive, ex altera parte, bonum ſit & laudabile, quod dicatur, & illud

116.

Φράζεο πάντα ΣΙΩΠΗι, τί πλε ΛΕΓουσιν ΕΚΑΣΤΟι·
ΗΘΕΑ ΓΑΡ ΜΕΡΟΠΩΝ ΓΥΜΝΟΙ ΛΟΓΟC ΗΔὲ καλύπτει.

Sermo *hominum mores & celat & indicat idem.*] Eadem forma loquendi in Mimiambo:

Aetas cinaedum celat, aetas indicat.

ὕστερον πρότερον eſt apud Planudem: quod non probamus. Auctoris enim ordo ſequendus erat. Scaliger.

Sermo *etenim mores*, plures exhibuerunt, nec eae minimi nominis Editiones. Melius tamen Pariſienſes, & vet. & recentior, *hominum.* In hoc certe ſcribendi genere cauſſae & nexus Particula fere abundat. Et melius Scal. Sed & hic, ſi tacuiſſet, omnium conſenſu victor & Philoſophus manſiſſet.

illud *tacite* TECUM *perpende*, ne vel memoria res excidat, vel, ubi parum ad rem adpoſite reſpondeas, & hoc aperiat, in ea ſaltem parte, dictis non exacte congruere *mores* tuos. *Tacendo* igitur tuam *celare* poteris infirmitatem, quam loquendo manifeſtaturus ipſe omnibus eras. *Mores* igitur ita *Sermo celat & idem indicat*, hinc temere effutitus, illinc a Prudentia repreſſus atque ad tempus cohibitus. Hic ſenſus praecepti eſt, non ita vulgaris, nec a vulgo intellecti. Et conferas haec porro, quaeſo, cum XXI. Libri I. Diſt. cumque iis, quae a nobis dicta ſunt ibi.

Perſpicito tecum tacitus, quid quiſque loquatur,
Et trahito ex illis commoda quaeque tibi.
Sermo hominum mores & celat & indicat idem.
Proditor, inſipiens ſit ſuus; ipſe ſape.

Pēſe au dedans de toi, ſans le faire paroître,
Ce que penſe un chacun en l'entendant parler:
Souvent ſon diſcours fait connoître
Ses moeurs, ce qu'il veut dire, & ce qu'il veut celer.

CXVII.

CXVII.

Exerce ſtudium, quamvis perceperis artem:
Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat uſum.

UT evaneſcunt diſciplinae niſi exercitatione confirmes: Sic artificium opere confirmandum erit, ne excidat.

ERASMUS.

PERITE & eleganter h. l. voces *Cura* & *uſus* diſtinguuntur, ut infra quoque Diſt. XXVII.
Diſcere ne ceſſes: cura Sapientia creſcit:
Rara datur longo prudentia temporis uſu.

Cura tribuitur *ingenio*, *manus uſui*; *cura* namque animi eſt & doctrinae, *manus* eſt artificii. Inde *cura* pro ſtudio, qui libris ſcribendis adhibeatur & collocetur, occurrit ap. Phaedr. Libr. II. Epilog. v. 10. *Si livor obtrectare* curam *voluerit.* Ad quem locum otium nobis facit Cl. Burmann. *Manus* autem *uſui* tribui & artificis eſſe, multis docuit Cl. Canneg. ad Avian. Fab. XXI. v. 12. & Fab. XXIV. v. 5.

O. ARNTZENIUS.

RECTE V. CL. Otto Arntzenius hoc cum XXVII. hujus ejusdem Libri Diſt. conparat, in quo quippe, *minus valere experientiam ſolam atque uſum, ſine doctrina*; prouti in hoc, de quo nunc agitur, *parum aut nihil fere ſolam efficere* DOCTRINAM, *niſi* USU & EXERCITIO *crebro* ADJUTAM, aeterna in baſi, firmiſſime utrimque ſtatuitur. En igitur apertam utriusque inter ſe oppoſitionem, ex qua ſponte pateſcit, quam ſit neceſſaria, illa perpetua alteriuſutrius cum altero, indiſſolubili quodam nexu, perficienda conjunctio, hinc USUS, illinc DOCTRINAE. Si ſola nihil efficit *ſine uſu* DOCTRINA; tu proinde

Exerce ſtudium, quamvis perceperis artem,

ex quo videlicet, eam a rudimentis edoctus, artis ipſe poſueris tirocinium: Tunc praecipue erit *artis* opus, aliquando ut percalleas, *uſu*: Adhibe ergo & *manum*, poſtquam, illam curioſe addiſcendo, acueras ſatis *ingenium*, ut recte perciperes; nunc ea rite mente percepta, *manus* ipſa, continuo admota operi, pari modo *juvabit ad uſum* habitumque

in

117.

ΑΣΚΕΙ σὴν ΤΕΧΝΗΝ, ΚΑΙ περ ΤΗΝδ' ἐκΜΕΛΕΤΗσας·
ΩC ΜΕΛΕΤΗ γὰρ Νῷ, ταῖς ΧΕΡσὶν ΕΘΙσμὸς ἀρήγει.

Exerce *ſtudium.*] Praeter eam interpretationem, quam dedimus, potes & hac uti:

Τὴν μελέτην, καίπερ τέχνην δεδαημένος, ἄσκει.

Simile illi:

———Μελέτη δὲ τοι ἔργον ὀφέλλει.

Planudes:

Ἄσκει τὴν τέχνην, καίπερ τὴν δ' ἐκμελετήσας.

Atqui pure graeciſſantibus ἐκμελετᾶν eſt exercere artem, non diſcere. Et μελέται ſunt exercitationes artis quam didicimus, non quam ignoramus.

Ut cura ingenium] Planudeanorum piget pudetque.

SCALIGER.

Imo piget pudetque, haec eadem toties totiesque refricari.

in ea tibi adquirendum, quo modo antea *cura* & adtentio *adjuvabant ingenium*, in recte percipiendis artis principiis. Immo, quod ait Cicero: *Aſſiduus uſus, uni rei deditus & ingenium & artem ſaepe vincit.* Veluti id quotidie conſpicere quoque datur in omnibus ſingularum artium opificibus & magiſtris. Haec oppido clara ſunt, neque longiore aliqua indigent explanatione.

FRUSTRA igitur & perquam inaniter de aliquibus inquiri ſolet, cujuſcumque generis, diſciplinis, ſintne eae ARTES potius adpellandae, an vero SCIENTIAE? Inepti, qui ita diſquiritis inepte, in vobis eſt, ut earum quaelibet ſive Ars ſit, ſive mera Scientia. Quoad enim uſibus eamdem nondum perficere didiceritis, aliquid tantum, & ejus admodum inperfectae quidem, *Scientiae* eſt, quodcumque illius vos tenere perſuaſum habeatis. Facite itaque, quantum in vobis eſt, opere & adſuetudine, ut ſit *Ars*; & ſimul ipſa quoque Scientia augebitur atque amplificabitur operantibus. Teſte iterum Cicerone, qui I. de Offic. libro ſic ſcribit: *Sed ut nec medici, nec imperatores, nec oratores,*

tores, quamvis artis praecepta perceperint, quidquam magna laude dignum, ſine uſu & exercitatione, *conſequi poſſunt; ſic officii conſervandi praecepta traduntur illa quidem,* UT FACIAMUS IPSI, *ſed rei magnitudo* USUM *quoque* EXERCITATIONEMQUE *deſiderat.* Atqui id eſt, quod toties volebat Epictetus noſter, quodque cum ipſo veri omnes jubent urgentque Philoſophi, ut Scire noſtrum non in otioſam tantum veritatum ſpeculationem redigatur, ſed ut ταῖς πράξεσιν, actibus, inquam, continuis atque exercitationibus, in verum evadat artis habitum, ab ipſa Virtute & conſtantia denique confirmatum. Huc reliqua tendunt omnia, uti pluribus jam in haec noſtra legentium inſinuare tentavimus animos, ad illud, quod his verbis inchoat, Diſtichon:

INSTRUE PRAECEPTIS ANIMUM. Ex-

CXVIII.

Multum venturi ne cures tempora fati:
Non metuet mortem, qui ſcit contemnere vitam.

SI vis liber eſſe a metu mortis, diſce vitam non magni facere. Et, quemadmodum eleganter docet Ariſtoteles, nullius rei jucunda fruitio eſt, niſi quam aliquo modo contempſeris.

ERASMUS.

MULTUM *venturi &c.*] Pulmanni & Mylii Editt. *Multum ne cures venturi t. f.* DAUMIUS.

Sic non Daumius tantum, ſed poſteriores fere omnes ediderunt, iſtique qui nobis Chouet. Florentin. Aug. Vind. Pariſ. Pulm. Trem. Eraſm. Gryph. aliasque procurarunt.

O. ARNTZENIUS.

NON PROPRIE hoc loco de morte agitur, de qua ſermo eſt alibi, & omnino male iis intellectus eſt Auctor Diſtichi, in hoc qui doctrinam aut praecepta de obitu hominis tradi, fruſtra autumarunt: Sed mortis tantum obiter, aliudque agendo, injecta hic mentio eſt. V. G. hoc ſimili-

ve

Exerce ſtudium, quamvis perceperis artem:
Non calles, niſi quae ſaepe iterata tenes.
Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat uſum:
Dexteritas uſu quaeritur aſſiduo.

L'étude en chaque état n'eſt pas ſans avantage:
De quelque art que tu ſois, ſache en tirer du fruit.
De même que la main ſe forme par l'uſage
Par l'étude on forme l'eſprit.

118.

ΜΗ ποτ' ΕΠΕΡΧΟΜΕΝης ὥρης ἐμπάζεο ΠΟΤΜΟν·
ΟΥ γὰρ δείδιεν ΟΙΤΟΝ, ΟϹ οἶδε ΒΙΟν διαπαίζειν.

MULTUM *venturi.*] Planudes:

Μή ποτ' ἐπερχομένης ὥρης ἐμπάζεο πότμον.

Praepoſtere ac voluit auctor. At quid vetabat dicere totidem verbis?

Μή ποτ' ἐπερχομένην ὥραν ἐμπάζεο πότμον. vel ἐπερχομένου.

QUI *ſcit contemnere vitam.*] Planudes ὅς οἶδε βίον διαπαίζειν. Portentum, quod procurari non poteſt, niſi ipſius interitu. (*Portenti ſcil. non Planudae. Non ita ſaevit in defunctum.*)

SCALIGER,

& hunc qui procuravit verſum alterum:

Οὐ τρομέει δὲ τὸν οἶτον, ὅς οὐκ ἀλέγει βιότοιο.

ve modo: Vel ipſum, quod *terribilium creditur eſſe omnium terribiliſſimum*, MORTEM*, ille *non metuet*, nedum ut formidet

* Φοβερῶν ἁπάντων Θάνατος ὁ φοβερώτατος.

midet alia Vitae mala, ſibi forte ſuperventura, aut non ventura, ſaltem incerta, *qui*, Philoſophia magiſtra, *vitam contemnere* ipſam probe *didicerit*. Cuinam igitur foret bono, vir ut talis de *Fatis temporibusque* deinceps *venturis multum* eſſet *ſolicitus*? Tu proinde, ne ea perpetuo diſtringaris ſolicitudine, mature diſcito a Philoſophis, vitam iſtam tanti non aeſtimare, quanti ea vulgo fit, apud rudes & rerum ignaros omnium. Et vere de hoc dici poteſt Diſt. id, quod frequenter jactant muſici: *In fine videbitur, cujus ſit toni*. Redeuntibus enim a fine hic per ſe patet ſenſus: VITAM ſi contemſeris, MORS erit levior:

Non metuit mortem, qui ſcit contemnere vitam.

Jam ſi *mortem* nec metuis *ipſam*, multo certe tibi *leviora* erunt *reliqua*. Ergo

Multum venturi ne cures tempora fati.

Namque, ut eſt in Mimiambo 422.

Mortem *ubi contemnas*, omnes *viceris* metus.

In hoc igitur illud omne reſolvitur: DE FUTURIS NIMIUM SOLICITUS NE ESTO! Non jubet abjici omnem eorum curam, ſed ſuadet abjiciendam eſſe nimiam. Itaque elocutionis vis omnis in prima voce MULTUM manifeſte ſatis apparet, quam enervarunt, qui loco movere temere tentarunt, Grammatici magis, quam Critici; minus adhuc Philoſophi. Sane, enim, ad quid utilis futura foret, quam tanto ſtudio Noſter totiesque commendat, illa Proſpicientia, ſi de futuris cogitare vetaret omnino. Ad quid praecepiſſet alioqui?

Proſpice, qui veniant, caſus hos eſſe ferendos.

Ad quid porro Janum viro ſapienti propoſuiſſet imitandum? Sed convenit huic cum II. itemque XII. Libri II. Diſtichis: Et ſic nulla ex parte laborabit.

QUADRABIT autem in hoc ex Epicteteo Enchiridio Cap. XII. his verbis conceptum: ΜΕΜΝΗΣΟ, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ ΔΡΑΜΑΤΟΣ, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, ΒΡΑΧΕΟΣ· ἂν μακρὸν, ΜΑΚΡΟΥ· Ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. Σὸν γὰρ τοῦτ᾽ ἐστὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ᾽ αὐτὸ, ἄλλου. H. E. MEMENTO *actorem te eſſe* FABULAE, *quamcumque is velit, qui docet: Si brevem,*

brevem, BREVIS: *Si longam*, LONGAE. *Si mendicum agere te velit, & tunc ingenioſe age: ſi claudum, ſi principem, ſi privatum. Ad te enim pertinet, datam tibi perſonam bene agere: eligere, ad alium.* Quid nimirum eſſet, *vitam* hanc parvi ducere atque *contemnere*, ſi hoc non eſt, eam univerſam nil praeter *Fabulam* eſſe, contendere? Et eam, in qua parum admodum referat, quas tu ſis in poſterum partes acturus, Croeſine an Iri; multum autem referat, eas ut tu, qualescumque etiam nactus, recte agas.

BENE HABET id quoque, quod Arntzenius, V. C. ex Catone citat Majore, ſive Cic. de Senectute Cap. XIX. *Quarta reſtat cauſſa, quae maxime angere atque ſollicitam habere noſtram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a ſenectute non poteſt longe abeſſe. O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam eſſe, in tam longa aetate non viderit! quae aut plane negligenda eſt, ſi omnino exſtinguit animum, aut etiam optanda, ſi aliquo eum deducit, ubi ſit futurus aeternus. Atqui tertium certe nihil inveniri poteſt. Quid igitur timeam, ſi aut non miſer poſt mortem, aut beatus etiam futurus ſim?* „ Quem locum, inquit Arntzenius, pluribus hic exprimi curavi, „ quod unice ad ſententiam hujus Diſt. facere videbatur". Aliquid, certe, ejus ad eamdem facit, plurima tamen ad illud pertinent, ubi Cato noſter ait:

Mors, bona ſi non eſt, finis tamen illa malorum eſt.

Quod vero V. Cl. idem repetundarum intentat actionem Boxhornio, earum rerum, quas nobis hic ereptum iverat numquam, id ſine cauſſa eſt fruſtraque, licet multis, adſeritur: Neque enim hujus Diſtichi, prouti ſupra id jam demonſtratum dedimus, p. 99. & 100., vel in mentem venerat Boxhornio.

Multum venturi ne cures tempora fati:
 Sat mature aderit, quidquid & ejus erit.
Degeneris timor eſt. Qui ſcit contemnere vitam,
 Non metuit mortem: Scire ſed iſtud ames.

Ne t'abandonne point à la funeſte envie
De ſçavoir le moment déciſif de ton ſort.
Quiconque s'accoûtume à mépriſer la vie,
Voit ſans crainte approcher la mort.

CXIX.

Diſce, ſed a doctis, indoctos ipſe doceto;
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.

DISCE, non a quovis, ſed ab his, qui poſſunt docere. Rurſum, quod ab aliis didiceris, id aliis imparti. Utilium enim rerum ſcientia non eſt premenda, ſed per manus tradenda. ERASMUS.

DISCE, *ſed a doctis,*] Eraſm. Colloqu. Ἀστραγαλισμῷ initio: *Diſce,* inquit Cato, *ſed a doctis.* DAUMIUS.

Nemo enim, quo ipſe careat, id inpertiri poteſt aliis.

PAUCIS admodum verbis quatuor haec rerum capita ac momenta digne abſolvit. Primum, *a quibus nos* conveniat *doceri?* Deinde, *quinam docendi?* Tum etiam, *quid ſit docendum* praecipue? Denique *quo fine, quoque modo,* ſive *docendum ſit,* ſive etiam *diſcendum.* Quae nos, eodem ordine, brevibus perſequemur.

1. ELIGENDI igitur ante omnia digni ſunt & idonei, a quibus recta doceamur. Nempe DOCTI, earumque rerum non modo periti, ſed callentiſſimi quoque, quarum prae ſe ferunt profitenturque doctrinam, & in quibus meliorem tutioremque nobis pollicentur inſtitutionem. Erant enim & Catonis noſtri aetate, *aureo* iſto, quod diximus alibi, *Philoſophorum ſaeculo,* non pauci, quemadmodum nec deſunt noſtro, qui, ſumto tantum Philoſophorum pallio, inani prorſus Philoſophiae nomine gloriabantur, ſeque obtrudebant pro doctoribus aliis, nec fortaſſe tam rudibus, quam erant ipſi. De quibus audiendus paſſim in Arriano Epictetus & Satyricus Juvenalis. Horum reſpectu Noſter ait:

DISCE, SED A DOCTIS, *re vera, haud nomine tantum.*

2. QUEMADMODUM autem doctos oportet eſſe eos, a quibus erudiri optemus, ita, pari & aequo jure, *nos* convenit eſſe *doctiores iis, quos docere* atque *erudire* ipſi praeſumamus: Quaeque in magiſtris ipſi noſtris poſtulabamus, eadem grato memorique referre animo atque exhibere munia

119.

ΜΑΝΘΑΝε πρῶτα πρὸς εἰδότος, εὖ Δὲ σόφιζ' ἀδιδάκτους·
Τῶν ἀγαθῶν ΔΙΑ ΓΑΡ ΔΟσιμον τελέθει τὸ ΔΙΔΑγμα.

PROPAGANDA *etenim*] Ridicula τμῆσις. Planudes, διὰ γὰρ δόσιμον. Et totum denique diſtichon non diſcrepat a genio aliorum.

SCALIGER.

Τὸ EST (poſt *etenim*) exſulat ab Editt. noſtris omnibus, excepta Pariſ. & Florent. nos autem auctoritati Codd. obſequuti Leidd. pr. & ſec. Coll. Voſſ. Vet. Reg. & Vet. Chart. in contextum recepimus. O. ARNTZENIUS.

nia diſcipulis. Idque etiam voluerunt tradiderùntque, & verbis Chaldaicis, in libro Traditionum ſuarum Talmudico, dicto ברכות (*Beracboth*) fol. 63. medio, Hebraeae gentis doctores, dicentibus idem, quod ſupra jam dedimus Hebraicis, ſcilicet:

באתר דלית גברי חמן הוי גבר׃

H. E. iterum: *Quocumque in loco Vir* doctus *adeſt nullus, ibi praecipue tu te praeſta virum.* Qui ille ſenſus eſt verborum alius, cujus ſupra meminimus pag. 424. * Sed de hoc apud illos multus ſermo eſt: Nihil enim majoris olim fiebat ipſis, quam DISCERE & DOCERE. *Fuit haec Sapientia quondam.* Noſtro hoc alterum doctrinae caput erat, in Diſticho, circa quod verſamur:

Jam meliora tenens, INDOCTOS IPSE DOCETO.

3. QUID VERO ſit *docendum*, expedit verbis poſterioris

* Conf. cum his & Buxtorfium in Florilegio Hebraico, Edit. Baſileenſ. Königianae a. MDCXLIIX. pag. 65. ſcribentem ita: *Hominem debere diſcere, ut & alios docere poſſit, probant ex illo Jobi:* Homo natus eſt לעמל ad laborem. *Haec enim vox* לעמל *per* Raſche Tevoth *exponitur:* ללמוד על מנת ללמד *Ad diſcendum docendi cauſſa.* Quod, ſane, utrumque ad *laborem* ducit & *moleſtias*, לעמל ſed ſolas homine dignas. Cum alii ſibi deligant aſinina onera.

ris verſus, RERUM BONARUM omne ſcil. id, quidquid publicae rei prodeſt, non quod obeſt; nihil, quod doceat peccare, aut ad peccandum tamen alliciat, aut quod nullum in vita praeſtet uſum; praeterquam quod novitatis ſtudio intentos, per temporis aliquod, deliniat auditores; animi contra, quae vera, quaeque bona, diſcendi cupidi turpiter fruſtretur & expectationem & fiduciam. Qua qui nimium frequenter abutuntur, laudandi, profecto, non ſunt, & ſi meminerim, & hi tales, expectant ſuis a tironibus, pro minervali, animum, providendum, ne & hoc proprio ipſorum damno ſit, quamque adfectabant ambiebantque nominis famam, in tempore cavendum, ea ne vertatur aliquando in infamiam.

Nec niſi DOCTRINA *eſt* RERUM *tradenda* BONARUM.

4. ULTIMO LOCO addit, quamvis id ipſum dicat paullo priore: *Quo fine, quove propoſito* in Litterarum diſciplinam mutuo ſit ſtudio navanda opera? Nempe ut dilatetur amplificeturque continuo Scientiarum atque Eruditionis Imperium, utque bonorum cultura morum, per univerſum terrarum orbem, augeatur, quo utilitas inde redundans usque in plures, ac, ſi fieri poſſit, in genus omne humanum longe

CXX.

Hoc bibe, quo poſſis, ſi tu vis, vivere ſanus.
Morbi cauſſa mali minima eſt quandoque voluptas.

NE biberis ſupra vires. Brevis enim illa bibendi voluptas ſaepenumero conciliat homini moleſtum & diuturnum morbum.

ERASMUS.

Si tu vis idem eſt, ac, *quantum in te ſitum.*

QUOD *poſſis.*] Lege *poſcis.*

BARTHIUS.

Quo poſſis, Leid. ſec. Vet. Reg. & Edit. Florent. *quod poſſis*, Cod. Turic. *Sed d.* in τῷ *quod* alia manus deinceps adſcripſit.

O. ARNTZENIUS.

longe lateque ſe diffundat. Is ſemper animus ſedere debet ſtudia tractantibus. Hac *ratione*, hac, quae inſederat Majoribus noſtris, mente, pertingere ad nos potuit utilium quarumlibet rerum & diſciplinarum cognitio, ad nos, inquam, qui ut giganteis inſiſtentes humeris pygmaei, quoquoverſus nunc latius proſpectamus, illis ipſis, quibus innitimur; quid vero futurum, eorum ubi ſubſidiis carendum nobis fuiſſet? Eadem igitur ratione & a nobis, quantum poſſit, adjuvanda poſteritas eſt, ut a progenie in progeniem creſcere poſſit Intelligentia. Haec Noſter verbis ait:

PROPAGANDA *eadem* EST, *ac diffundenda per orbem.*

Diſce ſed a doctis: Indoctos ipſe doceto:
Hi quoque tum reliquos inſtituunto rudes.
Propaganda etenim rerum eſt doctrina bonarum:
Continuis vicibus circulus iſte rotet.

D'un plus ſçavant que toi ne ceſſe point d'apprendre:
Toi-méme inſtruis les ignorans.
La Science eſt un bien qu'il faut par tout répandre,
Et qu'on doit préférer aux trèſors les plus grands.

120.

Τόσσον ΠΙΝ', ὅσσον δύνῃ, ἢν ἐθέλῃς ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ·
Πᾶσα ΓΑΡ Η ΣΠΑΤΑΛΗ δεινῆς ΝΟΣΟΥ ΕΣΤΙΝ ἀφορμή.

HOC *bibe, quod poſſis.*] Nos πῖνε τὸ μέτρον σοῦ, ex Theognide, apud quem, μέτρον οἴνου ἔχειν dicitur, qui bibit ad hilaritatem, ſed citra ebrietatem:

— μέτρον γὰρ ἔχω μελιηδέος οἴνου
Οὔτέ τι γὰρ νήφω, οὔτε λίην μεθύω.

Huic locutioni accedunt interpretes Pythagorei:

——— μέτρον δὲ λέγειν, ὅ, τι μή σ' ἀνιήσει.

SCALIGER.

MORBI *cauſſa mali nimia eſt quaecunque vol.*] Vetus Cod. Pulmanni:

Morbi cauſſa mali eſt homini quandoque voluptas.

Vid. Barth. Lib. CXLII. Adverſ. Cap. VIII.

DAUMIUS.

Ex infinita paene diverſitate, quam neque chartae capit anguſtia, hoc ſano ſaltem ſenſui Diſtichon ita reſtituere conati ſumus. Vulgatum juxta ejus tenorem, ſed invitus ferme, retinuit Cl. Arntzenius, etſi nusquam in eo ſibi ipſi ſatisfaciens, hoc nimirum modo:

Hoc bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus:
Morbi cauſa mali nimia eſt quaecumque voluptas.

Et tamen negari nequit, inter innumeros alios, hunc optimi ſenſus legendi modum fuiſſe, quem & Janſſoniana totidem verbis expreſſerat Editio a. CIↃCXLVI. hac in urbe excuſa. Noſtrum vero: *quo poſſis*, ipſius corroborant Codd. Et quis, quaeſo, temperantiae auctor hortatorque, *tantum bibere* ſuaſerit, *quantum posſis*? ΤΟΣΣΟΝ πῖν' ΟΣΣΟΝ δύνῃ, ut bona fide tranſtulit Planudes; ſed tam in hoc malus medicus, quam fere per omnia Poëta malus. Quin potius paullo minus, quam *quod* ſufferre *posſis*, bibendum & modo tantum, quo reficiantur vires, non quanto eaedem ſumto, opprimantur.

Jam quod ad alterum adtinet Diſtichi verſum, poſt Barthium Daumius teſtatur, veterem Cod. Pulmanni ſic habere;

Morbi cauſſa mali eſt homini quandoque *voluptas*.

Quem in modum etiam noviſſimus iterum edidit Paraphraſtes noſter Pariſinus. Sed quam frigide! Ita, ut nullus dubitem, ex prioribus duabus vocis *minima* Syllabis iſtud *homini* fuiſſe effictum, adeo ut deinceps alius ſuper alium nova ſemper addiderit, ex *homini*, *hominum*; ex *quandoque*, *quaecunque*, & ſic porro, effecerit. Alius rurſum de ſuo contulit particulam *namque*: Alius contra hujus rejectae in vicem ſubſtituit: *nimia*. Et ſic in omnia alia abierunt interpretes. Recte igitur laudat Arntzenius: „ Haec ſcripturae „ varietas vitium arguere videtur. Auget ſuſpicionem τὸ „ *mali*, cur namque morbus *malus*, an quia & *bonus*"? Quid ni vero? Reſpectu enim habito ad malos, ad pertinaces, ad letales morbos, alius, non ita malus, *bonus* ac lenis dici amat, immo ſalutaris. Quis id neget? Sed pergit idem: „ Quid ſi diſtinguas *mali voluptas*, i. e. *voluptas* „ *mali* eſt *cauſa morbi*? Sed non omnino hoc ſatisfacit. Vi„ deant acutiores! Ex mente Diſtichi canit Horatius:

Sperne

„ *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

In hac vero ſolemniſſima ipſi oppoſitione quis non Catonem agnoſcat noſtrum? Quod *minimum*, inquit, *in bonis* eſt, ut ejusmodi *voluptas*, *cauſſa* ſit *aliquando maximi malorum*, magnorum & letiferorum forte *morborum*. Sed ſi id, de *minima* voluptatum, verum eſt, erit ſine dubio & de *nimia*: Ita ut multo plus etiam dicatur voce noſtra: MINIMA, cujus ſenſum exprimit & Eraſmus, quam aliorum illa: NIMIA.

Hoc bibe, quo poſſis, ſi tu vis, vivere ſanus:
Nec bibe, quod mentis reddat acumen hebes.
Morbi cauſſa mali minima eſt quandoque voluptas;
Quae nimia eſt, lethi corripit illa gradum.

Ne bois de vin qu'autant que le beſoin l'exige,
Si tu veux conſerver une bonne ſanté:
Souvent le mal qui nous afflige
Eſt l'enfant de la volupté.

CXXI.

Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,
Hoc vide, ne rurſus levitatis crimine damnes.

Levis & inconſtans videberis: ſi quod aliquando coram multis laudaris, idem poſtea damnes. Quod ſi mutaſti ſententiam, fac ſileas. Fortaſſe pro *vide* legendum eſt *fuge*. *Crimine* i. e. ſuſpicione, & cum vituperio.

Erasmus.

Ultimam ſyllabam τοῦ *vide* ſaepius corripi monuerunt Viri Docti ad Phaedr. L. III. Fab. VI. v. 3. Et quamvis non patiatur Cl. Burmann. hanc ſcabiem Phaedro ſuo ſ. Valerio Flacco adfricari. Vid. quae erudite diſſerit ad eumdem L. V. Argon. v. 595. non tamen juſta ſatis hic cauſſa eſt, cur invitis omnibus MSS. τὸ *vide* in *fuge* vel aliud quid mutaretur.

O. Arntzenius.

Exemplorum ejus rei enormi menſura Catalogum nobis hic ſiſtit Daumius.

Sui esse similem ſemper ac propoſiti tenacem, jam Noſter filio etiam atque etiam commendatum eſſe volebat IV. primi Libri Diſticho, ubi nos & plura de constantia, quam toties inculcaverant, certe, quam mirum in modum adfectaverant, priſci aevi Philoſophi, praecipue Stoici. Vidimus tamen eumdem & VII. ejusd. Libri praecepto aliquod ad eam rem moderaminis adtuliſſe, dicendo:

Conſtans & lenis, ſic, ut res poſtulat, eſto:
Temporibus mores Sapiens ſine crimine mutat.

Inque eo mitioribus magis Academicis, quorum ibi exemplum dedimus Ciceronem, quam ſeverioribus rigidisque Stoicis ſeſe adcommodaſſe. Idem ergo de illo ſentiendum & hujus reſpectu perpetuae permansionis in una eademque sententia, ut *quodcumque laudaveris ſemel*, etſi merito damnandum alio tempore, *numquam amplius vituperare* audeas: Sed *providendum* modo eſſe, optimo jure, monet, ne temere, aut ſine urgente neceſſitate, in levitatis crimen, tua culpa incurras, nimium frequen-

121.

ΑΙΝεῖς ἀμφαδίην ΤΙ· Καὶ ὡς καλὸν ΔΟΚΙΜΑ'ζεις·
Ἄὖρει ΜΗ τοῦτ' αὖ ΠΑΛΙν εὐχολίῃ καταμέμψῃ.

LAUDARIS *quodcunque palam.*] Sententia hujus diſtichi monoſticho veteri comprehenditur:

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.

Planudes defective *αἰνεῖς*, pro *εἰ αἰνεῖς*· quod eſt abſurdum.

SCALIGER.

SENARIUM hunc monoſtichon, quem Scaliger exhibet, iisdem omnino verbis dixeris Latine:

Laudare eundem & carpere, eſt viri mali.

Et cavit hoc ille, in Metaphraſte vetere, ſevitatis crimen, vituperandi conſtantia.

quenter a ſententia, quam PALAM antea tuebare, recedens. Legerat enim, dubio procul, ea quae idem ſcripſerat Cicero Lentulo, viro gravi & conſtanti fide, Famil. L. I. Ep. IX. *Neque* permanendum in una ſententia, *converſis rebus ac bonorum voluntatibus inmutatis, ſed* TEMPORIBUS ADSENTIENDUM. *Nunquam enim praeſtantibus in republica gubernanda viris laudata eſt* IN UNA SENTENTIA PERPETUA PERMANSIO. *Sed ut in navigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiam ſi portum tenere non queas, quum vero id poſſis mutata velificatione adſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem ceperis, potius quam eo commutato, quo velis tamen pervenire: Sic quum omnibus nobis, in adminiſtranda rep. propoſitum eſſe debeat, (id quod a me ſaepisſime dictum eſt,) cum dignitate otium*, non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare *debemus. Quamobrem, ut paullo ante poſui, ſi eſſent omnia mihi ſolutisſima, tamen in rep. non alius eſſem, atque nunc ſum.* Verum eſt enim, & conſtanti viro, & cui firmiter propoſitum ſit ſemper IDEM VELLE, ATQUE IDEM NOLLE, id ipſum tamen ut adſequatur, aliquando dicen-

dicendum eſſe contrarium ejus, quod ſtatuerat ante, nec mutata interim voluntate. Cato autem, quod adtendendum probe, adoleſcenti ſcripſit, qua qui in aetate conſtitutus, uti per ſe jam eſſe ſolet, ita vere deſcribitur ab Horatio:

Sublimis, cupidusque & AMATA RELINQUERE PERNIX.

TANTI quidem non eſt, ut cum Cel. Withoſio verbo hujus Diſtichi, VIDE, alterum illud, CAVE, ſubſtituamus, quippe cujus in omnibus utriusque par eademque ratio. Sed non poſſumus non laudare, maximoque opere ac ſtudio probare eam, quam occaſione ab hoc loco ſumta, feliciſſime inſtituit perfecitque, verſus 737. & ſq. in V. Aſtronomicon Libro Manilii *, emendationem, qua iſtud falſo lectum *RESPondere* permutandum eſſe docet in RESPUBLICA. Illud

* MANILIUS, *L. V. v.* 733. *Edit. Pariſ.* MDCLXXIX. *in uſ. Delphini pagg.* 442. & 443.

Utque per ingentem populus deſcribitur urbem,
Praecipuumque Patres retinent, & proximum Equeſter
Ordo locum; populumque Equiti, populoque ſubire
Vulgus iners videas *etiam* ſine nomine turbam: — WITHOF. denſam.
Sic etiam magno quaedam *RES Pendere* mundo — WITH. Reſpublica.
Haec natura facit, quae Coeli condidit orbem. — WITH. Hanc.

Sunt

CXXII.

Tranquillis in *rebus*, iis *adverſa timeto:*
Rurſus in adverſis melius ſperare memento.

NE ſecurus ſis, cum fortuna tranquilla eſt, ſed tempeſtatem cave. Rurſum cum fortuna ſaevit, animum ſuſtine ſpe melioris fortunae, quae ſucceſſura ſit. In ſecundis rebus timenda ſunt adverſa, ne ſis ſupinus: in adverſis ſperanda ſunt laetiora, ne deficias animo. ERASMUS.

TRANQUILLIS *rebus*, Conſer ſupra Diſtichon XVIII. Libri I.
DAUMIUS.

Sapienter quoque Seneca Tragicus, in Thyeſte v. 616. 617.

Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora, lapſis.

WACHIUS.

Illud enim & anteriora poſtulant omnia, & deinceps ſequentia. Vide ea inferiori adjecta paginae.

Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,
Se tibi, praeſcripta eſt regula, porro probet.
Hoc, videas, ne mox proprio tu crimine damnes,
Par plumae, tenuis quam rapit aura, levi.

As-tu ſur certains faits donné quelque louange,
Qui dans le monde ait éclaté?
Prens garde qu'auſſi-tôt ton langage ne change,
Par eſprit de légereté.

Sunt ſtellae *procerum* ſimiles; ſunt *proxima primis*
Sidera; ſuntque *gradus*; atque omnia juncta priori.
Maximus eſt *populus*, ſummo qui culmine fertur, *in via lactea.*
Cui ſi pro numero vires Natura dediſſet,
Ipſe ſuas aether flammas ſufferre nequiret,
Totus & accenſo Mundus flagraret Olympo. *Ergo reipublicae quadam forma & conſtitutione opus. Idque Poëta volebat, gratificatus in eo Caeſaribus, Senatus principibus.*

122.

Εἰν ΕΥημερίῃ Τ'αΝΑΝΤΙα πάντα φυλάσσου·
Ἔμ ΠΑΛΙ ΔΥΣπραγέων ΔΕ τὰ κρείττονα προσδόκα ἥξειν.

SEMPER *quae adverſa timeto:*] Sic circumfertur hodie in vulgatis, nec aliter Vet. Chart. & Coll. Voſſ. Τὸ *quae* exulat a Leid. pr. & ſec. Genuina & vera lectio! cui adſtipulatur, ut laetus video, Cod. Turicenſ.

O. ARNTZENIUS.

Cujus & eſt, quod ſequitur.

RURSUS *in adverſis*] *Rebus* pro *rurſus* habent Leid. tert. Veterr. Reg. Editiones Flor. Boill. & Scriver. Quod ſi quis textui reſtituendum putaverit, non magno opere repugnarim; Auctorem etenim eadem verba uno eodemque Diſt. ſaepius repetere, jam notius eſt, quam ut amplius moneri mereatur.

Laborans & hoc, vitioque aliquo adfectum, ut lectionis varietas iterum iterumque arguere videbatur, opem ſibi expoſcebat Diſtichon, quam, pro virium modulo, ipſi adhibere tentavimus IN IIS, quae a reliquis diſtincte exſcribi curavimus, binis vocabulis, quaeque ipſi verborum ac ſententiae nexus deſiderabant, & quibus additis omnia denique jam plana evadunt ac rite cohaerent, quae antea, neque enim poteſt negari, hiulca erant atque ſcabra. Vulgatum fuit hoc:

Tranquillis rebus, ſemper quae adverſa timeto.

Verum enimvero, aut QUAE non addendum, aut cum ipſo verbum SUNT quoque addendum fuerat. Hoc quidem & poſterius permulti egerunt, quos inter Pariſinus pariter novus ille noſter, ſcribentes:

QUAE SUNT ADVERSA CAVETO.

Sed tum, praeter neceſſitatem, integrum repetetur hemiſtichium, ex Lib. I. Diſt. XVIII. quem id proprium ſibi locum jure vindicat. Illud itaque alterum elegit Arntzenius, *adamata* ſibi potius, quam *Auctori noſtro*, *caeſura* brevi *laetus*, quam ei hoc modo ſupponeret:

Tranquillis rebus, ſemper *adverſa timeto.*

Aſt, pace Viri Clariſſ. illa caeſurae praerogativa nec temere aut facile nimis ubique intrudenda, nec ultra eam, quae proprie & *καὶ' ἐξοχὴν Caeſura* eſt, *Penthemimeres* dicta, ad alias, ſine diſcrimine, paſſim eſt extendenda. Sic in ea vera Caeſura tolerabile ſupra fuiſſet:

Conſtans & lenis, *ut* &c.

Itemque:

Tu quoque fac ſimile.

Omniaque illa probatorum exempla Auctorum, ea ad loca, ab ipſo pariter ac Daumio, Wachioque citata, idem innuunt, ut:

Te canit agricola.

Viderint igitur aequi metrorum aeſtimatores, quam *omnino*

empha-

emphaſin, *eamque elegantem & plane neceſſariam*, quae ſunt illius verba, hoc SEMPER hic *habeat*, ut *locum* tam *facile tueatur*. Nobis, certe, nihil minus, quam ſit neceſſarium, itaque neglectum jam a pluribus, ipſi & negleximus. Aliud longe, & in hoc nobiſcum ſentit Celeberr. Withoſius, licet is propterea prius illud, nempe repetitam inde ex Libro I. lectionem magis eligendam cenſeat, ait enim: *Non ſolum numeri ſunt duriores in primo verſiculo, ſed illud* SEMPER *hic* etiam ſuperfluum *eſt*, *ac praeterea* „ emphaſin ſententiae „ nonnihil imminuit; *videturque* lacunae loco *inſertum fuiſ-* „ *ſe*". Id quod & nobis vero viſum eſt utique eſſe ſimillimum. Nempe, ubi omnia alia fruſtra tentaverant ante, indocti librarii, ibi fere ad ſuum illud *cuncta*, vel *ſemper*, tamquam ad ſacram quamdam confugere ancoram, ſolemne ſibi prorſus habuere.

QUOD AUTEM in hoc Noſter, ſano, profecto, ſi quis fuerit umquam, ſenſu, diverſis tamen temporibus, aut *Spem* praecipit, aut *Timorem*; in eo utique ſe manifeſtat, aliter atque pag. 90. a. in Not. Editionis Arntzenianae, de hoc ipſo Diſticho judicatur, non purum atque putum eſſe Stoicum, quorum quippe eſt hominum decantatiſſimum illud Boëthii verbis ſic expreſſum:

Gaudia pelle; *Nec dolor adſit.*
Pelle TIMOREM; *Nubila mens eſt*
SPEMQUE fugato: *Vinctaque frenis,*
HAEC ubi regnant.

Quemadmodum nec magiſter ejus, ipſe Epictetus Philoſophus, adeo plane totusque Stoicus erat, ut omnino omnem animi adfectionem e rerum natura tolleret; de quo ſapienter admodum, quem laudavimus ſupra, Saleſius, vir ſanctiſſimus & praeſul omni laude digniſſimus, Cap. V. Libri I. *de divino Amore*, ita ſcribit: *Quin & ſapientiſſimus omnium qui fuerunt umquam, paganorum inter Sapientes, Epictetus, hunc prorſus non tuebatur errorem.* Vide ejus ipſius verba, infra paginae huic & ſequenti a nobis adjecta *. Et verum eſt, quod, ipſe quoque Stoicus, ait Seneca: *Vio-*

* S. FRANÇOIS DE SALES, de l'Amour de Dieu L. I. Chap. V. *des affections de la volonté*, dans l'Edition de Lyon 1691. à la pag 15. dit ces propres paroles: *Auſſi le plus ſage de tout le Paganiſme* EPICTETE *ne ſuivit pas cette erreur*, que les paſſions ne s'elevaſſent point en l'homme ſage, *ainſi que*

Violenta nemo imperia continuit diu: Moderata durant. Stoicorum diſciplina, quoniam ea, in omni re, nimia; jam pridem periit &, qualis fuerat, eſſe deſiit; Epicteti vero doctrina, quoad ipſa Veritas perſiſtet interque homines Virtus, qualis eſt, aeſtimabitur, ſemper in honore erit ac permanebit. Id, quod adeo verum eſt, ut qui etiam novam aliquam in diſciplina morum detexiſſe ſe Veritatem aliis, forſan & ſibi, perſuadent, ad eamdem tamen uſque recurrere neceſſum habeant, quam prior jam docuit tradidit que Epictetus. Vide Nov. Bibliothec. Anglican. Tom. I. prim. & ſecund. part. & in hac, Artic. II. ſub tit. *Dialogue ſur le Bonheur, par Mr.* HARRIS*, ubi integra videre datur

que S. Auguſtin l'atteſte, lequel même montre encore que la diſſenſion des Stoiciens avec les autres Philoſophes, en ce ſujet, n'a été qu'une pure diſpute de paroles & débat de langage.

Et, de grace, voïez auſſi LE ME'ME PRE'LAT, qui ſe moque des anciens Stoiciens, à la 9me. page du même Traité, en diſant ce qui ſuit: *Et c'eſt afin d'exercer nos volontés en la vertu & vaillance ſpirituelle, que cette multitude de paſſions eſt laiſſée en nos ames, Theotime; de ſorte que* les Stoiciens, *qui nierent qu'elles ſe trouvaſſent en l'homme ſage, eurent grand tort: mais d'autant plus, que ce qu'ils nioient en paroles, ils pratiquoient en effet, au recit de S. Auguſtin*, libr. 9. de Civitate Dei, cap. 4. *qui raconte cette gracieuſe hiſtoire. A. Gellius s'étant embarqué avec un fameux Stoicien, une grande tempête ſurvint, de laquelle le Stoicien étant effraié, il commença à pâlir, blêmir & trembler ſi ſenſiblement, que tous ceux du vaiſſeau s'en apperçurent, & le remarquerent curieuſement, quoiqu'ils fuſſent aux mêmes hazards avec lui. Cependant la mer enfin s'appaiſe, le danger paſſe & l'aſſurance redonnant à un chacun la liberté de cauſer, voire même de railler: Un certain voluptueux Aſiatique ſe moquant du Stoicien, lui reprochoit, qu'il avoit eu peur, & qu'il étoit devenu triſte & pâle au danger, & que lui au contraire, étoit démeuré ferme ſans effroi; A quoi le Stoicien repondit — ce qu'Ariſtippus Philoſ. Socratique avoit répondu à un homme, qui pour même ſujet, l'avoit piqué d'un même reproche: Car, lui dit-il, toi tu as eu raiſon, de ne t'être point ſoucié pour l'ame d'un méchant brouillon: mais moi, j'euſſe eu tort de ne point craindre la perte de l'ame d'Ariſtippus. Et le bon de l'Hiſtoire eſt qu'Aulu-Gell. témoin oculaire la recite. Mais quant à la repartie, qu'elle contient, le Stoic. qui la fit, favoriſa plus ſa promptitude, que ſa cauſe, puiſqu'alléguant un compagnon de ſa crainte, il laiſſa preuve par deux irreprochables témoins, que les Stoiciens étoient* touchés de la peur & de la crainte, *qui répand ſes effets aux yeux, au viſage & en la contenance, & qui par conſéquent eſt une paſſion.*

Mais l'un des deux, Ariſtippe, ſelon cet Auteur-même, n'étoit pas Stoicien, & pour ce qui eſt de l'autre, il me ſemble, que le chemin le plus court, pour ſe tirer d'affaire, auroit été de dire, qu'eux-mêmes, tout Stoiciens qu'ils étoient, ils n'avoient pourtant jamais renié le reſpect ni la crainte de la Divinité.

* *Nouvelle* BIBLIOTHEQUE ANGLOISE *par Mr. E. DE JONCOURT, Doct. & Profeſſ. en Philoſ. pour les mois de Mars & Avril* M. DCC. LVI. *à la Haye, p.* 183. & 187. Nous n'avons ſous les yeux que cet Extrait, que nous ſuppoſons tres-fidelle. En effet, ſi une circonſtance auſſi eſſentielle s'étoit rencontrée dans le texte Anglois, quelle apparence, qu'un homme, tel que Mr. de JONCOURT, l'eût oubliée?

tur ex Epicteti Enchiridio Capita, ad verbum fere tranſcripta; verum, quod mirere, nulla, ne minima quidem, hujus Philoſophi mentione facta: Immo qui totus Dialogus nihil continet aliud, quam Epicteteum morum doctrinae Syſtema, ſed recentioribus obſitum involutumque crepundiis.

CONFERRI, quod reliquum eſt, poſſunt cum binis hujus Diſtichi verſiculis bini quoque Trochaici, in Editione optima, ad partes ſaepe vocata Sententiar. Syri. v. 791. & 802.

Irritare eſt calamitatem, *cum te* felicem *vocas.*
In malis ſperare bonum, *niſi innocens, nemo ſolet.*

Tranquillis in rebus, iis adverſa timeto:
Laudem habet, & fortes arguit, ille timor.
Rurſus in adverſis, melius ſperare memento:
Prudentes animis ſpes alit illa viros.

Quand tu te vois tranquille au milieu des richeſſes,
Prens tes précautions contre l'adverſité;
Et dans les plus grandes détreſſes
Attends le prompt retour de la proſperité.

CXXIII.

Diſcere ne ceſſes: cura ſapientia creſcit.
Rara datur longo prudentia temporis uſu.

JUXTA Solonis ſententiam, oportet ſeneſcere ſemper aliquid addiſcentes. Nam *rara* h. e. ſingularis & eximia prudentia, contingit *longo uſu*, i. e. diutina experientia aetatis. Quanquam mihi magis probatur, hic ut ſit ſenſus: Semper diſce, ſtudio creſcit ſapientia. Nam pauci ſunt, qui prudentes evadunt experientia rerum. Vel quia paucis contingit diu vivere: vel quia complures ſtultitiam non exuunt hac via. Certiſſima ac breviſſima ad ſapientiam via eſt, doctrina.

ERASMUS.

DISCERE] ex Scaligero carptim, quod ait ipſe, ſua tranſtulit

OPITIUS.

Rara datur &c.] Vid. Theod. Ebertum Elect. Sect. XLII. El. II. pag. 254. *Raram prudentiam*, pro *ſingulari* & *excellenti*, etiam Joh. Friſius in ſua Expoſitione Tiguri a. 1561. edita, & Lentulus, in Italica ſua, accipit: & quosdam ita capere etiam Corderius monet.

DAUMIUS.

Hoc ſenſu rejecto, pro voce *Rara*, *Vera* magis adridet Cel. Withoſio.

MINIME eſſe adſpernandam rerum experientiam, ſed cum doctrinae praeceptis, quantum fieri poſſit, eamdem conjungendam, tradidit ſupra Diſt. h. L. XXI. Jam, ne quis ſupina prorſus negligentia, inſuper habita doctrina, ſolam, ſcilicet, ex rerum uſu aliquando ſuperventuram ſibi praeſtoletur experientiam, eam ait *raro* admodum paucisque contingere: Prouti hunc, eumque genuinum utique praecepti ſenſum optime jam explicuit emunctae naris ſenex, Erasmus. Recteque etiam in hanc rem P. Syrus Haverkampii v. 700.

Senſus non aetas invenit Sapientiam.

Nec idcirco eſt, ut miretur hanc magnus Scaliger, tamquam communi ſenſui ac veterum ſcriptis adeo contrariam nimi-

123.

ΜΑΝΘΑΝΕ ΜΗ ΛΗΓΩΝ, ΜΕΛΕΤΗ ΣΟΦΙΗΝ γὰρ ἀέξει;
Καὶ ΜΑΚΡῇΣΙ ΤΡΙΒΑΙC ὀλίγη ΣΥΝΕΣΙC ΕΠΟΡΙΣθη.

RARA *datur longo ſapientia temp. uſu.*] Haec videtur mens hujus loci: Sapientiam ex literis diſcendam, non ex longo temporis uſu. Sic igitur vertendum:

Μακρῇ γὰρ πείρῃ σπανίως χρόνος ἄνδρα σοφίζει.

Sed mira eſt ſententia, communi ſenſui ac veterum ſcriptis contraria, experientia longi temporis raro acquiri ſapientiam. Quis hoc concedat? Aliter ſentiebat Comicus:

Ὅσαι τέχναι γεγόνασι, ταύτας, ὦ Λάχης,
Πάσας ἐδίδαξεν ὁ χρόνος, οὐχ ὁ διδάσκαλος.

Ego arbitror RARA hic non *σπάνια* eſſe, ſed *ἔξοχα, ἀριπρεπῆ.* Quae hanc ſententiam efficit:

Ἔξοχα γὰρ μακρῇ πείρῃ χρόνος ἄνδρα σοφίζει.

(Aut:)

Ταῖς μακραῖσι τριβαῖς μεγάλη σύνεσις πεπόρισται.

Ut intelligamus ſtudio longi temporis & magno literarum uſu raram & praecellentem ſapientiam nobis acquiri. Quae eſt prorſus ſententia illius Comici, quam modo produximus. Utriusque ſententiae interpretationem & *μετάφρασιν* dedimus. Utra verior, arbitrii Lectoris facimus.

SCALIGER.

nimirum ſententiam: *Experientia longi temporis* RARO *adquiri Sapientiam.* Atqui nihil minus eſt, quam illis contraria. A perſonis autem ſcenicis in utramque partem ſolet diſputari, adeo ut quae in vulgus iſtae jaciendo diſſeminant, dicteria potius, quam Sapientiae oracula, ſint aeſtimanda. Neque ipſe Noſter contrarium ejus plane infirmat, aut umquam adquiri negat; ſed *raro* ait *adquiri*, nec niſi *longi* tractu *temporis*, rerumque *experientia*, PRUDENTIAM. Tutior ergo via, eaque compendiaria magis, Doctrinae eſt: incerta contra altera, & longior, variisque obnoxia periculis.

DIXI, ait Arntzenius, & recte quidem, *ad Diſt. XXI. Curam & uſum diſtingui, quod & hoc Diſticho probatur. Notanda autem inſuper hic differentia inter* ſapientiam *&* prudentiam. *Illa* cura *creſcit*, *haec* uſu. *Illa ergo* doctrinae *eſt*, *haec*

 arti-

artificii. *Non ignoro tamen multa ſupereſſe apud Ciceronem alioſque, ex quibus conſtat* ſapientiam *&* prudentiam *eamdem fere ſignificare virtutem, adeoque ſumi quaſi eſſent ſynonyma, ſic Lib. I. de Offic. Cap. V.* Velut ex ea parte, quae prima deſcripta eſt, in qua *ſapientiam* & *prudentiam* ponimus. *Nec aliter fere Cap. XLIII.* (Immo vero aliter quam antea, ſed non aliter, quam Cato noſter.) Princepſque omnium virtutum illa *ſapientia*, quam σοφίαν Graeci vocant: *prudentiam* enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quae eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia. *Sed tamen* prudentiam *nonnumquam* artificii *eſſe*, *non* ſcientiae, *i. e.* uſus, *non* intellectus, *forte probari poſſet ex Virg. Lib. II. Georg. v. 373.*

Praecipue dum frons tenera *imprudenſque* laborum.

Vid. inſuper Gaſſend. ad Cicer. Lib. I. d. Off. Cap. V. Quod ſi quis roget, qui ergo differat hoc Diſt. a XXI. h. L.? ingenue, me id ignorare, fateor. Haec olim. Ita enim deinde addit in noviſſima Edit. ſua vir clar. ſequentia: *Olim, fateor, diſtinguendum hic cenſui inter* ſapientiam *&* prudentiam. *Quid? Si jam dicamus*, ſapientiam *&* prudentiam *fere eamdem hic denotare virtutem, ut centies. Tum haec erit ſententia*; „ Diſcendum ſemper eſſe adhibito ſtudio, cura & attentione „ ſumma, utpote quibus ſolis *creſcit ſapientia:* ſed *raram* & „ ſaepe *nullam* eam eſſe *prudentiam*, quam quis ipſo rerum „ *uſu* ſibi comparare ſtudeat, quod, credo, Jureconſultorum ſimiae & Medici circumforanei potiſſimum experiuntur. Et hoc Eraſmus voluiſſe videtur. Sic ſupra Lib. I. „ Diſt. XIII.

„ Rara fides *ideo eſt, quia multi multa loquuntur.*

Ubi vid. inquit porro, *quae notavi. Sic certe hoc Diſt. ſenſu differt omnino a Diſt. XXI. huj. Lib.* Haec ille: mira ſaltem in eo, quod, ubi eſſe diſtinguendum ſtatuit, ibi, in quo verſetur diſcriminis ratio, *ſe ignorare ingenue fatetur*: Ibi, contra, ubi *fere eamdem* facit virtutem utramque, tum maxime, & vere quoque, inter utramque diſtinguit. Nos vero, qui differant inter ſe haec bina Diſticha, ſtatim ab initio, & in utroque oſtendimus. Adjicimuſque nunc itidem ex Cicer. Tuſcul. Quaeſt. L. III. Cap. XXVIII. quod mirum in modum faciat ad hanc eamdem ſententiam: *Theophraſtus autem moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam*

vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet; hominibus, quorum maxime interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet; quorum ſi aetas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur: querebatur igitur ſe tum, cum illa videre coepiſſet, extingui. Quid? ex ceteris philoſophis nonne optimus & graviſſimus quiſque confitetur, multa ſe ignorare? & multa ſibi ETIAM ATQUE ETIAM ESSE DISCENDA?

Diſcere ne ceſſes; Cura Sapientia creſcit.
Hac ſine nil poteris, quamlibet experiens.
Rara datur longo prudentia temporis uſu;
Quamque, ubi nactus eris denique, vita fugit.

Jour & nuit ne ceſſe d'apprendre:
La ſageſſe ne croît que par des ſoins conſtans;
Et la rare prudence, à laquelle on doit tendre,
N'eſt que le fruit tardif du travail & du tems.

CXXIV.

Parce laudato: Nam quem tu ſaepe probâris,
Una dies, qualis fuerit, monſtrabit, amicus.

Ne laudes amicum effuſius, cujus non feceris periculum: Siquidem ille ſaepius abs te laudatus; uno aliquo die declarabit alium fuiſſe ſe, quam tu praedicare ris.

ERASMUS.

OPPONUNTUR ergo ſibi invicem UNA *dies* & SAEPE *probatus* antea, ſed nullo merito ſuo, *amicus*: quem, qualis fuerit, DIES tandem patefaciet, occultum diu.

AUT HOC EX Sophocle deſumtum eſt, aut ex alio quodam veterum dicto, ex quo forte & ipſum Sophocleum, quod iſto modo habet, in Oedipo Tyranno, Canteri pag. 163.

ΧΡΟΝΟϹ δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος·
Κακὸν δὲ κἂν ἐν ΗΜΕΡΑι γνοίης ΜΙΑι.

H. E.

MORA ſola temporis arguit juſtum virum:
DIES vel UNA prodit inprobum & malum.

Sive, interprete Eraſmo, apud quem μόνῃ pro μιᾷ,

Mora temporis probum arguit tantum virum;
At improbum vel unico agnoſcas die.

Qui idem Interpres huc pertinere etiam ait illum ſenarium proverbialem:

Ἦθους δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώποις χρόνος.

Quem ita Latinum quoque reddidit ipſe:

Nota morum & index tempus eſt mortalibus.

Vide eumdem, in Chiliados II. Adagio XIIII. ſub titulo: *Nemini fidas, niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris*, fol. 115. verſo, Edit. Ald. ubi, poſt Grajorum complures, ad partes

124.

ΑΙΝΕΙ ΦΕΙΔΟΜΕΝΩϹ· ΟΝ ΠΟΛΛΑΚΙ ΓΑΡ ΔΟΚΙΜΑζειϹ,
ΗΜΑΡ ΕΝ ἐμφανίσει ΣΟΙ, ΠΟΙΟϹ ΤΙϹ ΦΙΛΟϹ ΗΕΝ.

Una *dies, qualis fuerit.*] Vetus Diſtichon:

> *Οὐκ ἔςι μείζων βάσανος, χρόνου, οὐδενὸς ἔργου,*
> *Ὃς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.* Scaliger.

Libet hoc Diſt. Scaligero teſte vetus, ita reddere Latinum:

> *Detegit ipſe dies alta quoque mente repoſta:*
> *Cujuſcumque operis Lydius ille lapis.*

partes vocat & Ciceronem: *Meminit hujus paroemiae & M. Tullius, in ſermone de amicitia:* „ Verum illud eſt, quod „ vulgo dicitur, MULTOS MODIOS SALIS SIMUL EDENDOS ESSE, UT AMICITIAE MUNUS EXPLETUM SIT".

Interque recentiores homines ſatis ample &, data quaſi opera, paſſim hoc argumentum ſerorum pronepotum tractavit aliquis, magni illius e Scandinavia Herois, ipſiusque Germaniae aliquot annorum temporibus arbitri, Axelii Oxenſtiernae,

> *Paſſibus, haud aequis, Proavos licet ille ſecutus,*

qui in Cogitatis ſuis inter alia hunc vociferatur in morem: *Hominum Amicitiam ventorum naturae atque indoli, ſingulis horis mutabili, eſſe quam ſimillimam ſentio, & ceſſant ſubito illi, ingraveſcente pluvia, & haec pariter, adverſitatum procella. Denique, O felicem adverſitatem! O amabilem ſolicitudinem! O contemtus illecebras! O dulcedinem, qua in ipſa perfruimur perfidorum fuga amicorum! O vel ſolam a voluptatibus ſeceſſionem deſiderabilem! Per te enim mihi reddor ipſi ac bonae menti; per te viſum recipit animus, quae diu antea, a corpuſculi ſui ſe indignis oppreſſa atque occoecata quaſi cupiditatibus, ſine tuo auxilio percipere nequibat, omnia ſub ſole non niſi vana eſſe atque*

ineptias *. Uti haec, ita & quam plurima alia egregie dicta in illo inſunt Comitis Oxenſtirnaei opuſculo, quae, modo iis ſub-

Parce laudato: nam quem tu ſaepe probâris,
Quemque explorata dixeris eſſe fide;
Una dies qualis fuerit, monſtrabit, amicus.
Tumque fide dices rarius eſſe nihil.

* Penſées de M. le Comte D'OXENSTIRN ſur divers Sujets Tom. I. à la Haye MDCCXLI, à l'article: DU FRUIT DE L'ADVERSITE', pag. 3[u]. *Je vois*, dit-il, *que* l'amitié *de l'homme eſt de la nature du vent, qui change à tout moment, & que la moindre pluie d'adverſité fait tomber tout d'un coup. Enfin, O heureuſe adverſité! O aimable chagrin! O charmant mepris! O doux abandon des amis! O charmant éloignement des plaiſirs! C'eſt à vous à qui je dois le retour de mon bon ſens, c'eſt vous qui rendez la vue à mon ame, qui entrainée depuis ſi long-tems par les groſſieres inclinations du corps, n'a pu ſans votre ſecours comprendre, que tout ſous le ſoleil n'eſt que vanité & ſottiſe. C'eſt vous qui en dépit de la fortune me faites un bonheur de ſes diſgraces, & qui me rendez le plus opulent homme du monde, même au milieu de l'indigence. C'eſt vous qui me faites mépriſer l'indifférence qu'on a pour moi, & oublier* qu'il y a au monde des créatures qu'on appelle des amis. *Enfin c'eſt à votre charmante compagnie, que j'ai l'obligation d'une félicité, qu'aucune puiſſance terreſtre ne ſauroit troubler.*

Alte-

CXXV.

Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri.
Scire aliquid laus eſt; culpa eſt, nil diſcere velle.

QUIDAM ſtulto quodam pudore malunt ſemper neſcire, quam ſemel diſcere. Cum ſcire pulcrum ſit, & pudendum nihil velle diſcere. Ergo honeſtum, velle.

ERASMUS.

CULPA *eſt*] In vulgatis, *pudor eſt nil diſcere velle.* Scal. OPITIUS. Iſlebienſ. Adag. 365. b.

DAUMIUS.

Hoc CULPA facili mutatione in TURPE converti vult Withofius.

MULTOS praeſertim paullo provectiores aetate, a diſcendo PUDOR MALUS abſtrahit revocatque, quaſi penitus

ſubſcribat veritas, nihil adtinet, qua ſint mente ceteroquin ſuo ab Auctore concepta.

Loue avec retenuë, évitant de paroître
Du merite d'autrui follement entêté:
Peut-être un jour viendra, qui te ſera connoître
QUEL EST CET AMI TANT VANTE'.

Alte-là. Sans doute, il lui ſied bien, à ce Seigneur Suédois, de nous prêcher tant de morale, de ſe plaindre avec tant d'amertume & de ſe moquer en même tems ſi cavalierement de l'infidelité de ſes amis, Lui qui a ſi cruellement dupé ſes bienfaiteurs & Amis, autant qu'il s'en eſt trouvé d'aſſes foibles, pour l'aimer & lui bien faire. Le Pape même a Rome, le beau monde à Veniſe, tant de Princes & Souverains d'Allemagne; auxquels il venoit de dédier les premieres impreſſions de ces mêmes Penſees, & combien d'autres! Que de traits ſanglans en auroit-on à raconter, n'étoit-ce qu'ils paſſaſſent même la croyance, & ſi d'ailleurs on vouloit prétendre à la qualité odieuſe de Continuateur de la Cronique ſcandaleuſe, qu'il faut plûtôt abandonner toute entiere, ſans la leur diſputer, aux fades compilateurs des Recueils *in ANA*. Conferez avec cela, ſi vous voulez, p. 52 & 53. ou la fin de l'Article DE LA RENOMME'E. *Heureux celui qui l'a bonne*, dit-il, *quand même il ne la meriteroit pas!*

125.

ΜΗ ΑΙΣΧΥΝθῇς ταῦτα ΜΑΘΕΙΝ ἅΠΕΡ ΟΥ δεδάηκας·
ΑΙΣΧος, μήτι ΜΑΘεῖν ἐθέλειν, τὸ δ' ἐναντίον ΑΙΝος.

CULPA *eſt, nil diſcere velle.*] In vulgatis, *pudor eſt nil diſcere velle.* Eſt autem Cleobuli ſapientis:

Φιλομαθῆ μᾶλλον, ἢ ἀμαθῆ εἶναι.

SCALIGER. H. E.

Studiis praeſtat dare operam, quam eſſe illitteratum.

DESUMTUM hoc videtur ex Horat. Art. Poët. v. 88.

Cur neſcire pudens prave, quam diſcere malo?

O. ARNTZENIUS.

nitus inperitum rudemque manere ſit honeſtius, quam, ſero licet, aliquando diſcere incipere.

Sed

Sed ſera numquam eſt ad bonos mores via;

Et eo profecto numquam in hac perveniri vita pertingique poterit, quin ſit aliquid diſcendum amplius. Eorum igitur graviter contra repugnat hominum errori Gnomologus. Verum hoc, inquit: *LAUS eſt*, *SCIRE ALIQUID*. At quid tu inde colligis inperite? Turpe eſſe, diſcentem ab aliis id ignoraſſe videri? Male iſtud quidem; ſed hoc inde collige: Turpe eſſe revera, diſcere numquam VELLE. An non ea tu laude in perpetuum carebis, ſi praepoſtere eamdem affectando, numquamque diſcendo, eam mereberis numquam? Porro: ignorare te, quae nondum didiceris, laude quidem, ſed & culpa pariter vacat: NIHIL contra VELLE DISCERE, ubi doceri poſſis, id non tantum omni laude vacat; ſed & CULPA non vacat. Iſtud fortaſſe ingenii vitium eſt, aut educationis; hoc perverſae in te ipſo voluntatis. Elige tu proinde, ſi non licet, quod ſit etiam magis honeſtum ac decorum; illud ſaltem, quod inhoneſtum minus, minusque ſit indecorum, DOCERI ab aliis, tute QUAE NESCIERIS. Etenim

Cur neſcire pudens prave, quam diſcere, malles?

AD SENSUM rectius intelligendum haec modo dicta ſufficiunt. De elocutione vero haec quoque animadverſio eſt inluſtris doctrina Cannegieteri, Cap. Reſcriptor. XXXIII.
„ Lib. I. Diſt. IX. *nec ſe velit ille moneri*. Non haec infe-
„ rioris aevi nota, ſed optimi ſaeculi venuſtas eſt, quae
„ pronomina *me*, *te*, *ſe*, infinitivis apponit, ut vacare vi-
„ deantur, atque ita Noſter infra Lib. IV. Diſt. XXIX.

„ *Ne pudeat, quae neſcieris te velle doceri.*

„ Terent. in Andria, Act. IV. Sc. VI. v. 2.

„ *Quae ſeſe inhoneſte optavit parare hic divitias,*
„ *Potius, quam in patria honeſte pauper vivere.*

„ Et in Eunuchi Prol. verſ. 1.

„ *Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis*
„ *Quam plurimis.*

Celeberrimo porro Withofio TURPE magis adridet, quam CUL-

CULPA EST: ſententia vel ſic non diverſa. „ Imitatus eſt, „ inquit, Horatii iſta, Art. Poët. v. 417.

„ —— —— *mihi turpe relinqui eſt,*
„ *Et quod non didici, ſane neſcire fateri.*

Invehitur autem in alteram illam lectionem, quam ſic efferri placuit: „ Quis enim ita inepte loquatur, *pudeat, quia pu-* „ *dor eſt* "? Hanc vero nuſpiam reperi, invenio autem, quod multo ſanius: *Ne pudeat* illud —— ſed *pudor eſt* hoc. —— I. e. *pudori eſt*, eſt ejusmodi, cujus te recte pudeat. Brevi: Oppoſita ſunt, non conjuncta.

Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri:
Crede mihi, pudor eſt, diſcere velle nihil.
Scire aliquid laus eſt: Qua numquam laude potiris,
Sis niſi materies erudienda rudis.

Fais-toi gloire d'apprendre, étant dans l'ignorance;
Et pour croître en ſçavoir ne neglige aucun ſoin:
C'eſt vertu, d'aimer la Science;
Et vice, de rougir de s'inſtruire au beſoin.

CXXVI.

CXXVI.

Cum Venere & Baccho lis eſt, ſed juncta voluptas.
Quod blandum eſt, animo complectere, ſed fuge lites.

EXCERPE quod ineſt boni, fuge quod adjunctum eſt mali. Exhilarat potatio, diſcutit curas: utere hac commoditate. Sed rurſus ebrietas incitat ad jurgia; hoc cave. Item, Venus delectat, ſed habet ſua jurgia. Ama igitur absque diſſidiis.

ERASMUS.

LIS *eſt cum V. & B.* i. e. *lites vel jurgia comitantur Venerem & Bacchum.* Simile quid eſt ap. Sil. Ital. L. XV. Punic. v. 98. Ubi Virtus Herculem adlocuta ait:

Mecum Honor & laudes & laeto Gloria vultu,
Et decus, ac niveis Victoria concolor alis.

I. e. *Honor, laudes &c. comitantur me.* Uti paullo ante de Voluptate dixerat Silius;

Ebrietas tibi fida comes &c.

O. ARNTZENIUS.

SAEVIENTIS bellaque pariter moventis, tum VENERIS, tum BACCHI, exempla ac tumultus triſtiaque monumenta jam vidimus alibi & videnda paſſim ſunt: his enim praecipue inſtigatoribus,

Gens humana ruit per vetitum nefas.

Quo proinde utroque turpius nihil, nihil ubicumque terrarum, aut apud ſuperos inferosque reperire eſt atrocius. Quare & omnes omnium gentium atque aetatum ſapientes contra utrumque hunc genium malum, data veluti ac in unum collata opera, ſemperque conſpirarunt. Sed & alia VENUS eſt, quam *coeleſtem* divinus cognominare Plato non dubitabat: Et vere coeleſtis ea eſt originis, cujus eſt, juſtis matrimoniis conſervare in orbe ſemperque propagare hominum genus, quippe cui, tantas inter religionum diverſitates ac turbas, hoc unum tamen intemeratum relictum eſt, in quod perpetuo juret, ſacramentum. Hujus vero pauciſſima ſuppetunt ex antiquitate, Latina praeſertim, monumenta: Omnia fere Venerem iſtam alteram ejusque unguenta olent ac pharmaca. Niſi forte, poſt Terentii ſcripta,

126.

ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ καὶ ΕΡΙC ΒΑΚΧΩι Παφίη τε ΣΥΝΕΙΣΙΝ·
Ὧν ΤΟ μὲν ΑΣΠΑΖΟΥ, ΦΕΥΓΕιν Δ' ἔριδας κέλομαί σε.

QUOD *lautum eſt.*] Inepte. Repone ex Pithoeana,

Quod blandum eſt.

Quod nos ſequimur,

τὸ προσηνὲς ἴον.

SCALIGER.

SED *juncta voluptas*:] Barthius legit: *ceu juncta.* Velut eſt voluptas, ſic & rixa. Pulmanni Editio, *Et juncta.*

DAUMIUS.

Ita & alii, quos videſis ap. Arntzenium, ſed praecipue Withoſius.

pta, quae ipſe propterea laudare ſacrorum vindex, heros eximius, non dedignatus eſt Lutherus, quod ea ad legitimum tendant omnia connubium, unicum illud carmen ex ipſo Auguſteo ſaeculo in haec noſtra tranſlatum, quod ſub VERIS cognomine rurſus innotuit majoribus, ab aliis dictum VENERIS PERVIGILIUM, huic *blandiori* ac jucundae potius, quam ſaevae iſti atque crudeli dominatrici, *Veneri*, conlibeat vindicari. Dolendum modo purioris Latinitatis cultoribus, in iſto tam lepido, tamque venuſto carmine, poſt indefeſſas etiam Clariſſimor. Virorum, Pithoei, Lipſii, Scriverii, Salmaſii, Rivini, Baudii, & nuper adhuc ei adhibitas Sanadonis lucubrationes curasque, tot ac tantos ſupereſſe hiatus, atque lacunas, vix hodieque ſatis commode reſarciendas. Id quod nobis moverat dubium, fierine poſſit, ut illud, quale nunc eſt, in recentius aliquod idioma, v. g. Gallicum, quod maxime omnium omnem reſpuit ſermonis aſperitatem, aut ſcabritiem, digne, diſerte atque dilucide transferatur. Sed exemit nobis iſtam dubitationem, in ſeque ſibi rem recepit propoſitam e doctioribus Gallis, in has oras transvectis, Poëta, ſi quid rectum judicat ami-

amicitia, ordinis non infimi. Nos interpretationem ejus, fidei noſtrae commiſſam, dignam arbitrati ſumus, quam, uti alia nonnulla antea nondum publicata, inter notas margini adjectas, cum lecturis haec noſtra communicaremus *.

HA-

* *Elegans & floridum*

CARMEN DE VERE.

CRAS AMET, QUI NUNQUAM AMAVIT;
QUIQUE AMAVIT, CRAS AMET.

Ver novum, ver jam canorum:
Ver, renatus orbis eſt.
Vere concordant amores,
Vere nubunt alites.
Et nemus comam reſolvit
De maritis imbribus.
Cras amorum copulatrix,
Inter umbras arborum,
Inplicat caſas virentes
De flagello myrteo.
Cras Dione jura dicit,
Fulta ſublimi throno.

CRAS AMET, &c.

Tunc, cruore de ſuperno,
Spumeo Pontus globo,
Caerulas inter catervas,
Inter & bipedes equos,
Fecit undantem Dionen
In marinis fluctibus.

CRAS AMET, &c.

Ipſa gemmis purpurantem
Pingit annum floribus.
Ipſa turgentes papillas
De Favoni ſpiritu
Urguet in toro tepente.
Ipſa roris lucidi,
Noctis aura quem relinquit,
Spargit humentes aquas.
Ut micent Lacrymae trementes,
Decidivo pondere:
Gutta praeceps orbe parvo
Suſtinet caſus ſuos

VEILLE'E
des Fêtes de VENUS.

Des traits de l'Amour ceſſez de vous défendre
Inſenſibles coeurs, demain tout doit ſe rendre.
Vous, tendres amans, demain ſerrez vos noeuds:
Rallumez vos feux!

Le retour du Printems, des oiſeaux le ramage,
Du monde renaiſſant eſt la riante image.
Cette aimable Saiſon eſt le tems des amours:
Les coeurs, pour s'enflammer, attendent ſes beaux jours.
A ſon aspect charmant, la volage Hirondelle
Egale dans ſes feux la tendre Tourterelle.
Tout ſent la volupté, les habitans des airs
Ne reſpirent plus qu'elle, en leurs charmans concerts.
Sa féconde roſée enrichit la nature,
Et rend à nos forêts leur ancienne verdure.
C'eſt demain qu'aſſemblant ſon cortége nombreux
Sous des berceaux tiſſus de Mirtes amoureux,
Abandonnant du Ciel le Séjour ordinaire,
La Reine des Amours deſcend ſur notre terre.
Sur un thrône élévé de mouſſe & de gaſon,
Elle vient de ſes loix nous dicter la leçon.
Des traits &c.

C'eſt dans cette Saiſon que VENUS *reçut l'être:*
Fécond du Sang d'un Dieu, l'Océan la fit naître.
C'eſt dans cette Saiſon que pour former ſa cour,
Les Nimphes & les Dieux de l'humide Séjour,
Sortant avidement de leurs grotes profondes,
Brûlerent de ſes feux au Sein même des ondes.
Des traits &c.

C'eſt cette Déité qui, comme une autre Flore,
Séme en notre printems les fleurs qu'il voit éclore.
C'eſt elle qui, toûjours favorable à nos voeux,
Améne auprès de nous le Zephir amoureux,
Dont, malgré le mouchoir, l'haleine bienfaiſante
Se plait à careſſer une gorge naiſſante.
C'eſt elle, dont les ſoins généreux, complaiſans,
Verſent ſur nous des Dieux les céleſtes préſens.
C'eſt elle qui, toûjours à bien faire occupée,
Diſtille dans nos champs la féconde roſée;
Qui par ſon peu de poids deſcend en tremblottant,
Et ſemble balancer ſa chute en deſcendant.

Hinc

HABEAT ergo hoc, quod ſibi vindicet ex Catoniano hoc opuſculo, reliquos inter Philoſophos, & Epicurus, cujus etiam litavit Veneri Lucretius. Et habeat, & vivat, & bene cum ea valeat! Saltem enim hoc indicat non mere Stoi-

Hinc pudorem florulentae
Prodiderunt Purpurae.
Humor ille, quem ſerenis
Aſtra rorant noctibus,
Mane virgines papillas
Solvit humenti peplo.
Ipſa juſſit, mane & udae
Virgines nubant roſae.
Facta Cypris de cruore,
Deque Amoris oſculis,
Deque gemmis, deque flammis,
Deque Solis purpuris,
Cras ruborem, qui latebat,
Veſte tectus ignea,
Unico marita nodo
Non pudebit ſolvere.

CRAS AMET &c.

Déja par la vertu de cette eau ſalutaire,
Que les Aſtres, la nuit, épanchent ſur la terre,
Prêts à s'épanouir, les boutons de nos fleurs
Renferment dans leur ſein les plus vives couleurs,
Et bientôt le lever de la galante Aurore,
Pour orner ce beau jour, les preſſera d'eclore.
Nimphes, cueillons ces fleurs, dont le vif incarnat
Du beau Sang de Cypris a tiré ſon éclat.
Ces fleurs que nous voyons, dans leur beauté naiſſante,
Empruntet du Soleil la pourpre éblouiſſante:
Dont le nouvel émail brille de plus de feux
Que n'en laiſſe échapper le rubis précieux.
Parons-en notre Sein, ceignons-en notre tête.
Venus l'ordonne ainſi, pour célébrer ſa fête.
C'eſt demain que des feux trop longtems renfermés,
Rompront le ſeul lien qui les tenoit ſerrés.
Et les coeurs, banniſſant la gêne & la contrainte,
A leurs brûlans deſirs ſe livreront ſans crainte.
Des traits de l'Am. &c.

Ipſa nymfas Diva luco
Juſſit ire myrteo.
It puer comes puellis,
Nec tamen credi poteſt,
Eſſe Amorem feriatum,
Si ſagittas vexerit.
Ite, nymfae; poſuit arma,
Feriatus eſt Amor.
Juſſus eſt inermis ire,
Nudus ire juſſus eſt;
Neu quid arcu, neu ſagitta,
Neu quid igne laederet.
Sed tamen cavete, nymfae;
Quod Cupido pulcer eſt:
Totus arma, inermis idem,
Quando nudus eſt, Amor.

CRAS AMET ETC.

Venus veut que demain, ſous un Feuillage épais,
Le Mirte à nos plaiſirs prête un ombrage frais.
L'Amour doit nous y ſuivre: ah! redoutons le traitre,
A la foible innocence il en voudra peut-être.
Mais non, ne craignons rien: l'Amour eſt déſarmé:
Il a quitté ſes traits: Son arc eſt débandé:
Il n'a point de flambeau: dépouillé de ſes armes,
Peut-on le craindre encor, quand il n'a que des charmes?
Tremblez, Nimphes, tremblez: ne vous y fiez pas.
Tout déſarmé qu'il eſt, l'Amour a des appas.
Il eſt nud, dites-vous; nudité dangereuſe!
Il emprunte ſes traits de ſa beauté flatteuſe.
Des traits de l'Am. &c.

Compari Venus pudore
Mittit ad te virgines:
Una res eſt, quam rogamus:
Cede, Virgo Delia,
Ut nemus ſit incruentum
De ferinis ſtragibus.
Ipſa te rogare vellet,
Si pudicam flecteret.

Grande Divinité, vous dont la chaſte eſſence,
A regner ſur les bois met toute ſa puiſſance,
Cedez pour quelques jours à nos juſtes deſirs:
Laiſſez-nous vos forêts, laiſſez-les aux plaiſirs.
Tous vos amuſemens ſe bornent au carnage:
L'Amour s'envoleroit à cette affreuſe image.
Ces vierges que Venus vous députe en ce jour,
Egalent en pudeur & vous & votre cour.
Cypris, pour obtenir cette faveur ſuprême,
Certes n'eût pas manqué de venir elle-même.

Ipſa

Stoicum hominem, aut ſi vis lapidem, fuiſſe Catonem noſtrum, ſed hominem. Qui dum *blandum* aliquod ineſſe & *Veneri* ſtatuit & *Baccho*, quod ſit nempe ſolum, poſita feritate, ſectandum, nihil aliud ait, quam quod ante ipſum jam

Ipſa vellet ut venires,
  Si deceret virginem:
Jam tribus choros videres
  Feriatos noctibus,
Congreges inter catervas,
  Ire per ſaltus tuos,
Floreas inter coronas,
  Myrteas inter caſas.
Nec Ceres, nec Bacchus abſunt;
  Nec poëtarum Deus:
Te tenente, tota nox eſt
  Pervigilata canticis.
Regnet in ſilvis Dione:
  Tu recede, Delia!

CRAS AMET, QUI NUMQUAM AMAVIT;
QUIQUE AMAVIT, CRAS AMET.

Mais c'eſt votre vertu que rien ne peut fléchir,
Qui fait que d'un refus elle a craint de rougir.
Si nos jeux ont de quoi vous amuſer, vous plaire,
Aux plus doux des plaiſirs montrez-vous moins contraire.
Mêlez-vous avec nous, partagez nos douceurs:
Comme nous, couronnez votre tête de fleurs
(Venez dans nos bosquets, dédaigneuſe Déeſſe:
Des ris & de l'Amour goûtez l'aimable yvreſſe....
Nous vous prions en vain: votre honneur délicat
D'une bruyante Fête abhorre trop l'éclat.)
Moins ſévere que vous, Céres, par ſa préſence,
Veut y faire regner une heureuſe abondance.
Bacchus y vient auſſi: Le Dieu même des vers
Prétend y préſider à nos tendres concerts.
C'eſt ainſi que Venus, pendant trois nuits entieres,
Nous verra par des chants célébrer ſes miſteres.
Regnez, belle Cypris, ſous ces ombrages frais:
Diane, laiſſez-nous l'empire des forêts.
Des traits de l'Am. &c.

Juſſit Hyblaeis tribunal
  Stare Diva floribus.
Praeſes ipſa jura dicet,
  Adſidebunt Gratiae.
Hybla, totos funde flores,
  Quotquot annus adtulit.
Hybla, florum rumpe veſtem,
  Quantus Ennae campus eſt.
Ruris hic erunt puellae,
  Vel puellae montium:
Quaeque ſilvas, quaeque lucos,
  Quaeque fontes incolunt:
Juſſit omnes adſidere
  Pueri mater alitis.
Juſſit & nudo puellas
  Nil Amori credere.

CRAS AMET, ETC.

Ornons ſon tribunal de ces ſuperbes fleurs
Qui brillent ſur l'Hybla des plus vives couleurs.
C'eſt-là qu'à nos déſirs la Déeſſe propice
Viendra du tendre amour exercer la police.
Les Graces & les Ris, aimables aſſeſſeurs,
Placés à ſes côtés, fixeront tous les coeurs.
Vallons du mont Etna, campagnes de Sicile,
Offrez-nous de vos fleurs la recolte fertile.
Hybla, prodiguez-nous ces parfums précieux,
Qu'exprès ſur vos coteaux ſont éclore les Dieux.
Pour goûter nos plaiſirs, Nimphes, quittez les plaines:
Venez vous joindre à nous, Déités des fontaines:
Dryades, ſuivez-nous ſous ces berceaux charmans:
Oreades, venez voir nos jeux innocens:
L'Amour vous placera tout-auprès de ſa mere.
Mais, ſur tout, gardez-vous du petit téméraire.
Des traits de l'Amour &c.

Ex rigentibus vigentes
  Ducet umbras floribus.
Cras erit, quo primus Aether
  Copulavit nuptias.
Ut paternis recrearet
  Vernus annum nubibus,
In ſinum maritus imber
  Fluxit almae conjugis:

Le Ciel dont la bonté, tous les ans, renouvelle
D'entre la Terre & lui l'alliance immortelle,
Demain va ranimer l'éclat naiſſant des fleurs;
Et chaſſant de l'hyver les funeſtes rigueurs,
Demain, à la Nature, encore languiſſante,
Il va prêter une ombre & fraiche & bienfaiſante.
O terre! Ton époux, complaiſant & benin,
De ſes fertiles eaux a fécondé ton Sein.

Unde

jam argutus ille Gnomologus Publ. Syrus Mimus, in hac ſententia:

BLANDITIA, *non imperio ſit dulcis* VENUS.

Immo dixerim plus etiam, nihil eum in hoc aliud voluiſſe, quam

Unde fetus mixtus omnes
Aleret magno corpore.
Ipſa venas atque mentem
Permeante ſpiritu,
Intus occultis gubernat
Procreatrix viribus,
Perque coelum, perque terras,
Perque pontum ſubditum
Pervium ſui tenorem
Seminali tramite
Inbuit, juſſitque mundum
Noſſe naſcendi vias.

CRAS AMET, QUI NUMQUAM AMAVIT;
QUIQUE AMAVIT, CRAS AMET.

Déja, de ſon amour te prouvant la tendreſſe,
Il fait couler ſur toi ſes dons avec largeſſe;
Et s'uniſſant par tout à ton immenſe corps,
Il engraiſſe tes fruits de ſes divins tréſors.
Mais, non: c'eſt à Venus, c'eſt à ſa bienveillance,
O Terre, que tu dois toute ton opulence!
Peu contente d'avoir formé cet univers,
Elle en anime encor tous les êtres divers.
De ſon ſouffle amoureux elle en pénètre l'ame
Et tout ce qui reſpire eſt l'effet de ſa flame.
C'eſt elle qui des coeurs échauffant les déſirs;
Nous conduit par dégrés de plaiſirs en plaiſirs.
C'eſt elle qui répand ſur la Terre & dans l'Onde,
Et juſques dans les Cieux ſa Semence féconde.
A ſe perpétuer elle guide, elle inſtruit,
Et c'eſt par elle enfin que tout ſe reproduit.
Des traits de l'Amour ceſſez de vous défendre,
Inſenſibles coeurs, demain il faut ſe rendre.
Vous, tendres amans, demain ſerrez vos noeuds:
Rallumez vos feux!

Ipſa Trojanos nepotes
In Latinos tranſtulit.
Ipſa Laurentem puellam
Conjugem nato dedit.
Moxque Marti de ſacello
Dat pudicam virginem,
Romulumque; cum Sabinis
Ipſa fecit nuptias.
Unde Ramnes & Quirites.
Perque prolem poſteram
Romuli, Mater creavit
Et nepotem Caeſarem.

CRAS AMET, ETC.

Romains, vous lui devez votre illuſtre naiſſance:
Vous devez à Venus votre vaſte puiſſance.
C'eſt elle qui fixant les décrets des deſtins,
Fit revivre Ilion au pays des Latins.
Et qui pour cimenter leur union ſacrée,
Au Sang de Latinus allia ſon Enée.
Par elle le Dieu Mars, au comble du bonheur,
Vit la ſage Ilia répondre à ſon ardeur.
Par elle Romulus enleva les Sabines:
Romains, vous deſcendez de ces faveurs divines.
Vous qui dans l'Univers tenez le premier rang,
Reſpectables Céſars, vous ſortez de ſon ſang.
Des traits de l'Am. &c.

Rura fecundat voluptas,
Rura Venerem ſentiunt.
Ipſe Amor, puer Dionae,
Rure natus dicitur.
Hunc ager, cum parturiret
Ipſa, ſuſcepit ſinu:
Ipſa florum delicatis
Educavit oſculis.

CRAS AMET, &c.

L'aimable volupté fertiliſe nos plaines:
Tout y reſſent Venus, tout y porte ſes chaines.
L'Amour, le tendre Amour, dans les champs, ce dit-on,
Nâquit & repoſa ſur un ſimple gaſon.
La Terre le reçut du Sein de la Déeſſe:
L'envéloppa de fleurs avec délicateſſe;
Et nourrit, du leur Suc le plus délicieux,
Ce jeune enfant, vainqueur des hommes & des Dieux.
Des traits de l'Am. &c.

quam quod & ipſe abſtinentiae caſtiſſimus auctor indicare voluit Epictetus, Capitis LVIII. verbis his: Ὡς τὸ, Ἡμέρα ἐςὶ, καὶ, Νύξ ἐςι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον ἢ συνημμένον, ἀπαξίαν· οὕτω καὶ τῶν προκειμένων τὰ μείζονα ἑλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς δὲ τὸ κοινὸν ἐν ἑςιάσει, οἷον δεῖ, μὴ φυλάσσειν, ἀπαξίαν ἔχει. Ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο, οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑςιάτορα, οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι. H. E. *Ut hoc pronuntiatum: Dies eſt, &, Nox eſt, magnam habet in ſejunctione vim, in conjunctione vero, prorſus nihil valet: ſic* v. g. *maxima quaeque ex iis, quae adpoſita ſunt, arripere* & ſuae tantum ſubſervire voluptati privatae, non & aliorum commoditati, unde eſt, quod plurimae oriantur lites; *ut reſpectu corporis magni eſt momenti, ita, ſi communitas convivii ſpectetur, magnum habebit, niſi caveris, dedecus. Cum igitur conviva es alicujus,* me-

Ecce jam ſuper geniſtas
  Explicant tauri latus,
Quisque tutus quo tenetur
  Conjugali foedere.
Subter umbras cum maritis,
  Ecce, balantum greges.
Et canoras non tacere
  Diva juſſit alites.
Jam loquaces ore rauco
  Stagna cygni perſtrepunt:
Adſonat Terei puella
  Subter umbram populi;
Ut putes, motus amoris
  Ore dici muſico:
Et neges queri ſororem
  De marito barbaro.
Illa cantat: nos tacemus.
  Quando ver venit meum?
Quando ego fiam ut chelidon,
  Ut tacere deſinam?
Perdidi Muſam tacendo,
  Quaeque Phoebus reſpicit.
Sic Amyclas, cum tacerent,
  Perdidit ſilentium.

CRAS AMET, QUI NUMQUAM AMAVIT;
QUIQUE AMAVIT, CRAS AMET.

Déja ſur les Genêts dans la chaleur du jour
Les Taureaux étendus ſentent les feux d'Amour.
Conduits dès le matin dans ces gras pâturages,
Le Bélier, la Brébis y cherchent les Ombrages.
Cupidon, qui raſſemble ici chaque troupeau,
Fait pétiller leur Sang d'un feu vif & nouveau.
Chantez, tendres oiſeaux, vos voix mélodieuſes
Soûpirent de vos coeurs les flames amoureuſes.
Le cigne, ſur les eaux, épris des mêmes feux,
Exprime ce qu'il ſent par des tons langoureux.
Philomèle amoureuſe & peignant ſon martire
Voltige, ſiffle un air, bat de l'aile & ſoûpire.
La plaintive Progné, du doux ſon de ſa voix,
Oubliant ſes douleurs, fait reſonner les bois.
Le peuplier n'eſt plus le témoin de ſes craintes:
L'air ne rétentit plus de ſes lugubres plaintes.
Sa Soeur n'eſt plus l'objet de ſes regrets touchant:
C'eſt le Dieu de Paphos qui ſe peint dans ſes chants.
Tandis que Progné chante à l'ombre du feuillage,
Je tâche d'imiter ſon amoureux ramage.
Phébus m'y favoriſe, & guidant mes accords
Il aime à ſeconder mes trop foibles efforts.
Ce Dieu s'irriteroit, ſi ma lâche indolence,
Au retour du Printems, gardoit un froid Silence.
C'eſt pour avoir voulu ſe taire à contre-tems,
Amicle, que tu vis périr tes habitans.

Des traits de l'Amour ceſſez de vous défendre,
Inſenſibles coeurs, demain tout doit ſe rendre.
Vous, tendres Amans, demain ſerrez vos noeuds:
Rallumez vos feux!

memento, eorum, quae adpoſita ſunt, pretium non ſolum conſiderandum eſſe; ſed & eam, quae convivatori debetur, reverentiam eſſe conſervandam. Eodem, profecto, modo & Noſter hic argumentatur: DIES eſt: Nox eſt. *Voluptas eſt; Lis eſt.* Tu ne utrumque ſtolide conjungas; ſed prudenter alterum ſejungas & removeas ab altero. Hoc *fuge*; illud licebit *amplectare*, ut lubet ANIMO. *Animi* enim proprie, & ex Epicuri ſenſu, *Voluptas eſt: Animo*, noſſe & experiri datur, quid *blandum* ſit, quidve crudum. Neque vero conveniens, nec neceſſe eſt, ea bina te una amplecti. Ergo

Quod BLANDUM *eſt animo complectere; ſed fuge* LITES.

Cum Venere & Baccho lis eſt; ſed juncta voluptas.
Laudo voluptatem, dummodo lite vacet.
Quod blandum eſt, animo complectere; ſed fuge rixam:
Una voluptatum eſt maxima, pace frui.

Venus avec Bacchus a ſouvent des querelles,
Qui troublent les plaiſirs des ſens:
Crains de pareils débats les ſuites criminelles.
Ne te livre jamais qu'aux plaiſirs innocens.

CXXVII.

Demiſſo tacitos animo vitare memento.
Qua flumen placidum eſt, forſan latet altius unda.

Tristes ac tacitos vita. Videntur enim aliquid magni mali moliri. Quemadmodum cavendum eſt flumen ea parte, qua tranquillum eſt. Nam illud profundiſſimum eſſe ſolet. Ita Caeſar magis metuebat Brutum & Caſſium, pallidos ac tacitos, quam Antonium, ebrium.

Erasmus.

Demissos *animo ac tac. v. m.*] Vide Curtium Lib. VII. & ad eum Joan. Loccenium p. 122. Et Eraſmi Alberti Fab. XLIX. Buchner. Paneg. Metſchii: *Quo altior unda; hoc & placidius labitur: Vadoſa ac humilis ſtrepitum edit, dum; quae non ſupereminet illiſa ſaxis vehementius ſonat, hoc ipſo paupertatem ſuam confeſſa. &c.*

Daumius.

Vid. pluribus ibi, ubi vero in laudem accipiuntur, quae hic ſecus.

Strepitum fugientes ac turbam, ex praeſcripto eorum, quae proxime ſunt ante dicta, pronum eſt, in binorum ſenſim delabi contrariorum alterum; dumque propenſiores ſunt in eos, qui Halcyonios quaſi dies vitamque tranſigere tranquillam ſibi aliisque videntur, cavendum ipſis, ne, jam procellam elapſi, tum maxime in vado, quod ajunt, aut in aqua haereant, quum in tales incidunt homines.

Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit ſilentium.

Et effecimus jam nos ſupra, advocato in id hujus Diſtichi auxilio, ne inſimulari hic Auctor poſſet, ac ſi ſeverius adhuc, quam Pythagoricum, perpetuum etiam, ſuo indixiſſet tironi ſilentium, per omnia praeſtandum. Non amat is perverſa quadam indole ac natura minime conſociabili ita taciturnos ſemper, ut etiam, ubi maxime conveniat loqui. obſtinato animi propoſito ſileant: Arcendos potius ab hominum conſortio homines ejusmodi, qui humanitati veluti nuntium remiſerint, fortiter ſuadet; tantum abeſt, ut eorum proponat vitae rationem imitandam. Sic utrimque

127.

Τοὺς θυμῷ μαλακοὺς ΚΑΙ ΣΙΓαλέους πεφύλαξο·
ΕΥΚΗΛΟς ποταμὸς γὰρ ἀεὶ ΤΑΧΑ βένθεα κεύθει.

DEMISSOS *animo*.] Planudes, τοὺς θυμῷ μαλακοὺς, quod Latinis non reſpondet. Intelligit enim non μαλακοὺς, neque effaeminatos, ſed χαμαιζήλους καὶ κατηφεῖς.

SCALIGER.

SIC (prouti Daumius habet & magnus Scalig.) circumfertur hodie in vulgatis. Multum variant hic Leid. pr. & ſec. Vet. Chart. Nec non Coll. Voſſ. *Dimiſſos animo & tacitos* exhibentes. —— τὸ *Demiſſum animo* rectiſſime, ni fallor, convenit placido & profundo gurgiti. Cicero pro Fontejo Cap. XI. *Exiſtimatis eos hic ſagatos braccatosque verſari*, animo demiſſo *atque* humili. Pro Cluent. Cap. XXI. *Exigebat* animum, *jam* demiſſum & oppreſſum *Oppianicus*.

O. ARNTZENIUS.

que ſcopulos evitat, ſic evitare docet ſaxa latentia & Syrtes, illinc ficta loquentium detecta fraude:

Sermones blandos blaeſosque cavere memento.

Hinc fallace taciturnitate gravius ſaepe nocentium:

Demiſſo tacitos animo vitare memento.

Quodſi enim in garrulos quadrabit illud:

Morbo qui diro, qui garrulitate laborat;
Hippocrate huic opus eſt; an magis Harpocrate?

In praepoſtere tacitos hoc jam luſit aliquis aliquando Juriſconſultus:

Qui tacitus fundi *ſpem certam perdit opimi,*
Harpocrate huic opus eſt, an magis Hippocrate?

Sed verum eſt, utrique huic hominum generi opus eſſe Anticyra *. De-

* Taciti demiſſo animo, *ſont ceux qu'on appelle en bon François* des gens mornes & hipocondres. *Voyons encore comme en parlent les gens du monde, dans*

Demiſſo tacitos animo vitare memento.
Concipit interdum peſſima tectus homo.
Qua flumen placidum eſt, forſan latet altius unda,
Qua ſonat horrendum, non tegit inſidias.

Sur

les fameuſes PENSE'ES *du Comte* D'OXENSTIRN, de la Joïe, *pag.* 55. La joïe eſt ordinairement une marque du contentement du coeur, & celui-ci ſe peut rarement réjouir ſans la bonne conſcience: ainſi j'aime les gens gais, & ne ſaurois ſouffrir ces humeurs ſaturnines, dont la morne & faſtidieuſe converſation inſpire le dégoût & l'ennui Je me ſouviens que lorſque j'étois enfant, les gens que je voïois & qu'on me diſoit être ſavans; me paroiſſoient ordinairement ſi hipocondres, qu'ils m'inſpirèrent une eſpèce d'aver-

CXXVIII.

Quum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum,
Alterius ſpecta quo ſit diſcrimine pejor.

QUOTIES taedet te tuae ſortis, confer eam cum aliorum fortuna. Et videbis te nihilo pejorem, hoc eſt infeliciorem, multis.

ERASMUS.

ALTERIUS *ſpecta quo ſis &c.*] Planudes legit *quo ſit*. Et recte. Scal.

OPITIUS.

Etiam Barthius mavult *quo ſit*. Confer Rittershuſium Praefat. in Querolum.

DAUMIUS.

QUID PLANIUS hoc Diſticho dici fingique poſſit? Quid dilucidum magis eſt? Et tamen hic nodum, quod ajunt, in ſcirpo quaerere vel docti ſuſtinuere Commentatores atque Interpretes. Quos tamquam in piratas, ſaepe non minore ſuo damno hic Noſter incidit, quam quale perpeſſus eſt a latronum, illitteratorum, puta, librariorum manibus. Senſus, isque intellectu facillimus, hic eſt: Compara ſubinde tuum rerum ac fortunae ſtatum cum infortunio aliorum: quorum ſi conditionem hominum tua deprehenderis deteriorem, tuam illam qualemcumque aequiore animo

Sur l'homme taciturne & d'humeur nonchalante,
Pour la ſocieté ne fais jamais de fonds:
C'eſt où l'onde paroît dormante,
Qu'elle cache ſouvent des abîmes profonds.

d'averſion pour l'etude. &c. *Voyez auſſi le-même ſur* la Triſteſſe *pag.* 57. *& ſuiv.*

Ces lambeaux, quoique partis d'une plume étrangere, ne ſont point entierement à dédaigner, ne duſſent-ils ſervir qu'à conſtater, que non ſeulement notre Auteur a réuni les vertus d'un honête-homme aux qualités d'un vrai ſavant; mais qu'il pouvoit même encore prétendre de plein droit à ce titre, tant ambitionné de nos jours & ſi ſouvent manqué; je veux dire celui de galant-homme.

128.

Εὖ τ' ἂν ΤΗΓ τῶν Σῶν ἄχϑη χαλεπῶν φίλος ΑΙΣΗι,
Βλέψον ΕϹ ΑΛΛΟΥ δυσπραγίαν, πόσον ἔπλετο ΧΕΙΡΩΝ.

QUO SIS.] Plan. legit *quo ſit.* Et recte. Nihil magis aerumnas levat, quam quum fortunam alterius cum noſtra comparando perſpicimus, quanto deterior eorum, quam noſtra ſit. Timocles Comicus:

Ἅπαντα γάρ τοι μείζον' ἢ πέπονθέ τις
Ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος
Τὰς αὐτὸς αὐτοῦ συμφορὰς ῥᾷον φέρει.

Quae plane hoc Diſtichon interpretantur. SCALIGER.

mo inde perferre diſces. Et facile elicienda haec ex verborum tenore erat ſententia, modo ne a ſe invicem violenter ſecernantur ac in alia transmigrent omnia, quae ſibi proxima & ſunt, & eſſe debent, hoc ſcilicet modo atque ordine:

Tibi diſplicet rerum fortuna tuarum:

Jam vero

Alterius (fortuna rerum) *pejor adhuc eſt*, tuâ.
Hoc ergo *ſpecta*, *quanto ſit diſcrimine*.

I. e. quanto adhuc melior tua ſit, & contentus eſſe adſueſce ſorte tua, ut meliore. At nunc, ne cohaereat *Alterius pejor fortuna*, cum *fortuna rerum tuarum*, cum qua tamen comparanda eſſe docetur, Scholiaſtae alii auſi ſunt verba *quo ſit*, mutare in *quo ſis*, alii in *cui ſis*; in *cui ſit*, alii, rurſus quidam in *quae ſit*: Cui fere adſtipulatur Edit. noviſſ. p. 301. his verbis: „ *Specta fortunam alterius*, *quae ſit* „ pejor *i. e.* deterior *quam tua. Vellem unus Codex vel antiquior Editio addiceret* "! Sed quid inde, quaeſo, lucri? Nonne vox *diſcrimine* tum plane abundaret & inſipida evaderet? Idem vero, haec qui adſtruit, dicam ſcribit Eraſmo, dicens: „ *Sed quod miror*, *illud eſt*, *quod Eruditiſſ. Eraſm.* (atqui, ſane, hic titulus ingentem non capit Eraſmum, quem vivida vis animi, quem rerum ſagaciſſima indoles ac ſpiritus, magis adhuc, quam vana ſine his omnis Eruditio, talem eſſe effecerunt) „ *in brevi ſua expoſitione ait* : „ Et videbis te nihilo pejorem. h. e. infeliciorem multis. „ Tò pejor *itaque refert ad* alterius *&* *explicat* infelicior. *At* „ *ingenue fateor*, *me vocem hanc hac ſignificatione legere non* „ *meminiſſe* ". Sed vocem Diſtichi *pejor* Eraſmus, uti debet, refert ad *Alterius fortunam*, indeque infert: *Si illa pejor*; *ergo tu nihilo pejor*, nempe *fortunae habitu & conditione es*, h. e. non deteriore, ſors an & meliore fortuna atque conditione tu es. In tam *brevi*, ſed ſucco plena *expoſitione* quis alius ea ſic enuntiari reprehenderet? Annon, cui dicere lubeat, Arntzenium majorem ac *meliorem doctrina eſſe*, quam, quem is ipſe toties, nec ſine cauſſa ſemper, caſtigat Malſcium, idem ille prorſus & his verbis dixerit, & aliis, v. gr. Eumdem *meliore* ac praeſtantiore, vel, ſi id malit, *non pejore* eſſe *eruditione*? Quemadmodum & Horatianum illud:

Moribus hic meliorque fama,

aeque commode exponi poteſt: qui *moribus* ſit *melioribus* &c. ita & *pejore* qui *fortuna*, an *pejor*, parum diſtant. Quid igitur in verbis tricandum, iiſque viri inmortalis, certe, omni comparatione majoris, quem qui minus adſequuntur, etiam ubi carpere volunt, *mirantur*?

Ceterum hoc adludit praeceptum ad illam P. Syri ſententiam, qua vulgo ſecus fieri contenditur: Nempe

Aliena nobis, *noſtra plus aliis placent.*

Niſi magis adhuc ad bina Capita, & loco ſibi proxima, ex Epi-

Epicteti doctrinae compendio, XXXII. ſcil. & XXXIII. Ecce ea: Προετιμήθη σου τὶς ἐν ἑςιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταυτά ἐςι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· Εἰ δὲ κακὰ, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. Μέμνησο δὲ ὅτι οὐ δύνασαι, μὴ ταῦτα ποιῶν, πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. Πῶς γὰρ ἴσον δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ, καὶ ἄπληςος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ᾽ ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. Ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προέμενος τὸν ὀβολὸν λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προέμενος μὴ λάβῃς, ΜΗ ΟΙΟΥ ΕΛΑΤΤΟΝ ΕΧΕΙΝ ΤΟΥ ΛΑΒΟΝΤΟC. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ ὀβολὸν οὐκ ἔδωκας. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. Οὐ παρεκλήθης ἐφ᾽ ἑςιασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. Ἐπαίνου δ᾽ αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. Δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ, ὅσου πωλεῖται. Εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληςος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. Οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου. Καὶ πάλιν Κεφαλ. λγ. Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐςιν, ΕΞ ΩΝ ΟΥ ΔΙΑΦΕΡΟΜΕΘΑ ΠΡΟC ΑΛΛΗΛΟΥC. Οἷον, τοῦ γείτονος ἄλλο παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, πρόχειρόν ἐςιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐςίν. Ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ὅτε καὶ τοῦ ἄλλου κατεάγη. Οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. Τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐςιν ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. Ἀλλ᾽ ὅταν τὸ αὐτοῦ τινὸς ἀποθάνῃ, εὐθὺς, οἴμοι, τάλας ἐγώ. Ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες. H. E. *Praepoſitus tibi quiſpiam eſt in convivio, aut in ſalutatione, aut in conſilio capiendo. Si bona ſunt iſta, gaudere te oportet, iis quia potitus ille: ſin mala, ne aegre fer, quia tibi non acciderunt. Memento autem non poſſe te hoc agentem ſolummodo*, quod te agere convenit, *paria cum ceteris conſequi, in iis quae in nobis non ſunt. Quomodo ergo paria habere poteſt, alicujus fores non frequentans, cum eo qui frequentat? Non deducens, cum deducente? Non laudans, cum laudante? Injuſtus igitur eris, atque inexplebilis, ſi iis nequaquam expenſis, quibus illa emuntur, gratis ea volueris. Sed cedo, quanti emuntur lactucae? Obolo forte. Ut igitur, cum quis obolum praebens acci-*

 piat

piat lactucas: tu, non praebens, nec accipias; HAUD PEIORE TE CENSEAS ESSE CONDITIONE ILLO, QUI ACCIPIT. *Ut enim ille habet lactucas, ſic tu obolum non dediſti. Eodem ſane modo & hic evenit. Non vocaris ad cujusquam convivium: Non enim quanti convivium emitur dediſti. Laude id vendit, vendit miniſterio. Da igitur, ſi tibi conducit, quanti emitur. Quod ſi neque illa vis inpendere, & haec accipere, inexplebilis es & abſurdus. Nihil igitur habes pro coena? Immo vero habes, quod quem nolis non laudas: quod nec ea perfers, quae ad ejus limen perferuntur.* Iterum Cap. XXXIII. *Voluntas naturae perpendi* EX HIS *poteſt,* IN QUIBUS ALTERI AB ALTERIS NON DIFFERIMUS. *Velut cum alienus puer herile fregerit poculum, in promptu ſtatim eſt, eſſe id ex iis, quae fiunt.* *Scito igitur, cum tuum fuerit fractum, talem te eſſe oportere, qualis fueris, cum alienum frangeretur. Idem ad majora quoque transfer. Alienus obiit filius, aut uxor: Nemo eſt, qui non dicat, humanum id eſſe. Sed cum ſuus cujus-*

CXXIX.

Quod potes id tenta: Nam litus carpere remis
Tutius eſt multo, quam velum tendere in altum.

AGGREDERE tuta magis, quam magna. Tutius enim tuto navigare juxta littus, & remis uti, quam paſſis velis periclitari in fluctibus. Nec enim in omnibus favent venti fortunae.

ERASMUS.

TUTIUS *eſt multo.*] Claud. Praef. de Rapt. Proſerp. v. 5.

Tranquillis primum trepidus ſe credidit undis.

Litora ſecuro tramite ſumma legens.

Quam velum tend. in alt.] Apud Virgil. *Tendunt vela noti.* III. Aeneid. v. 268. & ibid. v. 683. legas: *Ventis intendere vela ſecundis.* Et V. Aeneid. v. 33. *Vela ſecundi intendunt Zephyri.* Val. Flacc. L. IV. v. 422. *tendebant carbaſa venti.* Sic Horatius L. IV. Od. XII. v. 2. *Impellunt animae lintea Thraciae.* Vid ad eum Comment. Bernardi Parthenii Spilimbergii p. 151. b. Franciſc. Philelfus Decad. V. Satyr. Hecatoſtich. v. 15.

Cedendum eſt quandoque mari, Littusque petendum
Tantiſper, dum ceſſat hiems, ventusque ſecundo
Tendat vela *ſinu.*

DAUMIUS.

cujusque obiit, ſtatim, Hei mihi, & me miſerum! Oportebat autem meminiſſe, quid nobis accidat, cum de aliis audimus. Tanti itaque eſt, noſtra, ſeu bona, ſive mala in tempore rite comparari cum alienis, ut ex eo ſaepe pendeat animi noſtri tranquillitas.

Quum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum:
    Haec tua mens ipſi fac tibi diſpliceat.
Alterius ſpecta quo Sors diſcrimine pejor;
    Quo, tua ſors melior ſorte ſit alterius.

Peu ſatisfait du train que prennent tes affaires,
Conſidere l'état où ſont celles d'autrui:
S'il a des revers moins contraires,
Si tu dois t'eſtimer plus malheureux que lui.

129.

ΤΟΙϹ ΔΥΝΑΤΟΙϹ ΕΠΙΧΕΙΡΕΙ· *ἄπλεσθαι* ΓΑΡ ΕΡΕΤΜΟΊϹ ΘΙΝΑ *βεβαιότερον*, Η ΛΑΙΦος ἐς ὕψος ἀείρειν.

NAM *litus carpere remis*] Planudes βαρβαρίζει. *ἄπλεσθαι γὰρ ἐρετμοῖς θῖνα.*

Quam velum tendere in altum.] Puto legendum, *quam velis tendere in altum.* Quod ſi error non eſt, *velum tendere* erit velificari: quod nuſpiam memini me legere in eam notionem. Eſto igitur, ſi Diis placet, *velum tendere in altum*, velificari in alto mari: quod *ἱστίοις πλεῖν, πελαγίζειν, μετεωρίζεσθαι*, Graecis dicitur. Planudes λαῖφος ἐς ὕψος ἀείρειν, tollere *velum in ſublime.* Erroris anſam praebuit ignoratio nominis *altum.* quod non ὕψος ſignificat, ut ipſe putat, ſed τὸ πέλαγος. Tota metaphraſis nugatoria.

SCALIGER.

ELEGANS tranſlatio a navigantibus accepta, Poëtis non infrequens, qua ii dicuntur *litus carpere*, qui alta fugientes, mediocria tanquam tutiora eligunt. In eam ſententiam Seneca Tragicus in Hercule Oetaeo v. 694.

Stringat *tenuis* litora *puppis*,
Nec magna meas aura Phaſelos
Jubeat medium ſcindere pontum.

Vid. mihi philolog. in Curtium indicem Cl. Loccenii pag. 17. 18.

WACHIUS.

Quid distet hoc a XV. ſuperioris libri Diſticho, jam oſtenſum ibi eſt: Vid. pagg. hujus. Hiſtor. Cr. 394. & 395. Et quemadmodum illud jam cum binis ex Epicteto Capp. XXV. & XXXV. contulimus, ejusque cum his convenientiam demonſtravimus; ita reliquum nobis nunc eſt, adhuc bina alia ex ejusdem Enchiridio, praeſenti huic Diſticho juxta adponere; & eorum omnium cum Noſtri doctrina conſenſus, vel nobis tacentibus, liquido apparebit. Sunt ea XXXVI. & LIX. quae nos ordine inverſo hic deſcripta damus: Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τὶ πρόσωπον· καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ Ὃ ἘΔΥΝΑΣΟ ἘΚΠΛΗΡΩΣΑΙ, παρέλιπες. H. E. *Si perſonam induiſti ſupra tuas vires, neque ſuſtines eam, & QUOD IMPLERE POTUERAS, omiſiſti.* Ergo praemonitos nos voluit priori: λϛ. Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. Εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, ΕΙ ΔΥΝΑΣΑΙ ΒΑΣΤΑΣΑΙ. Πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηρούς, τὴν ὀσφὺν κατάμαθε. Ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; Ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. Ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν. Εἰ δὲ μὴ, πρόσεχε μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν Φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος καίσαρος γένῃ. Ταῦτα οὐ συμφωνεῖ; Ἕνα σε δεῖ, ἄνθρωπον ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σεαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ Φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου. H. E. *Homo, conſidera primo, quaenam, aut qualis ſit ea res, quam adgrederis. Deinde naturam tuam conſule, utrum id tolerare poſſis. Vis eſſe luctator aut pentathlus* (*Quinquertio*)? *Adſpice lumbos, adſpice femora. Alteram enim rerum alteri aptam natura parens largita eſt. An te cenſes hujusmodi rebus ſtudentem, eodem modo veſci poſſe, eodem modo potum ſumere, eodem modo, ac nunc, faſtidire?* Minime vero. *Vigilare oportet, laborare, diſcedere a propriis bonis, a pueris contemni, derideri ab omnibus, univerſis in rebus minus auctoritatis habere, in honore, in magiſtratu, in judicio, in ceteris omnibus.* NON VELUM TENDERE IN ALTUM. *Haec, inquam, omnia conſidera: & utrum pro his indolentiam, libertatem, quietem malis, animadverte. Quod ni malis, cave ea adgrediaris, ne inſtar puerorum modo Philoſophus,*

phus, modo publicanus, paullo poſt rhetor, poſtremo Caeſaris procurator fias. An haec invicem conveniunt? Unum oportet hominem eſſe te, eumque vel bonum, vel malum. Aut ad interiora te vertas neceſſe eſt, aut ad exteriora: ut vel Philoſophi locum teneas, vel idiotae. Et in omnibus rebus, ſecundum Mimum, v. 117.

CAVE NE QUIDQUAM INCIPIAS, QUOD POST POENITEAT.

Quod potes, id tenta: velis quam tendere in altum,
Tutius & remis carpere litus, erit.
Tutius eſt multo, numquam tentaſſe negata,
Quam, quae jactaras ante, negare dehinc.

Meſure à ton pouvoir la grandeur de l'ouvrage:
Le plus ſûr, à qui veut ſendre les flots amers,
Eſt de ramer près du rivage,
Plûtôt que de cingler vers le plus haut des mers.

CXXX.

Contra hominem juſtum prave contendere noli:
Semper enim Deus injuſtas ulciſcitur iras.

NOLI *prave*, hoc eſt, malitioſe, & data opera, ac perverſe, contendere cum homine juſto. Nam Deus nunquam hoc relinquit inultum.

ERASMUS.

PRAVE *contendere noli*] *Plane cont. n.* eſt in Col. Voſſ. *Noli contendere prave*, Leid. tert. atque Editt. Chouet. Flor. Boill. Cord. Cruc. & Pulmann. in marg. &c., notante Editore noviſſimo.

„ DISTICHUM hoc XXXIV. a priori, quod eſt XXXVI.
„ Libri I. ita diſtinguitur. In illo vetat rem, ſibi, aut
„ clienti non debitam, peti: in hoc, *inſonti crimen inten-*
„ *di. Inſons* enim JUSTUS dicitur, id eſt, qui nullis legibus
„ tenetur. Ita juſtum definit Lactantius, Lib. VI. Inſtit.
„ div. Cap. IX. qui jus *obſervat & contra leges nihil facit.*
„ Iſidorus Originum Lib. X. ſub litt. J. *Juſtus, qui jura*
„ *cuſtodit & ſecundum legem vivit.* Et hae ſunt ACCUSA-
„ TIONES INJUSTAE, quas ULCISCITUR DEUS,
„ nempe Jupiter, judiciorum praeſes. Verſus hic Dionyſii
„ deſumtus eſt ex Heſiodo Ἔργ. καὶ Ἡμερ. verſ. 238.

„ Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ, καὶ σχέτλια ἔργα,
„ Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.

„ *Quibus vero injuria pernicioſa curae eſt, pravaque opera,*
„ *Iis poenam Saturnius parat late cernens Jupiter* *.

Haec

* *At quibus eſt, patraſſe malum, eſt injuria, cordi,*
Juppiter his late dominans malefacta rependet.

130.

'Αντίον ΑΝΔΡΙ ΔΙΚΑΙΩι ΜΗ φλαύρως πολ' ΕΡΙσσης
Τὰς 'Αδίκους ΟΡΓὰς γὰρ ἀμύνεται ἶφι τὸ Θεῖον.

SEMPER *enim Deus injuſtas ulciſcitur iras.*] Planudes:

Τὰς ἀδίκους ὀργὰς γὰρ ἀμύνεται
ἶφι τὸ θεῖον.

Bene proceſſerat illi, ſi τὸ ἶφι non addidiſſet. Quid opus tam violento fulcro? SCALIGER.

IRAS. Auctor noſter vocabulum hoc, ut datis ad me literis monuit Cl. Canneg. pro *lite* uti videtur, quam ſignificationem ſane poſtulant verba *juſtum* & *contendere*, quae ex foro videntur deducta & non inperite hic uſurpata, immo eo modo, qui arguit non vulgarem Poëtae noſtri intelligentiam. Vide, ſis Briſſon. Lexico Jurid. Huc etiam pertinet τὸ *prave*. Hinc *prava* & *injuſta* conjungit. &c. O. ARNTZENIUS.

Haec verba ſunt ſapientiſſimi Boxhornio reſcriptorum Auctoris, Cap. eorumdem XXVII. iis proxime ſubjuncta, quae nos ex eod. dedimus, pag. 154. hujus Hiſtoriae. Indeque occaſionem arripit Vir doct. aliam inſuper ulciſcendi injuriam, qua inſontem Auctorem noſtrum more ſuo proſcindere, fruſtra quidem adlaboraverat Boxhornius. Pergit itaque dicendo: „ Horum, quae dixi, nulli interpretum „ quidquam in mentem veniſſe miror. Si aliquid Boxhor„ nio ſuboluiſſet, clementius, credo, de Auctore ſtatuiſ„ ſet, cujus ſententias his porro cavillationibus obtrectat. „ *Mitto praecepta mutila & biantia, & imperfecta, & parum* „ *Latina. Quaeſo quid ſibi vult poſtremum omnium:* Libenter „ ferto amorem? *Si hoc velit, gratum tibi ſit ab aliis amari,* „ *ſupervacuum eſt praeceptum, quod quiſque ſe ipſum docet. Si* „ *autem intelligit* libenter ama: *Latinum vix erit, certe ambi*„ *guae ſententiae, ferre pro deferre amorem.* Exulat hoc moni„ tum a Leidenſi ſecundo atque ab Editione Scriverii, un„ de nobis poteſtas ſit excludere hinc illud, tanquam ſpu„ rium. Verum ope critica leviter adjutum, locum ſuum, „ ut puto, tuebitur. Scriptum fuerat litteris continuis *li*-

„ *ben*-

" *bentereferto amorem*, quod legendum exponendumque fue-
" rat ex praeceptis criticorum, *Libenter referto amorem*,
" hoc ſenſu: refer i. e. redde & retribue amorem ei,
" qui te amat. Apertius hoc dicimus *amantem redama*: ſive
" ut Cicero Lib. XV. Famil. XXI. nec non Epiſt. ad
" Brutum I. *reſponde in amore.* Et Spartianus in Caracalla,
" Cap. II. in fin. *redde vicem amori.* Sic *vicem referre* eſt a-
" pud Tertullianum in Apologetico Cap. XXXVII. & *par*
" *pari referre*, Terentium in Eunucho III. 1. 55. Neque
" aliter dicitur gratiam, beneficium, injuriam referre, quo-
" rum haec ſunt apud Lactantium Lib. VII. Cap. XII. &
" XVIII. Sed haec & alia ſimilia, vulgatiſſima ſunt. Hoc
" unum

CXXXI.

Ereptis opibus noli moerere dolendo:
Sed gaude potius, tibi ſi contingat habere.

SI divitiae contingunt, gaude: ſi ereptae fuerint, noli te cruciare, ſed tunc utere philoſophia. Neque enim tantum boni habent, ut ſit admodum dolendum, ſi perierint: neque rurſus tantum mali, ut non ſint libenter accipiendae, ſi forte contigerint. Conſtat carmen eſſe depravatum. Arbitror legendum, *noli moerere querendo.* Planudes videtur hoc ſenſiſſe, Ereptas opes ne deplores, ſed gaude potius habuiſſe te, quod perderes. Sed dubium non eſt, quin a Planude ſcriptum fuerit, ἀπολαύσαι, pro ἀπολέσθαι. Porro querendo non eſt a quaero, ſed a queror, deponenti verbo: pro quo Planudes vertit: ὀλοφύρεσθαι. Hic caſus erit exemplo, nonnunquam e duobus codicibus depravatis reſtitui veram lectionem. Deinde, quantopere expediat, autorum monumenta non uni linguae fuiſſe commiſſa.

ERASMUS.

NOTAM Scaligeranam fere integram tranſcripſit, ſed adſertam auctori,

OPITIUS.

VETT. Edd. Aſcenſius, Lentulus & Pulmannus ad oram: *noli moerere dolendo*; qui in textu edidit: *noli gaudere merendo.*

(Haec ad priorem verſum; quae ſequuntur, referenda ad alterum.)

Vet. Editio & Pulmann. *tibi ſi contingat.* Aſcenſius, *ſi te contingat habere.*

DAUMIUS.

„ unum adjicere liceat, non abhorrere ab hoc loco, quae
„ de voce *referre* Seneca docet in Epiſt. LXXXI.

Contra hominem juſtum prave contendere noli;
Sed Nemeſis ſanctae jura ſevera time.
Semper enim Deus injuſtas ulciſcitur iras,
Miteque pectus amat: Tu cole juſtitiam!

Par l'effet d'une haine injuſte & criminelle,
N'entre point en procès contre un homme de bien:
Le Ciel en ſemblable querelle
Du juſte qu'on opprime eſt toûjours le ſoutien.

131.

Γυμνωθεὶς ΤΩΝ Σῶν, ΜΗ ἀνιῶ, μηδ' ὀλοφύρου·
ΧΑΙΡΕ ΔΕ ΜΑΛΛΟΝ, ἐπεὶ ΣΥνέβΗ ΣΟΙ ἔχειν ἀπολέσσαι.

SED *gaude potius, tibi quam contingit habere.*] Planudes:

Χαῖρε δὲ μᾶλλον, ἐπεὶ συνέβη σοι ἔχειν ἀπολέσσαι.

Quanquam & imperite & obſcure loquitur, tamen apparet contrariam ſententiam extuliſſe. Nam haec eſt mens Gnomologi: Quemadmodum gaudendum, quoties contingit habere, ita non moerendum, quoties deſinimus habere: quod expreſſius apud Senecam Epiſtola XCIV. *Danda opera erat, ut magis gauderes, quod habueris, quam moereres, quod amiſeras.* Poſtea: *Quid doles amiſiſſe, ſi habuiſſe prodeſt?* Quam ſententiam Senecae melius expreſſiſſet Gnomologus, ſi ſcripſiſſet, *tibi quod contingit habere.* Eſt autem figura ὕστερον πρότερον apud Gnomologum, qua & alibi non ſemel utitur. SCALIGER.

VULT Auctor, ne quis diu ſemperque & nimium doleat opes amiſſas, qui ipſe ſalvus evaſerit; nec tamen omnem moeroris adfectum eripit ei, qui rerum jacturam fecit & damnum paſſus eſt, quod humana fragilitate majus; ſed hoc vult, ut mature animum a moerore & moeſtitia revocet, nec ei indulgeat. Vult, inquam, quod ſaepe Cicero amicis praecipit, ut ratione minuat tollatque triſtitiam; nam *moerere dolendo* eſt ita moerere, ut in dolorem abeat diuturnum prima mentis confuſio &c.

O. ARNTZEN.

Quare non potius: *moerere dolendo* eſt ita *dolere*, ut in *moerorem* abeat diuturnum, & reliqua? Quod & ipſa probant ex Cicerone deinde exempla adlegata.

Ne moremur Lectores, ſenſus ſimpliciſſimus hic erit: Sapiens quidem neque admodum dolet ereptis ſibi, neque gaudet nimium adquiſitis corporis & fortunae bonis, certe quippe aliquando perituris: Quod ſi tamen inter illud utrumque ei ſit optandum, condonari ipſi magis hoc poterit alterum, utpote & naturae convenientius, ſi gaudeat partis, quam ut doleat inmoderatius, amiſſis. Haec enim vis eſt verborum: Sed gaude potius. Jam cetera in verſu poſteriore verba, ut hic inde ſenſus exſurgeret, nullo diſcrimine vel ita efferri poterant: *tibi ſi contingat habere*, ut vulgati, vel ſic: *ſi te contingat habere*, uti maluit Aſcenſius, inter Criticos notae non vulgaris, vel etiam hoc modo: *tibi quum contingit*, uti magnus Scaliger, cum ipſo quoque adverſario, Planude, qui certe, niſi Quum legiſſet in ſuo Codice, ſuae metaphraſi non adhibuiſſet particulam ἐπεὶ. Vel denique, quod magis amarem, hoc modo:

Te quum contingit habere.

Ita enim, quemadmodum ſemper plura in receſſu habent hae ſententiae, quam quod prima fronte adparet, non diceret ſimpliciter illud tantum, quod jam expoſitum dictumque ante eſt; ſed major eſſet emphaſis & Philoſopho dignior ditiorque ſenſus in voce Te: Neque enim ſignificaret id ſolum, *Te habere opes*, quas tamen antea *ereptas* eſſe dicebat; ſed, quod multo etiam majus eſt, *habere* te *ipſum*. Sive jam *contingat*, ut *habeas* divitias, ſive *contingat*, eae ut eripiantur, quas in poteſtate habueris; modo ſimul Contingat, te ut *habeas* ipſe, in poteſtate tua, neque tibi *rapiaris*, ſeu laetitia effuſiore, quum habes; ſeu diutino moerore, tibi quum erepta ſint ea bona: Tum utique

Gaude potius, te, *quum contingit*, habere.

Enimvero non hic alienus eſſe ab eo Scriptore ſenſus aeſtimandus eſt, qui ſupra, Diſt. h. L. V, jam expreſſis dixerat verbis totidem:

—— *Dives* habet *nummos*; Se non habet Ipsum.

Et dignus utique iis eſt acroamatibus, quae a magiſtro ſuo, Epicteto, diligens auditor acceperat. Sint exemplo nobis Capp. Enchiridii XV. & XIX. quae vel ſola ſufficient: Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὍΤΙ ἈΠΩΛΕΣΑ ΑΥΤΟ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. Τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος.

Τί

Τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπήτησε; μέχρι δ' ἂν διδῷ, ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες. Κεφ. ιθ. Ἂν θέλῃς τὰ τέκνα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν; ἠλίθιος εἶ. Τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι, θέλεις ἐπί σοι εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. Οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλο τι. Ἂν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. Τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι. H. E. *Numquam in re quapiam dicas:* PERDIDI HOC, *ſed* REDDIDI. *Puer obiit, redditus eſt.* AGER EREPTUS; *anne & hic redditus eſt? Atqui malus eſt vir, qui abſtulit. Quid ad te, per quem repetierit, qui dedit? Quouſque autem tibi praebeantur,* (TIBI quum contingit habere) *velut alienorum curam habe: ut hoſpitii viatores.* Et XIX. *Si velis liberos, uxoremque tuam, & amicos aeternum vivere, ſtultus es. Quae enim* IN TE NON SUNT, *vis* IN TE ESSE: *& quae aliena, tua. Atque ita ſi puerum peccare non vis, ſtultus es: vis enim ut vitium non ſit vitium; ſed rectum ut ſit. Quod ſi velis adpetens aliquid, eo non excidere, illud quidem potes: hoc igitur exerce, quod potes.*

Ereptis opibus noli moerere dolendo:
 Non ſunt iſta viri digna dolore bona.
Sed gaude potius, tibi quum contingit habere:
 Quantula ſunt, ut ſint, gaudia noſtra, malum?

Si la perte des biens te met dans la détreſſe,
En ton affliction ſois ſage & retenu;
Mais montre une juſte allegreſſe,
Si tu vois par hazard groſſir ton revenu.

CXXXII.

Eſt jactura gravis, quae ſunt, amittere damnis:
Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.

Si verbulo laedat amicus, ferendum eſt. At damna rerum nemo poteſt aequo animo ferre. In his igitur cavendum, ne laedamus amicum.

Erasmus.

Frisius: *Si amicus damnum tibi in rebus per imprudentiam dederit, non idcirco debes ab ejus amicitia diſcedere.* Nonnulli legunt: *Quae ferre dec. ſapienter amicum*, quemadmodum & Planud. vertit.

Daumius.

Ingruentibus in hunc unum locum tot ac tantis, veluti hoſtilibus Litteratorum catervis, tantum non jam actum de eo erat, & vix ille tandem ab interitu vindicatus eſt, opera, non ſatis hic laudanda, Arntzeniorum fratrum: Quorum dum major natu ſignificatum vocis damna, in Panegyrico Plinii, veris propriisque circumſcripſit limitibus, frater ejus, Editor Catonis, illum non minus apte hujus in uſus tranſtulit, atque hanc ipſam inde ſententiam ſolus optime illuſtravit. Sed audiamus ipſum; pudet enim, fere, pigetque ceterorum interpretum hic recantare naenias, adeo nihil ſani omnino iis inerat. „ Nulla hic correctione aut „ emendatione opus videtur. *Damna* hic ſunt *profuſiones ni-* „ *miae, nimiae largitiones.* Plin. Paneg. Cap. XII. § 2. *Acci-* „ *pimus obſides ergo, non emimus, nec ingentibus* damnis *in-* „ *menſisque muneribus paciſcimur, ut vicerimus.* Ubi omnino „ videndae ſunt notae Fraternae. Plaut. Trucul. Act. V. v. 58.

„ *Stultus atque inſanus* damnis *certant, nos ſalvae ſumus.*

„ Hinc *damnoſi* dicuntur *prodigi.* Vid. quae ſupra notavimus „ Lib. I. Diſt. XXXIX. pag. 137. (Arntzenianae Editionis) „ & Burmann. ad Petron. Sat. Cap. CXIX. p. prior. Edit. „ 562.

132.

ΕΣΤΙ μὲν ἄλγος ἐπαχθὲς, ἅ τις κέκτηται, ΑΠΟΒΑΛΛΕΙΝ.
Ἔμπης Δ' εἰσὶν, Α τὸν φρονέοντα ΦΕΡΕΙΝ ἐπέοικεν.

ADLUDIT aperte illi P. Syri ſententiae, in Edit. Haverk. 33.

Amicum perdere, eſt damnorum maximum.

Nec abludit ab altera, ibid. 57.

Avarus damno potius, quam ſapiens, dolet.

RECTE Withofius confutat Barthium, qui hoc in loco ferendus non eſt. Ipſe tamen ſecure legendum imperat:

Eſt jactura gravis, quaeſita *amittere* quamvis,
Sunt quaedam quae ferre decet patienter, amara.

Et hoc ferre, damnoſae eſſet patientiae.

„ 562. & *alea damnoſa* apud Martialem. & Juven. Sat. XIV.
„ v. 4.

„ *Si* damnoſa *ſenem juvat* alea &c.

„ Uti autem h. l. *jactura* dicitur *gravis*, quae fit *damnis* „ h. e. *profuſionibus* ac *largitionibus nimiis*, ſic *jacturae turpes* „ vocantur, quae fiunt inmenſis malisque muneribus apud „ Senec. de Vita Beata, Cap. XXIII. *Donabit ex recta &* „ *probabili cauſſa, nam inter* turpes jacturas *malum munus eſt.* „ Quem locum Arntzenius (Joannes) laudat ad Plin. Pan. „ Cap. modo ad partes vocato. Dicit itaque hoc verſu „ Gnomologus: Gravis ac merito dolenda Patrimonii, bo„ norumque tuorum jactura eſt, quam pateris ſtulta profu„ ſione ac largitione nimia. Habes revera, quod doleas, „ tibique inputes". Agenti nempe contra praeſcriptum illud Diſticho Libri I. ultimo.

„ At verſu altero, (pergit Otto Arntzenius,) amicorum „ rationem habens, non ſine judicio ſubjicit:

„ *Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.*

„ I. e. Quaedam ſunt poſſeſſionum tuarum ac commodo-

 „ rum

„ rum jacturae ac damna, amicorum aut propinquorum
„ cauſſa facienda, quae te amicum patienter ferre decet.
„ Hinc Cicer. de Amicitia Cap. XVI. *Multaeque res ſunt,*
„ *in quibus de ſuis commodis viri boni multa detrahunt, detrahi-*
„ *que* patiuntur, *ut iis amici potius, quam ipſi fruantur.* Et
„ quae hoc Cap. ſequuntur. Quibus adde, quae diſſerit
„ Cap. XIX. Nodus itaque & difficultas omnis in τῷ *dam-*
„ *nis*, quo auctor elegantiſſime & latine admodum pro *ni-*
„ *miis profuſionibus* ac *largitionibus* uſus eſt". Denique & hoc Epiphonemate cauſſam cum ſui Auctoris, tum reliquorum, qui interdum miſere ſunt habiti ac dilaniati fere a Commentatoribus male ſedulis, optime perorat idem praeclarus Rector: „ Haec ſimpliciſſima verborum expoſitio
„ ſuadere videtur, ut a conjecturis, temere factis abſti-
„ neamus.

NOS CORONIDIS loco binis hiſce Diſtichis, arctiore quodam quam vicinitatis vinculo, monita continentibus, de jactura gravi quae fiat, vel nobis, vel amico noſtro *ereptis opibus*, ea humanitatis officia addere conſultum duximus, quae ipſe quoque Epictetus una cum patientia praecipit Enchir. ſui Cap. XXII. quod ita habet: Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ, ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ΑΠΟΛΩΛΕΚΟΤΑ ΤΑ ΕΑΥΤΟΥ, πρόσεχε, μή σε ἡ Φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός. Ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔσω πρόχειρον, ὅτι, τοῦτον θλίβει, οὐ τὸ συμβεβηκὸς, (ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων. Μέχρι μέν τοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ· κἂν οὕτω τύχῃ, συνεπιστενάξαι. Πρόσεχε μέν τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν συνεπιστενάξῃς. H. E. *Cum* FLENTEM *videas in luctu, aut quod filius peregre abſit, aut ingemiſcentem* EREPTIS *ſibi forte fortuna* FACULTATIBUS, *cave ne te imaginatio corripiat, tamquam in malis ſit ille, cum ſit in externis. Sed ſtatim in promptu habeto: Non hunc caſus hic torquet, quia alium non torquet, ſed opinio. Quantum igitur ad ſermonem pertinet, verſare audacter cum illo: quinimo & ſi res ferat, ſimul geme. Cave tamen, ne & intrinſecus gemas.* Unde forte & illorum legendi ratio robur accipiat, qui ſuperius ita legerunt:

EREPTIS OPIBUS, NOLI TU FLERE.

Aliquid certe lucis inde huic accedere videtur noſtro: SUNT QUAEDAM vel ipſa inter DAMNA, vel etiam damna perpeſſorum LAMENTA,

QUAE

QUAE FERRE DECET PATIENTER AMICUM.

Cum interim *jactura*, quae ſit propria culpa, non niſi *graviter* ſit moleſteque ferenda, omnemque commiſerationis ſenſum & de amicorum excludat animis.

Eſt jactura gravis, quae ſunt amittere damnis:
Crede mihi: Gravius ſed dolor ipſe malum eſt.
Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.
Penſat amicitiae damna fidelis amor.

Souvent il arrive des pertes,
Qu'on ne peut ſupporter d'un eſprit bien ſoûmis;
Mais qui par point d'honneur doivent être ſouffertes,
Lorſqu'il faut ménager quelqu'un de ſes amis.

CXXXIII.

Tempora longa tibi noli promittere vitae:
Quocumque ingrederis, ſequitur mors, corporis umbra.

Nemo poteſt ſibi longaevitatem promittere: quum mors hominem quocunque eat, non aliter inſequatur, quam umbra corpus. Fortaſſe legendum, *corpus ut umbra.* Nam ſic reddidit Planudes.

Erasmus.

Corpus *ut umbra.*] Lectio Scaligeri. Eraſmi & aliorum editiones habent, *corporis umbra*; quaſi mors nunquam corpus deſerat, non magis quam umbra.

Opitius.

Etiam Friſius, Corderius, Lentul. & Pulmann. ad oram ſuae Edit. cum Auſonio proditae legunt: Corpus ut umbra. &c.

Daumius.

ΥΣΤΕΡΟΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ & in hoc tale eſt, quale in aliis ſaepe obſervavit Scaliger. *Mors te, ubicumque ſis, inſequitur*; jam jamque adeſt, nec expectanda demum, & *umbra* tua eſt, quam non poſſis a *corpore* ſejungere; tu ergo, animula, quod Venuſinus tibi praecinit olor:

——— ——— ——— *Spatio brevi*
Spem longam reſeces; dum loquimur, fugerit invida
AEtas, carpe diem, quam minimum credula poſtero.

Idque ex parte jam ſignificaverat Noſter, XXXIII. primi Lib. Diſticho, niſi quod ibi, pro incerta futurorum ſpe, certum commendaverat fructum praeſentium, tamquam unicum lucrum; hic plane ſpem illam omnem reſecat, nihil pro futuro relinquit, quippe non dubia porro, ſed inſtante jam ac praeſente morte. Ex parte altera idem quoque poſſet videri hoc praeceptum, atque illud, quod hujus poſtremi Libri Diſticho continebatur XXII. Sed ibi de deinceps venturis omni occurrendum duxerat ſolicitudini ac timori; hic vero tantum, uti modo diximus, Vanae longi aevi spei. Vanae, inquam, nam meliorem certioremque Inmor-

133.

ΜΗ μακροὺς Σαυτῷ καιροὺς ΒΙΟΤῆς καθυπισχνοῦ·
ΩC ΣΚΙΑ, ΣΩΜΑΤΙ ΓΑΡ ΜΟΡΟC ΕΣΠΕΤΑΙ, ΗΤ περ ἀφίξῃ.

TEMPORA *longa tibi.*] Jam monuimus Planudae ſolennem κατάχρησιν eſſe καιροὺς ἀντὶ τοῦ χρόνους dicere. Ut ecce, καιροὺς βιοτῆς, ἀντὶ τοῦ μῆκος βίου. Quis intelligit? *Quocunque ingrederis, ſequitur mors, corporis umbra.*] Mortem corporis umbram dixerit, ut quae nunquam corpus deſerat, non magis quam umbra. Videtur tamen legendum *corpus ut umbra.* Quod ſequuti ſumus. Eſt enim ſententiae longe convenientius. Planudi non ignoſcimus, poſteriorem in σκιά corripienti.

SCALIGER.

mortalitatis Spem, nec in ipſa morte relinquendam, cum Philoſophorum ſapientiſſimis, jam ſtabiliverat alibi, quibus propterea & ipſe accenſendus erit.

CONVENIT autem haec PERPETUA MORTIS RECORDATIO, quam hic ſapienter praecipit gnomarum Auctor, cum exhortatione illa perquam egregia, ab Epicteto facta, Capite XII. libelli ſui, ubi ſic loquitur amabilis ſenex: Καθάπερ ἐν πλῷ, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργον, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξῃ, ἢ βολβάριον· τετάσθαι [Al. τέτλεσθαι] δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μή ποτε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· Οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει. Ἐὰν δὲ Ο ΚΥΒΕΡΝΗΤΗC ΚΑΛΕΣΗι, ΤΡΕΧΕ ΕΠΙ ΤΟ ΠΛΟΙΟΝ, ΑΦΕΙC ΕΚΕΙΝΑ ΠΑΝΤΑ, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. Ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς ποτὲ τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς. H. E. *Quemadmodum in navigatione, ubi in portum eſt ventum, ſi exeas aquatum, incidit ut cochleas in itinere aut bulbulos colligas:*

gas: animum tamen ad navigium intentum te habere convenit, ac ſaepe reſpicere, an gubernator vocet: Omniaque illa tum ſtatim abjicere, ne vinctus eo conjiciaris inſtar pecudum. Sic in vita: ſi pro bulbulo, aut cochleola, uxorcula nobis, aut filiolus praebeatur, nihil ſit prohibendum: ſi autem GUBERNATOR VOCET, CURRE AD NAVIGIUM, RELINQUENS HORUM OMNIA, *neque reſpiciens. Si autem ſis ſenex, numquam procul a navigio diſcede, ne forte vocatus viribusque defectus tibi deſis.* Vox Gubernatoris aut claſſicum Imperatoris, mors eſt; in illam intentus usque animus, nihil aliud, quam aſſidua commemoratio mortis eſt. Ut navigantem, aut militem, ita & avocatum DEI inmortalis imperio, actutum praeſto eſſe atque omnia alia abitum obſequiumque morantia relinquere confeſtim oportet.

Lin-

CXXXIV.

Ture Deum placa: vitulum ſine creſcat aratro.
Placari ne crede Deum, quum caede litatur.

NON gaudet Deus morte pecudum. Ergo thure litandum eſt illi. I. e. re innoxia, & minimi ſumptus. At hodie plerique Chriſtianorum, licet apud hos ſublatus ſit mos immolandi pecudes, tamen Deum ac divos ſibi tantum non devinctos eſſe putant, ſi eis gemmas, aurum, argentum, ſerica ſuſpenderint; vel oſtentanda tantum, vel in luxum paucorum vertenda, Immemores haec ſemper a ſanctis fuiſſe contempta: & ſi forte obrigerunt, in egentium uſus fuiſſe effuſa.

ERASMUS.

VITULUM *ſine creſcat aratro:*] Hellenismus eſt, ut apud mellitiſſimum Anacreonta:

Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα, i. e. κατὰ λέξιν
Ego ſed meos capillos,
An ſint mihi, vel abſint, Ignoro.

Qualis illi propria eſt ſermonis inaffecti ἀφέλεια. Plauto nihil familiarius. Sed & poſterioris aevi Juvencus, L. IV.

——— Cunctos ſi credere fas eſt,
Quod tua labentes poſſint praecepta negare.

Quae vulgo peſſime diſtinguuntur. &c.

DAUMIUS.

Linquenda tellus, & domus, & placens
Uxor, neque harum, quas colis, arborum
Ulla BREVEM DOMINUM *ſequetur.*

Tempora longa tibi noli promittere vitae,
Quam qui diſſolvat, jam tibi jamque prope eſt.
Quocumque ingrederis, ſequitur mors, corporis umbra.
Qua ſine ſi corpus, tu quoque morte cares.

N'étant point aſſuré du tems que tu dois vivre,
Enviſage de-près le moment du trépas:
Comme tu vois ton ombre attachée à te ſuivre,
La mort te ſuit à chaque pas.

134.

ΙΛΑΣΚΟΥ ΘΥΕΕΣΣΙ ΘΕΟΝ· ΑΙΠΕ ΜΟΣΧΟΝ ΑΡΟΤΡΩι.
ΜΗΔΕ ΜΙΝ ΕΥΜΕΝΙΣΑΙ ΔΟΚΕΙ ΑΙΜΑΣΙ ΚΑΙ ΣΦΑΓΙΟΙΣΙ.

TURE DEUM *placa.*] Quod Horatius mirari ſolebat, quoties bonus verſus excidebat Choerilo, id nos in Planude experimur: qui in hoc diſticho feliciter reddendo ſibi diſſimilis eſt. Meliora ab eo non exigimus.

SCALIGER.

Non tantum hoc dicendum; ſed nec meliora in hoc ab ipſo Scaligero exſpectari potuiſſe, res ipſa loquitur.

VITULUM *ſine creſcat aratro*, pro *vitulus ſine creſcat.* Modus loquendi Latinis non ignotus, quem a Graecis habere videntur. Terent. Adelph. V. IV. 20. *Illum ut vivat optant.* Senec. Lib. IV. d. Benef. Cap. XXXII. *Deos veriſimile eſt ut tractent.* Vid. alia & plura iſtius locutionis exempla ad hunc Senecae locum a Magno Gronovio congeſta.

WACHIUS.

„ Superest praeterea Diſtichon unum ex Chriſtiano-
„ rum diſciplina depromptum, ſi Boxhornio fides. De hoc
„ ille ita: *Nec aliter ſe habet D. XXXVIII. eod. L. IV.*
„ Ture Deum placa &c. *Vellem legeretur*, Tute Deum pla-
„ ca, h. e. *Tu ipſe. Et forſan ſic ſcripſit Auctor, ſed nihil ad-*
„ *ſeverare audeo*". Pergit autem ad haec ita reſpondendo Cl.
Cannegieterus, Cap. XV. quod hactenus dictis inchoaverat.
„ Non dubito, vehementer voluiſſe Boxhornium, ut vox
„ *Ture* hic deleretur. Una enim haec ſententiam ejus de
„ voluntate noſtri in Chriſtianas caerimonias evertit. Quod
„ & illis perſpectum, qui ſolum hunc verſum proferunt,
„ ut Auctorem ejus Paganum fuiſſe vincant, in quorum
„ numero eſt Gaudentius, in Additamento Critico Cap.
„ XVIII. Quod autem ad mutationem attinet, qua Boxh.
„ *tute* legit pro *ture*, ea non tantum nullo codice vetuſto
„ probatur, ſed & menti auctoris adverſatur. *Tute* ſignifi-
„ cat tu ipſe. Qui autem vitulo faciebat, anne ipſe Deum
„ placabat? Certe is per alium placabat Deos, qui uxori,
„ mulieri alii, aut Viro cuicunque pio delegabat. Quomo-
„ do ergo Sacrum per ipſum factum probat, vitulo fa-
„ ctum reprobat Cato? Omnino itaque rejiciendam puto
„ Boxhornii emendationem. Non percepit V. C. ſenten-
„ tiam Dionyſii, certe non perſuaſionem ejus de cultu
„ Div., de quo ad Diſt. I. L. I. & iterum ad D. XIV.
„ L. IV. modo diſputavi, eamque eſſe docui, quam &
„ viris cordatioribus curae fuiſſe oſtendi. Vult Deum eſſe
„ colendum placandumque; ſed praecipue mente, & qui-
„ dem pura. Neque tamen omnino rejicit donum & Sacrum;
„ ſed vult, ut id non ſit opimum aut rarum, aut caede
„ fiat; ſed ut ſit parabile atque exiguum, atque in hoc ge-
„ nere tus praecipit. His dictis omnis Dionyſii pietas,
„ omnis religio, de Sacris atque immolatione, quae non
„ minima religionis Paganicae portio fuit, abſolvitur".
Haec pluribus deinde exemplis ex litterata Antiquitate depromptis, per integrum hoc itemque bina ſequentia XVI. & XVII. Reſcriptorum Capita, Vir idem clarus illuſtrat. Totque inter alia lectu ac notatu digniſſima lectores quoque ablegat ad XXXVIII. Epicteti monitum in Enchiridio, quod & adducturi, conferendum cum hoc Diſticho, non modo nos eramus; ſed, pro inſtituti noſtri ratione, totum etiam id exſcribendum nobis erat. Docet ergo Philoſophus in illo: Τῆς περὶ τοὺς Θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον

ἐκεῖνό

ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. Οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος. Ἄλλως τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. Ὡς ἄν γε τί ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. Πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ τεθηπέναι. Ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν. ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν, ἀδύνατον. ὅθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. Καὶ Πολυνείκην καὶ Ετεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. Διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεοὺς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. ΣΠΕΝΔΕΙΝ δὲ ΚΑΙ ΘΥΝΕΙΝ, ΚΑΙ ΑΠΑΡΧΕΣΘΑΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ ΕΚΑΣΤΟΙC ΠΡΟΣΗΚΕΙ καθαρῶς καὶ ΜΗ ΕΠΙΣΕΣΥΡΜΕΝΩC, ΜΗΔΕ ΑΜΕΛΩC, μηδὲ γλίσχρως, ΜΗΔΕ ΥΠΕΡ ΔΥΝΑΜΙΝ. H. E. *PIETATIS erga Deos id maximum eſſe ſcito, de ipſis ut bene ſentias; puteſque & eos eſſe, beneque ac recte gubernare. Tum ut ita te compares, parere eis, atque omnibus cedere quae fiant, neque invitum ſequi, quippe quum omnia ex optimo conſilio efficiantur. Hoc enim pacto neque deos umquam culpabis, neque incuſabis, quaſi neglectus.* * *Id vero aliter efficere non potes, niſi ab his te avoces, quae in nobis non ſunt; inque iis tantum, quae ſunt in nobis, bonum ac malum ponas. Quod ſi illorum aliquid bonum eſſe aut malum opineris, neceſſe eſt, ut cum ea non conſequaris, quae velis, aut in ea, quae minime velis, incidas, conquераris pariter atque oderis ejus*

* Confer cum illo Noſtri: *Incuſare Deum noli, ſed te ipſi coërce*: cumque iis, quae ad idem commentati nos ſumus, pag. huj. Hiſt. 104. & 105.

ejus rei cauſſam. Omne enim ad hoc natum eſt animal, ut quae noxia videntur, eorumque cauſſas fugiant, atque ab his avertantur: utilia vero & eorum cauſſas quaerant atque admirentur. Prouti nec poteſt, qui ſe laedi putat, eo, quod laedere videtur, gaudere, & ipſa laeſione gaudere, impoſſibile eſt. Unde & patri filius convitiatur, cum his quae bona videntur, filium non impartit. Et Polinicem atque Eteoclem hoc inter ſe diſcordare compuit, quod tyrannidem bonum eſſe putabant. Propter hoc agricola convitiatur diis, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc ipſum, quibus aut uxores aut liberi interiere. Ubi enim utilitas, ibi pietas. Quamobrem qui ea curat appetere atque evitare, quae oportet, is eo tempore etiam pietatem curat. LIBARE AUTEM ET SACRIFICARE SECUNDUM PATRIOS MORES UNUMQUEMQUE DECET: *Pure absque laſcivia,* ABSQUE NEGLIGENTIA: NON PARCE, NON SUPRA FACULTATEM. Et recte ex his omnibus ita colligit Cl. Cannegieterus, perſpicue poſſe intelligi „cum TURE ſupplicandum noſter „ Cato doceat, eum minimi ſumtus Sacra praecipere: &, „ quamquam tus nominat, non credo, ait, viliora eum „ reprobaturum fuiſſe; dummodo mens caſta & pura ac„ cederet. Nam haec fuit optimorum hominum Philoſo„ phia, ut quodcumque donum Deo gratum docerent, „ modo animo pio conſecraretur. Huc ſpectat Hieroclis „ diſputatio, pag. 27. quam Pythii Apollinis oraculo con„ firmat ".

DEINDE quum plane falſus fuerit ſeque ipſe deceperit Boxhornius, quando haec ſcriberet: *Interea tamen thymiamata, praeſertim ex ture, in Sacris Chriſtianorum aliquando uſum habuiſſe, nemo ignorare poteſt, qui veteris Eccleſiae rituum cognitione inſtructus*; hoc opinionis monſtrum plane etiam confecit celebris idem Auctor, praecipue Cap. XVI. Reſcriptorum Boxhornio oppoſitorum, quo *thymiamata ex ture in vetere Eccleſia nulla fuiſſe* docet, advocata jam ante Arnobii fide, itemque Auſonii aliorumque, quorum ille expreſſis verbis: *Non mactamus hoſtias*, ait, NON TURA *ac vina libamus*. Alter, in Ephemeride, ſuo more, ita cantat:

Pateatque, fac, ſacrarium,
Nullo paratu extrinſecus.
Pia verba, vota innoxia,
Rei divinae copia eſt.
NEC TUS cremandum poſtulo,
Nec liba cruſti mellei:
Foculumque vivi ceſpitis
Vanis relinquo altaribus.

„ Quos

„ Quos verſus, (inquiebat ſub fin. Cap. XV.) profert Pa-
„ ganinus Gaudentius in Additamento Critico Cap. XVIII.
„ ut doceat, Auctorem Diſtichorum Auſonium non fuiſſe".
Qui ipſe etiam Gaudentius Deum ture placatum umquam negat, dum „ ſcribit incendendo tus non ſacrificari in ſua
„ Eccleſia, i. e. Pontificia, ſed ejusmodi incenſionem eſſe
„ appendicem ſacrificii. Antiquae, certe primae Eccleſiae
„ Antiſtites nullibi haec *turis thymiamata* praecipiunt. Imo
„ vero omnem turis honorem a templis ſuis & Sacris ex-
„ cludunt". Id quod pluribus exemplorum monumentis dicto jam Cap. XVI. Reſcr. firmiter ſatis uberiusque adſtructum eſt.

Sanguine te abſtineas: vitulum ſine creſcat aratro.
Fac ture ut places concelebresque Deum.
Placari neu crede Deum, dum caede litatur:
Cui vitae fons eſt, mortua nulla placent.

Viens offrir à ton Dieu l'encens & la priere:
Laiſſe pour le travail croître les animaux;
Et ne crois pas du ciel appaiſer la colere,
En verſant le ſang des taureaux.

CXXXV.

CXXXV.

Cede locum laeſus fortunae, cede potenti.
Laedere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit.

Qui rem habet cum Proceribus, quoniam prodeſſe poſſunt in multis, neceſſe eſt, ut aliquando muſſet injurias, id eſt tacitus ferat. Laedunt enim aliquando potentes & tyrannidem exercent. Hic igitur prudens illis debet cedere, ut poſtea per illos ſuis prodeſſe poſſit. Nam ſi reſiſtens reddiderit eos hoſtes, nec ſibi, nec ſuis prodeſſe poterit.

Erasmus.

Cedere *qui potuit, prodeſſe aliquando valebit.*] Ita legit non Mylius tantum, quod ex ejus interpretatione conſtat Graeca & animadverſum a Daumio eſt; ſed & ſummus pariter Eraſmus, qui ſuam iſti ſenſui paraphraſin adcommodavit. Ipſe tamen verum hujus Diſtichi ſenſum expreſſius dedit in Chiliad. III. tit. DCCCXXXIX. Qui nocere poteſt, idem et prodesse. Confer & DCCCXLII. Principum favor necessarius.

Aut ita te geras neceſſe eſt, Fortunae & fortunatorum, prout aeſtimantur, hominum ac Potentiorum reſpectu, ut neque hi nec illa, ſive prodeſſe tibi, ſive obeſſe, in re minima, vel maxima poſſint; id quod ſana praeſtare tibi poterit Philoſophia: Aut, ſi illud adſequi non licet, ſi utique, te poſſe laedi ab illis, tuo damno, ſentis atque agnoſcis, curandum maximo opere, tibi ut proſint potius, quam ut officiant. Id quod effici praecipue poterit, aliquando illis de tuo jure decedendo, illorumque te adcommodando moribus. Inpenſam enim facere oportet eum, qui quaerit lucrum. De utroque illo, quod modo diximus, congruenterque his, quae ita breviter complexi ſumus, utiliſſima morum praecepta tradentem audiemus porro Epictetum, cujus fere diſciplinae in omnibus ſubſcribentem deprehendimus Auctorem noſtrum. Sic vero ille prius ante ſtabilit, Enchir. Cap. XXVI. cui nos ſubjungemus alterum, in quo & obiter adtingit poſterius. Ὅρα μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ ΜΕΓΑΛΟΔΥΝΑΜΟΥ-

ME-

135.

Δὸς τόπον ἠνορέηφι ΤΥΧΗς, καὶ ὕπΕΙΚΕ κακωθείς·
Ἥγε γὰρ ἔσχε λυμῆναι, σΧΟΙη ΚΑΙ ποτ' ΟΝΗνΑΙ.

Cede *locum laeſus Fortunae, cede potenti.*] Planudes aliter diſtinguit, omnia ad unam Fortunam referens:

Cede locum laeſus: Fortunae cede potenti:
Laedere quae potuit, prodeſſe aliquando valebit.

Sed hoc non ſentiebat Gnomologus: neque commode dixeris, Fortunam, quae laeſerit, aliquando profuturam. Nam quis abſurditatem non animadvertit?

Cede

Cede locum.] Planud. δὸς τόπον ἠνορέηφι τύχης. Violentiam vocare ἠνορέην eſt non ſolum barbariſmus, ſed etiam hallucinatio.

Laedere qui potuit] Planud ut paulo ante monuimus, legerat, *laedere quae potuit*, referens ad Fortunam. Sed abſurditatem ſententiae nemo non videt. Neque illud probum eſt, λυμῆναι, ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, ὀνῆναι, ἀντὶ τοῦ ὀνῆσαι.

Scaliger.

MENON, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συνεπαρθείς. Ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. Σὺ δὲ αὐτὸς οὐ ϛρατηγὸς, οὐ πρύτανις ἢ ὕπατος εἶναι θελήσῃς, ἀλλ' ἐλεύθερος. Μία δὲ ὁδὸς πρὸς ταῦτα, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. H. E. *Vide ne quemquam, quem tu aut honore, aut* POTENTIA, *aut fama* PRAESTANTEM *videas, beatum dicas: ab imaginatione videlicet correptus. Nam ſi ſubſtantia boni indolentiae in iis eſt, quae ſunt in nobis, ibi neque invidia locum habebit, neque aemulatio. Tu autem nec Imperator, neque Conſul aut Senator eſſe vis, ſed liber. Una autem via ad hoc eſt, contemtus eorum, quae in nobis non ſunt.* Jam vero & in gratiam aliorum, qui nondum eo usque provecti, ut ſua ſe involvere virtute poſſint, Capite quoque LII. haec addit monita: Ὅταν φοιτᾷς πρός τινος ΤΩΝ ΜΕΓΑ ΔΥΝΑΜΕΝΩΝ, πρόβαλε, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ φροντιεῖ σου. Κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, ΦΕΡΕ ΤΑ ΓΙΝΟΜΕΝΑ,

καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου. Ἰδιωτικὸν γὰρ καὶ διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός. H. E. *Cum aditurus quempiam* EORUM-*es*, QUI MAGNA POSSUNT, *praepone tibi ipſi: fore, ut non admittaris intro ad eum, ut excludaris, ut tibi fores non pateant, ut* TE ILLE NEGLIGAT. *Tum cogita, an cum iis illum adire expediat: ubi adieris,* FER QUAE FIUNT. *Neque tu tecum dicas umquam, non fuiſſe operae pretium. Vulgare enim eſt, quae extrinſecus ſunt calumniari.* Ex utroque eum capies fructum, quem promiſerat Philoſophus Cap. III. ΟΥΔΕΙϹ ΣΕ ΒΛΑΨΕΙ. I. E. NEMO TE LAEDET. Vel quia, qui te laedere cogitabat, nec pro-

CXXXVI.

Quum quid peccaris, caſtiga te ipſe ſubinde.
Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.

UBI ſenſeris te alicubi peccaſſe, ſtatim poenas ſumito de te ipſo, & noli tibi ignoſcere. Te ipſum objurga, tibi ipſi laboris aliquid indicito. Nam ut, in ſanandis vulneribus, dolor dolore ſanatur (ſiquidem ne doleat vulnus, infundis acria, quae mordent) ſic iſta reprehenſio, tametſi amara eſt, tamen medetur vitio animi. ERASMUS.

VIDE Diſt. IV. Lib. I. WACHIUS.

Nihil hic mutant Editt. vel Codd. noſtri. *Subinde* hic eſt, *deinde, paullo poſt, mox.* Horat. Lib. I. Ep. VIII. v. 15.

Si dicet, recte: primum gaudere, ſubinde
Praeceptum auriculis hoc inſtillare memento.

De cujus vocis ſignificationibus, vide, quae diſſerit Cl. Duker. ad Flor. Lib. II. Cap. X. § 3. O. ARNTZENIUS.

ECCE POENITENTIAE exemplum, ſed philoſophicae. Nam aliter hoc argumentum ſacrorum Myſtae, aliter Philoſophi, Juriſperiti aliter, aliter denique tractant Medici utriusque generis, a quorum operandi & agendi modis, in vulneribus tractandis, ſcitum hoc ſimile Noſter depromit, inque ſuos transfert uſus. Verum quidem id, quod Diony-

prodeſſe tibi poteſt, nec obeſſe; vel quia, ſi id malueris, idem & obeſſe & prodeſſe tantumdem.

Cede locum laeſus Fortunae: Cede potenti:
 Cede volens, quum vix cedere nolle tuum eſt.
Laedere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit:
 Qui nec obeſſe potens, utilis eſſe nequit.

Cede à la force ouverte, & ſupporte l'empire
D'un grand que tu dois ménager.
S'il a le pouvoir de te nuire,
Peut-etre dans la ſuite il ſçaura t'obliger.

136.

Εἴ ΠΟΘ' ΑΜΑΡΤΗΣΗιC, *παίδευε σύ σ*ΑΥΤ*ὸν ἔπειτα·*
ΤΡΑΥΜΑΤ*α γὰρ* ΘΕΡΑΠΕΥ*ομεν*, ΑΛΓΕ*σιν* ΑΛΓΟC ΑΚ*εῖται.*

CASTIGA *te ipſe ſubinde.*] Planudes: *παίδευε σὺ σαυτὸν ἔπειτα.* Verbum *παιδεύειν* caſtigandi notione legitur, ubi Hebraicum יסר *jaſar* ſemper hoc verbo exprimitur. Sed ignotum priſco Hellenismo.

SCALIGER.

NON ſemel tantum in hoc Planuden caſtigavit Scalig. ſed & altera *μεταφράσει* priorem ſuam ſimul & Planudeanam correxit. Illa, quae peccaverat, haec fuit:

Ἤν τί ποτε πταίσῃς, συνεχῶς
 ἐπίπληξον ἑαυτῷ.
Τραύμαθ' ὅτι δεῖ θεραπεύειν, ἄκος
 πέλει ἄλγεος ἄλγος.

Dionyſius ait Halicarnaſſeus, praeclara illa Libri XI. ſententia:

ΚΡΕΙΤΤΩΝ Η ΠΡΟΝΟΙΑ ΤΗC ΜΕΤΑΜΕΛΕΙΑC.
MELIOR EST PROVIDENTIA QUAM POENITENTIA.

Quum vero cujusvis ſit hominis errare, multo ſane melior

erroris eſt cujuſcumque & quotieſcumque repetiti correctio, emendatioque vitae, quam ſtulta pariter atque arrogans in errore perſeverantia. Ne vero toties eumdem aut ſimilem repeteremus errorem, perſuadere ſatagit peccantibus, ſibi ut unusquisque quoties peccat, toties & ſua ſponte libereque poenam aliquam infligat, quo paullatim in eumdem recidere deſueſcat reatum; eamque innuit cum dolore aliquo conjunctam eſſe debere, ea mente, ut horreat animus parem praeteritae culpam, propter aequalitatem poenae, quae tibi ſemper ante oculos verſetur. Prudens omnino conſilium & vel chriſtiano homine dignum!

Iisdem fere verbis, ſed longe alia ſententia, dicitur apud Sophoclem.

ΚΑΚΟΝ ΚΑΚΩΙ ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ.

Malum malo medicari.

Nempe in Ajace Maſtigophoro:

Εὔφημα φώνει, μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς
Ἄκος πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει.

H. E. Interprete Eraſmo, Chil. I. Ad. CV. Fol. 21. Aldino, verſo: *Bene*

CXXXVII.

Damnaris numquam poſt longum tempus amicum:
Mutavit mores; ſed pignora prima memento.

Si is, cum quo tibi fuit diutina conſuetudo, forte mutatis moribus alius eſſe coepit, hoc debes tribuere veteri neceſſitudini, ne vituperes eum, etiam ſi non eſt dignus qui ametur.

Erasmus.

Mutavit *mores*] Barthius diſtinguit: *Mutavit mores!* Daumius. Per interrogationem haec diſtinguentem Barthium non audio, conjunctio *Si* hic eleganter ἐλλείπει. Sic, ut de Plauto aliisque taceam, ſaepiſſime Terentius. Eunuch. Act. II. Sc. II. v. 21.

Negat quis; nego: Ait; ajo.

O. Arntzenius.

Bene ominata loquere: Ne malum malo
Medicans, *& banccε noxam adaugeas tibi.*

„ Dehortatur enim ibi Tecmeſſa, ne malo inſaniae addat
„ alterum majus malum, ſpontaneam caedem ſui.

AT EADEM, quae Noſtro, ſententia eſt in verbis non iisdem, ſed fere vulgaribus, ex Hieronymo notatis eidem Eraſmo, illius Editori optimo, Adagio proxime priore ſuperiori:

MALO NODO MALUS QUAERENDUS EST CUNEUS. Vide eumdem ibi.

Quumque ſubinde erres, caſtiga te ipſe ſubinde:
Quum quid peccaris, poenituiſſe juvet.
Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris;
Et tu, quae ſentis turpiter acta, dole.

As-tu fait quelque faute, en juge inexorable
Toi-même tu dois te punir.
Ainſi que le malade, il faut que le coupable
Prenne un remede amer, & ſouffre pour guérir.

137.

ΜΗ πουλυΧΡΟΝΙΟιο φίλου φιλίην ἀποσείου·
Ἤθεα κεῖνος ΑΜΕΙΨΕ, σὺ μνώεο τῶν πρὶν ὁμήρων.

DAMNARIS *nunquam poſt longum tempus amicum.*] Planudes:

Μὴ ποῦ πουλυχρόνοιο φίλου φιλίην ἀποπέμπῃς.

Non longaevi amicitiam abjicias.

SED *pignora prima memento.*] Planudes, *σὺ μνάεο τῶν πρὶν ὁμήρων.* *Priores obſides, aut priora depoſita memento.* Obſcure & *inſicete.*

SCALIGER.

Per *πολύχρονον* amicum intelligi vult, eum, quocum tibi longus uſus amicitiae. Sed verbum Graecum potius ſignificat longaevum, non antiquae amicitiae hominem. Quis quamvis Graece peritiſſimus, aliter poteſt accipere?

Ad rem hoc certe facit loco, quod ex Ciceron. de Amicitia Cap. XXI. noviſſimus in medium producit Editor: *Amicitiae, diſſuendae magis, quam diſcindendae. Niſi quaedam admodum intolerabilis injuria exarſerit, ut neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio disjunctioque facienda ſit: Sin autem aut* morum *aut ſtudiorum* commutatio *quaedam, ut fieri ſolet, facta erit, cavendum, . . . ne non ſolum amicitiae depoſitae, ſed inimicitiae etiam ſuſceptae videantur.* NIHIL *enim* EST TURPIUS, QUAM CUM EO BELLUM GERERE, QUICUM FAMILIARITER VIXERIS. Adde: & DIU *conſueveris. Mores* autem, quos forte *mutatos* Noſter ait, non hic ſunt in univerſum vitae mores accipiendi; ſed MOS ille priſtinus & conſuetudo, tecum ipſo familiariter vivendi, & teneritudo animi adfectus, qui quondam viguerit in amico erga te tuo: Unde rectius Scaliger, verbo ΤΡΟΠΟΣ, qui MOS eſt & vivendi conſuetudo, quam Planudes, voce ΗΘΕΑ, reddidit, quae MORES deſignat, nempe virtutum aut vitiorum habitus.

ΤΟΥΣ ΦΙΛΟΥΣ, inquit in Laërtio Bion, pag. m. 158. ὁποῖοι ἂν ὦσι, συντηρεῖν· ἵνα μὴ δοκοίημεν πονηροῖς κεχρῆσθαι, ἢ χρηστοὺς παρῃτῆσθαι. H. E. AMICOS, *quales ii cumque forent, conſervandos, ne aut inprobis aliquando familiariter uſi, aut probos frugique homines neglexiſſe demum ipſi videamur.* Quodſi etiam levior aliqua intercesſerit offenſa aut injuria, non propterea ſtatim priſtina illa omnis reſcindenda amicitia eſt, ſed temporis quaedam interponenda mora, quo redintegretur ac reſarciatur aliquantiſper abrupta: Idque ex praeſcripto Epicteti noſtri, quod continent Capp. XXVII. & LXIV. illud, hoc modo enuntiatum: ΜΕΜΝΗΣΟ, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. Ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθικε. Τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. Ἂν γὰρ ἅπαξ ΧΡΟΝΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΤΡΙΒΗΣ ΤΥΧΗΣ, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ. H. E. MEMENTO, *non qui convitiatur aut verberat, injuriam facere: ſed opinionem de hoc, velut injuriam facere. Cum te igitur quis irritet, tua te opinione ſcito irritari. Quamobrem a principio enitere, ne te imaginatio corripiat: Si enim ſemel* TEMPORIS MORAM *a te* IMPETRARIS, *facilius deinde tui ipſius compos eris.* Alterum vero, his conceptum verbis: Ὅταν τις κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, ΜΕΜΝΗΣΟ, ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος ποιεῖ, ἢ λέγει, οὐχ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν

τῷ

τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. Ὥστε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅστις καὶ ἐξηπάτηται. Καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον ἂν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον βέβλαπται, ἀλλ᾽ ὁ ἐξαπατηθεὶς. Ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πράως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. Ἐπιφθέγγου γὰρ ἑκάστῳ, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ. H. E. *Cum quiſquam tibi male facit, aut dicit,* MEMENTO, *illum ſuo ſe officio fungi arbitrantem, facere aut dicere. Eſſe igitur non poteſt, ut is quod tibi videtur, ſequatur, ſed quod ſibi ipſi. Quodſi male ſibi videtur, ipſe laeditur, qui & deceptus eſt. Verum enim conjugatum* (aut *involutum*) *ſi quiſquam falſum arbitretur, non conjugatum ipſum laeditur, ſed qui decipitur. Si ab his igitur movearis, mitem te adverſus convitiantem praebebis. Colloquere igitur in quavis re ita tecum: Sic ipſi eſt viſum.*

NON POSSUMUS autem, cum quibusdam aliis, quae minus e re eſſe viſae quidem nobis erant, & hanc praeterire Cel. Withofii conjecturam, qua emendari Diſtichon ita jubet:

> *Damnaris numquam poſt longum tempus amicum,*
> Mutat ubi *mores, ſed pignora prima memento.*

„ Jam, enim inquit, *ſed* rite ponitur, quod antea minus „ opportunum erat." Eſto. Mutationis tamen neceſſitatem nondum inde percipimus. Et verborum nexus tum demum iſto remedio arctior futurus erat, ſi dediſſet antea hoc ſententiae exordium:

Numquam damnato. Et deinde: *ſed pignora prima memento.*

In breviſſima vero gnoma, parumper abruptus ſermo tolerari poteſt, damnari omnino non poteſt.

> Damnaris numquam poſt longum tempus amicum:
> Ecquid enim cuncto tempore manſit idem?
> Mutavit mores? Tu pignora prima memento;
> Pondus & offenſa gratia majus habet.

> *Ne vas pas en public cenſurer la conduite*
> *D'un homme qui longtems fut un de tes amis;*
> *Bien qu'il ait changé dans la ſuite,*
> *Penſe toûjours aux noeuds qui vous avoient unis.*

CXXXVIII.

Gratior officiis, quo ſis mage carior, eſto:
Ne nomen ſubeas, quod dicitur, officiperdi.

Ut ſis charus omnibus, eſto gratus *officiis*, id eſt, beneficiis & bene meritis. Inviſum enim apud omnes eſt nomen officiperdae. Sic enim vocant eum, in quem collatum officium perditur. Nihil enim tam perit, atque id quod confertur in ingratum.

Erasmus.

Officiperda.] Ita *Officia* pro beneficiis etiam Manilius accepit libro. III.

Format amicitias, & ſaepe cadentia fruſtra
Officia & cultus. — (Poſt alia, ex Scaligero.)

Opitius.

Officiperdi homines, apud Petr. Bleſenſem Epiſt. XXV. Gloſſar. Iſidor. & Exc. Pithoeana: *Officiperdi; qui ſui laboris non habeant remunerationem. Catoni quoque dicuntur Officiperdi.* (Quem vero Iſidori locum magnus Litterator, P. Burmannus Secundus, ita reſtituendum docet: *Cato: quod dicitur officiperdi.* Sed pergit Daumius:) Hanc Lectionem etiam ſervant vetus Colonienſis, Lipſienſ., Aſcenſii & Branti Editiones. At Eraſmus, Pulmannus, Corderius, Friſius, & Scip. Lentulus *Officiperda* maluerunt.

Daumius.

In hominibus abſurdo & incivili ingenio, qui officium non agnoſcebant, hi dicebantur apud vulgum Romanorum *officiperdae*. Barth. Lib. XXII. Adv. Cap. XV, col. 1102. *Officiperdium*, quando perditur opera in officio ingrati, ex Gloſſ. MS. laudat Barth. Rigalt. ad Phaedrum, pag. 80, 81. Edit. III. Lutet. 1617.

Wachius.

Cujus cum his verbis, in quibusd. Editt. Opitiana male confunduntur.

Male sedulum & infelix in hoc, profecto, Diſtich. P. Scriverii fuerat ingenium, Viri alioqui de litteris meritiſſimi, qui non illud modo aliter voluerat diſtingui, ac diſtinguere ſolent omnes; verum etiam ejus inmutationis nimis certe audacter duriterque auctor eſſe poſtulaverat aliis. Ita enim in Editione ſua ipſe diſtinguit:

Gratior officiis quo ſis mage, carior eſto: &c.

Et ita in ſuam hancce ſententiam, non jam in Catonem, referente Arntzenio, commentatur ipſe, omnem licet hanc perditurus operam: „ *Quid*, inquit, *verba perdam? Non aſ-*
„ *ſequitur*

138.

ΙΣΘ' ἐν προςασίῃ ΧΑΡΙεἰς, ἽΝΑ ΦΙΛΤΕΡΟΣ ΕΙΗΣ, ΚΑΙ ΜΗ φῶσί σε τῆς ἀρχῆς ΟΛΕτῆρα κάκιςον.

GRATIOR *Officiis, quo ſis mage charior, eſto.*] Apud hunc Auctorem, & alios vetuſtiores, Officium eſt Beneficium: ut in illo:

Officium alterius cunctis narrare mem.

Quo gratior quis erga benefactorem, eo chariorem illi futurum dixit. Planudes vero τὸ *Gratior* χαρίεις vertit: quum tamen eo intelligatur εὐχάριςος, εὐγνώμων. Neque hoc contentus, abſurdiſſime officium προςασίαν vertit, i. e. magiſtratum. Unde in ſequenti verſiculo, aequipollente verbo, ἀρχὴν interpretatur. Hoc modo magiſtratum, quem ſecundum legis rigorem δυσπαραίτητον eſſe oportet, ἀνθρωπάρεσκον facit. Quod ſi verum erat, officium eſſe ἀρχὴν, aut προςασίαν, non officiis, ſed officio, dicendum erat: item, Gratior in officio, non Gratior officio.

NE *nomen ſubeas, quod dicitur officiperda.*] Pithoeana editio:

Ne nomen ſubeas, quod dicunt, officiperdi.

Sive igitur officiperda ſive officiperdus, quod utrumque probum eſt, & utro modo dicatur, non refert, eſt is, in quem omnia ingeſta beneficia, tanquam in dolium rimoſum, effluunt: & qui, ut Seneca loquitur, *beneficia haurit perforato animo*, & tranſmittit, quicquid accepit. Nos ὀλεσίχαριν, non male, ut puto, reddidimus, quomodo Homero ſalix ὠλεσίκαρπος.

SCALIGER.

Similiter P. Bleſenſ. Epiſt. XXV.

Nam genus hoc hominum, quod dicitur *Officiperdi.*

Ad eamd. rationem Plin. dicit, Lib. XVII. Hiſt. Nat. Cap. XXVI. *Salix ob id* dicta frugiperda.

O. ARNTZENIUS.

„ *ſequitur* (Eraſmus) *Poëtae mentem: nec aſſecutus olim Max.* „ *Planudes, qui haec Diſticha graeca fecit. Sed nec illuſtris* „ *Scaliger haec digne interpretatur, qui fere ſuccinit Eraſmo,* „ *atque arbitratur vetari nos hoc Diſt. immemores eſſe beneficii;* „ *cum longe aliud praecipiat Cato. Nimirum: quo beneficiis gra-* „ *tior ſis, carior eſto magis ac parcior, ne officiperdam te omnes* „ *dicant, i. e. qui beneficia ſua perdat. Haec mens eſt hujus* „ *Diſtichi; nec audio reclamantes*". Sed & modeſte ad haec reſpondet, & verum Auctoris animum recte defendit O. Arntzenius, de Catone melius adhuc meritus, ipſo Scrive-

cio:

rio: Raro enim ille quidquam mutat, hic fere ſemper & ubique. „ Non reclamamus quidem, ait ille, manes candi-„ diſſimi! Libenter equidem huic expoſitioni, verborum-„ que diſtinctioni adplauderem, ſi *τὸ carior* ſenſu, quo ex-„ ponitur, commode diceretur, & Diſtichi Sententia, quam „ jam olim Scaliger & Erasmus recte expoſuerunt, permit-„ teret. Fateor, *cara* dicuntur, quae rara & pauca ideo-„ que magni pretii ſunt, ut *annona cara* & ſimilia; verum „ an ideo *homo carus* & *carior*, pro *parcior*, dici poſſit, judi-„ cent alii". * Haec bene regeſſit in Scriverium Arntzenius.

Nos certe in *Catone* illius, non deprehendimus noſtrum: Qui, ſi quid hujusmodi dicturus erat, id in illo jam praeſtiterat, ubi ſic Noſter:

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus,
Incuſare Deum noli; ſed te ipſe coërce.

Nihilque adtinebat hic idem repeti. Namque & hoc *ſe coërcere* erit, ſi ab ingratis poſtmodo ſe Benefactor contineat; quale quiddam jam tum nos & in eo ipſo Diſtichi praecepto ſenſeramus. Itaque, ut vera eſſet in ſe ſententia, in elocutione tamen nemo Catonem agnoſceret. Qui potius filio ipſe ſuo cavere ab *ingrato* hic volebat *animo*, ut vitiorum peſſimo ac turpiſſimo. *Ingratum* enim *qui dixerit, omnia dixerit*, ingrata videlicet, & ſcelera, & mala. Et *nullum officium*, quod urget inprimis Cicero, I. de Officiis Libro, *nullum, referenda gratia, magis neceſſarium eſt*. Nimirum Gratia gratiam parit. Vid. Eraſm. ſub hoc tit. Chil. I. Ad. XXXIIII. Quam „ eamdem ſententiam „ Sophocles ſimpliciter extulit in Oedipo, in Colono:

Η ΧΑΡΙϹ ΧΑΡΙΝ ΦΕΡΕΙ. I. E. Gratiam adfert gratia.

„ Rurſum apud eundem, in Ajace Maſtigophoro:

ΧΑΡΙϹ

* Nempe ſuae Idiotismus vernaculae Virum bonum & in hoc Belgam nimis, fefellit: In iſta enim, uti & Teutonica noſtra, pari modo ac: *De zaak is duur*, res cara eſt, diceretur: *Hy is duur*, carus eſt, Latine: pretioſe, care, vel magno pretio divendit, unde & Horatio dicitur:

Dedecorum pretioſus Emptor.

ΧΑΡΙϹ ΧΑΡΙΝ γάρ ἐςὶν ἡ τίκλουσ' ἀεὶ.
Ducitque GRATIA GRATIAM *ſemper manu*, &
„ *Beneficium ſemper beneficium parit.*

„ Quod Heſiodus velut enarrans in I. georgicon:

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν. καὶ τῷ προςίοντι προςεῖναι,
Καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ δῷ,
Δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν.

„ Quibus ſignificatur beneficium invitari beneficio, & of- „ ficium officio provocari. It. Euripides in Helena

ΧΑΡΙϹ γὰρ ἀντὶ ΧΑΡΙΤΟϹ ἐλθέτω. Beneficium ut Beneficio *reſpondeat.*

Neque dubium, quin ad ea Auctor reſpexerit, vel etiam ad P. Syri Latina:

Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere. &c.

Ait ergo: Quo tu *gratior* fueris pro acceptis *beneficiis*, eo *gratior cariorque* ſemper, *magis magisque* benefacienti eris: Cognoſcet enim is, ſuum erga te minime *periiſſe officium.*

Aliud nobis offert Diſtichum, alium ſenſum, vel hujus potius ſententiae Parodiam, imitationisque exemplum, Cel. Withoſius:

Gratior officiis quo ſis, pete rarius iſta: &c.

Sed aut me fallunt omnia, aut Cato de ea re, hoc certo loco, non cogitaverat.

Gratior officiis, quo ſis mage carior, eſto.
Gratia mutata eſt forſitan inde tibi.
Ne ſubeas nomen, quod dicitur, Officiperdi,
In te fac nemo perdat ut officium.

Montre-toi vivement ſenſible aux bons offices
Que dans l'occaſion quelqu'un t'aura rendus;
Et n'imite pas ceux, près de qui les ſervices
Et les plus grands ſoins ſont perdus.

CXXXIX.

CXXXIX.

Suſpectus caveſis, ne ſis miſer omnibus horis:
Nam timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt.

QUI ſibi fingit periculum, is nunquam non miſer vivit. Nihil igitur huic aptius, quam mors: quandoquidem non poteſt jucunde vivere. *Suſpectus*, hic accipit active, pro ſuſpicioſo.

ERASMUS.

SUSPECTUS *cave ſis.*] Colon. Lipſ. Eraſm. Aſcenſ. Pulm. Lentulus, aliique legunt: *Suſpectus caveas.*

DAUMIUS.

Additur ab Editore noviſſimo: Leid. pr. & tert. Nec non Vet. Chart. Membran. Voſſ. & Cod. Turic. qui tamen τὸ *a* ultimae Syll. in *caveas* in raſura ſcriprum habet.

QUATENUS laudi poſſit duci, jam ante *ſuſpicari* venturum malum aut periculum, praecipientem ſupra audivimus Gnomologum noſtrum IX no hujus poſtremi Libri Diſticho: hic de *mala* tantum agitur *ſuſpicione*, quae merito dedecori ducitur & apud omnes male audit, quoniam ſua neque culpa vacat, nec poena, immo ſupplicio. Culpa, inquam, ſiquidem, ut ait Mimographus, v. 7.

Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio.

Supplicio vero, quoniam, teſte eodem, v. 421.

Mortem timere, crudelius *eſt*, *quam mori*.

Moriantur igitur ejusmodi homines, qui ſemper mali aliquid & mortiferi ſibi in omnibus ſubverentur, moriantur, inquit Auctor, potius SEMEL, QUAM SEMPER crudeliſſimo ſibi timore vivi enecentur. Cui enim *aptior* aut adcommodatior ſuperventura MORS umquam foret, quam ei, quem uno eodemque tempore ab omnibus ſuſpicionis perpetuae liberatura tormentis? Eſto, minus aptam opportunamque iis venire mortem, qui nimium ſecuri, numquam

139.

Φράζεο ΜΗΠΟΘ' ΥΠΟΠΤΟΣ Ἐὼν ἀεὶ ΑΘΛΙΟΣ ΕΙΗΣ·
ΔΕΙΛΟΙΣ ΓΑΡ ΚΑΙ ΥΠΟΠΤΟΙΣ λωΐτερος μόρος ἢ ζῆν.

SUSPECTUS *cave ſis.*] Suſpectus pro ſuſpicaci non novum eſt, Tertullianus non raro utitur, ut in Apologetico, *fallerent ſuſpectos.* Ἀπατήσουσι τοὺς ὑποπτεύοντας. Et alibi frequenter. Neque ſine exemplo eſt. Graecis enim ὕποπτος non ſolum, quem alii ſuſpicantur, ſed & qui alios ſuſpicatur.

Gloſſae ὕποπτος, *Suſpectus, ſuſpicioſus.* Euripides, Hecuba:

ὕποπτος ὢν τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως.

h. e.

ὑποπτεύων τὴν Τρωϊκὴν ἅλωσιν.

SCALIGER.

Nam timidis & ſuſpectis a. m. e. Hinc Juſtin. Lib. II. Cap. XIII. § 11. *Neque enim ulla eſt metuentibus* quies. Ubi vid. Bernecc. &c.

O. ARNTZENIUS.

quam de morte cogitabant; ſed iis ſaltem haec adeſſe deberet bene praeparatis, qui nullo non tempore ſibi eamdem jam jamque inminere, mortalium omnium jam pridem miſerrimi, ſuſpicabantur. Mors ergo iis hominibus, veluti alter aliquis & erumpens e nube pius AEneas, erit:

CORAM, QUEM QUAERITIS, ADSUM!

Suſpectus cave ſis, ne ſis miſer omnibus horis:
Una ſat hora mali eſt: ſuſpicione vaca.
Nam timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt;
Unica quae tollit, quod male ſuſpiciant.

Ne ſois point d'une humeur ſoupçonneuſe & timide.
Les hommes les plus malheureux
Sont ceux en qui la crainte & le ſoupçon reſide:
La mort en quelque ſorte eſt moins triſte pour eux.

CXL.

CXL.

Quum famulos fueris proprios mercatus in uſus,
Ut ſervos dicas, homines tamen eſſe memento.

Sic utere ſervis tuis, licet emptitiis, ut memineris homines eſſe, non pecudes. Quod empti ſunt, fortunae fuit: Quod homines ſunt, in hoc tibi ſunt pares.

Erasmus.

Homines *tamen eſſe memento.*] Philemon comparatione cum Menandro:

Εἰς χεῖρα δοῦλον δεσπότου μὴ συμβαλῇς.
Κἂν δοῦλός ἐστι σάρκα τὴν αὐτὴν ἔχει.

Nolito ſervum tradere in manus heri.
Servus licet ſit, carnem eandem habet tamen.

In hanc mentem Seneca, epiſt. XLVII. *Libenter ex his qui de te veniunt cognovi, familiariter te cum ſervis tuis vivere. Hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. Servi ſunt? immo homines*, &c. Vid. & Macrob. Lib. I. cap. XI. Item Salvian. de Gubern. Dei, Lib. IV.

Opitius.

Saepe minima de cauſſa ita ſaevitur a quibusdam in ſervulos aut ancillas, quaſi humanae hi naturae participes non eſſent; ſed pecudum numero habendi: Vel ac ſi ipſi potius humanitatem penitus ejuraſſent omnem. Cujus rei ſimiliter atque in contrarium exempla proferunt Otho & Dionyſius Melandri, Jocorum atque ſeriorum Tomo III. pag. 147. & 151. laudata jam, ſi recte memini, Commentatorum in hunc auctorem noſtrum alii alibi. E quorum numero exemplorum unum aliquod ab hac ſententia maxime faciens, miſſis reliquis, hic tranſcribemus: Demonax ad Lacedaemonium flagris ſaevientem in ſervum: *Deſine*, inquit, *te ſervo tuo ſimilem oſtendere. Servus enim eſt, qui ſuis cupiditatibus imperare non poteſt.* Et recte quidem. Alterutrum igitur ut ſit neceſſe eſt: Aut *ſervulum* tui ſimilem reputabis

140.

Ἢν ὨΝΗΣῃς σαυτῷ δμῶας πρὸς ΘΕΡΑΠείην,
Σφᾶς τε καλεῖς ΔΟΥΛΟΥC, κ' ΑΝΘΡΩΠΟΥC ΟΝΤΑC ἐπίσω.

Ut *ſervos dicas.*] h. e. καί τοι δούλους ὄντας. Quanquam ſervos eſſe dicas. Vulgatae editiones inemendate: *Et famulos dicas.* Quod quum ſecutus ſit Planudes, perſpicuitatem ſententiae nubilo verſionis ſuae obſcuravit.

Homines tamen eſſe memento.] Menander:

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
Ἄνθρωπος οὗτος ἐστι.

Juvenalis:

— *Uſque adeone Servus homo eſt.* —

Scaliger.

Erasmus, Col. Lipſ. Pulm. Lent. Aſcenſ. & Hier. Paduan. parte IV. Lib. III. Cap. IX. legunt:

Cum fueris ſervos proprios mercatus in uſus,
Et famulos dicas, homines tamen eſſe memento.

Brantus: *Hos famulos dicas.*

Daumius.

Barthius ad Lib. II. Silv. Papinii, Carm. VI. v. 14. ſcribit: Ex communi Romanorum Dominorum more loquitur, qui ambigebant ſaepe ex nimia ſuperbia, utrum *homo* eſſet *ſervus*, Itaque humanitatem amici ſui occulte hic commendat. Juvenal. Sat. VI. v. 222. *O demens*, *ita* ſervus homo *eſt?*

Idem.

putabis *hominem*, ac propterea humaniter tractandum; aut infra ſervilem conditionem ipſe te abjicies. Utrum velis, elige.

Addemus huic aliud & e ſacro Codice. Idem ille humanitatis ſenſus, quo adfectus erga infimae fortunae homines famuloſque ſuos fuerat, in tranquillis rebus, Sapientiae cum Patientia conjunctae exemplum, Jobus, in adverſis, ipſi ſolatium quoddam praebuit. Unde ſic ait Cap. XXXI. v. 13. & ſqq.

אם אמאס משפט עבדי ואמתי · ברבם עמדי:
ומה אעשה כי יקום אל · וכי יפקד מה אשיבנו:
הלא בבטן עשני עשהו ויכננו ברחם אחד:

H. E. Secundum Caſtalionem: *Si ſervi aut ancillae meae jus*

jus detrectavi, cum mecum contenderent: Ecquid agam cum ſurget Deus, cumque inquiret, quid ei referam? Cum idem illum, qui me, fecerit *in ventre*; idem nos condiderit *in utero*. Parique modo procreari juſſerit: quid enim? *Infantem* utrumque *nudum*, ut ſupra Noſter. Et Epictetum de ea re aliquoties jam monentem audire meminimus.

Supersedere tamen nos hoc praecepto poteramus, oppido inutili: tanta demum noſtri eſt elegantia ſaeculi! Vel, ſi vera ſunt illa, quae nuper prodita, ſcripto quodam, e menſtrua aut ſemeſtri deprompto ἀποθήκῃ *, corrigen-

* Het Européis Magazyn der byzondere Zaken, in het Ryk der Natuur, in de Staaten, en in de Weetenſchappen voorvallende. *Multum in parvo.* XX. Stuk. Febr. 1756. p. 111. en volg. onder de Titel: *De* Verdurvenheid

CXLI.

Quam primum rapienda tibi eſt occaſio prima:
Ne rurſus quaeras, quae jam neglexeris ante.

Occasio, quam ante dixit frontem habere capillatam, ſtatim eſt arripienda: ne, ſi ſe ſubduxerit, fruſtra quaeras poſtea, quae prius contempſeras.

Erasmus.

Horat. Epod. XIII. v. 3.
—— —— Rapiamus, *amici*,
Occaſionem *de die*.
Symmach. I. Epiſt. VII.
Occaſionem rapere *prudentis eſt*.

Daumius.

Non modo dimittenda non eſt e manibus Occasio, quam ad rem bonam utilémque tibi aliiſque futuram nactus aliquando fueris efficiendam; ſed etiam, quod majus arduumque magis, ipſi *quamprimum* in occurſum ſponte tua a te eundum, eademque *arripienda*, ſtatim ut oblata, captandaque eſt,

Antea,

rigendus potius atque ita hujus aetatis genio adcommodandus erit Cato noſter:

Ut ſervos dicas; dominos *tamen* eſſe, MEMENTO!

* *

Quum famulos fueris proprios mercatus in uſus;
Hac tibi ſufficiat commoditate frui.
Ut ſervos dicas, homines tamen eſſe memento:
Serva homines; ſervent ſeſe hominesque tibi.

Commendant aux valets qui ſoignent ton ménage,
Epargne-les dans leur emploi.
Penſe, quand tu les vois gemir dans l'eſclavage,
Qu'ils ſont tes ſerviteurs, mais hommes comme toi.

HEID *der* DIENSTBODEN, *veroorzaakt en gevoed door de* Dwaasheden *hunner* Heeren *en* Vrouwen. *Uit* the World. January 6. N°. 157.
** Heeren Knegts. *Seigneurs Valets.* Clém. Marot, quelque-part.

141.

Ἄρπαστον αἶψα ΛΑΒὴν τὴν ΠΡΩΤίςως ἐπιοῦσαν,
ΜΗδὲ δίωκε ΠΑΛΙνδρομος, ὧν πάρος ἐξαθέρισσας.

QUAM PRIMUM *rapienda*] Non laudo Planudis λαβὴν ἀντὶ τοῦ καιροῦ, neque μήτε δίωκε, ἀντὶ τοῦ ἵνα μὴ διώκῃς. Et ut uno verbo dicam, τὸ πᾶν βαρβαρίζει.

SCALIGER.

NE RURSUS *&c.*] Tò *rurſus* ponitur pro *contra*, *viciſſim.* Vid. ſupr. L. IV. Diſt. VII. eleganti oppoſitione, *ne contra* vel *viciſſim quaeras, quae ante neglexeris.* Eleg. imitatur Virgil. L. IV. AEn. v. 534. Ubi Dido:

En quid ago? ruſuſne procos irriſa priores Experiar? &c. O. ARNTZEN.

Antea, quam tenues rurſum evaneſcat in auras.

Prius illud ſupra jam tradidit Noſter, Diſt. XXVI. Libri II. ubi & poſterius hoc huic ſervatum loco, praemonuimus. In illo praecipue damnis, non effugiendis aliter, provide

 ſane

ſane praecavetur: per hoc etiam utilitati conſulitur, quae quandoque, in publica privataque re, in pace pariter ac bello, in forenſibus non minus, atque civilibus domeſticiſque negotiis, eſſe maxima poteſt: Si res quaeque fiat, aut paretur in tempore, & abundat hujus rei exemplis omnis cujuſcumque aevi hiſtoria, neque caret haec noſtra aetas, adeo ut de re certiſſima verba facere multa, ſit ſupervacuum.

INGENIOSE Eraſmus, ut ſaepe ſolet, tit. PREMENDA OCCASIO, qui eſt IↃCCCXXXII. Chiliad. III. Homericum ad hanc rem adcommodat flectitque Oraculum, ait enim: „Qui ſignificabit modis omnibus inſtandum eſſe, „ nec omittendam e manibus *ſemel oblatam occaſionem*, ac„ commodabit illud ex Odyſſeae Δ.

ΥΜΕΙϹ Δ’ ΑΣΤΕΜΦΕΩϹ ΕΧΕΜΕΝ ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ ΠΙΕΖΕΙΝ.

„ VOS PREMITE ET VINCLIS MAGIS ARCTE
„ STRINGITE CAPTUM.

„ Quod quidem, inquit, detorquere licebit ad id, cum „ dice-

CXLII.

Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.

SI mali ſubito moriantur, dolendum magis eſt, quam gaudendum. Gaudendum potius in morte bonorum, quorum mors felix eſt. Vel ſic, ut vertit Planudes, tametſi malus auctor. Si videris malos ſubito tolli, noli gaudere. Contingit idem bonis viris & innocentibus. Ut intelligas, hoc caſu accidere, non vindicta Numinis.

Haec indicavi, non ut inſecter Planudem: ſed ut nobis Graeci viciſſim ignoſcant, ſicubi labimur in peregrina lingua.

(*Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte?*)

ERASMUS.

NIHIL hic mutant Codd. ſcripti vel editi. Attamen vix dubito, quin pro *malorum* ſcribendum ſit h. l. *tuorum*. Puto, mutarunt hoc, qui neſciebant, mortem repentinam atque inopinatam in voto fuiſſe mortalibus nonnullis priſcis. Vide quos citat Pitiſc. Plinium nempe & Plutarch. ad Sueton. Jul. Caeſ. Cap. LXXXVII. *Et pridie, quam occideretur, in ſermone natum ſuper coenam ap. M. Lepidum, quiſnam eſſet finis vitae commodiſſimus, repentinum inopinatumque praetulerat.* Talem obitum Graeca voce dicebant *εὐθανασίαν*. Sueton. Auguſt. Cap. XCIX. &c.

O. ARNTZEN.

„ dicemus impetus animi hoc magis & magis eſſe coër„ cendos rationis moderamine, quo magis effervеſcunt & „ ad malum ſolicitant.“ Adde: aut etiam bono alicui in tempore & tranquillis ſtudiis adprehendendo, aeſtu ſuo nimio, obſunt atque officiunt. Huic injicienda vincula Proteo,

—— *Hunc frenis, hunc tu compeſce catena.*

Quamprimum rapienda tibi eſt Occaſio prima:
 Nulla alia, haec ſimul ac excidit, apta tibi eſt.
Ne rurſus quaeras, quae jam neglexeris ante;
 Turpe tibi haec ducas antea negligere.

Dès que l'occaſion devant toi ſe préſente
Apporte tous tes ſoins pour pouvoir la ſaiſir:
 Quelque-fois vainement on tente
 Ce qu'on a negligé de faire réuſſir.

142.

ΜΗ ΕΠΙΧΑΙΡΕ κακῶν ΘΑΝΑΤοις φίλος ἐξαπιναίοις·
Ὅττι καὶ ἐσθλοὶ ΘΝΗΣΚΟΥΣ', ὧν ΒΙΟΣ ἄμμορος αἴσχους.

MORTE *repentina.*] Neque hic nobis ſatisfacit. Infulſit etiam φίλος, quod in Latino non eſt.

Felices obeunt.] Deeſt τὸ SIC. Qui repentina morte moriuntur nullis foedati criminibus, *felices* ſunt. In repentina morte nullum eſt probrum, niſi quis probris contaminatus ita moriatur. (*Hoc hactenus excerpſit & Opitius, laudato ſibi toties auctore, qui vero ſic pergit, neque enim ſibi ipſe is ſatisfecit ſupra jam dictis:*) Planudis interpretatio paulo obſcurior.

SCALIGER.

IN omnes partes & quaſi formas inſtar Protei ſe vertunt Interpretes Eraſm. Scalig. aliique. Fingunt enim adduntque ea, quorum in ipſis verbis nec vola nec veſtigium reperitur. Impoſſibile eſt ex iis ſanum elicere ratiocinium. Vide enim ineptiſſimam argumentandi rationem: Noli gaudere morte repentina malorum. Cur? nempe illi obeunt felices, quorum vita eſt ſine crimine. Quaeſo, quid hoc ad malos & mortem repentinam eorum facit, tum quare ſubito talium exceſſu non ſit gaudendum? Sine dubio latet ulcus in voce *Felices*. Emendandum cenſeo unice: Sic plures *obeunt*, *q. ſ. e. v. e.*

WITHOFIUS.

Non male quadrare huc videtur illud, quod in quibuſdam Codd. hiſce inſertum inmixtumque Diſtichis repertum eſt, prouti recte id emendatum a Viro Docto, quem merito laudat Editorum noviſſimus:

Laetandum eſt vita: Nullius morte dolendum;
Cur enim eum doleas, a quo dolor ipſe receſſit?

Certe haud parum inde lucis huic noſtro adfunditur. Vita tantum convenit *laetari*, *non ullius* Morte, ſive tuorum, ſive etiam alieni; &, *bonusne* idem ille fuerit, an *malus*. Quodſi tamen alicui congratulandum in obitu, id ſolis fieri conveniat iis, ut *felicibus* in *vita* ſimiliter ac *morte*,

Quorum sine crimine vita est.

Noli ergo *gaudere morte* ullius, cujuscumque etiam & quacumque illa, quoniam non eſt niſi *vita laetandum*: Neque gratare cito, placideque ac nullo cum cruciatu defunctis, ſi tamen *mali* fuerunt illi: Non ii idcirco *felices*, etiamſi iſta veluti εὐθανασία frui videantur, tuque neſcis, an non *mors* tam *repentina* pars ſit quaedam eorum poenae, accelerati-que ſceleribus interitus. Sed, contra, *nec ullius morte dolendum*, certe non bonorum ac juſtorum, quoniam illi Felices obeunt, ubi defuncti tandem ſunt hujus vitae laboribus atque moleſtiis. *Nullius* proinde *caſibus ingemiſce*, quod manifeſto Epictetеum erat; ſimul, *& laetare morte nullius*. Quod nec minus ſapientis eſt, qualemcumque profeſſi diſciplinam.

Ita non multum alieni a ſenſu ſumus Arntzeniano, niſi quod is vocem, *malorum*, mutari jubet in, *tuorum*: quod nos ita non accipimus. Semper enim, vi oppoſitionis, ad eos tamen recurrendum, *quorum ſine crimine vita peracta non fuiſſet*, hoc eſt, qui cum alteris illis comparati, *mali* ſunt, & quorum mors cum illorum *felicitate in obitu* confundenda non eſſet, ex ſenſu Auctoris noſtri. Sed multo minus ſe nobis adprobat Withofianum illud: *Sic plures obeunt*. Ut enim Plures dixerit Noſter eos, qui ſunt oppido pauciſſimi,

(Rari quippe boni,) *quorum ſine crimine vita eſt*:

Quomodo tam facile perſuadeamur, poſtquam ſuum illud nobis jam inſuſurraverat alibi:

Nemo

NEMO SINE CRIMINE VIVIT?

Morte repentina noli gaudere malorum.
Mortem obeunt pariter, ceu malus, ipſe bonus.
Felices obeunt, quorum ſine crimine vita:
Materies potior laetitiae iſta tuae eſt.

Ne fais point éclater ta joïe
Quand tu vois les méchans ſurpris par le trépas.
Heureux qui vit ſans crime, & dont la droite voïe
Termine ſa courſe ici bas.

CXLIII.

Quum tibi ſit conjunx, ne res & fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Si pauper habueris uxorem, quae laboret fama, h. e. de qua homines male loquantur, (*ducas*) id eſt, exiſtimes, nomen amici vitandum eſſe, utpote inimicum famae tuae. Videberis enim proſtituere uxorem hoc praetextu. Et hoc nomine divites pauperum uxores captant. Ita propemodum Planudes, tametſi poteſt & alius eſſe ſenſus. Nimirum hic: Si tibi ſit uxor re ſatis lauta famaque ſecunda, noli te dare in familiaritatem potentum: ne quid labis uxori tibique contrahas.

Erasmus.

Ne *res & fama.*] Ita ex edit. Pithoeana legit Scaliger, atque ſic exponit, uti & nos interpretati ſumus: Si tibi ſit res & uxor, cavendum, ne quis nominetenus amicus nimium familiaris cum uxore tua conſuetudinem non honeſtam habeat, unde tua fama laboret: & praeterea mulier in moechum bona tua congerat, unde res familiaris tua laboret.

Ita *nomen amici* erit amicus ipſe. Ut *nomen agelli* Val. Catoni agellus. Amicus inimicus, φίλος ἄφιλος.

Opitius.

Oxymoron. Vid. Voſſ. Inſtit. Orat. L. V. C. XII. p. 412. *Nomen* pro *re &c*: Vetus Codex: *Cum conjux tibi ſit, nec res & fama laboret* &c. *Nomen amici*: Recte veteris Codicis Gloſſa de adulteris hoc excipit. Vel ſit ſenſus: ne laedas amicos opum cauſſa. *Nomen amici*, nomine amicum, re inimicum.

Daumius.

Posteriores ut plurimum *cogitationes ſapientiores eſſe ſolere prioribus*, in hoc Diſticho verum experimur; ſive unius Eraſmi reſpectu, ſive & reliquorum fere Commentatorum omnium, utpote quorum poſtremus, V. Cl. Jo. Hildebr. Withofius, poſt illius ultima, quae ad rem faciant, magis, quam ceterorum ullus, contulit. Ita autem hic: „ Mox, inquit, Diſt. XLVII. *Quum tibi ſit conj.* „ *&c.* Abſurda ſententia in priore verſu eſt. Quid? an, „ qui maritus eſt, eam ſolam ob cauſam omnes aliorum „ amicitias vitare debet? An, qui uxorem ducit, ejus res „ fami-

143.

Πτωχὸς ἐὼν καὶ ἜΧων κάλλει περίπυστον ΑΚΟΙΤΙΝ·
Πλαττόμενον ΦΙΛίην κακὸν ἐχθρὸν πάγχυ ΦΥΛΑσσΟΥ.

Quum *tibi ſit conjux.*] Et hic quoque duarum vocularum nec & ne lectio diverſam ſententiam in editionibus peperit. Pithoeana habet, ne, quam ſequimur. (*Sequentia uſque ad voces* φίλος ἄφιλος *dedit jam ſupra* Opitius.) Si retines nec, haec erit ſententia: ſi felix es & a conjugio, & a re familiari, fuge eſſe fictus amicus, ut verbo tenus, non etiam re amicis prodeſſe velis, quum integris rebus tuis non poſſis illis opem in re trepera navare. Tunc ita verterim:

Ἢν γαμετὴν οἰκουρὸν ἔχῃς, τὰ δὲ χρήματα σῶα,
Καὶ σῶν κλέος ᾖ, ἀφίλου φίλου οὔνομα φεῦγε.

Tanquam velit dicere: non debet fictus eſſe amicus ille, cui omnes partes felicitatis conſtant, a matrimonio, a fama, a re familiari. Nihil eum excuſat, quin opem amicis ferat.

Nec *res & fama laboret.*] Planudes legit: *Et res & fama laboret.* Vertit enim πτωχὸς ἐὼν, i. e. res laboret tua, & mendicus ſis. Sed omiſit, *fama laboret.* (*Quomodo igitur legit:* Et res & fama laboret? *Sed hoc eſt, legerat ſine dubio Planudes:*

Quum tibi ſit conjux nec res, & *forma* laboret, *ſ. in periculo ſit. Unde illud ortum, quod ſequitur:*) Illud vero ridiculum: — ἔχων κάλλει περίπυστον ἄκοιτιν. Gnomologus vero non magis in uxore, quam in marito κάλλος περίπυστον exigit.

Scaliger.

Conſulenda ſunt, quae Cl. Reſcriptorum Auctor de hoc Diſticho erudite diſſeruit Capp. XX. XXI. & XXII.

O. Arntzenius,

qui iis ipſe tamen, *uſque ad aras amicus*, calculum ſuum non adjicit: neque nos ſubſcribere poſſumus.

Nec

„ familiaris ideo ſtatim laborabit, ſi aliquem habeat amicum? Miſerrima ſane conditio haec foret. Miror, ſummum Scaligerum hanc lectionem ex Pithoeana Editione recepiſſe, quae tamen ſanas interpretationes non admittit. In veteri Codice, ſicut Daumius teſtatur, erat *nec res & fama.* Idem in antiqua Antverpienſi Editione invenio. Et ſane τὸ *nec* genuinum eſt, & nihil niſi levicula adhuc menda reſtat. Corrige ſine ullo ſcrupulo:

„ *Quum tibi ſit conjux* nec res; ne *fama laboret*,
„ *Vitandum ducas inimicum nomen amici.*

„ Quum inquit tibi uxor ſit ; ſed res familiaris anguſta, „ vitandum erit nomen amici, quod famae noxium videtur. „ Cum enim inops exiſtas & pauper, qualis ubique „ jacere ſolet, omnes exiſtimabunt, appeti hanc familia- „ ritatem non tui ipſius, ſed conjugis cauſa. Sic vocula „ *nec* iterum L. I. D. XXVIII. pari ſtructura adhibetur: „ *Si tibi ſunt nati*, nec opes; *tunc artibus illos inſtrue.* Et „ vel ſolus hic locus emendationis veritatem oſtendit. “ Opportune ſatis; fateor equidem. Neque tamen vel ſic omnino nobis emendationis probat neceſſitatem. Poterat enim & ille ipſe, Diſticho tamen ſalvo, inde ſenſus colligi. Quomodo nempe eumdem jam percepit Eraſmus, neque propterea in contextu quidquam mutavit. Cui enim pronum, ut re laboret familiari, ei certe res anguſta domi eſt, nec idcirco tamen opus, *ut* plane *res ſit* nulla. Id enim ſibi vellet, qui foret dicturus:

Quum tibi ſit conjux, nec res.

Aliud erat in liberis, ubi dixerat: *nec opes*, ſcil. magnae. Hic vero, EST CONIUX, NEC RES, omnium extremam ſignificaret mendicitatem. Quis autem ejusmodi marito, aut dilectiſſimae etiam conjugi, timendus eſſet umquam amicus? Quae videlicet, pictore, Horatio poëta,

Horret capillis, ut marinus, aſperis,
Echinus, aut currens aper;
Amata nautis multum & inſtitoribus.

Aut igitur nulla, aut leviſſima, re vera, mutatione opus, idem tamen ut maneat ſenſus, ab illuſtri hoc expoſitus Criticorum Pari, Eraſmo & Withoſio, iſta, verbi cauſſa:

Quum tibi ſit conjux, ne res, aut fama, laboret.

Fieri enim omnino poſſe, ut vel re integra, vel adaucta etiam, laboret fama: itemque poſſe fieri, fama ut ſervata integra, res tua decreſcat tamen, quis non facile intelligit? Sed Noſter utrique proſpectum ſapienter eſſe voluit. Vetat igitur ita profundi omnia in amicos, tuis inpenſis adjuvandos, ut inde *res laboret* domeſtica tua, praecipue *quum tibi ſit conjux*, quae pari gradu, quo *tu ipſe ſemper tibi proximus*, (conf. cum ultimo primi L.) & *proxima tibi* eſt, cum iis, quae deinde ſequuntur, liberis, familia. Sic re ipſa *vel optima nomina fiunt mala*, & vere ejusmodi amicus, cui tu cum detrimento familiae, nimium indulſeris, dici poſſit

INI-

INIMICUM NOMEN * REI TUAE. Tu ergo, mihi crede, id *vitandum ducas:* Nam *tua res* agitur. Hoc alterum. Sed poſſit utique & ab amico, paullo amiciore conjugi tuae, quam tibi, qui te dum ambit, illam adpetit, in diſcrimen adduci cum vitae tranquillitas, tum conjugii felicitas pariter & integritas, forte & ſalus tua, quaeque praeterea maximum eſt omnium, ipſa etiam BONA FAMA: Tu igitur proſpice prudenter tibi, hiſque, quae dixi, ſimul omnibus, & praecipue *Famae* tuae, cui quippe maxime *inimicum* adverſariumque, tale AMICI NOMEN, (quid enim id aliud, praeter *nomen*?) ſub honeſta amicitiae ſpecie capitalem obtegens inimicitiam atque infamiam, futurum erat. Tibi proinde ipſi, ſi Famae conſultum velis, tibi, inquam,

Vitandum ducas inimicum nomen *amici*;

quo colere te, quo tibi blandiri, quo te exornare modis omnibus homines geſtiunt doloſi & fraudulenti. Apage ſis iſtam amicitiam, neque nomen adfectes, quod cum ignominia conjunctum eſt. Denique, ſive famae, ſive familiae, damnoſum nimis, quemcumque eum, fuge amicum. Haec vera, genuina haec, haec utrimque ſibi conſtans, Diſtichi mens eſt; neque moramur ſecus ſentientes: Ut aliquando & nos criticum illud detonemus ore celeuſma.

DE AMICA, quam lectionem defendunt Marqu. Freherus, Scriverius & fuſius omnibus Cannegieterus, mentionem nos in Tetraſt. injicimus.

Proſpice prudenter, ne res & fama laboret:
  Quum tibi ſit conjunx, hanc, ut amicus, habe.
Vitandum aſt ducas inimicum nomen amici:
  Sit nec amicus ei; nec ſit amica tibi.

Ton deſtin malheureux t'a fait prendre une femme
  Qui n'a ni grand bien, ni pudeur: **
D'ami de ſes amans fui le ſurnom infâme,
De crainte d'ajoûter le crime au deshonneur.

* *Nomen*, Debitor, ut in illo:

Vel optima NOMINA, *non appellando, fiunt mala.*

Vel, ſi appelles, tuumque repetas, tum certiſſime ex *Amico inimicum* facias.

** *C'eſt être à la mode d'un côté, & raiſonner conſéquemment de l'autre.*

CXLIV.

Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa,
Fac diſcas multa, & vita nil velle doceri.

Quo plura didiceris, hoc plura ſtude cognoſcere, ne videaris indocilis ullius rei.

ERASMUS.

FAC *diſcas multa, & vita nil velle doceri.*] Vett. Edd. Lipſ. & Col. *Vita neſcire doceri.* Pulcre, judicio Barthii, Aſcenſ. Friſ. Cord. Lent. & Pulm. *Vites nil velle doceri.*

DAUMIUS.

Non refragamur lectioni: NESCIRE DOCERI. Et omnino vim quamdam habet & argutiam: *Nihil vis neſcire; cave ne unum hoc neſcire videaris* DOCERI TE.

QUOTIESCUMQUE FILIUM hactenus ad DISCENDUM inpulerat; quoties vero non, vel quando aut ubi non eum ad litterarum optimarumque rerum artiumque providus parens, incitabat ſtudia? Toties ipſi ſcopum hunc, quo contenderet propoſuiſſe, metamque laborum eam praefixiſſe videbatur, vir ut idem aliquando doctus evaderet, inque ipſa ſcientiarum cultura vitae praeſidium, aut ſubſidium etiam, adverſitatis ſolatium, ingraveſcentis quoque aetatis quaereret haberetque oblectamentum. Fac igitur ut paterni ſuique voti compos ille juvenis metam iſtam aliquando adtigerit, inque virili aetate, vario & multiplici *ſtudio cognoſcere* ſe *multa*, ſit revera tandem adſecutus, non ficta ſibi inſolenter ſtolidae opinionis umbra perculſus aut quaſi faſcinatus: Quid tum? ceſſabitne tunc a ſtudio, inque parta ſibi ſcientia conquieſcet? Dicetne cum inſipiente illo, ne dicam Sapiente: HEU QUANTUM EST QUOD SCITUR! Minime vero, ſi ſapit. Sed: QUANTUM EST QUOD NESCITUR! Niſi ſua ipſum in errorem induxerit imaginatio, ut ſimulacrum cibi pro carne vera captet, nubemque, quod dicitur, expetat pro Junone. Namque & hae vere, & rectius, quam hydropicorum deſideria avarorum,

Quo plus ſunt potae, plus ſitiuntur, aquae.

Ita

144.

Εἰ ΣΥνέβΗ ΣΕ ΜΑΘεῖν μακρὸν ἐσπουδακότα ΠΟΛλὰ,
Σπεῦδε ΜΑΘεῖν καὶ ΠΛΕΙΟΝΑ, φεῦγε ΔΕ τὴν ἀμέλειαν.

QUUM *tibi contigerit.*] Uno diſticho comprehendit, quod alibi diverſis locis: *Multa legas facito.* Item, *Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri.* Ex Cleobulo ſupra adduximus: πολυμαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ εἶναι. Planudaride & ἐλλειπῶς, φεῦγε τὶ τὴν ἀμέλειαν. Et neſcio quorſum τὸ τί.

SCALIGER.

FAC *diſcas multa, vita neſcire docere.* Ad ſententiam h. Diſt. ſpectat locus Ciceronis de Seneƈt. Cap. XIV. *Ut honeſtum illud Solonis ſit, quod ait verſiculo quodam, ut ante dixi, ſeneſcere ſe multa indies addiſcentem.* &c.

O. ARNTZENIUS.

Ita ſimiliter, quo quis plura addidicerit, eo plura magis magiſque perdiſcere concupiſcet. Idque eſt, quod Noſter ea verborum ſerie innuit: Datum eſt *cognoſcere* MULTA; *Fac* ergo ut *diſcas* MULTA: Namque & tibi id praecipue, ut HABENTI, DABITUR, quod fruſtra injungeretur aliis non aeque, quo plura lucrentur, habentibus.

OCCURRITUR autem hic inprimis iſti malo, quod ut morbus aliquis ἐπιδήμιος nimium quantum graſſatur inter eruditam plebeculam, JACTANTIAE & ARROGANTIAE, ex adquiſitis aſſiduo ſtudio quibusdam ſcientiis, non minus ſtolidae ac dementi, ſane, quam, quae ditioribus plerumque inſidet hominibus, ex congeſtis adcumulatisque opibus originem trahens. Quodſi enim neque dives quiſpiam, neque doƈtus eſt, niſi cum indigentioribus comparatus, aut inperitioribus *; ubi jam, quaeſo, dives eſt, aut ubi doƈtus aliquis? Re ſcilicet vera, non nomine tenus. Quos namque novimus ditiſſimos, quouſque collati ſunt cum pauperioribus, divites videntur omnino: Quos doƈtos, ii indoƈtiorum reſpeƈtu habentur eruditi. Sed confer mihi, quaeſo, illos divites cum Indiarum domino, quem

* Cic. pro M. Marcello: *Quidquid enim eſt, quamvis amplum ſit, id certe parum eſt tum, cum eſt aliquid amplius.*

quem magnum vocant *Mogulem*, & cujus reditus in dies ſingulos millies aeſtimabantur millenis aureis; jam perdiderunt, credo, illam qua ſe jactant, opulentiorum dignitatem, qua & ipſe exutus ille dominator Aſiae,

Irus & eſt ſubito, qui modo Croeſus erat.

Eodem plane modo vel ſapientiſſimus quiſque rerumque ſcientiſſimus, noſtratium, coeleſtibus comparatus Intelligentiis, quid jam ſapit, aut quid deſipit? Quid eſt quod ſciat, quidve ignorat, aut quidnon ignorat potius? Omnem, profecto, ſpeciem habitumque exuat ſtatim oportet Sapientiae atque Scientiae. Ubi igitur relictus oſtentationi locus? Atqui ſane nullus eſt, ſi vere ſapias. Diſcendum ſemper ulterius, atque magis magisque proficiendum, ubi jam maxime didiceris ac plurimum diſcendo profeceris. Tu igitur & adhuc FAC DISCAS, & VITA NIL VELLE DOCERI, quaſi jam ſatis ſuperque omnia edoctus. Hoc Cato voluit, hoc Epictetus, qui non minus acriter iſti contra repugnat. & Philoſophantium arrogantiae atque oſtentationi, quam muliebris mundi ſtudio nimis exquiſito confert, Capite, quod ſolum nobis reſtabat, LXX. licet & hoc ſuperius alicubi jam indicato: Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ, μηδ᾽ ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς, λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. Κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλεις, ΣΕΑΥΤΩι καὶ ΜΗ ΤΟΙC ΕΞΩ, μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε· ἀλλὰ διψῶν ποτὲ σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπλυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. H. E. *Si apte convenienterque naturae didiceris uti corpore, ne ob id tibi placeas, veluti quarum eſt, forma gloriari corporis externa. Nec, ſi aquam potas, ad quamvis occaſionem te frigidae potorem eſſe dictita. Quod ſi quando ad moleſtiam te vis exercere, IN TUUM, NON IN EXTERORUM USUM AUT GRATIAM id facito.* Itaque *ne ſtatuas amplectere: Sed ſi quando vehementer ſitieris, frigidam tunc hauſtam exſpuito, ac dicito nemini.* Confer & cum hoc LXVIII. ex Enchiridio Caput, quod nos jam loco ei maxime conveniente dedimus.

SIC PROPOSITUM nobis, quo decurreremus, emenſi ſtadium, ad metam nunc properamus. Oſtenſum enim jam eſt atque per ſingula quaeque, hac in Hiſtoria, demonſtratum, totam Epicteteam eſſe Catonis noſtri, in hiſce Diſtichis, doctrinam: Ita ut haec illi diſciplinae philoſophicae novam quamdam gratiam, Philoſophia vero eadem hiſce viciſſim ſententiis majorem vim atque robur quod-

quoddam facile conciliet. Quod ſi pervicerimus contenti ſumus. Major tamen adhuc veluti triumphus aliquis acceſſerit, ſi neque Philoſophi, ſeveriſſimi licet, auctoritas, neque Poëtae utiliſſimi gratia atque jucunditas, ſed ipſa Veritatis pondera, non dico admiratores ſtudioſos, ſed ſeſe dignos atque idoneos nacta diſcipulos fuerint. Utinam ergo in omni vita numquam oblivioni traderentur, ſed ipſa executione magis magisque corroborata vigerent, ſalutaria haec praecepta, quibus & tenera jure optimo inbuitur aetas, ut ad majora indies auſpicato queant adſurgere, veroque de rebus judicio potius, quam nugis, inde a primis pueritiae annis ſerio adſueſcant. Utinam majores natu viam ipſis ſuo exemplo ſternerent, quo intelligere daretur inprovidae juventuti, quomodo in omni aetate eſſent utilia magis, quam quae jucunda tantum & amoena, amplectenda. Utinam & pueri, & juvenes, & integra aetate viri, & ſeniores denique, quod in priſcis Perſarum moribus laudat Xenophon, Cyropaedias Libro I. id tantum omni ſtudio certatim quaererent, *ὡς ἂν βέλτιϛοι εἶεν οἱ πολῖται ut optimi efficerentur cives!* Quo te vero cumque vertas, enuntiemus iſtud potius μεταφορικῶς, quam proprie, emedullatum atque eviſceratum ſine corde cerebrum invenire datur, aut cordis habitus, ſive (quod illa Phaedri ajebat vulpecula:) *quam pulcra facies*, at: *cerebrum non habens!* Ideo quaerenti mihi & diu, & multum, ſoliciteque, reliqua inter omnia anhelanti, uti conſtaret, Veritas quaenam ceterarum foret ultima atque extrema omnium, tandem reperta haec eſt, quam idcirco ſolito majoribus exprimendam dedi litterarum typis:

CONJUNGE CEREBRUM

CORDI:

COR CEREBRO.

ET CESSARE TIBI ATQUE QUIESCERE DABITUR.

In quo & nos gradum nunc ſiſtimus, indeque fortaſſe alio tempore, modoque alio, alia denique occaſione, novum, ſi voluerit Deus, inchoaturi repetemus curriculum.

Quum

Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa;
Tunc tibi multorum certior uſus erit:
Fac diſcas multa & vita nil velle doceri.
Quo careat rudior, tune carere potes?

E P I L O G U S.

Miraris verbis nudis me ſcribere verſus?
Hos brevitas ſenſus fecit conjungere binos.

SENTENTIA nudis verbis explicanda eſt: melius enim meminimus quae brevia ſunt. Idcirco nudis verbis ſingula praecepta, ſingulis Diſtichis complecti voluit, ut apertior eſſet & brevior.

ERASMUS.

PRAE ſe fert optimus Vates exiguitatem Spiritus in ſe Poëtici & Doctrinae Philoſophicae.

BARTHIUS.

Hos brev. ſ. ſ. &c.] Aſcenſ. Lipſienſ. vet. & Colon. Editiones: *Haec brevitas.* Optime, judicio Barthii. Imperator Ali: *Praeſtantia ſermonis conſiſtit in brevitate.* Notae Nobiliſſ. Barthii continuantur Adverſar. L. CX. Cap. XVI. L. CXXXVII. C. XX. L. CXLII. C. VIII. & XVIII. L. CXLVIII. Cap. X. XI. & XIV.

DAUMIUS.

CATONI hoc Epilogi Diſtichum adjudicant alii, alii abjudicant. Nos, in neutram partem proniores, neque multum in iſto eum lucrifacturum, neque perditurum multum admodum, arbitramur. Verum eſt, quod illi urgent, qui Auctore ſuo hoc noſtroque indignum id eſſe putant, Cannegieterus ante alios atque Arntzenius, VV. CLL. ſaepius ineptos ſciolos ac paedagogos temerarios vel optimis auctoribus ſuam male commodaſſe operam, adſuentes hinc inde ſuos pannos illorum purpurae: quibus injuriae maculis extrinſecus adfricatis plus etiam, quam alii, inhoneſtatus eſt Phaedrus, Auguſti Caeſaris Libertus, ſcriptorque elegantiſſimus ac politiſſimus: Sed effugere iſti alieni naevi plane non poterunt ſeveros Criticae oculos: Et ſuffecerit, hac occaſione, tantum indicaſſe, fraudem utique ſubeſſe ſe-

Quelque inſtruit que tu ſois, penſe que la ſcience
Doit s'augmenter chez toi de toutes les façons:
Fui cette vaine ſuffiſance
Qui ne veut pas d'autrui recevoir les leçons.

Ε Π Ι Λ Ο Γ Ο Σ.

Θαυμάσεις ἐπέεσσι στιχουργήσαντά με ΓΥΜΝΟΙC;
Τοῦτο ΔΕ νοῦ βραχύτης δρᾷ ΣΥΝ ΔΥΟ ΤΑῦτα τιθεῖσα,

Miraris *verbis.*] Sordidum Planudis τὸ στιχουρεῖν, & monachale.

Ridiculum etiam τὸ νοῦ βραχύτης, ἀντὶ τοῦ, τῆς συντομίας τῆς περιοχῆς, τῆς βραχυλογίας.

Nam νοῦ βραχύτης in longiſſima Marſi Amazonide, contra quam voluit Auctor. νοῦ βραχύτης non eſt brevitas arguta ſententiae, ſed defectus ſenſus communis.

Scaliger.

Nam

ſequentibus, quae nimium patienter in omnibus omnia fere ſunt tolerata Phaedri editionibus:

Lib. I. Fab. X. v. 3.

Hoc adteſtatur brevis AEſopi fabula.

Quare enim hoc non omnibus aequo jure adderetur fabularum apologis? Niſi quod Aeſopias, ſuas ipſe vocat, non Aeſopi, & abundare rebus potius habet, quam verbis.

Fab. XIII. v. 13. & 14.

Hac re probatur, quantum ingenium valet.
Virtute ſemper praevalet ſapientia.

Quid enim opus duplici apologo, cum alter meliorque jam legatur ab initio? Fab.

Fab. XV. v. 3.

Id eſſe verum parva haec fabella indicat.

Cur non & hoc denuo conſpiciendum in ſingulis? Nam ferme ubique quadrat.

Fab. XIX. v. 2.

Quas ut vitemus, verſus ſubjecti monent.

Subſtitue huic libere alterutrum ſuperiorum exemplum, vel ex X. vel XV. & par erit gratia.

Fab. XXVI. v. 1. & 2.

Nulli nocendum: ſi quis vero læſerit,
Multandum ſimili jure, fabella admonet.

Ibi verus apologus in fine eſt &, profecto, quanto ſapientior, tanto & brevior:

SUA QUISQUE EXEMPLA DEBET AEQUO ANIMO PATI!

Libro II. Prologi finis, vel initium Fab. I. ſuſpicione quoque non vacat. Et quam ineptus ille, tertio Lib. Fab. XV. apologus alteri, eique vero Epimythio, ſubjunctus:

His demonſtrare voluit autor verſibus,
Obſiſtere homines legibus, meritis capi.

Lib. IV. Praefatio, ſub finem:

Hoc ne locutus ſine mercede exiſtimer,
Fabellam adjiciam de muſtela & muribus.

Magis adhuc laborat. Sed praecipue prodit hominem vini tabernas quotidie frequentantem, nec proinde nimis ſobrium, illa egregia eorumdem in exercitu congregatorum pictura L. IV. Fab. V. v. 2.

Hiſtoria quorum in tabernis pingitur. *

Ατοπον

* Ut legipediam taceamus, quam reſtituere conabatur inſignis Heinſius:

Hiſtoria quorum & in tabernis pingitur.

Scimus, jocari Phaedro ſolemne. ſed non tam pueriliter jocari.

* Ἄτοπον & illud ejuſdem Lib. Fab. XX. v. 9.

Sed exequamur coeptum propoſiti ordinem.

Rectius contra vates ipſe quaerit, Libri V. Prol. v. 5.

QUO PACTO DIVINABIT, QUIDNAM OMISERIM?

Et quonam pacto nos quoque divinabimus, ab Auctore noſtro profectum, quid ille reliquis admiſerit, quidve omiſerit? Certe enim eae non adſunt infamiae notae in hiſce *binis verſiculis*, quas Phaedro adfictis eſſe inuſtas facile ante deprehendimus. Num adeo abſurdum erit, verbis omnium noviſſimis, & Lectorem conſtituiſſe ſibi adloquendum, non filium tantum, ut in ceteris? Minime puto. Atqui ſi nimia fuiſſet haec erga puerum & ex ſe natum modeſtia; erga Lectores, profecto, ſupervacua non erit umquam. Demus igitur, hoc demum Diſticho, ſub finem omnium, ipſum aliquando & Lecturum haec ſua alium, ſemel adloqui, non iterum atque iterum, ut in inſulſis illis Prologis; nec, ſane, jure rideretur,

——— ——— Ut citharoedus
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

Sed ſenſus, isque omnino laudabilis, hic eſſet: *Tu miraris* forte, Lector, me *ſcribentem verſus*, non figuris uti, non phaleris, aut verborum ac dictionis ornamentis, picturis denique exquiſitis, quae verſus efficiant elegantes, multaque arte conſpicuos, atque expolitos. Fateor, ea veros omnia Poëtas condecorant ac reddunt inſignes. Atqui non ego Poëtae hic praecipue laudes adfecto, ſed monitorem me profiteor *verbis* utentem *nudis*, iisque a vero ſemperque proprio ſignificatu ſuo non alienis. Itaque imitatus Horatium in Sermonibus, verbaque ejusdem in Arte P.

Projicio ampullas & ſesquipedalia verba,
Dum curo monitis tetigiſſe cor iſta legentis.

Denique Diſticha ſcribo & gnomas, non aut carmen epicum, aut tragoediam, aut hymnos. Sed

Diſticha qui ſcribit, puto, vult brevitate placere.

Haec amata *brevitas*, & *ſenſus* & verborum, *verſus* ita *fecit* con-

Rr

conjungere binos, ut nullus eſſet ſublimitati & majeſtati poëticae locus relictus. Jam ſi gratus ſum & acceptus tibi, ipſa brevitate, facile ſimul excuſatam habebis nimis exquiſiti ornatus in me meisque inopiam. Quod vero dicit *binos* ſe ſemper *conjungere*, in illo tacitus & hanc ſolemnem ſibi comprehendit Oppoſitionis rationem, quam ſaepe nos in ipſa oſtendimus hacce Hiſtoria.

UNICUM reſtabat indicandum, viſum eſſe & hic celeberrimo Withofio, priorem hujus Epilogi verſum debere inmutari. Poſt alia enim plura: *Ego contendo*, ait, *Auctorem ſic unice ſcripſiſſe, ut nunc bona fide emendamus*:

Miraris *tenues adeo* me ſcribere verſus?

Nihil dico, addit, *de ſenſu, qui unice conveniens eſt, nihil de verbis, quae longe aptiſſima, nihil de numero, qui multo melior. Unice hoc Auctor voluit ac debuit dicere, hoc proximus verſus exigit, & verba iſta* brevitas ſenſus i. e. *tenuitas doctrinae vel ingenii*. Quid alii ſentiant, ipſis liberum relinquitur. Nobis non ſunt *adeo tenues* hi Catoniani verſus, ſed optima doctrina ubique pleni. Et nunc manum de tabula!

Miraris nudis verſus me ſcribere verbis?
  Simplicitate ſua Gratia nuda placet.
Fecerat hos ſenſus brevitas conjungere binos:
  Sed nimia haec brevitas Diſticha bina dedit.

Tu ſeras ſurpris que mon ſtile
Soit ſi ſimple & ſi nud dans ces vers que j'écris:
J'ai voulu que le ſens en devînt plus facile,
Les mettant en quatrains, pour être plus concis.

FINIS HISTORIAE CRITICAE CATONIANAE.

Sequuntur breves Catonis Praeceptiunculae, cum Interpretatione Desiderii Erasmi Roterodami, & Animadverſionibus Josephi Justi Scaligeri.

DEO SUPLICA.

Prima pietas eſt in Deum.

Erasmus.

1. *Itaque Deo ſupplica.*] Θεῷ εὔχου. Et Theognis, Θεοῖς εὔχου, ὧν ἐστὶ μέγα κράτος. Peſſime Planudes, Θεῷ λάτρευε. Quantum haec differant εὔχεσθαι, καὶ λατρεύειν, non indiget demonſtratione. Ab hoc autem praecepto omnis paraenetica poëſis incipit, ut Pythagorea, & Phocylidis. Primum quoque hoc fuiſſe omnium praeceptorum, quibus Chiron Achillem puerum informavit, teſtatur Pindarus, Pythico ſexto. Ad quem locum Scholiaſtes vetuſtiſſimus dicit poëma quoddam Χείρωνος ἀποθήκας, ob vetuſtatem Heſiodo attributum fuiſſe, quod a cultu Deorum incipiebat: ejusque principium hoc fuiſſe: Εὔ νῦν τοι τάδ' ἕκαστα μεταλλᾶ θεοῖς αἰειγενέτῃσι. Sed hae ſunt ſcopae diſſolutae. Ita concipienda a typographo fuerant:

Εὖνυ τοι τάδ' ἕκαστα μετάλλα. . . . .
. . . . θεοῖς ἀειγενέτῃσι.

Quae nullo negotio ex verbis eruditi Scholiaſtae ita integrantur:

Εὖ νῦν τοι τάδ' ἕκαστα μετάλλα, Πηλέος υἱέ.
Εὔχου μὲν πρώτιστα θεοῖς αἰειγενέτῃσι.

Scaliger.

PARENTES AMA. COGNATOS COLE.

Proxima (*pietas*) in parentes. Tertia, in reliquos cognatos. Supplicamus Deo ſacrificiis. Amamus parentes, dum obſervamus & obſequimur. Colimus cognatos officiis & conſuetudine vitae.

Erasmus.

MAGISTRUM METUE.

Olim dabatur ingenuis pueris paedagogus, quem verentur. Hunc magiſtrum vocat. Et animadverte verborum proprietatem. Deo ſupplicandum eſt. Parentes amandi. Cognati colendi. Magiſter metuendus: quippe ſervus plerumque, juxta veterem conſuetudinem.

Erasmus.

DATUM SERVA.

Quod tuae creditum eſt fidei, id ſerva veluti depoſitum.

Erasmus.

5. *Datum ſerva.*] τὸ δοθὲν τήρει. Quod ex amici liberalitate perceperis, ſerva ſedulo, ut ſit pignus & monimentum tui in eum grati animi. Ne, ſi donum contempſeris, & ipſum quoque, qui dedit, contemnere videaris. Planudes depoſitum intellexit· τὸ πιστευθὲν σοι τήρει. quum tamen nihil magis a natura fidei commiſſi alienum ſit, quam datum videri.

Scaliger.

FORO TE PARA.

Id eſt, his artibus te exerceas, ut poſſis in foro verſari. h. e. in cauſſis agendis. Nam hic erat olim primus gradus ad honores ſummos.

Legi in quibusdam vetuſtiſſimis codicibus *Foro pare*: i. e. accommoda te rebus praeſentibus: quemadmodum dicimus UTI FORO. Cum hoc interpretamento conſentit Graecus Planudes, neque dubium eſt, quin haec ſit germana lectio.

ERASMUS.

6 *Foro para.*] Ita meliores ſcripti, & Pithoeana editio omnium optima: ex qua propagata eſt in aliis ridicula illa lectio; *Foro te para*: quam ſequitur Plan. Sed legendum *Foro pare*. Secundum annonam fori utere commercio: aut ſecundum campſorum & trapezitarum inſtitutam negotiationem ita rem tuam gere, & illis legibus pare. Hoc enim eſt *Parere foro*: & qui ſecundum illas leges negotiantur, dicuntur UTI FORO. Vid. Donatum in Phormionem.

SCALIGER.

CUM BONIS AMBULA.

Cum optimis habeto conſuetudinem. Nam primum talem te judicabunt alii, cum qualibus conſpexerint te conſuetudinem agere. Deinde, bonorum convictu redderis melior. ERASMUS.

AD CONSILIUM NE ACCESSERIS ANTE, QUAM VOCERIS.

Ne ingeras te ipſum alienis negotiis, ſed acceſſitus accedas.

ERASMUS.

MUNDUS ESTO.

Id eſt, neque ſordidus, neque luxurioſus, ſed eleganti munditie.

ERASMUS.

SALUTA LIBENTER.

Conciliat enim ea comitas & affabilitas multorum benevolentiam, & alit partam. ERASMUS.

MAJORI CEDE.

I. e. Noli certare cum potentioribus. ERASMUS.

MINORI PARCE.

I. e. Noli ſaevire in eos, qui ſunt inferiores te, ſed illis concede nonnihil.

ERASMUS.

REM TUAM CUSTODI.

Ne profundas temere facultates tuas, ne vel turpiter egeas, vel turpiter rem pares. ERASMUS.

VERECUNDIAM SERVA.

I. e. Serva te incontaminatum ac purum ab inquinamentis libidinum. Caſtum enim verecundum dicitur. Eſt autem aetatis flos his periculis obnoxius.

ERASMUS.

DILIGENTIAM ADHIBE.

Sis attentus diligentia. Cura in omni re plurimum valet. Negligentia ſemper comitem habet infelicitatem. ERASMUS.

LIBROS LEGE.

Nam ex his cito diſcitur, quod longo vitae uſu vix aſſequi queas.

ERASMUS.

QUOS

QUOS LEGERIS MEMENTO.

Nam quidam onerant ſe lectione, alia ſuper alia ingerentes, neque quicquam inſculpunt memoriae. ERASMUS.

FAMILIAM CURA.

Domeſtica negotia tibi curanda ſunt, non aliena. ERASMUS.

BLANDUS ESTO.

I. e. comis in congreſſu. ERASMUS.

IRASCI ABS RE NOLI.

Ne ſis moroſus. Nam omnino non commoveri, ſtipitis eſt potius, quam hominis. ERASMUS.

NEMINEM IRRISERIS.

Eſt enim argumentum arrogantis ſtultitiae. Vel:

MISERUM NE IRRISERIS.

Sic enim quidam codices habent. h. e. Animi vitia rideri merentur. Calamitas miſericordiam meretur potius, quam naſum. ERASMUS.

MUTUUM DATO. CUI DES, VIDETO.

Eſt quidem aliquando danda pecunia mutuo, ſed non quibuſlibet, ſed redituris bona fide, & dignis officio. Denique iis, quibus non graveris & dono dare. ERASMUS.

JUDICIO ADESTO.

Adſunt advocati: & id olim erat officium praecipuum in amicos, adeſſe in judiciis. ERASMUS.

CONVIVARE RARO.

Saepius vocare ad convivium, exhaurit ſubſtantiam; ſaepius ire ad convivium, ſordidum eſt: At rarius utrumque facere, humanitatis eſt. ERASMUS.

QUOD SATIS EST, DORMI.

Hoc eſt, non ad voluptatem, ſed ad neceſſitatem naturae. ERASMUS.

JUS JURANDUM SERVA.

Non eſt temere jurandum: quod autem juraris, praeſtandum eſt, niſi ſcelus ſit, quod juraris. ERASMUS.

VINO TE TEMPERA.

Eſto moderatus in vino. Vel, Abſtine a vino. Nam adoleſcenti dare vinum, eſt oleum igni addere. ERASMUS.

19. *Vino te tempera.*] Jocularitet Planudes: οἴνῳ σεαυτὸν κεράννυε. Et ſimiliter infra: τὴν ὀργιλότητα κίρνα. Quod non ſolum ridiculum, ſed & menti auctoris contrarium: qui, hoc praecepto, jubet ab ebrietate & temulentia abſtinere. At κεράννυσθαι οἴνῳ, & κεράννυσθαι οἶνον, infimorum temporum Graeciſmo, eſt inebriari. Theocritus Idyllio X. —— ἐν πίθῳ ἀντλεῖς. Scholium: ἀφθόνως, φησὶ, καὶ πλουσίως ἀπολαύεις, τῶν πραγμάτων. ὁ γὰρ οἴνου κεραννύμενος, πρὸς ἀφροδίσια ἐκκαίεται. ubi οἴνου κεραννύμενος, temulentus. SCALIGER.

PUGNA PRO PATRIA.

Pugnandum eſt, non pro quavis re, ſed pro defenſione patriae. Carum more, mercede pugnare, turpiſſimum eſt, & plus quam gladiatorium. ERASMUS.

NIL TEMERE CREDIDERIS.

Id eſt, Ne facilis ſis ad credenda quaevis, quae dicuntur. Erasmus.

TUTE CONSULE.

A te ipſo pete conſilium, qui te tuaque optime noſti. Erasm.

31. *Tute conſule.*] Hanc lectionem & multi codices retinent & Planud. ſequitur. Sed ſcriptorum melior pars habet: *Tu te conſule.* Graece id eſt: *Βουλὴν ἀνατίθου ἑαυτῷ. προσανατίθεσθαι ἑαυτῷ βουλὴν, δοῦναι ἑαυτῷ βουλήν.* Prius apud ſe deliberare, quam rem adgredi. Pythagorei:

Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ. λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.

Ne facias nocitura tibi, ſed conſule tu te.

Idem, & clarius, Phocylides:

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.

Scaliger.

TUTO CONSULE.

Id eſt, cave a conſiliis periculoſis, tuta conſilia ſequere. Nam duplex eſt lectio. Erasmus.

MERETRICEM FUGE. LITTERAS DISCE.

AEtas enim prima ſtudio litterarum optime coërcetur a ſcortis. Erasmus.

NIL MENTIRI DEBES.

Turpe in puero ingenuo omne mendacium. Planudes legit, velis, pro debes. Et magis arridet. Erasmus.

BONIS BENEFACITO.

Beneficia non ſunt conferenda niſi in bonos, alioqui pereunt. Erasmus.

MALEDICUS NON ESTO.

Id eſt, a convitiis tempera, neque carpas vitam alicujus. Erasmus.

EXISTIMATIONEM RETINE.

Bonam famam tuere, ne perdas. Perit enim facile: at non facile ſarcitur. Erasmus.

38. *Exiſtimationem retine.*] Exiſtimationem pro opinione Planudes accipit, quod ejus interpretatio arguit: *τὴν ὑπόνοιαν ἔπεχε.* I. e. ut puto, aſſenſionem tuam cohibe, ut Pyrrhonii facere ſolebant, neque eam temere accommodaveris. Sed fallitur. Exiſtimationem, ut mediocriter docti ſciunt, vulgus noſtrum vocat *reputationem.* Eam Graeci nullo idoneo verbo exprimere poſſunt. Nos eo, quod proxime ab ea notione abeſt, *ἐπιτιμίας*, quia melius comminiſci non poſſumus, contenti erimus. *Exiſtimationem retinere*, eſt, quod alibi dicitur, bonam famam ſervare.

Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam.

Graeci in eam ſententiam dicunt *Φυλάσσειν τρόπου καλοκἀγαθίαν.* Demetrius Phalereus attribuit Soloni hanc ſententiam: *Φύλασσε τρόπου καλοκἀγαθίαν ὅρκου πιστότερον.* Quae, profecto, eſt ea ipſa, de qua nunc agimus. Nam *ἐκ τῆς καλοκἀγαθίας* naſcitur illa, quae hic dicitur *exiſtimatio.* Et in ſententiis Thaletis, *κτῆσαι καλοκἀγαθίαν*, non tantum probitatem, ſed etiam exiſtimationem ſignificat. Scaliger.

AEQUUM JUDICA.

Non ad lucrum aut gratiam, ſed ad regulam aequitatis. Erasmus.

PARENTES PATIENTIA VINCE.

Ferendi ſunt parentes, etiam iniquiores. ERASMUS.

BENEFICII ACCEPTI MEMOR ESTO.

Nam dati pulchrum eſt obliviſci. Accepti meminiſſe decet. ERASMUS.

AD PRAETORIUM STATO.

Multa enim diſcuntur in agendis cauſis. ERASMUS.

MISERUM IRRIDERE NOLI.

[De hoc vide Eraſmum jam ſupra.]

42. *Miſerum irridere noli.*] Chilonis: τῷ δυςυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. SCALIGER.

CONSULTUS ESTO.

Id eſt, calleas ſcientiam & morem juris, ut poſſis amicis opitulari. ERASMUS.

43. *Conſultus eſto.*] Planudes: σύμβουλος ἴσθι, peſſime. Conſultus eſt, quem vulgo *diſcretum* vocamus. Ἔμφρων Graecorum non male huic notioni reſpondet: ſed in quo Graeci egeſtatem ſuam fateantur neceſſe eſt. SCALIGER.

UTERE VIRTUTE.

Non viribus, neque dolo. ERASMUS.

44. *Utere virtute.*] Theognis: —— ἀμφ' ἀρετὴν τρίβου. SCAL.

IRACUNDIAM TEMPERA.

Ante monuit, non eſſe iraſcendum ſine cauſa. Nunc admonet, juſtam etiam moderandam eſſe. ERASMUS.

45. *Iracund. tempera.*] Eſt Chilonis: θυμοῦ κράτει. Phocylid. χαλινοῦ δ' ἄγριον ὀργήν. Nam Planudeum τὴν ὀργιλότητα κίρνα jamdudum traduximus. SCALIGER.

TROCHO LUDE.

Trochus convenit pueris. Alea infamis erat & apud gentiles. Nunc principum Chriſtianorum luſus eſt; imo quorundam etiam ſacerdotum deliciae. ERASMUS.

ALEAS FUGE

46. *Trocho lude.*] Planudes: σφαίραις ἄθυρε. *Pilis lude.* Sed tam pilae luſus a trochi luſu differt, quam pila & trochus. h. e. quam globus & circulus. Trochus erat circulus aeneus magnus, cui annuli multi inſerti erant, ut eorum ſtrepitu obvii trochis cederent de via. Nunc luſum pueri Batavi quotidie per plateas experiuntur circulo ligneo, quo victores dolia ſirpant. Multum igitur differunt σφαίραις ἀθύρειν, καὶ τροχῷ παίζειν. SCALIGER.

NIHIL EX ARBITRIO VIRIUM FECERIS.

Tyrannicum enim eſt, reſpicere quantum poſſis, non quantum liceat. ERASMUS.

48. *Nihil arbitrio virium feceris.*] Non improbamus: ſed Latinitas poſtulabat *arbitrii*, non *arbitrio*. Itaque non mirum, ſi neque eleganter haec vertit Planudes, neque appoſite ad mentem Gnomologi. Cleobulus apud Demetrium: γλώττης κρατεῖν, βίᾳ μηδὲν πράττειν. Pithoeana editio: *Nihil ex arbitrio virium feceris.* Quod non probo. Arbitrium hic eſt κυβεία, quomodo vertimus. Si igitur arbitrio retinemus, ex hoc poteſt naſci ſententia: Male geritur, quicquid arbitrio virium geritur. Quomodo Mimiambus: *Male geritur*, quicquid geritur fortunae fide. SCALIGER.

MINOREM TE NE CONTEMPSERIS.

Ne faſtidias inferiorem te: quod eſt elati, non cordati. Erasmus.

ALIENA CONCUPISCERE NOLI.

Eſto contentus tuis. Erasmus.

CONJUGEM AMA.

Ut omnium fortunarum ſociam. Erasmus.

LIBEROS ERUDI.

Filios caſtiga & inſtitue. Erasmus.

52. *Liberos erudi.*] Vertimus: τὰ τέκνα παίδευε. quia parentum eſt παιδεύεσθαι: Paedagogorum παιδεύειν ut patrisfamilias eſt οἰκοδομεῖσθαι: Architecti οἰκοδομεῖν. quam κυριολογίαν Attici religioſe obſervant: Latini hac in parte egeni ſunt, apud quos tam parens, quam paedagogus dicitur erudire, docere. Juriſconſultus de legatis tertio: L. Stichus: *Stichus liber eſto: & ut eum haeres artificium doceat, unde ſe tueri poſſit, peto.* ἵνα κληρονόμος μου διδάξηται αὐτόν, non autem διδάξῃ, quod proprium eſt paedagogi. Scaliger.

PATERE LEGEM, QUAM IPSE TULERIS.

Quam conditionem praeſcribis aliis, eàdem utere ipſe in aliis. Erasmus.

53. *Patere legem, quam ipſe tuleris.*] Auſonius Pittaco tribuit:

Pareto legi, quisque legem ſanxeris.

Demetrius Soloni: εὐθύνας ἑτέροις ἀξιῶν διδόναι καὶ αὐτὸς ὕπεχε. Scaliger.

PAUCA IN CONVIVIO LOQUERE.

Ut ſit aliis etiam loquendi locus. Erasmus.

54. *Pauca in convivio loquere.*] Omnino eſt a Chilone ſapiente apud Demetrium, σίγαν μὴ πολλὰ λάλει. Scaliger.

ILLUD STUDE QUOD JUSTUM EST.

Quod turpe factu, id ne adfectes. Erasmus.

AMOREM LIBENTER FERTO.

Odium omnibus modis fugiendum eſt. Amor amplectendus. Etiamſi quis parum dignus eſt, qui redametur, tamen amari te patere. Erasmus.

55. *Libenter ferto amorem.*] Ἀσπασίως φίλτρον φέρε. Quae nemo Graece intelligens intelligat. Atqui Gnomologus praecipit non reluctandum eſſe amori, ſed ita cedendum, ut gubernator vento. Graeci aptiſſime συμπεριφέρεσθαί τινι. Gallice, *ſe comporter avec quelqu'un.* Oppianus Chriam ex hac ſententia formavit, Halieutico quarto:

——— ——— ὁ δ᾽ ὄλβιος, ὅς κεν ἔρωτα
Εὐκραῆ κομίζῃ τε καὶ ἐν στέρνοισι φυλάσσῃ.

Et Sophocles:

Ἔρωτι μὲν γὰρ ὅστις ἀντανίσταται,
Πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.

Ne inauditum damnaſſe videremur Boxhornium, *Diſſertationem ejus, ſupra per ſingula confutatam, ſub finem adjungere conſultum duximus.*
Occupet extremum ſcabies!

MAR.

MARCI ZUERII BOXHORNII
DE
DISTICHIS,
QUAE CATONIS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,
DISSERTATIO.

Decreſcente ſimul cum imperio eruditione Romana, duo potiſſimum ſplendorem ejus afflixerunt. Nam & clariſſimorum hominum ſcripta, quae priſcae cordataeque elegantiae omnis atque ſcientiae faciem ſine fuco nobis potuiſſent repraeſentare, &, niſi ſequuta eſſent tam maligna tempora, ſupereſſe poterant in omnium ſaeculorum aeternitatem, ſocordia ad tam praeclara faſtidientium intercidere, & praeterea etiam a ſemieruditis quibusdam, ſubinde omnino barbaris & ineptis, quaedam vetuſtis ſcriptoribus aſſuta, quae non tantum antiquitate ipſa, ſed quovis, qui primordia tantum deguſtaſſet bonarum literarum, plane erant indigna: adeo ut primae auguſtaeque eruditioni injuriam illatam ſolummodo poſſent teſtari. Quod adhuc quotidie experimur, & in maximos errores conjecit noſtra & patrum memoria primi nominis eruditos, qui & deteſtabili hoc fuco, & titulis, qui inania vocabula praeferebant, & judiciis aliorum, qui non tam juſtam rationem, quam ſtuporem ſuum ſequuntur, miſere decepti, antiqua, bona, erudita credidere, quia oſtentabant nomen antiquitatis, quae frivola, inepta, ex meris ſoloecismis conflata, & diligenter excuſſa, cumque veteris aevi venuſtate comparata, tantum ejus deſiderium, & ejuscemodi nugarum liberale taedium animis legentium poſſunt ingenerare. Si quis injurius in principis ſui majeſtatem, affingat ei litteras, quas ab eo non accepit, expiando ſceleri ſubjicere ſecuri debeat funeſtiſſimum caput; quid cum illis agendum cenſebimus, qui aliena & ſtolida affingunt illis, penes quorum monumenta ſtat principatus litterarum, ex quorum norma & loqui & ſilere debemus? Certe non effugient, quamdiu guſtus aliquis eruditionis, quin tanquam falſarii antiquitatis habeantur, & ſuppoſititia eorum ſcripta, tanquam adulterina, & abortus infelicium ingeniorum, proſcribantur. Perſuadeant, quod volent, hominibus ſui ſimillimis, fun-

gis meris & miſerae juventutis ad imperitiam paedagogis: iis, qui antiquorum in ſcribendo ſimplicitate & venere ſunt imbuti, qui nihil temere credunt, & recto judicio ad legendos autores accedunt, nunquam palpum obtrudent. Aliter his catuli olent, aliter ſues. Non inſtitui omnia, quae huc faciunt recenſere. Actum enim agerem, cum pleraque communibus ſuffragiis exploſa jam ſint ex cavea eruditorum. De Diſtichis moralibus, quae Catoni olim, & noſtro ſaeculo, veteri alicui & Latiniſſimo autori a doctiſſimis viris adſcripta, nonnihil differendum ſuſcepi, ut hallucinationem, ne quid gravius dicam, ſecus judicantium candidis omnibus rerum aeſtimatoribus ſemel approbarem. Intererit Reip. litterariae, gnomologicum hoc poëma loco, quem a maximis viris accepit, tanquam injuſtum poſſeſſorem, moveri, & ad infima fere barbarorum ſubſellia damnari. Mirabuntur, ſcio, multi ſententiam hanc & atrocem adeo, & novam; ſed faxo ego ut hac diſſertatione omnibus, qui pertinaces eſſe nolent, veritatem ejus liquido exponam. De autore Diſtichorum variis jam olim ſententiis eſt certatum. Dionyſium Catonem laudant Simeonis Boſii veteres membranae, quas citat illuſtris Scaliger, quarum inſcriptio erat, DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM. In codice Melchioris Goldaſti (de quo vide Cl. Barthium in Adverſariis, & animadverſionibus ad Claudianum) Octavianus nominatur. Eſt penes me vetus liber, in membrana exaratus, in cujus praefatione Gloſſematum autor de horum diſtichorum ſcriptore agens meminit cujusdam Tullii & Johannis Clothomii, hominum Chriſtianorum, quorum alibi, quod ſciam, mentio non exſtat. Verba ipſa apponam. Poſtquam de utroque Catone, Cenſorio atque Uticenſi egiſſet gloſſator, atque neutrius eorum eſſe confirmaſſet: *Alii dicunt*, inquit, *quod Tullius, qui jam erat ad fidem converſus, hoc opus compoſuerit; ſed quia non audebat fateri nomen Chriſtiani, adſumſit nomen gentilis & fecit ſe Catonem appellari. Alii vero dicunt, quod quidam vir relligioſus ad inſtitutionem humanae vitae opus iſtud compoſuit. Quidam dicunt, quod Johannes Clothomius hoc opus conſcripſerit.* Satis mihi eſt, gloſſas iſtas bona fide exhibuiſſe. Videant quid elicere poſſint eruditi. Baptiſta Pius, quem ſuis temporibus cymbalum inanis juventutis fuiſſe judicat Scaliger, Diſticha Catonis Auſonio adſignavit. Quod lib. II. Auſonianarum lectionum cap. XXXII. ſtrenue ridet atque exſibilat idem Scaliger. Nec ſine cauſa. Comminiſci enim non poſſum, quid Baptiſtam in hanc ſenten-

tentiam impellere potuerit. Forſan ſub calcem codicis antiqui, qui Auſonii opera complectebatur, Diſticha haec exarata invenit. Quemadmodum Sulpiciae Satyra adverſus edictum Domitiani, de expellendis urbe philoſophis, aliaque aliena, eodem loco olim legebantur. Sed nemo mediocriter eruditorum ignorare poteſt, quomodo veteres librarii ejusdem argumenti ſcripta uno volumine conjungere aſſueverint: Unde facile factum, ut poſtrema opuſcula, non expreſſis autorum nominibus, quemadmodum ea ſaepe in antiquis codicibus praetermitti ſcimus, prioris & potiſſimi operis ſcriptori ſint attributa. Vellem autem, illuſtris Scaliger in ſua adverſus Pium diſſertatione, quam proxime indicavi, inter caeteras rationes, quibus probare nititur, & omninò probat, Auſonium auctorem non eſſe diſtichorum, hanc praetermiſiſſet, quod Auſonius ſerio Chriſtianus fuerit, Diſticha autem haec erroribus gentilium inſigniter ſint delibuta. Idque ait ex multis illius opuſculi partibus poſſe comprobari. Et in ſuis ad eadem Diſticha Animadverſionibus ethnicum gnomologum nominavit. Neſcio certe, quare magno viro id viſum. Aliter ego ſentio, & omnino credo autorem fuiſſe Chriſtianum. Id jam olim perſuaſum ſatis apparet ex gloſſis antiquis, in quibus magnam diſtichorum partem ex libris ſacris, praeſertim Eccleſiaſte, deſumptam eſſe, adductis teſtimoniis confirmatur. Noſtrae, quas jam laudavimus, auctorem Chriſtianum eſſe diſertim aſſeverant. Certe Phraſiologiam ſacram ubique obſervamus. Statim inter monita, quae in limine opuſculi leguntur; *Cum bonis ambula.* Ambulare hic converſari eſt, & ſic paſſim utitur vetus ſacri Codicis Interpres. Nec aliter Lib. II. Diſticho IX.

Nolo putes pravos homines peccata lucrari,
Temporibus peccata latent, ſed tempore parent.

Lucrari peccata hoc loco nihil eſt aliud, quam non tantum non poenam, ſed etiam commodum atque emolumentum ex peccatis reportare. Quam phraſin Chriſtianam eſſe, quis non videt? Paſſim legas Chriſtum, fratres, caelum lucrari. Primum Diſtichorum:

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

Expreſſum ſine dubio ex verbis Servatoris noſtri, *Πνεῦμα ὁ Θεὸς ϗ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτῷ ἐν πνεύματι ϗ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Deus eſt ſpiritus, & adorantes eum in ſpiritu & veritate adorare oportet.* Praeterea ſortilegia diſertim damnat author Diſticho XIII. lib. II.

Quid

Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte,
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.

Per ſortem hic intelligit κληρομάντειαν. Qua quemadmodum imprimis uſi ſunt pagani, ita omnino abſtinendum Chriſtiani ſemper cenſuere: Quod plurimis Conciliorum canonibus, & Pontificum decretis poteſt comprobari. Videantur, qui de ſortilegiis inter Chriſtianos ſcripſere. Somniorum etiam vanitas indicatur Diſticho XXXII. ejusdem libri:

Somnia ne cures. Nam mens humana quod optat,
Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

Sic quidem vulgo legitur. Mihi certum eſt, reſcribi oportere;

Somnia ne cures. Nam mens humana quod optat,
Dum vigilat, ſpectat per ſomnum ſemper id ipſum.

Sic commodus ſenſus erui poteſt, quem in vulgata lectione deſideramus. Pro *vigilans*, *vigilat* habet liber noſter MS. Jam autem in divinationibus ex ſomniis incredibile dictu eſt, quam ſuperſtitioſae fuerint nationes. Paſſim ejus rei exempla atque teſtimonia occurrunt apud antiquos auctores, quae ab aliis diligenter obſervata, hic repetere non eſt neceſſe. Porro quae de non caedendis victimis *non ſemel hic* inculcat auctor, Chriſtianum eum fuiſſe, & a ſacrificiis gentium longe alieniſſimum, ſatis probant. Sic Diſticho XV. Lib. IV.

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

Melius, purius non loqueretur ſummus aliquis fidei noſtrae conſultus. Nec aliter ſe habet Diſtichon XXXIX. eodem libro.

Thure Deum placa: vitulum ſine creſcat aratro:
Ne credas placare Deum, cum caede litatur.

Vellem legeretur, *Tute Deum placa*, hoc eſt, *Tu ipſe*. Et forſan ſic ſcripſit auctor. Sed nihil adſeverare audeo. Interea tamen Thymiamata, praeſertim ex thure in ſacris Chriſtianorum aliquando uſum habuiſſe, nemo ignorare poteſt, qui veteris Eccleſiae rituum cognitione eſt inſtructus. Nemo autem hic exiſtimet, latere me, Pythagoram etiam, ejusque ſectatores improbaſſe caedes victimarum. Sed dogmata eorum, inter reliqua gentilium Philoſophorum, quam maxime olim commendabant Chriſtiani. Quod neſcire non poſſunt, qui Patrum antiquorum ſeria lectione ingenium ſuum imbuere. Puto jam ſatis luculentis teſtimoniis a me probatum, aut omnino Chriſtianum, aut, ſi cui id nimium

vide-

videatur, ſemichriſtianum fuiſſe horum Diſtichorum conditorem. Semichriſtianos voco, qui aut ad Chriſtianam fidem amplectendam haud leviter nutabant, aut ea arrepta, nondum plane exuerant omnem gentium ſuperſtitionem, quales multi olim erant. Unde etiam factum, ut in vetere Eccleſia multi ritus fuerint uſurpati, qui a paganis derivati eorum ineptias adhuc redolebant. Quod ipſum pluribus hic excutere ſuperſedeo, quia in commentario noſtro Quaeſtionum Romanarum pluribus indicamus. Atqui, inquit Scaliger, multa in his Diſtichis erroribus gentilium delibuta continentur. Certe mihi omnia diligenter iterum & iterum evolventi nihil tale eſt compertum. An Paganus eſt author, quia hominem prudentem imitari vult illum Deum, qui partem utramque aſpicit, id eſt, Janum? Profecto ſi valeat haec ratio, pro Paganis habendi ſunt plerique Chriſtianorum Poëtarum, & nos ipſi, qui ejusmodi loquendi rationes quotidie uſurpamus. An Paganus eſt author, quia vult pareri Fortunae? Quaſi vero *Fortunae* vocabulum commodo & recto ſenſu ex Chriſtiano homine non poſſit audiri. Magnus Eraſmus, ille noſtras, ſcriptorem, de quo agimus, a fide noſtra averſum fuiſſe conatur oſtendere ex Diſticho XIV. Lib. III. quod ita habet;

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Nec retinere velis, ſi coeperit eſſe moleſta.

Ad quae verba ita commentatur Eraſmus: *Cave ne ducas uxorem dotis cauſſa. Et ſi duxeris dotatam, ne dotis reſpectu eam retineas, ſi tibi gravis ſit: ſed, contempta dote, repudies. Quanquam id apud Chriſtianos non habet locum.* Certe ſimpliciter hoc vult: Noli dotis ſolius gratia uxorem ducere. Ne poſtea moleſtam tibi factam relinquere velis, & non poſſis. Quod nihil adverſum fidei Chriſtianae habet. Fixum igitur eſto, Chriſtianum hunc authorem fuiſſe. Reſtat, ut videamus, ſitne tam elegans, Latinum, accuratum gnomologicum hoc opuſculum, ut volunt eruditi. Dixi tantum ab ea laude abeſſe, ut ad infima fere Barbarorum ſubſellia debeat damnari. Judicium id mihi extorſere continua tautologia, & tam dictionis, quam rerum & rationum, quae adducuntur, ineptiae. Tautologia paſſim occurrit. Idem dicitur Diſtichis XVIII. Lib. I. & XXVII. Lib. IV. Nec aliter ſe habent XXII. Lib. I. & IV. Lib. II. XXIV. Lib. I. & XVIII. Lib. II. Et quid opus eſt omnia ejusmodi exempla hic a me coacervari? Diligens Lector ipſe per ſe obſervabit. Satis mihi eſt indicaſſe. Id interea adſeverâre audeo,

ex

ex quatuor Diſtichorum libellis, vix unum juſti numeri ſuperfuturum, ſi ſupervacuae omnes eorundem monitorum repetitiones tollerentur. Nempe mos hic poſterioris & inſulſi aevi ſcriptorum fuit, ut non tam rerum, quam verborum copiam oſtentarent. Ineptiae partim in brevibus illis praeceptis, quae in limine leguntur, partim in ſingulorum librorum praefationibus, partim in ipſis Diſtichis, hoc eſt ubique, tam quoad res, quam quoad verba, dominantur. In ſententiis praeliminaribus mera confuſio, merum chaos, nihil magnificum, nihil erectum. Atqui dicat aliquis, praecepta ſunt, quae aetatem puerorum decent, ad quos diriguntur. Fateor, pueros alloquitur, cum inquit, *Trocho lude.* Sed ſpectat ad maritum, *Conjugem ama*, ad patrem, *Liberos erudi*, ad judicem, *Patere legem, quam ipſe tuleris*, ad militem, *Pugna pro patria.* Quae qui a pueris praeſtanda exiſtimat, nae ille aetates omnes confundit, & ipſum naturae jus evertit. Mitto praecepta mutila & hiantia, & imperfecta, & parum Latina. Quaeſo, quid ſibi vult poſtremum omnium, *Libenter ferto amorem*? Si hoc velit, *Gratum tibi ſit ab aliis amari*, ſupervacuum eſt praeceptum, quod quisque ſeipſum docet. Si autem intelligit, *Libenter ama*, Latinum vix erit, certe ambiguae ſententiae, *ferre*, pro *deferre amorem.* Praefationes quod concernit, illa quae praefixa Lib. II. non video quomodo ad rem faciat. An non ineptirem, ſi amorem rei militaris filio inſtillaturus ſic ordirer: Si gulae tuae proſpectum voles, fili, lege Caelium Apicium, ſummum medicinae adulatricis artificem. Si ad ſtruendas aedes magnificas animum tuum appellere decreveris, ea evolve, quae Vitruvius de architectura veterum conſignavit. At vero ſi ad militiam te componas, conſule Vegetium, Frontinum, aliosque, qui de militia & ſtrategematis veterum praeclara multa prodidere. A riſu abſtinere non poſſum, dum haec ſcribo. Idem tamen Cato eo, quem dixi, loco agit. Cur Georgicorum Virgilii, Botanologiae Macri, Pharſalidos Lucani, Naſonis amorum mentionem facit; de cordatis vitae morumque praeceptis acturus? An non ineptus eſt verſiculus eadem praefatione,

Si quis amare velis, vel diſcere amare legendo.

An non putidum eſt, ibidem verſu antepenultimo legere;

Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis.

Et ultimo verſu idem repetere,

Ergo ades, & quae ſit ſapientia diſce legendo.

Reli-

Reliquorum librorum praefationes non tam libros, quibus praefixae ſunt, quam totum opuſculum concernunt. Quod non poteſt non reprehendere, qui ſolido judicio inſtructus ad legendum accedit. Jam autem in ipſis Diſtichis quam multa ſparſim occurrunt, quae ſine ratione prolata, Latinas purgatasque aures merito offendere deberent. Omnia, quae pro me ſtare video, jam referre, otium meum non patitur. Potiora ſi breviter excuſſero, quis judicio meo aſſenſum non praebebit? Lib. I. Diſt. V.

Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores,
Cum culpas alios, nemo ſine crimine vivit.

Vix video, quid ſibi velit. Sententia & conſtructio omnino eſt inepta. Nec aliter ſentio de Diſticho XXXV. ejusdem libri,

Ne dubita, cum magna petas impendere parva:
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Ergo ſummum, ſi Diis placet, amicitiae vinculum eſt, petere magna, & parva praeſtare. Diſticho XXXIX. *labor in damno eſſe* dicitur, pro, laborari in damno reſarciendo. Obſcura eſt dicendi ratio: Et quis Latine ſic loquitur? Diſticho XI. Lib. II. legitur,

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede.
Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus.

Verſiculus ſecundus nihil cum priori commune habet, cum tamen rationem ejus reddere velle videatur. Diſticho XIV. ejusdem Libri,

Invidiam nimio cultu vitare memento,

ſcio quid velit, nimio ſcilicet cultu invidiam non debere provocari; ſed an non ita loquitur, ut contrarium facilius intelligi poſſit? Memento per nimium cultum invidiam vitare. Neſcio quomodo concoquere haec potuerint Eruditi. Quam inſulſus etiam verſiculus prior Diſt. XXI.

Noli tu quaedam referenti credere ſemper,

quaedam hic ſtolide ponitur. Pro eo, *multum*, fuerat dicendum. Diſticho XXX. quis ferat illud,

Sit tibi praecipue, quod primum eſt cura ſalutis.

Praecipue, &, *quod primum eſt*, nunquid idem ſignificant? idem videbis Diſt. VII. Lib. III.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur.

Aſinina tautologia eſt. Quid putidius fingi poteſt, quam Diſtichon V. Lib. IV. ſi recte ſe habeat lectio vulgata:

Dili-

Dilige denari, ſed parce dilige, formam:
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.

Quid eſt, parce diligere denarii formam, eamque neminem ſanctum vel honeſtum ab aere captare? Scio vulgo ſic exponi: Prudentis eſſe amare pecuniam, quoad uſum; ſtulti vero eſſe & avari, pecuniam amare, ut forma ejus atque ſpecie oculi tantum paſcantur. Praeclara quidem ſententia, ſed quomodo ea ex verbis diſtichi elici queat, nondum video. Forſan tamen ſtupor hic non tam auctori, quam deſcriptoribus debet imputari. Facile crediderim primitus ita ſcriptum fuiſſe:

Dilige denarium, ſed parce dilige. Famam
Nam nemo ſanctus vel honeſtus captat ab aere.

Denarium habent omnes libri MSS. etiam noſter. Primus Scaliger reſtituit *denarii*, nempe formam, non alia de cauſſâ, quam quia ſecunda in *denarius* produci debet. Sed ea emendatione non eſt opus. *Denarium* hic triſſyllabon eſt, per licentiam poëticae contractionis. Cujusmodi exempla apud alios, etiam caſtigatiſſimos, auctores exſtant. Quidquid ſit, nihili eſt, quod vulgo legitur. Atque haec e multis pauca. Caetera ingenio & judicio legentium remittimus, & ſatis nos pro ſententia noſtra dixiſſe exiſtimamus. Non tamen inficias eo quaedam, ſed valde pauca, bona, acuta in hoc opuſculo exſtare: quae facile eſt a reliquis diſcernere, & credibile eſt multa talia antiquitus Catonis nomine fuiſſe evulgata, quae jam periere. Et ſic factum, ut ejus meminerit vetus ſcriptor Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum, ubi ait, quendam oculorum rheumate laborantem, flentem, & gementem illud Catonis ſaepe repetiiſſe:

Corporis auxilium medico committe fideli.

Vulgo, ſed male, pro *auxilium*, *exigua*, legitur. Et Catonis ſententias in ore omnium fuiſſe, vel ſola Sulpiciae Satyra teſtari poteſt, in qua inter alia dicitur,

Quos inter priſci ſententia dia Catonis.

Crediderim uno libello eas olim fuiſſe comprehenſas. Sed poſtea inepti homines, cum quae bona non aeſtimarent, quia non didicerant, quae bona, more ſuo corrupere, ſubſtituentes ſua, meras febres & oſcitationes. Quod hac extemporanea Diſſertatione indicandum cenſuimus. Si cui tamen ſecus videatur, judicium per me quidem integrum ipſi eſto. Aliorum enim inſaniam tollere non poſſum, ſed volui caſtigare.

FINIS.

IN-

INDEX RERUM

Praecipuarum, Auctorumque, quatenus ii inſerviunt intelligendis melius pernoſcendisque rebus.

[Non ſunt proprie hic quaerenda, quae in Notis occurrunt Variorum, quippe quae jam ſunt aliunde nota; ne in nimium excreſceret hic Index.]

A.

Aben Eſra, Philoſophus & inter Hebraeos. *Pag.* 255.
Ei quae adſcribitur, ſententia quaedam, probata. 256. ſq.
Abrechus (*Joſua*) montes & aurum e tradenda Onirocritica pollicetur. 318.
Abſtinendum aliquando, ne quid foret *ſuſtinendum*. 32.
Abſtinentia ſaepe occurritur morbis. 310.
Academia Vetus quid de Virtute ſtatuerit, ſecundum Ciceronem 204. Deque Fortitudine, quid? 498. Vid. & *Platonici* & *Philoſoph. Sectae.*

ADAGIA.

A minimis incipiendum. 32. 34.
AEgroto dum anima eſt, Spes &c. 283.
AEthiopem quis lavat? 477.
Alieno diſce periculo. 302.
Aliter legunt pueri, aliter Grotius. 167.
Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. 110.
Anſam quaerere 290.
Arcus tenſus rumpitur 365. *e Gr.*
Arripienda, quae offeruntur. 91.
Aurum ſubaeratum. 116. *e Graeco ibi juxta poſito.*
Beati, poſſidentes. 457.
Benevolus occiſor. 119 *e Gr. oppoſito ibid.*
Bis pueri, ſenes. 519. *ibid. e Gr.*
Blanda Oratio. Vid. Mellitum venenum.
Calumniare audacter, ſemper aliquid haeret. 267.
Capere crines. 291.
Celeres gratiae dulciores. 108. *e Gr.*
Clavum clavo pellere. 115. *e Graec.*
Cres ſemper mendax, mala beſtia, venter iners eſt. ibid. e Gr. Epimenid. a D. Paulo adlegat.
Cretenſis Cretenſem. 114. *e Graec.*
Cretiza contra Cretenſem. 110. 115. *item.*
Cum AEginita Cretenſis. 114. *e Gr.*
Cum vulpe vulpinare tu quoque invicem. *ibid. itidemq. e Gr.*
Digna labris lactuca. 359.
Donum, quodcumque dat aliquis, proba. 89.
Donum rejicere haudquaquam decet. 90.
Dum ſpiro, ſpero. 283.
E manu eximere manubrium. 290.
Eventus, ſtultorum magiſter. 291.
Exiguum munus, gratum tamen. 89. *e Graec.*
Ex ungue leonem. 450. & 466.
Feneſtram aperire. 290.
Ferrum dum candet, cudendum. 291.
Feſtina lente. 201. *not. marg.* Auguſti.
Ficos divide. 262. *in Not.* Eraſm. e Gr.
Fide, ſed cui, vide. 272.
Figulinam a dolio auſpicari. 34.
Gratia gratiam parit. ſ.
Gratiam adfert gratia 621. *e Gr.* Sophoclis.
Gratiam qui refert, habet & qui habet, refert. 93. *ex* Cicerone.
Habenti dabitur. 619. *Ex ſacris.*
Herculem laceſſere. 221.
Jacturam facere cum lucro. 35. 578.
In medio conſiſtit Virtus. 205.
Inventae legi inventa fraus eſt. 402.
Invidia jactantiae comes eſt. 241.
Ira impedit animum. 201. *not. ad marg.*
Ita fugias, ne praeter caſam. 263. Terent.
Leges bonae ex malis moribus procreantur. 403.

Letale

Letale mulſum. 117. *Ex Gr.*
Malo accepto, ſtultus ſapit. 391. *e Gr.*
Malo nodo malus quaerendus eſt cuneus. 597. *ex* Hieronym.
Malum malo medicari. 596.
Manus manum fricat. 148. *Not. col.* 2.
Mater timidi flere non ſolet. 487. *Not.* Nepotis.
Melior Providentia, quam Poenitentia. 595. *e Gr.* Dion. Halicarn.
Melle litus gladius. 117. *ex* Hieron.
Mellitum venenum, blanda oratio eſt. *ibid.* & 122. Anaſtaſii.
Multi medici perdiderunt regem. 273. Hadriani.
Multi multa. 67.
Multos modios ſalis ſimul edendos &c. 551. *ex* Cicerone.
Multum legendum, non multa. 410.
Multum verborum; Sapientiae parum. 53. *Not.*
Munerum animus, optimus. 88.
Natura, paucis contenta. 96. *e* Cic. *citante* Arntzen.
Ne quid nimis. 205. & 241. *e Graec.*
Nocens amicus nihil ab hoſte diſcrepat. 118. *e Graec.*
Nodum in ſcirpo quaerere. 48.
Non cito ruinam patitur, qui rimam timet. 487. *Mim.* P. Syri.
Non ſemper erit aeſtas. 290.
Noſce te ipſum. 204. & 206. *e Gr.*
Nubem captat pro Junone. 618.
Nudus, ut ex matre. 94. & 96. *e Gr.*
Nunc tuum ferrum in igni eſt. 290.
Odio par importuna benevolentia. 118. *e Graec.*
Omne nimium vertitur in vitium. 205.
Onus graviſſimum, paupertas. 96. *e Gr ſecundum* Arntz.
Optimum, aliena inſania frui. 392.
Optimum in vita, Mediocritas. 205. & 241. *e Graeco* Ariſtotel.
Ordinata caritas incipit a ſe ipſa. 54.
Palumbem pro columba. 168. *e Gr.* AEliani.
Par pari referre. 112. & 576. *e Graec.*
Pauper, ſed ingenioſus. 91. *ubi plura.*
Plurima cantando vates mendacia dicunt. 413. e Graec. ibi.
Premenda, rapienda Occaſio. 289. 290. & 610. *e Graec.*
Principum favor neceſſarius. 391.
Quae ſupra nos, nihil ad nos. 186. & 230. *e Gr.* Socratis.
Quater beatus ille, qui cum f. &c. 91. ex Hebraico.
Qui nocere poteſt, idem & prodeſſe. 591.
Quot capita, tot ſenſus. 302.
Quot homines, tot ſententiae. *ibid.*
Rara eſt Fides. 67.
Semel quam ſemper. 101. & 604. Caeſaris.
Sera parſimonia in fundo eſt. 106. 254. *Not.*
Sera, poſt acta, poenitentia. 391.
Silentii ſunt tuta fidi praemia. 201 *e Graec.*
Sine cortice natare. 451.
Sit divus, dummodo non vivus. 119. Caracallae in Getam.
Surdis narrat fabulam, quis? 477.
Tela praeviſa minus nocent. 278. *n.*
Tempus, h. e. Opportunitatem, noveris. 288. *e Graec.*
Ubi amici, ibi opes. } 91.
Ubi opes, ibi amici. }
Ut ſumma ſaepe ingenia in occulto latent! 91. Plauti.
Vel optima nomina, non appellando, fiunt mala. 617. *not.*
Verba Hermodorus importat. 114. *e Graeco.*
Verbo tenus amicus. 112.
Veritatis ſimplex oratio eſt. 356.
Vir fugiens denuo pugnabit. 220. *not.*

Adiſſonius & *Steelius*, non otioſi orbis adſpectabilis perhibentur fuiſſe *Spectatores.* 47.
Ἀδολεσχία, quid? 266.
Adraſtus ut redarguerit *Alcmaeonem* criminantem. 31
Adulatores eſſe inſidiatores. 122. 266.
AElianus laudatus, 168. & ſaepius.
AEquabilitas in omni vita praeclara; ejusque exempla, Socrates & Laelius, e Cicerone. 198.
AEqua pietas in parentes praecipitur, fruſtra id negantibus aliis. 440 – 445.
AEſopus Phryx, Lingua, docuit nihil eſſe melius, ſed & pejus nihil. E Planude. 60.
AEtas aurea Poëtarum. Auguſtea. Vid. *Aureum ſaeculum.* 28.
Agamemnonis pictura, ab Achille inimico profecta, parum grata. 295.

Agen-

Agendum quid, quoque modo? 480—483. V. *Res*.
Ageſilaus quali fuerit corpore & animo. 216.
Agrippae (*Henr. Cornel.*) de vanitate ſcientiarum libri, contra vanas revera ſcientias in ſubſidium advocati. 228.
Alciatus (*Andreas*) laudatus, & quid de Catone noſtro cenſuerit, vid. & *Cato*. 12. 14.
Alcmaeonis, Fabulae fragmenta e Plutarcho, Baylio judice. 31.
Alea fugienda omnis, quaenam vero praecipue? 164.
d'Alembert, Lexici Encyclopaedias Architectus, laudatus in not. 419.
Alexander M. quali ſtatura? 216. Vid. & *Philippus*.
Alexandri ab Alexandro Geniales citantur Dies de Juniano Majo. 318.
Alios carpere vetitum naturali & talionis jure. 366—369.
Alphei Epigramma quoddam laud. 208.
Altingius (*Henric.*) laudibus extollitur a Baylio. 267. ſq.
Amicis vivendum & in vita, non morte demum, proſpiciendum. 376—379.
Amicitia, Virtutum limes ultimus, ſecundum Hieroclem. 510.
Amicitiae Ordo, ex eodem. 511.
. . . . . inconſtantia. 550-553.
Amicitiae damnoſae nimis, omnibus modis vitandae. 614—617. [Ita crediderim hoc ipſa oppoſitione conjungendum cum illo eſſe altero. 580. *Eſt jactura gravis* &c.]
Amicus, medicus. 273-275. Vid. contra: *Medicus*, amicus.
'*Αμεριμνία*, quae & [illegible], commendatur, 248.
Amor noſtri bene temperatus, omnis caritatis modulus. 54.
Amoris utrum ſenſus acrior, an *Amicitiae*? 249 & ſeqq.
Anaxagoras, forte dogmatis de divinitate animi auctor: Ex Jamblicho. Vid. & *Hermotimus*. 14.
Fata ejus & Encomion. 305.
Apophthegma. 457.
Ancillari uxoribus, quos? Ex Cannegietero. Vid. *Dos*.
'Ανεξικακία. Vid. *Morum patientia*.
'Ανέχου, ἀπέχου Suſtine, abſtine. 32. Vid. *Epicteteae Sapientiae Summa*.
Animus humanus quomodo dicatur eſſe Deus, vel *divinae particula aurae*. 12.
Vid. & DEUS.
Animus quomodo excolendus, ex ſententia Crucii. 15.
Animae apotheoſis Politiano tentata. 17.
Animi purgatio commendata. Vid. & *Pythagorici*, quibus ea dicitur *Purificatio*.
Animus ut ſit in litteris praecipitur. Vid. *Inſtructio*. 337.
Antigonus Doſon, unde iitud cognominis nactus? 110.
Antoninus (Imperat. *M. Aurelius*) Philoſophus, Catone delectatus fuiſſe, ipſe teſtatur. 508. Qui alius eſſe, quam Noſter, nequit. Vid. & *Cato*.
Id. Cur non repudiaverit uxorem flagitioſam. 45.
Id. Laudatus 94. 230.
'Απάθεια Stoicorum & indolentia, vane jactata. 200.
Arati ſententia in ſacris quoque paginis laudata. 15. Idem. 230.
Arbitris remotis amicam fieri admonitionem debere, ſecundum

 dum

dum Pythagoram e Plutarcho. 51.
Ariſtidis meritum & fata. 305.
Ariſtoteles, laudatus. 205. 413. & alib. Vid. *Philoſoph. Sectas* & *Peripateticos*. Conf. & *Ira*. notatus. 496.
Arnoldus (*Gotofred.*) Hymni cujusdam Editor peregregii, cujus quaedam citantur. 278. vid. ibi notata.
Arntzenius (*Otto*) horum carminum Editor noviſſim. 96.
Carpitur ei Crucius. 15. & Malſcius quidam, paſſim.
Ejus conjectura quaedam reprobatur. 58. It. alia. 159. ſq.
Expoſitio probatur. 500. ſq. nec non 526. 547. 580. 582. 601. 602. & 612.
Sed ſemel idem inſontem plectit Boxhornium. 531.
Arrianus, in Epicteto, lenitatem exemplo tradit pervenuſto. 41. Commendat τὸ ἐπέχειν. 140. Vid. *Incerta*. & 231.
Arrogantia, morbus Epidem. infeſtans cum primis eruditam plebeculam 619.
Ars & *Scientia* qui differant, in quacumque Diſciplina. 527. 528.
Artemidorus Daldianus, Pſeudophiloſophus, & de eo juſtum Baylii judicium. 314—316.
Aſcenſius, ejus encomium & lectio, cui ſubſcribitur. 578.
Athenodori Apophthegma e Plutarcho. 201.
Atticus, (*T. Pomponius*) Rex aliquando in Amicitiae imperio. 183.
Auguſti (*Octaviani*) Imperatoris citati verſus atque Operum fragmenta. 255.
Idem, *Unus de multis*, noſtra quidem ſententia, dictus Ciceroni 260.
Auguſtinus laudatus, vid. *Mens Dea*.
Aureum Philoſophorum Saeculum, quo imperabant Antonini. 28.
Aurea Carmina. Vid. *Pythagor*. & *Hierocles*.
Auſonius, nobis Auctor creditus Praefationum, IV. horum librorum ſingulis praemiſſarum 177. & quare? 448—454.
Perpetuus idem Praefatiuncularum omnis generis fabricator. 449.
Unde etiam ipſi diu adſcripta fuere haecce Diſticha. 452.
Avaritiae crimen. 262.
Ita effugiendum, ne in luxuriam ruas. 264.
. . . . . rabies; malum inmedicabile. 512. Vid. & 477.
Avianus ſ. *Avienus* laudat. ſuo ab Editore. 230.

B.

BAilleti (*Adriani*) corruptum nimio favore judicium pro Boxhornio, contra Auctorem noſtrum. 329—333. Caſtigatur ob id a Bern. Moneta. Vid. *De la Monnoye*.
Barthemas ſ. *Vartomannus*, inter Simulatorum exempla. 259.
Barthius (*Caſpar*) Germaniae Phoenix, Daumio & Fidlero, conſultus ab his, quid priori reſponderit. 16.
Vid. *Cato* & *Hierocles*.
In ejus expoſitionem ſubſcribitur ſtabiliendam 74.
Baylii (*Petri*) de binis quibusd. verſibus graecis judicium. 31. Idem citatus, de Naturae viribus. 97. It. de quibusdam ad Boxh. pertinentibus. 106. *in not*. & 332.

Bay-

Baylius, Eraſmus alter, qua in re? 267.
Theophraſti imitator, non malus, 268 inferiore.
Citatur in not. 305. 433.
Analecta diligentiſſimus. 366.
Severus Cenſor errorum, qui vigent inter litteratos. 314, 315, 316.
Beati qui ſint, quique dicantur. 456—459.
Beatus & *dives* toto coelo diverſi. 512—515.
Beronicius (P. 7.) Georgarchontomachias Poëta, vitioſorum litteratorum exemplum, teſtibus Borremanſio & Rabo. 261.
Biantis Apophthegma e Plutarcho. Vid. *Feſtinatio*.
Bibendi ratio & inſtitutum ſalubre. 536. ſq.
Bionis ex Laërtio Apophthegmata. 167. ſq. 304. & 598.
Blandus & *blaeſus* quid differant, ex Canneg. 357.
Bocboris, Rex Ægypti, deſcriptus e Diodoro Siculo. 216.
Bonorum ceſſio, an beneficium? 164.
Boſius (*Simon*) primus in mſto. Voluminis *viſendae antiquitatis* Dionyſii Catonis nomen detexit. 331. *in not.*
Boxbornius (*M. Zuerius*) cui male adſcribat Catonianum opuſculum, vel quibus? 5.
Auctorem putat fuiſſe Chriſtianum, aut Semichriſtianum. 18, 19, 80. 214. 229. 329.
Refutatus ob id a Cannegietero 20, 21. 500. 505. a Withofio. 24. 240. a nobis paſſim. 329. ſqq. & ob alios errores. 30, 42. ſqq. 80. ſqq. 98. 238.
Idem *monitoribus aſper*, ceu juvenes. 80.
Defenditur aliquando, ut gravius vapulet. 99 ſqq. 531.
Ejus cavillatio retunditur. 148. ſqq. 220, 268. ſq. 308. 311. 320.
Aſperitatis ejusdem omnis ſola non injuſta cauſſa ſunt ſpuriae in libros hoſce Praefationes. 174 328. ſqq. 448. ſqq.
Praecoci ſuo ingenio ſimilem foetum emiſit. 254.
Dubitare alios facit de Chriſtianismo non quidem Auctoris, ſed ſuo. 265.
Criminando fidem amiſit 268. & ſq.
Veridicus & vaticinatus ipſe de ſe. 321.
Quam male fidus Antiquitatis aeſtimator idem & Hiſtoricus. 320. 333.
Qui Catonum parcit nulli. 359.
Nec Eraſmis aut Scaligeris. 384. & 385.
Ex acerbitate ſermonis ſtatim agnoſcitur. 466. 502. quae retunditur. 503.
Boxborniana Diſſertatio criminoſa. 633. 640.
Brabaei (*Erici*) Monita paterna, ad fil. data, paullo ante ſupplicium, laudantur. 524.
Brachylogias exempla. 30.
Bruno (*Jac. Pancrat.*) celeb. Medicus laudatur & cum filia, adhuc ſuperſtite, inter macrobiorum exempla refertur. 365.
Brutus, Simulator. 259.
Burmannus (*Petrus* I.) laudatus. 30. 229. 468. 580.
Burmannus (*Petrus* II.) Encom. ejus, data occaſione, inter animadverſiones Daumianas Parentheſi inſcriptum. 600.

C

Caeſaris (*C. Jul.*) vox crebra: *Semel, quam ſemper*. 101.
Caeſar cum *Catilina* comparatus, ex Salluſtio. 428.
Cannegieterus (*Henric.*) cauſſam Catonis contra Boxhornium fortiter defendit. 19. *ſeqq.* & *paſſim*.
Probat Auctorem non fuiſſe Chriſtianum. 94. ſqq. (Vid. *Cato*.) 229-232.
Colluſtrat Auctorem prudentiae Juris radiis. 136. 372. ſqq.
Viri encom. 470.
Cardani (*Hieron.*) e Dialogo de Cornaro teſtimonium. 310.
Cato Major, Cenſorin. quae ſanxerit de viris. 44. *inf.* & in mulieres 45. inque haruſpices. 232. & medicos. 501.
Ejus oraculum. 358, 362.
Cato II. *Uticenſis*, laudatur. 204.
Idem durior, quam res ferebat. 40. Levior idem & remiſſior in matrimonio. 45.
Cato Tertius, 204, 509. utrique in eo ſimilis. 45. nempe:
CATO, Diſtichorum Scriptor. 3.
Unde *incertus* ſit dictus *Auctor*. 5.
Minime Chriſtianus homo. 12, 21, 24, 94. ſq. 119. 214. 229. ſqq. 504. ſqq.
Quod quidem voluerit Boxhornius, vid. & *Boxhorn.*
Pythagoricus, ſecundum Alciatum, Barthium & Withofium. 12, 16, 25, 26.
Humilitatem adfectaſſe Barthio videtur. 16
In multis facit cum Stoicis. 27. 94. ſqq.
Sed moderatis. 28, 29. 543.
Socius Thraseae & Helvidii. 508.
AEqualis Antoninor. 27, 94, 294.
A Marco Antonino Philoſopho laudatus. 508.
Medicum ſaepe agit. 296. ſqq.
Puerili ſe aetati adcommodat, in tradendis rebus graviſſimis. 35, 50, 52, 66, 74. ſqq. 138. *inf.* 141, 281, 294.
Sitne revera tautologus, ut Boxhorn. criminatur. 80. ſqq. 98. ſqq.—101, 107. ſqq.
Sublimis in eo charitatis affectus. 92. & 348.
Prudentis diffidentiae magiſter, idem. 122.
Quanam in re & Platonis Cato ſit aemulus. 154.
Eum omnes recte intelligere ſibi pulcre perſuadent. 155. & 379.
Ex ſuis ipſe verbis invicem collatis optime explanandus. 160. ſqq.
Cur nomen ejus diu delituerit. 294.
Superſtitioni valde repugnat. 226. ſqq. & 319. ſqq.
Severus licet Philoſophus, aliquando tamen jocatur. 435.
Catonianae Juriſprudentiae compendium 244-247.
Vid. *Genera dicendi*.
Catoni noſtro cum *Epicteto* communes Phraſes & loquendi formulae. 53.
Quale, illud perpetuum ΜΕΜΝΗΣΟ. *MEMENTO*. *ibid.* & 73, 93, 184, & 209.
It. *Quum tempus poſtulat* aut res. 53. & 202.
It. *Arbitrii non eſt noſtri*. 66. *Incuſare Deum*. 105.
It. *Modico ferri flumine*, aut *In praeceps ferri*. Oppoſita. 208.
Noli contendere. 225.

A

A nemine te laeſum iri, vel ſaltem *levius iri laeſum.* 280.
Si recte vivas, ne cures. 347. ſqq.
Porro & tranſitus ſaepe idem utrique ad Caput doctrinae novum; ut: p. 53. 103. 104.
Ita quoque diſtinctio inter Poſſeſſiones & ſemet ipſum. 474.
Veneris & *Ventris* conjunctio. 492.
Cedendo vincendum. 220. ſqq.
Cento Catonianus. 297-301.
Cicero (*M. Tullius*) laudatus. 31. & *paſſim.*
Tempori ſerviit ipſe, idque faciendum docuit, ut Academicus. 39. ſqq.
Docet, aeque ac noſmet ipſos, nobis amandum & alios. 56.
De divinatione. 228. ſqq.
Servilem deſcribit heredipetarum patientiam. 86.
Chladenius (*E. M.*) laud. 471.
Chriſtinae, reginae Apophthegmata. 397, 409. 412.
Claudianus laudatus 242, 277.
Cleanthis Philoſ. verſus a Seneca in Latin. tranſlati. 234.
Cleri nomen, unde? 232. itemque κληρονομίας. 371. not
Cognoſcendae res judicio. 140
Concordiae Vinculum validiſſimum. 153. ſqq.
Conſcientiae magna *vis.* 78. 242.
Recte ſibi conſcius, & qui male conſcius ſibi, invicem opponuntur. 78.
Conſilium utile non temnendum. 380.
Conſtantia Stoicorum, jactantior paullo, quam verior. 28. 40.
. . . . . temporibus ſapienter adcommodanda. 38 ſqq.
Conſtantiae & *Lenitatis* moderamen, ſecundum Caton. & Epictetum. 40.
Conſtantis viri eſt & *Sapientis*, Cedere tempori. 39.
Et in ſtatione tamen manere. 41. Vid. & *Simplicius.*
Conſtantinus M. Imp. V. *Repudia.*
Contentiones omni modo evitandae 52. *ſqq.* 198. *ſqq.* 222-225. & 574-577. Idque diverſis ex cauſſis, quae junctim recenſentur. 223.
Convivalia praecepta. 416-421.
Corporis & *ingenii* vires ſibi mutuo oppoſitae. 216. ſqq.
Cor, Senſus communis; *Cerebrum*, adquiſitus doctrina atque meditatione Scientiae habitus. 621.
Cornarus (*Aloiſ.*) Auctor & exemplum citatur. 310. *in textu & notis.*
Credendum quid? V. *Nil temere.*
Criminatorem redarguentis, exemplum e Plutarcho. V. *Adraſtus.*
Crucius horum aliquando carminum laudatus editor. 15. Vid. & *Animus.* it. *Arntzenius.*
Ejusd. Crucii ſententiae ſubſcribitur. 210. & ſqq.
Cultus in luxum *nimius* degenerat. 241.
Cuperus (*Giſbertus*) laudatus. 12, 14. Vid. & *Mens Dea.*
Curioſitas mala, de ea Oratio Giſſae quondam habita. 78. Conf. & 267. ſq.
Curtii verba laudantur. 218.

D.

DAceria (*Anna*) 81. 295.
Damno ſuo laborare: *In damno labor*, dicatur ne Latine? 164. & 482. ſqq.
Damnorum notio explicatur. 580. ſqq.
Dandum cito & in tempore, quod honeſtate jubente, dandum eſt: Contrarii huic ſcito mores notantur. 202. ſqq.

Dare, quam accipere, felicius. Vid. *Bionis Apophth.*
David, Rex Iſraël. in prudentibus ſtultitiae Simulatoribus. 258.
Daumius (*Chriſtianus*) laudatus paſſim & praecipue 48. 164. inf. Vindicat amico ſententiam. Vid. *Fidlero* & *Barth.*
Dei omnia, maxime futura, Providentiae eſſe permittenda, ex Antonino & Epict. 231. & 234.
DEUS eſt mens ſ. animus. 10.
. . . . Animus eſt nobis. 12. 15. & 16.
Vid. & *Animus.*
. . . . Quomodo ſit recte colendus. 10, 19, 21.
Deus unus & Philoſophis dictus. 21. itemque Poëtis & aliis. 24, 94.
. . . . Spiritus per totum permeans orbem, Poſidonio & aliis. 94. ſqq.
Deliberandum diu ac tarde, ſtatuendum quod ſemel; idque efficiendum conſtanter, fortiter & celeriter. 394-397.
Delrio (*Martini*) de Onirocriticis & Juniano Majo judicium. 318.
Demonax, cujus egregium Apophthegma commemoratur. 606.
Deſiderius Eraſmus, ſordeat licet multis, qui rerum ipſi inanes, nil niſi mera crepant Ciceroniana verba;
Magnus tamen in omnibus. 128.
Comitatis exemplum. 261.
Urbanitatis receptaculum. 417.
Amabilis Veterum Sapientiae interpres. 263. & Elegantiarum arbiter. 336.
Ei locus reſtitutus de Καινῷ Deo, non coeco. 288. Defenditur. 568.
Deſperatio naturae ordinem evertit. 284.
Diligere alios plus quam ſemet ipſum, num fieri ullo modo poſſit? 56.
Diogenes. Vid. *Cynicos*, in *Philoſoph. Sectis.*
Diogenes Laërtius, citat. bis 129. it. 132. 167. ſq.
Diogenis Laërtii Belgica quaedam verſio miſerabilis. 168.
Dionyſius Halicarnaſſenſis cit. 595.
Diſcendi ac *docendi ratio*, quatuor praecipuis comprehenſa momentis. 532-535.
Diſcordia, Ἔρις, malum per moras creſcens. 224.
Diſticha Caton. plus in receſſu habere, ac prima fronte appareat. 21. Et eſſe Epicteteam *Iliada in nuce.* 397. Philoſophiae illi novam quandam gratiam, ut illam his majorem vim ac robur, conciliare. 620.
Diſtichorum plurium proxime ſe ſubſequentium nexus peregregius. 180-182. 582.
Diſtinctio valde neceſſaria, verbis concepta: *TU IPSE non es pecunia.* 474-477. Catoni cum Epicteto communis.
Divinationum modi. Vid. *Sortilegia.*
Doctoribus praeſcriptum: AEqualem ac parem verbis vitam agere. 130-133.
Doctrina (Θεωρία) niſi uſu (πράξει) adjuta, parum valet. Vid. *Uſus.* 526-528.
Doctrinae compendiaria via & tutior; Uſus & experientiae, longior & certa minus. 547.
Dominae, an & quomodo nobis ſint habendae? 46. ſqq
Dos, de ea Oratio Catonis Cenſorini. 45.

Dos marita. *ibid.*
Dote delinitos ultro uxoribus ancillari. *ibid.* 384-389
Douſa (*Janus*) ad quem Epiſtola J. J. Scaligeri, prae ceteris egregia, laudata. 25.
Du Resnel, Abbas, Popiani Poëmatis Interpres Gall. laud. 284.

E.

EBrietas neminem exculpat. 270. ſq.
Educationis liberorum neceſſitas, ejusdemque ſive bonae, ſeu malae, fructus. 476-479.
Εἴρων, ſ. Simulator dulcis & facetus, feſtivique ſermonis, Socrates. 260.
Elegantia, vox media, &
Elegantior Juriſprudentia, de ea Chladenius Vitembergae publice verba facit. 471.
Empedocles, laudatus Barthio. 16. Ad ejus ſententiam reſpexiſſe Noſtrum. *ibid.*
Encyclopaediae univerſae ſumma. 336-339.
Ennius, Catoni noſtro junctus quodam carmine. 7.
Ennii verſus, ad ductum Phocylidis, inverſus inque contrarium flexus. 219.
Epicharmus Siculus, laudatus. 120. 127. ſq.
Epictetus, Philoſophus qualis? 32. 217. Servus & origine vilis. 156. claudus corpore &c. De eo Lipſius. 157.
Ejus in diſciplina aemulus Cato noſter. 40.
. . . . Apophthegmata. 151. 225. 231. 472.
Epicteteae Sapientiae ſumma binis vocibus comprehenſa: *ἀνέχου καὶ ἀπέχου*. 32. Vid. & *Res*. It. *Simplicius*. 222.
Epicteti Enchiridion, quale? 32. a Noſtro fere verſibus exſcriptum. p. 138. ſqq. Vid. & *Cato*.

Enchiridii Cap.	Pag.	Enchiridii Cap.	Pag.
i.	344.	XLI. }	52.
ii.	344 & 345.	XLII. }	& 419.
iii	65.	XLIII.	420.
iv. }	139. 142.	XLIV.	351.
v. }		XLV.	166.
vi.	429.	XLVI.	2 1.
vii.	430.	XLVII.	491.
viii.	32.	XLVIII.	410.
ix.	480.	XLIX. }	516.
x.	102. (186.)	L. }	
xi.	460.	LI.	393.
xii.	505.	LII.	548.
xiii.	134.	LIII.	252.
xiv.	159.	LIV.	420.
xv.	578.	LV.	398. 419.
xvi.	156	LVI.	491.
xvii.	141, 156.	LVII.	347.
xviii.	346.	LVIII.	662.
xix.	179.	LIX.	572.
xx.	128.	LX.	(167.) 464.
xxi.	(393.) 457.	LXI.	202.
xxii.	582.	LXII.	46.
xxiii.	530.	LXIII.	491. ſq.
xxiv.	232.	LXIV.	598. & 599.
xxv.	375.	LXV.	146.
xxvi.	592.	LXVI.	474.
xxvii.	(317.) 598.	LXVII.	368.
xxviii.	186.	LXVIII.	420. (620.)
xxix.	40.	LXIX.	53 & 100.
xxx.	(167.) 347.	LXX.	620.
xxxi	349.	LXXI.	464.
xxxii }	569.	LXXII.	368.
xxxiii. }		LXXIII.	130.
xxxiv.	481.	LXXIV.	41.
xxxv.	395. ſq.	LXXV.	339.
xxxvi.	572.	LXXVI.	132.
xxxvii.	473.	LXXVII.	234.
xxxviii	508.	LXXVIII.	243.
xxxix.	233.	LXXIX.	
xl.	490.	& ultimum, *ibidem*.	

Epicuri ſenſu quaenam *Voluptas*? quae animi 563.
Epitaphium memorabile. 433.
Eraſmus. Vid. *Deſiderius*.
Eugubinus. Vid. *Steuchus*.
Euripides, 120. 206. & 207. Vid. *Mens Dea*.
'Εχεμυθία. Vid. *Pythagoricorum*.

F.

FAbula, ſub perſona feminae levis (*d'une coquette*) & modeſtae alterius (*d'une prude*) characterem depingens hinc Eruditionis, illinc Fortunae. 522. & 523.

Facilitate & humanitate Alexandro M. ſuperior, Philippus pater. 199.

Fama duplex a Virgilio depicta & Catone. 355 & 356.

Famae ſolius reſpectus paganum hominem movet. 264.

Famam ſervari, *fugiendo* voluptates. 516. ſq.

Femina non timenda. 423. Quaenam vero ejus arma timenda? *ibid.*

Femininum eſt, *tacere nec poſſe*. 434-439.

Fenelonii divina ſcripta commendantur. 47.

Feſtinatio & iracundia, duo conſilio bono maxime contraria. Ex Biantis apophth. 201. *infr. ad marg.*

Fides rara *eſt*, ad Poëtarum reſpicit deſcriptiones. 66.

Fidlero (*M. Johanni*) ſingularis de primo omnium Diſticho ſententia a Daumio vindicata. 16.

Fontanus (*De la Fontaine*) citatus [Libr. V. Fab. X. Edit. Pariſ. a. 1709. pro Galliar. Delphino factae] pag. 110.

Fero parandum ſe & parendum. 247.

Fortitudo cum Sapientia Juſtitiaque eſt copulanda. 496-499.

Fortiores quomodo ſint vincendi, Prudentiae civilis monitum. 221. *infr.* Vid. & *Cedendo.*

Fortuna, caſus, vid. quae *Stoicorum Sectae* tributa. It. *Alea.* Levis & fallax. 164. An *coeca*; annon vero potius *nulla*? 462-465.

Franciſcus Saleſius cum laude merita citatus. 494, 495 Not. (*) & 543 Not. (*.)

Frons capillata Occaſionis quid deſignet. 289. & 290.

Futurorum non omnem quidem abjiciendam eſſe curam; ſed nimiam. 528-531.

G

GAffarelli (*Jac.*) de Curioſitatibus inauditis libri, cum *Greg. Michaëlis* animadverſionibus editi, commendantur. 228.

Garrulitas, Hydra Lernaea & malum effrenatum. 62. ſq.

Garrulus fidem amittit. 266-269.

Gaudentius (*Paganinus*) multis quoque rationibus id egit, ut Auctorem noſtrum paganum fuiſſe oſtenderet. 588. & 590. *alibique.*

Gédoyn Abbas eruditus inter Gallos, comparat priſcam convivandi rationem cum noſtra. 418 & 419.

Gellius (*A.*) citatus & commendatus a V. D. 232. & ſaepius.

Genera dicendi. Vid. ex adverſo Tabulam.

Germanicus, Poëta, laudat. 230.

Γνῶθι σεαυτόν. 204. & 205.

Gradus conjunctionum. 169. 183. *ſuprema*, & 185. *ex* Cicerone.

Gratiarum chori amabiles. 152.

Gratiam habere, *referre*. 93.

Grato animo amicitiam augeri & caritatem conciliari magis. 600-603.

Gruterianae Inſcriptiones. 221. *it.* 240.

Gruterus (*Janus*) a Baylio collaudatus. 267.

Gudiana Inſcriptio ex Canneg. 96.

Gula & *Venus*, amicae: ſed neutri earum indulgendum. 488-493

GENERA DICENDI RHETORES dividunt:

In
- *Demonſtrativum* p. 72. | *Deliberativum* — Quod verſatur in
  - *Laudando* & *Vituperando.*
  - *Suadendo* & *Diſſuadendo.*
  - De his Vid. *Linguae Officia* circa ea.
- *Judiciale*, quod occupatum, tum in
  - *Accuſando.* v. & *Incuſare.* in quo conſiderandae veniunt partes,
  - *Defendendo.* p. 73.
    - Actoris, qui & *Petitor*, ſ. *qui petit*. Hic vel *petit* — *Juſtum* & *honeſtum*. | *Quod jure negabitur.* — p. 136. 244. ſq.
    - Rei, *unde petitur*. p. 136. vel immerito accuſati, vel revera rei. 245. ſq. Illius, *vincere ferendo*; hujus, *pati*. ibid.
    - Teſtis, de quo peculiare monitum. p. 246, & 348-351.
    - Cauſſae Patroni, cujus eſt *veroſimile* nonnumquam & quod honeſtum ſibi videtur defendere. 137, 246. ſq.
    - Judicis eſt ſemper in cauſſis *verum* ſequi. 137. Cauſſam cognoſcere ac diſquirere 244. ſuccurrere oppreſſis; denique juſtam ferre, pro cauſſae merito, ſententiam. *ibid.* Legum moderari aequitate rigorem. 400-405. Conf. *Legiſlatori.*

H

HAbere ſe, praeſtabilius, quam *opes habere*. 474-477. & 578.

Harriſius Anglus, morum doctrinam Epicteto ſublegit, ſub velamine novo. 544.

Helvidius & *Thraſea*, Catonis noſtri, teſte Antonino Imperatore, ſocii, & quales? 508 & 509. Stoici & ipſi *Ibid.*

Heredipetarum dementia. 84-87. Eorum in actionibus forenſib. fraus notata. 245.

Hermotimus, fortaſſe auctor Apotheoſe«s animae, ex Jamblicho, Vid. & *Anaxagoras*, 14.

Herodianus Hiſtoricus a ſententiarum robore laudatur. 293.

Herodotus citat. 363. & 364. *it.* 432.

Heſiodus laudatus. 206. &c.

Hierocles aurea commentaria in *Carmen aureum*, commendatiſſima Barthio. 17. laudata Cannegietero. 20, 21. in medium allata nobis. 510.

Hieronymus perſtringit heredipetas. 87. Ejus & Auguſtini mutua, non ſine acerbitate, expoſtulatio. 117.

Hipparchiae amor in *Cratetem* Philoſ. 217.

Hiſto-

Hiſtoriae criticae Catonianae Auctor quae de ſe ipſe profitetur. 78. 102. 235. 403. 621.
Hiſtoriae ſtudium commendatur ad uſum vitae. 390. ſqq.
Homeri laudata *Ilias*. 168, 171, 224. & *Odyſſea*. 168, 206.
. . . . . Commentator, Euſtathius. 168. inf.
. . . . . liber, contra febr. quartanam medicina. 226.
Homerus contra *Scaligerum* (*Jul. Caeſ.*) defenditur. 224.
Ὁμηρομάστιξ. ibid.
Homo integer & corruptus, Liber cui hic Titul. citat. 424. ſqq.
Horatiana cantilena, numquam nimis repetenda. 281.
Horatiani verſus: *Quaerere distuli; Nec ſcire fas eſt omnia* &c. fruſtra ſuſpecti, imitatio quaedam oſtenduntur eſſe Pindari, quem ille aemulatur. 25.
Horatius, lepidum caput; ſed idem Poëta non magis, egregius licet, quam Philoſophus, laudatus. 39. 45. 218. &c.
. . . . *raram Fidem* primus depingit. 67.
. . . . *Vim* magnam deſcribit *Conſcientiae*. 242. ſq.
. . . . *AEtati* cuique propria graphice exſculpit. 254.
Hoſeae Vatis ſenſus verborum C. X. 12. Conſultatione quadam expenſus. 407-409.
Hoſpitalii (*Mich.*) Satyra de Lite a Boxhornio venditata pro Antiquitatis quodam monumento. 330. & 331.
Hoſpitalitas, neque tamen nimia, commendatur. 166 & 168.
Huetius (*Pet. Dan.*) de concordia rationis & fidei, laud. Withoſio. 25.
Humanitas & in ſervos commendatur. 606-609.
Hymni cujusd. *latini* verba Senecae ſententiam imitantia, iſti adponuntur. 278.

I.

JAcobi, *Apoſtoli* doctrina de *Lingua*. 62.
Jactantiae eſt moleſtae, ſaepius eadem promittere. 109. *ſq.*
Jactantiae malum. 241. Vid. *Invidiam*.
Jactantia & *Oſtentatio* morbus ἐπιδήμιος fere inter Eruditos, cui obviam itur. 611-621.
Jamblichus, vitae Pythagorae auctor laudatus. 14, 22.
Janus ἀμφιπρόσωπος i. bifrons, exemplum Viri prudentis. 294 & 295.
Jeſus Syracides citatus. 433.
Ignavia quod detrimentum vitae adferat, ex Catone Majore deſumtum a Noſtro. 358-361.
Ignavia, quem vox ea offendit poſt *ſegnitiem* p. 358. & 361. reponat licet: INCURIA, ſi lubet.
Incerta. In incertis Aſſenſum eſſe cohibendum. 140.
Incuſare Deum, alios, noſtra culpa, ex mente Epicteti & Catonis ſummae dementiae eſt. 105, 309. *inf.* & 310. *ſup. it.* 589.
Indignos ſucceſſus, ſcripſeritne Cato; an potius *Succeſſu*, vel ipſis teſtibus, qui contrarium adfirmant? 276.
Inſtructio animi, praecipuum in ſtudiis tractandis, artibusque ingenuis excolendis. 338.
Intemperantia vitae, unde morbi & mors. 306-311.
Invidia quare & quomodo cavenda? 236-241.

Invidiam quid provocet. 241.
de Joncourt (*E.*) Ex ejus recenſione quaedam citata. 544.
Ira, peſſimus ſeu dijudicandarum, ſive gerendarum auctor rerum. 198-201. Ea minus recte probata Peripateticis. 198. Quae ejus rei cauſſa Ariſtoteli. *ibid.* & *ſqq.*
Iracundia refrenanda. 156, 157. ut intellectui & voluntati pariter noxia. 199.
Irae, jurgia & lites ex Amicitiae proſcribuntur republica. 154. Vid. & *Contentiones*, it. *Lis.*
Ira poſt inimicitias, mala. 248.
ab Irhoven (*Guliel.*) de Palingeneſia veterum, laudatus. 505. ſq.
Irriſio quomodo ſuperanda? 41. ſup.
Iſocratis ad Demonicum citat. Oratio. 218. & 288.
Italica ſchola, vel ſecta Philoſophica. Vid. *Philoſophicae ſect.* in P. it. *Pythagorici.*
Judicium animi commotiones ſ. Affectus perturbant. 200.
Judicium ut in ſemet ipſum quisque exerceat. 70. ſq. 406. ſq.
Judiciale. Vid. *Genus dicendi.*
Julianus, Apoſtata, ut Deum appellet. 21 infr. Ejus Epiſtola ad Alypium laudata. 42.
Junianus Majus a diſcipulo *Sannazario* deſcribitur vates. 316. ſq.
Juvenalis citatus paſſim, ut 204. &c.

K.

KAhle (*Lud. Mart.*) contra *Voltarium* laudatus, 195.
Καιρὸς, Deus Graecis. 289. ſqq.
Koenigii (*Georg. Matthiae*) Bibliotheca Vet. & Nova, cit. 133. 259 *inf.*
K. litteram in nomine Haverkampi nos ſervamus, quoniam ab ipſo ſic ſcriptum invenimus.
Κληρομαντεία. Vid. *Sortilegia.*
Kühnius (*Joach.*) AEliani Editor laud. 168.

L.

LAborare, quid ſibi velit. 145.
Lactantius, contra victimas gentium, laudatus a Canneg. 20. Ad ejus teſtimonium provocatur ab eod. 94. ſq. 230.
Laedi non poſſe, duplici ſenſu. 594. ſq.
Laelius (*Cajus*) Vid. *AEquabilitas.*
Laelius, de Amicitia, Ciceronis liber merito ſuo laudatur. 147.
Legendum cum delectu. 410-415.
Legiſlatori Problema datum, quod ſolvat. 402.
Legum mens Montesquioei, congruenter ita dicta verbis Auctoris: *Ipſae etiam Leges cupiunt.* 402.
Lenitas. Virtus amabilis. 40. Vid. quoque titulum *Conſtantiae.*
Lenitatis non eſt ſupercilium. 40. Vid. & *Arrianus.*
Levitas, cum crimine conjuncta. 37.
Leuwenhoekianis in *calculis* nimia fere, ideoque incredibilis, dominatur adcuratio. 193. *ſ. fin.* §. 6. *Praecogn.*

LINGUAE Cato recenſet, tum

- VITIA, p. 68. ut ſunt
  - Inpotentia ac intemperantia, quae compeſcenda. 25, 64, 68. 266.
  - Culpare alios. Obtrectatio. Gallis: *Médiſance*. 31, 63, 68. Culpare ſe. 252.
  - Verboſitas. Contendere verbis. 52.
  - Garrulitas. 421. Diſſeminare rumores. 62. 266. ſqq.
  - Promittere multa, nec praeſtare. 66. 108.
  - Ventoſitas. 108. 252.
  - Laudare in os. Adulari. 69.
  - Simulare verbis ac blando nimium ſermone delinire atque ineſcare incautos. 112. ſqq. 120-123.
  - Non poſſe tacere. 434. ſqq.
  - Referre maledicta. 249.
  - Sermo inmodeſtus. 416. ſqq.
- OFFICIA, pag. 72. eaque ſecundum *Genus dicendi*
  - *Demonſtrativum*, quod verſatur in
    - *Laudando*, & quidem
      - Laudabilia, ut Beneficia accepta p. 72.
      - Vel exigua quoque. 88. ſqq.
      - Non a nobis facta. 72.
      - Parce. 550.
      - Modeſte. 420. ſq.
    - *Vituperando*, nempe
      - Illaudabilia. 72, 130.
      - Et noſtra. 74. ſqq.
      - Non, quae ſemel laudata. 72, 538. ſqq.
      - Non inimicos. 72.
      - Non amicos. 550. ſqq.
  - *Deliberativum*, quod occupatum eſt, in
    - *Suadendo* ea, quae
      - Honeſta & juſta. 73. & 134. ſqq.
      - Amicis utilia. 50.
    - *Diſſuadendo*, quae
      - Inhoneſta & noxia. 35, 50, 73.
      - Idque ſine intermiſſione aut taedio 50. ſq.
  - *Judiciale*, in *Accuſando* & *Defendendo*. 73. Vid. *Judiciale Genus*.

Lipſius (*Juſt.*) laudatus 41. *& al.*

Lis neque inferenda aliis, praeſertim amicis, Vid. *Irae.*
Et ab aliis illata quoquo modo prudenter declinanda. 224.
Londinenſis inter pygmaeum & gigantem *pugna* deſcripta. 217. ſqq.
Lucanus. Encomium, quo Catonem mactat Uticenſem. 204.
Ipſum & Poëtas reliquos Philoſophicus afflavit ſaeculi genius. 293.
Lucianus citatus inter alia. 86. 215. &c.
Lucrari peccata. Latinitas hujus Phraſeos defenſa. V. *Peccata.*
Lucri & *damni* partes, more mercatorum diſpoſitae, ſenſum Catonis illuſtrant. 484.
Luxuria ita vitanda, ne in oppoſitam labare avaritiam. 264. neve incidas in crudelem tibi, aliisque moleſtam, penuriam. 428, 429.

M.

M Acrobius, cit. 224. inf. in not.
Macrobius in Somnium Scipionis merito laudatur. 324, 325.
Malorum proſperitas moleſte non ferenda. 274-279.
Malſchius carpitur a recentiore Editore. 49.
Manilius, citatus. 95. Verſus quidam hujus feliciſſime emendatus a Withofio probatur. 540. *)
Marcellus Empiricus, ejus collectio epiſtolarum. 3. 331.
Marita, dos. 45.
Mariti, dote venales. ibid.
Martialis falſum Epigramma. 45.
Idem citatus. 173.
Martinetus, Poëta Gallus, in cauſſarum patronum puerum feſtivum jecit Diſt. 519.
Μηδὲν ἄγαν. 205. ſqq.
Medicus amicus. 500. ſqq.
Mediocritas, quae eſt inter *nimium* & *parum*, recte commendata a Peripateticis, ſec. Cic. 198.
Mediocritatis regula diſerte quoque a Noſtro praeſcripta. 204-209. ut tutior. 572, 573.
Melandri (*Otho* & *Dionyſius*) laudati. 606.
Memento! Saepius repetitum. 53, 70, 73, 92, 93, 184. ſq. 209.
Cum Epicteto & aliis morum monitoribus commune. 53, 73.
Cum peculiari quadam gratia atque emphaſi. 73. & 92. *ſq. bis*, *nempe* in utroque Diſt. XX. & XXI. *ita &* 184 *ſq.*
Expoſitum a Simplicio. 209.
Menander e Plutarcho laudatus. 13 inf.
Mens Dea, de ea teſtimonia ex Cupero ad Euripidem, Propertii, Ovidii, Jamblichi, Auguſtini, it. Theonis Sophiſtae. 14.
Mens animi & medulla quaedam. 16.
Metamorphoſis. Et de *Metempſychoſi* quadam, ſ. hominibus in beſtias transformandis memorabilis Franciſci Saleſii doctrina. 495.
Metaphyſica quae & a quonam dicta primum? 187.
A quonam ea in medio relicta? 188. ſqq.
Miltiadis facta egregia & triſtia fata. 304, 305.
Minutii Felicis eximium teſtimonium de ethnicis unum Deum invocantibus 24.
מצוות עשה *Mizvoth gnaſeh* in not. ad Scaligerum. Ex

מצוות

מצוות לא תעשה *Mizvoth lo taguaſeb*. 49.
Modeſtia commendata, maxime in conviviis. 420. & 421.
Modulus omnis erga alios benevolentiae, Amor ſui bene conſtitutus. Vid. *Amor noſtri*.
Modum ubi ſemel exceſſeris, nullus eſt terminus. 208.
Molerii (*J. B. Poquel. de Moliere*) Drama laud. 249.
Monachi turbellas multas bonis in Auctoribus & in noſtro fecere. 374.
De la Monnoye (*Bern.*) Cenſura contra Boxhornium & Bailletum juſtiſſima. 330 & 331.
Montesquioeus, *&* *Mopertius* 402. & *Dalembertus* de eo. *ibid.* *&* 419.
Morbi curantur abſtinentia & quiete. 310.
Morbi mali rectene dicantur? (Vid. Homer. Il. A. v. 10.) 536.
Morum patientia quomodo exercenda. 158-161. 304.
Mores ἴδια & τρόπος, quid differant invicem? 598.
Mortem non eſſe timendam, triplice de cauſſa. 100. *&* 101. *it.* 196. *&* 430. *ſqq.*
Mors quia certa, vita propterea dubia & incerta, periculisque ſemper obnoxia. 142. *ſqq.*
Mors timenda numquam, ſemper vero meditanda. 186. & 585. Contra fere Cicero. 196. *inf.*
Morte nullius ſeu laetandum eſſe, ſive etiam dolendum. 612.
Multitudini numquam placere Optima. 302. Ejus tamen & aliquando rationem habendam. *ibid.*
Multi multa, quid ſignificet. 67.
Munditia ne ſit odioſa. 241.
Munditiae commendantur. 469. ſqq.
Muratoriani cippi Cannegietero adlegati. 169.
Mythologiam Cato adhibet in uſum morum diſciplinae & Philoſophiae. 490.
Ut: Amorem, Bacchum, Concordiam, Eridem, Famam, Fidem, Fortunam, Janum, Morpheum, Occaſionem, Venerem. *ibid.*

N.

NAturalis juris principium ac fundamentum. 368.
Natura, Stoicorum Deus. 94, 95. ex Seneca Philoſopho probatur. 95. Reprobatur a Lactantio & Chriſtianis omnibus. *ibid.*
Negotia publica fugientes ſintne omnino laudandi. 303. Vid. *Remp. non capeſſere.*
Nepos (*Cornel.*) citatus. 216. &c. cum Catone noſtro comparatus. 4.
Neutonianae circa *Philoſophiae* praeſtantiam, indigentiam, uſum, Praecognita quaedam generalia. 188-195.
Neutoni character, candor quidam ingenuus ac modeſtus, in Philoſophis rarus. 189.
Nicephori Hiſt. E. adlegata. 217.
Nihil, quod ſupra vires, tentandum. 394, 395.
Nil temere credendum, palmarium civilis prudentiae. 120. Auctori noſtro valde familiare. 121.
Non eſſe credulum, optimum Garrulitatis & contra loquaces homines ἀλεξιφάρμακον. 266.
Nuditas, noſtrum eſt a natura. 94.

94. Secundum Plinium, citante Arntzen. 96.
Nugigeruli, qui? Secundum Theophraſtum, & quomodo perhorreſcendi? 266.

O.

OBſequii gloria & victoria. 146-149.
Occaſio. Vid *Opportunitas.*
OEconomica quoque *praecepta* Catone, ut prudente patrefamilias, prorſus non indigna 106. Quod adſtruitur exemplo pariter & verbis Ciceronis. *ibid.* Alia ejusd. generis. 126-129. item 160—165. Inter ſe comparata. 162.
OFFICIA Amicitiae 146—169. ad fin. uſq. L. Libri, paucis hinc inde exceptis.
Officia humanitatis & in Servos. 156.
De *Officiis* Libri Ciceronis laud. *ibid.*
Officia Liberorum erga Parentes. 440-445. & malos, aut certe iracundos. 478. & 479.
Oneirocritice, ars vere *umbratica.* 314.
Opes, unde dictae. 35.
Opitius (*Martinus*) laudatur. 10. & alicubi defenditur in Not. Var.
Opportunitas rei agendae, tum rapienda & *occupanda*, antequam teneas, tum, poſtquam occupaveris, totis viribus, *retinenda.* 286-291. & 608-611.
Oppoſitio diverſorum, Catonianae elocutioni frequentiſſima. 516.
Oſtentationi omne praecidendum; tribuendum nihil. 241.
Otium ut quibusdam expetatur. An recte? 303. *ſqq.*
Ovidius. Vid. *Mens Dea.* laud. paſſim.
Oxenſtiernaei Comitis Cogitata, ab ingenio laudata. 551, 552. 565. ſqq.

P.

PAlingenius (*Marcellus*) perſonatus Auctor Zodiaci vitae, cit. in Hiſt. 219. ſaepius in Floſc. Poët.
Panſa (*Mutius*) de oſculo Ethnicae & Chriſtianae Philoſophiae, ap. Withof. 25.
Parem eſſe Fortunae, juxta lectionem a nobis reſtitutam, quid ſignificet. 242. ſq.
Parker (*Sam.*) de Deo & providentia citatus 25.
Parſimoniae vectigal. 106. ſqq. 163., 254. ſqq. 382. Vid. & *OEconomica.*
Patientia foeda heredipetarum. 86 ſq.
Patres inluſtres, qui inſtituere filios. 125.
PAULI, Apoſtoli, caritatis adfectus. 50. ſq.
Paupertas, vel tenuis & mediocris tantum fortuna, ut *pauperis amici*, qui dat *exiguum munus*; vel ſumma egeſtas, ut *Paupertatis onus*; bene diſtinguente Arntzenio, comprobatur. 96.
Peccata non futura lucro inprobis, ſed aliquando manifeſtanda. 214. ſq.
Pecuniam ſolo ex uſu aeſtimandam. 472. ſq.
Perizonius (*Jac.*) praedicatur a Canneg. 229.
Permanſio in ead. ſententia, ſitne verae conſtantiae. 538-540.
Perſeverantia in Virtute praecipitur. 41.

Perſonae duae in unoquoque hominum. 259.
Petere quod *juſtum* eſt, quo inter varios ſenſu? 134-137.
Peucerus (*Caſp.*) de divinationum generibus. 228.
Pfannerus (*Tob.*) advocatus a Withof. 24.
Phaedrus laudatus, a politiſſimo ejus ingenio. 269. 364 &c.
Philippus Macedo Alexandro filio praefertur a Cicerone. 199. Vid. *Facilitate.*
Philoſophos inter & *Poëtas* bellum tandem compoſitum quid dederit. 292. ſqq.
Philoſophicae Sectae.
Schola Italica ſ. Pythagorae. 4. Vid. *Pythagor.*
Stoicorum antea rigidior, deinceps & in Noſtro paullo mitigatior remiſſiorque diſciplina. 28, 38.
Platonici laudantur. 198.
Academici, qui & Platonici, ad Lenitatem propenſiores. 39 ſq. V. *Cicero.* it. *Academia.* . . . . . . in *metaphyſicis* nimii. 187.
Cynici, inque iis Diogenes & Crates, quomodo res aeſtimaverint. 129.
Epicureorum Atomi hodie denuo quaeſiti. 192.
Epicurus cum adſeclis unicum ſibi vindicat ex hoc opuſculo Diſtichon. 559. ſq.
Peripatetici, Vid. *Mediocritas.* Quorum princeps Ariſtoteles *metaphyſica* ſeorſum tractanda tradidit. 187.
Carteſiana Philoſophia non aeque commendabilis, atque Neutoniana. 188 § 1. Schol.
Neutoniani, ex mente magiſtri ſui, *Metaphyſica* prorſus intacta relinquunt. 188. ſqq.
Phocylides laudatus. 12. 207. 219. Ejus egregii de divinitate animarum deque corporibus reſuſcitandis, integre exſcripti verſus. 13.
Phyſica ſ. naturali doctrina ſola, continetur Neutoniana diſciplina, & quali? 190.
Picteti (*Ben.*) notabilis locus de cruce. 305.
Pindari verſus quidam laudati, quos imitatus eſſe videatur Horatius. 25.
Alii ejusd. adlegati paſſim, ut 207. 209.
Planudes (*Maximus*) ab injuriis, praeſertim Scaligeri vindicatus. 11. & ſaep.
Plautus Withofio laudatus. 24.
Plinius citatus. Vid. *Nuditas.*
Id. alibi paſſim, ut 207. &c. 228. praecip. 293. 495.
Plutarchus. Vid. *Criminator.* Ejus de admonitione amica monitum. 51. & alia paſſ. ut 201. 208. Ejus encomium. 293.
Poenitentiae Philoſophicae praeceptum. 594—597.
Poëtarum & *Philoſophorum* aurea AEtas. Vid. *AEtas*, & *Aureum ſaeculum.*
Politianus (*Angelus*) Vid. *Animae apotheoſis.*
Pope (*Alex.*) Anglus, laud. 81, 224, 227, 284. ſq.
Poſidippi Carmen de Καιρῷ. 289.
Praefatiunculae IV. Diſtichorum libris praefixae, non ſunt genuinae, nec ab Auctore, Catone, profectae. 172-178.
Prodeſſe quam plurimis, vere regnum eſt. 183.
Promiſſores quinam vocandi? 110.
Propertius. Vid. *Mens Dea.*
Proverbia. Vid. *Adagia.*

Providentiaene divinae, an humanae, plus tribuant Stoici? 280.
Provocationis beneficio ad majorem judicem quando utendum? 400—405.
Prudentia & *Sapientia* quî differant? 547 & 548.
Prudentius citatus 490.
Pudor, Honeſtas, Exiſtimatio, idem. 348.
Pudor ille *malus*, qui te avocat a diſcendo. 552—555.
Pygmaeo quod fuerit cum Thraſone duellum. Vid. *Londinenſ.*
Pygmaei quinam inſiſtant humeris gigantum? 535.
Pythagoras, ob adfectatum veritatis magiſterium notatus. 4. Ejus *aurea carmina* laudantur Alciato. 12, & 13.
Ad ea reſpicere Catonem, probabile. 15.
Pythagoras vult, in amicitia unum fieri ex pluribus, ſecundum Ciceron. 185. & Hecatombas obtulit. 505.
Pythagorici longis logis, ut ait Barth. purificationem animi commendant. 16, 17.
Pythagoricorum ἐχεμυθία ſ. quinque annorum ſilentium 25.
An ſoli victimas inprobaverint, vel ſolas? 505.

Q.

QUantitas molis, & *Quantitas virtutis*, * Diſtinctio Logicorum, adplicanda ad ea, quae ſunt tradita 216-219
Queroli Auctor, citatus Cannegietero. 155.
Quinctilianus de Pythagora quid teſtetur. 95.
Id. citat. paſſim, ut 208. &c. 362. praecipue 478.

R.

REconciliationis ratio & leges. 248-251.
Recordatio conditionis, in qua nati ſumus, maxime neceſſaria. 92. ſqq.-97.
Recte vivens, nil metuat. 344-347.
Reflexions d'un Philoſophe aimable, integre, Not. 459. 461. & 465.
Reineſianus cippus deſcript. 169.
Relaxatio animi ſubinde neceſſaria. 362—367.
Religiones, nempe *ſuperſtitiones* omnis generis, quid non potuerint ſuadere malorum. 226-235.
Repudia, nimis ante ipſum frequentia, poenis coërcuit Conſtantinus M. Imp. docente Cannegiet. 44.
Rempubl. non capeſſere, ſitne concedendum, & quibus? 303. Vid. *Otium*, & *Negotia publ.*
Res omnes, vel in nobis. 34., vel non in nobis. 34.
Hae rurſus conſiderandae ex utilitate, vel voluptate, vel naturae neceſſaria caritate. *ibid.*
Res cuique tales, qualis de illis eſt opinio. 128.
Res uſu & utilitate ſua probandas penſari. 480—483.
Rhodopes delicium, *AEſopus*. 217.

Ridi-

* Vid BAYLII Diction. Crit. in *Alberto M.* Part. I. pag. 130. (I.) & in *Johanne Andreae F.* pag. 220. (I.) tam exigua corporis ſtatura utroque, ut in pedes jam erecti adſurgere juberentur a Pontifice, credente ſibi adhuc (ut in cathedra numquam fallitur,) ad genua eſſe provolutos.

Ridicula plane *ſuperſtitio Sereni Sammonici.* 226. ſq.
Rigaltius (*Nicol.*) Artemidori commentator, exhibet eorum catalogum, qui oneirocriticen profeſſi ſunt. 316.
Rigor juſtitiae ab unoquoque ut erga ſe ipſum exhibeatur, erga alios contra, benignitas. 406-411.
Riſus triplices adfectiones, modeſtiae omnes contrariae 406-411.
Romani priſci, duri, truces 44: & plane non uxorii. 45. Vid. *Dos*, *Uxor*. &c.
Rumorum fictio, Graecis λογοποιΐα a Theophraſto notata. 267. & Noſtro. Vid. *Linguae Vitia.*
Rumuſculos qui aucupantur, ipſi Rumorum fiunt materia & argumentum. 268.

S.

SAcrificia recenſentur ac perſtringuntur. 20.
Salutis ut rationem quisque habeat ſuae. 308-311.
Salvianus de gubernatione Dei, laudatus. 95.
Sapiens, inſipiens, quomodocunque accipias. 258.
Sapientiam raro adquiri vel longi temporis experientia. 546-549.
Saresberienſis (*Johannes*) non Catonem *incertum* vocat *Auctorem*, ſed ipſe ſe in incerto fuiſſe teſtatur, ea cujus eſſet, quam forte laudabat, ſententia. 6.
Ejus carmen, quod operi ſuo praefixit, laudatur. 7.
. . . Verba citantur. 122. ſq.
Scaliger (*Jul. Caeſ.*) V. *Steuchus*, & 224.
Scaliger (*Joſeph. Juſt.*) bene meruit de Catone. laudat. p. 25. notat. Withofio. 49. & alibi. Vid. & *Douſa.*
Schlichtingio (*Jo. Dan.*) inſcriptus Cento. Vid *Cento Catonianus.*
Scriverius (*Petrus*) notatur. 37, 49, 600.
Segnities, Sirenum peſſima, fugienda veluti Ogygia. 360.
Semichriſtianus Cato, Phantaſma Boxhornianum. 506, 507.
Seneca cit. 95. 147. 234. 277 & ſq. it. 280.
Senes, & repueraſcentes non eſſe deridendos. 518—521.
Senii mores ad juventutis correctionem adhibiti (*) 75.
Senſus communis. Vid. *Cor.*
Serenus Samonicus laudatus. 23. ſq. it. 95. notatus 226. Vid. *Withofius.*
Sermo qualiſcumque, animi morumque loquentis index. 524 & 525.
Servorum utilitati proſpectum, ex mente Cannegieteri, cui ſubſcribitur. 373. ſqq.
Sibi nemo ſufficit ſolus: id ſocietatis omnis vinculum & fundamentum. 272.
Silentium commendatum. 25. V. *Pythagoricorum.* it. *Withofius.*
Silentio non conſentiendum in malum. 398 & 399.
Silentii lex iterata 52. 252. Praemium. 201.
Simile tendit ad ſui ſimile. 21.
Simplicitas adamata & commendata a Noſtro. 352-357.
Simplicius, Philoſophus, res, ſecundum Epictetum, diſpertitur trifariam. 34.

Vid.

(*) Etiam ex mente illius Monoſtichi veteris: *Μέμνησο νέος ὤν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ. Annis juventae ſis memor ſenilium.*

Vid. *Res.* it *Memento.*
Conſtantia nos ait ad Dei magis adpropinquare naturam 41.
Simulare adverſum Simulatores. Vid. *Adagia* paſſ. plura.
Simulatae ſtultitiae exempla plura. 258. ſqq.
Σιώπα τὸ πολύ *Maxima ex parte taceto.* 52.
Societati inutiles qui & quanti? 304. in not.
Sociorum prudenter ratio habenda coram alienis. 210-213.
Socrates, Philoſophorum ſummus, 305. Vid. *AEquabilitas.* *ὕβρις.* repudiandam omnibus in rebus vult iracundiam. 198. Xanthippes marit. 217.
Socratis in morte conſtantia. 243.
Solon a ſimulato delirio collaudatus. 258 & 260.
Somnia. De his doctrina fuſius pertractata. 312-325.
Sophocles laudatus. 207.
Sortilegi & ſortilegia. 228. ſqq.
Sorte ſuprema ſ. hereditate accepta, quomodo habenda ſervandaque. 370-377.
Spei commendatio. 282-285.
Spes fallax heredipetarum & veſania potius, quam ſpes. 86. & longaevitatis, vana eſt, cui occurritur. 584.
Steelius. Vid. *Adiſſonius.*
Steuchus Engubinus, cujus liber Scaligerum patrem ad ſanam mentem reduxit. 24.
Stobaei (*Joh.*) Eclogae morales & ex iis Apophthegmata quaedam cit. 151, 225.
Stoici Vid. *Philoſophor. Sectae*
Stoicorum e fontibus haurit Cicero. 303.
Stoicorum Sectae vel diſciplinae, quatenus ea bona, reſtaurator optimus, Epictetus. 32, 40. 280. Eorum ſolutiores matrimonii leges. 45. Deus eorum, Vid. *Natura.* Vid. & Ἀπάθεια. Nihil illi reliqui fecerunt Fortunae aut caſui. 138. Praeſagiri tamen poſſe imminentia cenſuerunt. 229. 280. Quid praemii Viro juſto ſtatuerint. 242.
Stoicum dogma, ut in omni re nimium, neceſſe erat intercidere; moderatum permanſit. 544.
Stratonici Apophthegma ex AEliano. 168.
Stultitiam qualem Noſter admittat? 256.
Superſtitio. Vid. *Ridicula.* It. *Religiones.*
Suetonius Tranquillus, ut & reliqui Hiſtorici ejus ſaeculi, Philoſophicum quid ſpirans. 293.
Suſpicio duplicis generis, bona altera. 486. altera mala. 604, 605
P. Syrus ſaepe laudatur, ut 422, 433. 541. &c.

T.

Tacitus (*Cornel.*) feraciſſimus ſententiarum ſegete, unde? 293.
Taciturni naturae vitio homines, vitandi, 564, 565.
Talionis jus, quae Nemeſis dicta. 369.
Ταυτολογίας a vitio & Boxhorniano iſto crimine liberatur Auctor. Vid *Cato*, *Sitne revera tautologus.*
Taedium vitae ac fortunae propriae quo modo diſpellendum? 566-571.
Tegere aliorum peccata, eſſe charitatis. 348-351.

Temperantiae praeſcriptum vere medicum. 296 & 297. Ea obviam iri morbis. 308. ſqq. Vid. *Intemperantia.*
. . . . . . Auctor num poſſit ſerio ſuadere tantum bibere, *quantum* poſſis? 536.
Terentius vitam & mores conjungit, ut Cato. 30.
Tertullianus, Alciato laudatus, quid ſtatuerit de animis ſive Bonorum, ſive Inpiorum. 13. De ſacrificiis, Cannegietero. 20.
De maritis uxoriis, eidem. 45.
Explodit idem heredipetas. 87.
Cleanthis Philoſ. opinionem de Deo tradit Apologetico ſuo. 95.
Recenſet eorum nomina, qui artem interpretandi ſomnia tradiderint. 316.
Themiſtocles, ſimulator 260.
Theocritus γυναιμανής Planudae. 171.
Theon Sophiſta. Vid. *Mens Dea.*
Theophraſtus laudatur. 266. Ejus obitus. 265. & 548.
Thraſea. Vid. *Helvidius.*
Thraſonis cujusdam & pygmaei monomachia. Vid. *Londinenſis pugna.*
Thraſonicum: Ego ipſe, Latinitas evitare amat. 252.
Thuani (*Jac. Aug.*) de Cornaro teſtimonium. 310, 311.
Tibullus cit. a Withofio. 24.
Titinnii explanatio vocis *ancillari.* 45.
Trifariam conſiderandi, quibuscum nobis res eſt. 225. ex Eclogis Stobaei graec.
Turis honorem in ſacris prodere Auctorem Paganis addictum. 586-591.
Triſmegiſtus (*Mercur.*) Vid. ex eo Supplem. fol. VII,

U.

ULyſſes ut evaſerit Sirenum voces. 123.
. . . . Simulator. 258.
Ulyſſis cum Iro certamen, Sapientiae cum egeſtate conflictum belle repraeſentat. 91.
Uſus rerum, quomodo accipiatur. 460. ſq.
Uſus & experientia ſola ſine doctrina minus valet. 546-549. plus tamen ſaepe efficit, quam ſine uſu doctrina. V. *Doctrina.*
Uxor, qui ejus pro cenſore judex? 44.
Uxores, in eas duri. V. *Romani.*
Uxori nubere. 45. ancillari. *ibid.*

V.

VAcui operoſe nimis quaeſiti vanitas atque inanitas. 191. § 6. Praecognitorum.
Valla (*Laurent.*) cum laude citatus. 237. Idem, antequam eſſet natus, res geſſit magnas, ſi Boxhornio fides. 332.
Vanitatis ac *voluptatis* illecebris robur opponendum ſolidae Virtutis. 123.
Vavaſſor (*Franciſc.*) acriter reprehendit Scaligerum. 519. *inferiore pagina.*
Ve in *Vehhacham* Hebraeorum adſine eidem in Latinorum *Veſanus*, *Vecors*. 257. inf.
Ventoſi quinam? Iidem, qui & *Promiſſores.* 110.
Ver ſ. *Veneris pervigilium*, carmen elegantiſſ. ab innumeris mendis repurgatum & nova verſione Gall. poëtica maxime ſecundum Proſam Sanadonis adornatum 558.
Vergilius (*Polydor.*) Urbinas, librum Adagiorum edidit ante Eraſmum. 520.

Vero inveſtigando officit ira. 199.
Veſtitus ratio. 241.
de Vigneul-Marville perſonati Auctoris Gallici, judicium pro Noſtro contra Boxhornium. 328 & 329.
Vigilantia commendata duplici ſenſu, proprio altero, altero inproprio 22.
Vindicianus Medicus de Catone loquitur, ut vetere. 3. & 331.
Vinetus (*Elias*) ante Scaligerum e MS. Boiii Dionyſ. Catonis nomen palam indicavit, ſed de brevibus tantum loquens ſententiis. 331. *not.*
Vinculum amicitiae arctius adtrahitur quadam dicendi atque tacendi viciſſitudine. 73.
Vinum innocuum. 270.
Virgilius ad partes vocatus. 8, 13, 95. &c.
Vita ſine doctrina quid? 338.
Voltarius, Poëta certe; an aeque Philoſophus? 195.
Voſſius (*Gerb. Job.*) probat, quae Philoſophorum Secta Noſtri aevo praecipue viguerit. 94. (Nempe, de *Philoſophor. Sectis*, pag 104. § 13. Cap XIX.) Ejus male citatur ab Opitio *Liber I.* Cap. XVI. eſt enim Lib. II. de Art. Gramm. 274.

W.

WAchius (*Gilbertus*) Editor & commentator horum Diſtichor. paſſim. Notatur & excuſatur. 76.
Weitzus (*Job.*) verba adlegata in Valerium Flaccum 218. ſq.
Withofius (*Jo. Hildebr.*) Sereno Samonico tribuit hoc Catonianum opuſculum. 22. inf. & 334.
Ex toties commendato ſilentio Auctorem probat fuiſſe Pythagoricum. 25.
Removet ab eo Levitatem, repugnans Eraſmo 26. ſq.
Ejus emendationi ſubſcribitur. 38.
.... opinio refutatur a Cannegiet. 96.
.... aliae itidem a nobis. 104, 145, 169. 296, 323, 333 ſq. 342, 353. ſq. 360, 366. ſqq. 397. 414. 485. 520. & 612.
Praecipue ejus de Auctore libri conjectura refellitur, ex conlatione Noſtri, qui minime ſuperſtitioni deditus, cum maxime ridiculeque ſuperſtitioſo illius Sammonico. 226, 227.
Qui in ſomnio apparuit Withofio, hoc fatente. Somnium! 388.
Ingenioſa hujus Parodia Catoniana, non autem correctio. 438. it. & 471. & 603. nec non ex parte 615. &c.
Vid. & *Manilium*.

X.

XEnocrates, Philoſophorum ſeveriſſimus Ciceroni. 260.
Xenophontis Cyropaedia laudata ſimul & commendata. 621.
Xenophontis ead. Hiſt. laudata, in commendandis vigiliis. 22.

Y.

YArt, Abbas Gall. Popium ſtudioſe defendit. 285.

Z.

צרקה & חכר *Rigor* & *favor* ſibi oppoſita. Vid. *Rigor*.
Zedakah, non *Eleemoſynae*, prout a Judaeis accipitur 409
Zincgrefii Apophthegmata citat. 133.

EMEN-

EMENDANDA.

Pag. 15. lin. 25. pro: iſta—clamante—ſententia, lege: iſti—clamanti—ſententiae.
Ibid. lin. 35. pro: diſtinguendi ratione, leg. ſervata diſtinguendi ratione.
Pag. 16. lin. 4. & 5. pro: juribus ita vendicat, leg. jure ita vindicat.
Ibid. lin. 11. ϗ κινῶμεθα leg. καὶ κινούμεθα.
Pag. 29. lin. 5. pro; abhinc, lege: ab hoc.
— 93. lin. 9. integram repone hoc modo:
Qui tibi, dum liceat, plura daturus erat:
— 121. lin. 8. Commentarii, pro: explicite, leg. explicate, vel: clare & aperte, i. e. diſertis verbis. Quemadmodum, tecte aut latenter, pro implicite, qui volet, eligat licet. Ita & p. 474. 480.
— 131. col. b. lin. 3 & 4. pro: his verbis eff. &c. leg. his verbis efferri ſolita.
— 177. lin. 12. ante ult. ex verbis, de iis, delendum prius: de.
— 200. lin. 14. retro ab ultima, pro ἴσο leg. ἴσω.
— 245. lin. 20. pro imons, leg. inſons.
— 280. lin. 2. leg. conformatum eſt.
— 393. lin. 15. poſt primum verbum reliqua abundant.
— 530. inf. pro Cap. XII. leg. Cap. XXIII.
— 577. lin. 6. Verſum etiam ſic efferre poteris:
Juſtitiaeque colens miteque pectus amat,

Digitized by Google

D05640559

Digitized by Google

KONSERVIERT DURCH
OSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN

Digitized by Google